

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SCRIPTORUM
VETERUM
NOVA COLLECTIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google









Digitized by Google

SCRIPTORUM VETERUM

NOVA COLLECTIO

E VATICANIS CODICIBUS EDITA

AB ANGELO MAIO
BIBLIOTHECAE VATICANAE PRAEFECTO.

TOMUS II.

HISTORICORUM GRAECORUM PARTES NOVAS COMPLECTENS.



ROMAE
TYPIS VATICANIS
M · DCCC · XXVII ·

Digitized by Google

LEO XII. P. M.

Litterarum et artium Patronus munificentissimus

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

LEONI XII.

PONTIFICI MAXIMO.

In multis quae Cicero praeclare dixit, BEATISSIME PATER, dum libris suis de rep. prohoemiaretur, id quoque effatum est, videri sibi philosophos illos qui vi-

tam humanam scriptis expoliverunt, bene fuisse de rep. meritos, etiamsi civilia negotia numquam attigerint. Qui vero utrumque voluerint et potuerint, id est ut tum doctrina tum politica vita florerent, ad laudem hos omnia consecutos putat. Revera litterae omnium fundamenta virtutum sunt, utpote harum magistrae; neque est quisquam homo pragmaticus, qui honestatem, prudentiam, iustitiam, imperandi scientiam, cetera officia, rationem omnem civilem ac disciplinam populorum, sine litterarum magisterio didicerit. Religio ipsa, quamquam originario divinitatis fonte dimanat, inter homines tamen doctrinarum plerumque adminiculis propagatur. His ego quoque sententiis obtemperans, curavi semper ut aliquis vigiliarum mearum ad utilitatem reip. fructus extaret. Ecce autem quos nunc profero novis amplificatos additamentis graecos Auctores, ii partim tacitis lucubrationibus, ut Diodorus, Dionysius, Eunapius, Menander, Nicephorus; partim non stilo solum verum etiam civili opera, ut Polybius, Dio, Dexippus, Petrus, publica commoda adiuverunt: cuncti vero exemplis politicis, praestantique gerendarum rerum doctrina, libros suos referserunt. Quo videlicet fuit convenientius ut talium hominum scripta BEATITUDINI TUAE offerrentur, cuius erga bonas litteras rectamque reip. administrationem infinita propemodum beneficia sunt. Equidem illud etiam in prohoemio meo palam iam feci, quantum nobilissimi historici Polybius, Diodorus, Diony-

sius, Dio, decessoribus tuis Pontificibus debeant, quorum iussu, nuncupatione, favore, post barbarorum temporum tenebras in Italia primitus lucem aspexerunt. Iidem autem magnis nunc copiis locupletati sub LEONIS XII auspicio feliciter prodeunt.

Sane animo meo saepe recursat, quoties me SANCTITAS TUA ad illustrandos depromendosque pontificiae bibliothecae thesauros adhortata est; quod quum tardius facerem, id est ut volebam diligentius, prope iam me suppudebat et maiestatis et mandati tui. Praesertim quia voluntatem huiusmodi ab eo Pontifice proficisci videbam, qui studiorum nuper nostrorum fundatorem parentem ducem legislatoremque se fecit. Quod enim liberalium studiorum regimen Sixtus V. olim adumbraverat (nam congregationum ab eo institutarum decima scholis praeerat) Pius autem VII. diu mente revolverat, neque tamen ad liquidum umquam deduxerat, id Tu primo nondum revoluto pontificatus tui anno effectum dedisti; constitutionem dico apostolicam, quae singillatim leges praescribit, quibus pontificiae ditionis studia ex usu reip. religionisque regantur. Atque ut rei memorabile et sine exemplo initium faceres, in academiam Ipse cum regio comitatu profectus gravi et luculenta oratione studia nostra auspicatus es. (Neque academiam tantummodo, sed romanum etiam seminarium, tum propagandae fidei collegium urbanum, tum alterum gregorianum, partim scholis aperiendis partim praemiis distribuendis praesentia

Digitized by Google

tua cohonestavit.) Tunc magistrorum quoque stipendia improviso Principis decreto duplicata sunt; bibliothecae scholasticae museoque physico annui redditus obvenerunt; disciplinae morumque praefecti accessere; cathedrarum numerus crevit; ita ut romana academia vix decem aureorum millibus antea victitans, nunc xxv. mille percipiat. Quid illa elegans providentia tua, qua coetum universum eruditorum in quinque collegia, novo apud nos consilio, cum suis quodque officiis, distribuisti, theologicum, iuridicum, medicum, philosophicum, ac philologicum? Illa quoque insignis est praesentiumque temporum usui convenientissima lex, qua omnem librorum imprimendorum distrahendorumque rationem cautelis novis censuraque prudentiore communivisti. Sed quoniam summopere interest, quinam studiorum gubernacula teneant, idcirco definitum venerabilium Cardinalium numerum designasti cum supremo praeside; quorum sapientia nutuque res litteraria universa administretur. Atque ut provincialium eruditioni aeque consuleretur, demandasti episcopis singulis rei apud se moderandae partes praecipuas; praetereaque dedisti operam ut academia tum bononiensis tum minores aliae per sapientes homines inviserentur, qui et res prudenter componerent, Tibique fideliter coram exponerent. Tum quia coniungi praecipue cum doctrina pietatem moresque oportet, neque solum bene dicendi sed etiam recte faciendi disciplina condiscenda est, idcirco viris religiosis educandi peri-

Digitized

tissimis gregorianum pridem collegium cum civica iuventute, aliudque insuper cum nobilibus pueris, commisisti; germanicos autem pannoniosque alumnos, si nondum domo propria, at redditibus et praeceptoribus et hospitio foves. Ecce nuper gentis hibernicae, tam in catholica religione constantis, tamque huic apostolicae sedi in adversa etiam tempestate fidelis, collegium in alma urbe reseratum est. Postremo splendidissimam Patriam tuam, quae fortiter olim Hannibalem portis repulit atque itinere romano prohibuit, nunc Hannibalem se genuisse Romaeque dominum imposuisse apprime gaudet semperque gloriatura est, quot iam quantisque subsidiis sive a studiis litterarum, sive a morum regimine, sive a ceteris usibus commodisque adiuvisti!

Solent philosophi humanae naturae acutissimi observatores, iis praecipue ad iudicandum actibus uti, qui cuiusque in vita politica vel primi vel improvisi sunt. Quodnam fuit ergo primum decretum tuum vix electi pontificis necdum sacra tiara insigniti? nempe ut, neglectis utilitatibus tuis, rationem reip. tantummodo haberes; tributorum scilicet residua provinciis remitteres; annonae, viarum, curriculorum, pascuorum, pensitationes vel minueres vel aboleres; commercia denique aliquot privilegio regali impedita, expedires. Illud etiam romanos cives gravabat incommodum, quod urbanas vigilias atque praesidium, omissis negotiis suis, per vices quotidie obire debebant: Tu vero,

pontificatu vix inito, id quoque onus a civium humeris depulisti. Tunc etiam intermissam quotidianae mensae pauperibus exhibendae gregorianam consuetudinem in apostolicis aedibus renovasti. Celebre est Antonini Pii dictum, qui itinera longius ab urbe numquam suscepit, quia gravem esse aiebat provincialibus principis comitatum. Tu autem provincialium qui Tibi principatum gratulabantur, sumptuosas legationes et itinera quantum licuit cohibuisti; et urbanae quoque acclamationis laetitiam carere sumptu mandasti. Ecce alterum decretum tuum diei illius quo principatus hereditatem apud lateranam basilicam adivisti: mulctas enim innumeras magnique pretii uno actu condonasti; pauperum minuta pignora sine redimiis cuncta reddidisti; mille aurei tenuioribus sacerdotibus ad comparandos libros distributi sunt; tria millia aureorum dotandis puellis insumpta; aes omne alienum provinciis septem dissolutum; congiario denique populus universus donatus est. En tertium quartumqe et multiplex decretum tuum, quibus varia vectigalium genera, domorum, pecudum, census instruendi, contractuum apud aerarium, atque alia eiusmodi, tollenda curasti: tum etiam fundos, quos quia domini solvendo non erant fiscus irretiverat, restitui omnes iussisti. Cur autem in his immoror, quum Tu, Princeps post homines natos benignissime, uno die uno edicto quartam vectigalium, quae ex censu locupletium ad Te redeunt, partem detraxeris? qua memorabili liberalitate

Digitized by Google

decies fere centena aureorum millia populo tuo quotannis fruenda indulsisti. Sic autem restricto fisco, hoc unum credo timuisti ne Tibi aliquando eriperes conferendorum beneficiorum facultatem: sed enim magnae habet vires frugalitas Principis, ut multis impendiis sola sufficiat; recteque Cicero dixit optimum in rep. vectigal esse parsimoniam. Cur reapse sileam profusas ex imminuto aerario tuo liberalitates? concessas nimirum artium ac litterarum studiosis pensiones, annua praestantibus ingeniis praemia, nobilibus aere dirutis patrimonia refecta, urbanis parochis auctum cum honore censum? Quid quod amicis tuis, viris pietate et doctrina insignibus, quum eos ecclesiasticis honoribus admoveres, omnem sumptum de fisco tuo expedisti? quem morem Antoninorum et Alexandri Severi, aliorumque optimorum Caesarum, fuisse accepimus. Nonne templis instaurandis, priscis tabulis reficiundis vel aere excudendis, obeliscis describendis, opificiis omne genus elaborandis, antiquitatis monumentis conservandis, urbi passim ornandae, Tiberi portubus instruendo, aerarium patefecisti? nonne multae civitates pagique subsidia accipiunt, ut opera vel nova faciant vel vetera restituant? Quin adeo plurimis hierosolymitani ordinis erga ecclesiam commotus meritis, hospitium nobilissimis eius sodalibus, paeneque dixi stabilem sedem, Ferrariae munifice obtulisti. Quis denique non plaudit voluntati tuae, ut nonnisi doctrinae virtuti ac moribus summi honores reddantur?

Digitized by Google

Vox me deficiet, BEATISSIME PATER, si singillatim dícere velim quam bene remp. et ex communi utilitate gubernes. En maria quidem, quae tua littora alluunt, potentissimi regis Galliarum patrocinio commisisti, quoad maritimae vires tuae classisque subcrescant: Centumcellarum tamen armamentarium navali materie omnique supellectile opplesti; praemiis etiam propositis siquis naves construat, siquis naviget, siquis patrias fruges cum externa pecunia commutet, siquis eleganter in urbe aedificet, siquis novum quid et utile excogitet, siquis perficiat: cui beneficio affine est privilegium illud, quo inventarum rerum opificiorumque utilitates auctoribus suis confirmasti. Ne vero fides publica umquam concidat, atque ut aes alienum quod ex aerario debetur, paulatim extinguatur, immensa latifundia, saltus, stagna, piscososque lacus, metallorum aluminumque fodinas, publicarum locationum, caducarumque pensionum, reditus huic usui adsignasti. Ut autem privatorum fenorum gravitas inhibeatur, dispendii minimi aerarium instructum est, quod ita indigentium angustiis consulit, ut feneratorum ingluviem vitare iam liceat. Praeter quam quod locandarum etiam in urbe domuum mercedes ne nimiae sint, providetur. Necdum satis dixi: cur enim praeteream iudiciorum tenorem correctum, sententiarum et actuum taxationes definitas, publicae rei administrationem serio emendatam? Denique ut omnia recte et ex summo aequitatis iure a magistratibus gerantur, vigilans

Digitized by Google

delectorum Patrum consilium instituisti, cui factorum suorum rationem, quotiescumque usus tulerit, cuncti reddant.

Nihil vero benignius est nihil amantius verbis illis quibus decretum pro largiendis subsidiis editum exordiris; nempe partem populi infirmam et inopem Tibi prae ceteris ordinibus, Christi Dei exemplo, esse carissimam, tuaque in cura tutelaque singulariter positam. O digna Principis verba, in quem se tota superiorum Pontificum transtulit pietas! Huc pertinet quod urbana nosocomia, creato novo consilio magistratuque, pio etiam feminarum collegio addito, diligentissime regi mandasti; ita ut saluti animarum, corporum medelae, sacrique patrimonii procurationi consultum sit. Nonne vero Ipse nosocomium maximum intempesta nocte invisisti? nonne aliud ministrandi donandique causa adiisti? nonne in pauperum peregrinorum hospitio fastigium tuum ad omnia christianae charitatis officia demisisti? En etiam ad carceres, semel ut obaeratos repensa pecunia exsolveres, iterum ut miserorum clementi regimini provideres, accessisti. En ipsum denique aerarium, praecipue ubi pignora pauperum deponuntur, praesens inspexisti. Porro urbem Romam, quae christianae religionis ut metropolis est, ita exemplar et speculum esse debet (quare et sanctae nomen iamdiu promeruit) quam bene per Te compositam moratamque videmus! templorum reverentia curata, indictis saepe publicis precibus, excitatis sacris oratoribus,

Digitized by Google

supplicationibus ductis, sacrarum legum observantia imperata, ieiuniis etiam quandoque institutis, vinariis cauponis ganeisque libidini obstructis, lustris purgatis, feminis ad vestium honestatem edicto coactis, aleis prohibitis, ignavia e triviis submota, agricolandi studio commendato, plebe inope ad laborem adacta, pueris ad litteraturam vel artes, puellis ad lanificia intra pudicas domos exercitis. Ita demum pulcherrimam urbi faciem, exhauriendis vitiis et congerendis virtutibus, reddidisti. Quin immo ad excitandum caelestis patriae desiderium, qui est militanti ecclesiae propositus finis, quatuor sanctitate et prodigiis excellentes viros beatorum albo adscripsisti, eosque ad veneration-nem omnium mortalium auctoritate tua consecrasti.

Supersunt illa pontificatus tui lumina quatuor; iubilaeus annus urbi totique orbi propositus; basilicae divi Pauli imperata restitutio; latronum volscorum pestis deleta; sectarum arcanarum constitutione apostolica principalique decreto perculsa coitio. Iubilaeus quidem annus quam uberes fructus toto orbe pepererit, quantis et tuis, PONTIFEX MAXIME, et christianae gentis virtutibus illustratus fuerit, nihil adtinet dicere, quia res sole splendidior est. Atque utinam populi rectoresque omnes tuis amantissimis monitis semper pareant, quibus sacri iubilaei largitionem prosecutus es! Namque haec demum erga supremam auctoritatem tuam obedientia civilium virtutum seminarium erit, publicae quietis seges, pacis altrix. In pau-

Digitized by Google

lina vero basilica restituenda primo quidem imitatus es decessorem tuum Clementem V, qui missis quaqua versus litteris, ad instaurandum lateranum templum incendio similiter absumptum, Christianorum omnium pietatem excitavit: tum Ipse reseratis thesauris tuis, rem maximorum sumptuum et infinitae difficultatis magno animo et urges et promoves: quamobrem tanto illustrior futura est gloria restitutoris, quanto moles ipsa restitutionis immanior. Iam ob latronum crudelitatem sublatam, quae viginti annis latissime grassata fuerat, seque incredibili furore iactaverat, vim publicam maiestatemque imperii contempserat, direptionibus caedibusque atrocissimis ac terrore ingenti Italiam compleverat; nulla est rhetorici pompa sermonis, quae tua merita possit laudibus adaequare. Cogitemus servile bellum a Romanis in Sicilia bellatum; cogitemus oppressum Spartacum; cogitemus piratas a Pompeio totis maribus exactos; cogitemus hos ipsos praedones volscos a Sixto V. ex his silvis olim montibusque fugatos; decus tamen tuum gaudiumque nostrum nulli fere secundum est, dignumque facinus quod fasti memores celebre extendant. Sectae denique et coitiones hominum irreligiosorum, quae sacram quoque Petri ditionem nefario ausae sunt contaminare vestigio, nunc iustissimis edictis tuis ut adflictae iacent! ut supplicium sceleris sui pertimescunt! ut eas iam cuncti, post apostolicam sententiam tuam, publicis odiis prosequuntur! Quamquam Tu quidem bene-

Digitized by Google

ficiis potius quam remediis mentes moresque hominum emendare ac formare cupis, et nullam benignitatis clementiaeque partem desiderari umquam passus es. Sed finis sit; etsi enim haec oratio non ex ingenio meo sed ex virtutum tuarum magnitudine et copia manavit, vereor tamen ne forte longior in dicendo fuerim, cum tuam modestiam, BEATISSIME PATER, verecundiamque considero. Sed certe uni Tibi prolixior fuerim; ceteri omnes, quorum sum voluntatis et amoris interpres, maxime optandum putant, ut ea quae ad Principis praeconium dicuntur, permulta sint.

SANCTITATI TUAE

devotissimus et obsequentissimus

ANGELUS MAIUS.

Digitized by Google

EDITORIS PRAEFATIO.

Litteratura familiae Basilii macedonis.

I. Saeculo post Christum natum decimo quamquam crassissimis inscitiae tenebris Latini obruebantur, ita ut id tempus prorsus sit historiae apud nos maledictione dignissimum, non tamen apud Graecos par litterarum calamitas erat. Nam sub prioris saeculi exitum in aula byzantina floruerat Photius Basilii caesaris liberis instituendis praepositus, vir ut scimus omni doctrinarum genere instructus, cuius opus myriobiblon satis demonstrat, quantis adhuc librorum optimorum copiis Graecia atque oriens abundarent. Decimum vero universum saeculum Basilii praedicti prosapia occupavit; eaque tot ac tantis erga bonas litteras meritis claruit, ut hinc denuo cognoscamus, quantopere intersit insignem aliquem sapientia virum in principum contuberniis versari, quantosque is fructus quamque diuturnos parere soleat. Ecce enim ipse Basilius, quamquam haud regiam educationem sortitus, Photii tamen consuetudine in imperio usus, nequaquam durus ad studia litterarum fuit; immo vero ingenii sui doctrinaeque documenta reliquit capita paraenetica ad filium, orationes aliquot et epistulas ac novellas leges: tum vero civilis iuris graece scripti parentem se fecit. Nam praeter elaboratam cum filio iuris epitomen, seu νόμων πρόχειρον, moles illa ingens et luculenta basilicorum ab ipso fundata est; quam postea Leo filius absolvit, Constantinus nepos recognovit atque vulgavit. [Nihil dico de graeco menologio picturis inauratis insigni, in vaticanis adhuc pluteis servato, quod urbinatibus typis demum prodiit: nam quia id in poetico prohoemio dicitur habere auctorem Basilium purpurae alumnum, id est in purpura natum, sequitur ut Basilius iunior intelligendus sit, non ille senior macedo qui privatus pauperе in lare natalem lucem aspexerat. Porro iunior Basilius Romani ex Constantino porphyrogenito nati filius fuit; isque revera post parentem Romanum regnavit. Basilius itaque macedo Basilii iunioris abavus fuit, Leo sapiens proavus, Constantinus porphyrogenitus avus, Romanus pater. Interim bibliothecae vaticanae laetari licet, quod ab aula byzantina familiaque macedonis Basilii tam illustre monumentum christianae virtutis sanctitatisque acceperit; quod nunc gaudium duplicare licet detecto historico palimpsesto, quem ad eamdem familiam pertinuisse credibile est.] Basilii macedonis filius Photii regius discipulus Leo novellis legibus plurimis, permultis etiam orationibus, tractatibus tacticis, perpetuoque philosophandi studio, cognomentum sapientis merito adeptus est. Sed enim maiorum suorum in re litteraria gloriam longe superavit Constantinus porphyrogenitus Leonis filius, Basilii senioris nepos; qui puer septennis imperium adiit anno DCCCCXI, idque annis XLIX retinuit, donec annos natus LV. veneno extinctus a filio obiit. Extant eius ingenii eruditique laboris insignes fructus; vita scilicet avi sui Basilii; de administrando imperio ad Romanum filium; tacticorum liber; de imperii thematibus seu provinciis; novellae constitutiones; legum compendium; orationes aliquot; de aulae denique byzanti-

Digitized by Google

nae caerimoniis tractatus. Nec iubendo minus quam lucubrando litteris profuit. Namque eius iussu Theophanes quidam medicorum synopsin concinnavit; sanctorum hominum vitas Simeon metaphrastes collegit; anonymus autem nescio quis Theophanem historicum continuavit. Constantini praeterea mandato utilissimae eclogae ex diversis auctoribus defloratae fuerunt; geoponicorum nimirum libri viginti; hippiatricorum libri duo; ex Africano item aliisque scriptoribus eclogae, quas in parisiaco codice extare ait, citato Boivino, Fabricius (1); quarum ego iamdiu accuratiorem notitiam audire aveo, atque a gallicanis bibliothecariis expecto. Ex historicis denique antiquis pretiosissimas eclogas confici iussit Constantinus, certisque capitibus digestas in communes locos coniecit: de quo scilicet postremo opere unice iam mihi disserendum erit, quandoquidem eius partem nobilem nunc primum in hoc volumine edere feliciter mihi accidit. Historicorum excerptorum institutum et scopum satis docet praefatio eclogarii, quam Henricus Valesius vulgavit; nempe curasse dicitur Constantinus, ut humani generis historia per innumeros libros diffusa, resecatis partibus inutilioribus, commodiore, ut putabat, ac sucosiore compendio legentibus exhiberetur; praesertim quia singulorum auctorum libri integri, propter magnitudinem et pretium, iam a vulgi manibus paene avolaverant; et quia mortales variis vitae negotiis occupati, tam immani lectioni vacare non poterant. Quid ergo Caesar noster? decerpta ex historicis classicis nunc longiora nunc minuta fragmenta, quae verborum minus, sententiae plus continebant, ad certos titulos revocari mandavit; ita tamen ut nequaquam historicos inter se eclogarius misceret; sed prima v. gr. Diodori excerpta poneret, deinde Dionis, tum Polybii, et sic reliqua, nulla aetatis plerumque ratione habita. [Quamquam semel certe vaticanus eclogarius p. 247. perturbatae temporum rationis in disponendis auctoribus veniam petit.] Age vero huiusmodi opus, quantumvis Porphyrogeniti aevo gratum fuerit, posteriori certe magisque criticae aetati vix placuit; primum quia legentium ignaviae favere creditum est, qui omissis iam voluminibus integris, in his excerptis ac levioribus flosculis conquiescebant: tum multo gravior consilii eius vituperatio fuit, quia perdendis sensim historicorum operibus, quae iam raro vel numquam describebantur, ansam labor constantinianus praebuisse videtur. Quid dicam? Constantinum ne ab his criminationibus, invita prope veritate, defendam? Non est hoc instituti mei, qui vetera scripta evulgo, non hominum facta defendo. Melius certe consuluisset historiae Porphyrogenitus si Constantinum potius illum magnum imitatus esset, qui sacra biblia non mutilavit, sed eorum quinquaginta exemplaria sumptibus regiis descripta ecclesiis donavit (2). Sed tamen quod nonnulli critici aiunt, nos fortasse amisisse historicorum veterum libros ob consilium Porphyrogeniti; probabiliter aeque respondere licet, nisi Porphyrogenitus has saltem eclogas conficiendas curasset, nos fortasse haec scripta nullo modo neque integra neque mutila fore habituros. Quae par ratio palimpsestorum est: namque ut rescriptio sine dubio multos auctores perdidisse videtur, sic eadem multos conservavisse: nisi enim membranae illae ad novos usus

(1) Bibl. gr. ed. nov. tom. VIII. p. 9.

(2) Euseb. vit. Const. IV. 36.

Digitized by Google

fuissent accommodatae, eae procul dubio variis casibus consumptae perissent, quoniam veteris argumenti nullus iam vel amor vel litterarius usus vigebat. Sed utcumque se ista habent (neque enim haec sunt dogmata, sed quaesita atque proiecta) amissis iamdiu historicorum veterum plerisque libris, constantinianae nobis eclogae pretiosissimae sunt, quae lacrymabile damnum solae reparant.

De variis variorum operum eclogis.

II. Excerptorum ex auctoribus classicis conficiendorum pervetustum morem et satis pervulgatum fuisse aio; nequis forte imperitior primum instituti auctorem Porphyrogenitum credat. Ecce enim statim incurrit in oculos palmare illud exemplum romani iuris, quod quum Livii iam aetate (1) in immensum aliarum super alias acervatarum legum cumulum excrevisset, sub Caesaribus demum in minutas partes dissectum est, exclusis praesertim repetitionibus, atque omni superfluitate detracta. Ciceronem ipsum, Pompeium, et Caesarem, de redigendo iure civili scimus cogitavisse (2). Edicta praetoria Hadrianus caesar ad compendium contulit (3). Exin leges imperiales contractas meminimus in duobus codicibus Gregoriano et Hermogeniano usque ad Diocletianum: quas curas multo celebrior subsecutus est Theodosii iunioris codex; quem rursus breviavit Anianus. Postremam denique ius civile latinum a Iustiniano mutilationem passum est, qui leges principum in codice, doctrinas prudentium in digesto, minutis segmentis tritas conclusit: idque institutum basilicis suis graecis Basilius macedo renovavit; ne iam cetera graeci iuris, quae multa sunt, compendia commemorem. Atque eadem iuris quoque canonici et pontificii fata fuerunt, quod ex innumeris synodorum, episcoporum, pontificum maximorum decretis, interpretumque doctrinis defloratum est. Sed iam omisso iure, ecce tibi Athenaei priorum duorum voluminum nonnisi epitomen anonymam legimus. Polybii epitomen Brutus fecerat: tum eiusdem Polybii excerpta ex prioribus libris XVII. in nobilissimo prope omnium polybianorum codice vaticano extant, cuius iamdiu collationem editores impetraverunt. Diodori siculi eclogas nescio quis in florentino codice scripserat, quas deinde Hoeschelius cum legationibus aliorum auctorum edidit; aliasque praeterea confecit Pletho. Dionis Cassii postremorum librorum excerpta a Theodosio quodam curata habemus. Appianum contraxerat olim anonymus in duos libros; Florus Livium, Iustinus Trogum, Dionysius halicarnassensis se ipsum breviavit. (Ceteroquin breviandi paulo diversior ratio ab excerpendo est.) Strabonem excerpsit anonymus atque etiam Pletho; tum etiam minores, qui extant graeci geographi, nonnisi compendium quoddam esse creduntur. Stephanum byzantinum contraxit grammaticus Hermolaus, Aristotelem Georgius Pachymeres. Fronto et M. Aurelius excerptis librorum veterum saepe faciendis atque in usum suum seponendis vacabant (4). Oribasii medici opus LXX. librorum, quamquam nunc paene omne deperditum, notissima tamen medicorum veterum defloratio fuit; eiusque aliquot novos libros propediem nos edemus. Iosephi iudaei et Procopii caesariensis avulsas corporibus suis eclogas in

(1) Lib. III. 34. Confer etiam Tertullianum apolog. cap. V.

(2) Sveton. Caes. XLIV. Gell. I. 22. Isidor. orig. V. 1.

(3) Iustinian. praef. digest. ff. 18.

(4) Ad M. Caes. II. 13. III. 18. Ad Ant. imp. II. 5. 6.

Digitized by Google

ambrosiana bibliotheca memini me legere; eusebiani vero chronici amplas atque praeclaras ex Anglia Scaliger quondam accepit: propheticas eiusdem Eusebii eclogas vindobonensis codex conservat; evangelicarum quaestionum a praedicto Eusebio scriptarum epitomen seu eclogas ego nuper vulgavi. Medio autem aevo nobilissimus fere eclogarius Stobaeus fuit, cui tot auctorum reliquias debemus. Tum de curatis a Planude classicorum excerptis infra loquar. Quid dicam de vaticana bibliotheca, in qua flores huiusmodi passim se efferunt? Age vero in materiarum sacrarum eclogis nonne primae occurrunt biblicorum interpretum catenae tot, quae bibliothecas omnes mss. prope impediunt ac praegravant? quarum hactenus editarum perpusillus numerus est prae ineditis sive graecis sive latinis sive etiam idiomatum orientalium. Atqui ut ad has divulgandas docti homines incumbant magnopere opto, neque exotericas solum, verum etiam latinas, quarum certe delectas typis tradi satius, credo, foret, quam tot neotericis commentationibus faces veluti in meridie attollere. Speculum suum Augustinus pari fere ratione sumpsit e sacris bibliis, qua ex historicis eclogas Constantinus. Reliqui fere sunt eclogarii editi, s. Maximus, s. Io. damascenus, Anonymus rupefucaldinus apud Lequinium, Antonius Melissa, florilegium Arsenii. Anastasii quoque sinaitae quaestiones ad genus eclogarum pertinent, haeque editae sunt; sed tamen ego alterius quoque Anastasii alias eclogas dogmaticas magni pretii in manibus habeo ex antiquissimis patribus derivatas, quas deinde vulgabo. Latet excellens adhuc Leontius, cuius ego nonnisi primum titulum cum operis universi conspectu syllaboque auctorum in superiore volumine exhibui; latet florilegus vaticanus, ex quo nunc nonnisi Cassii Dionis Diodorique siculi reliquias profero; latet barberinus a me non semel inspectus. Hi quidem graeci: sed latinum quoque perveterem in vaticana bibliotheca florilegum observavi, qui Ciceronis opera expilat. De his hactenus; ne scilicet a Constantino propositoque meo longius abscedam.

De Constantini eclogis historicis.

III. Constantinus igitur, conquisitis diligenter historicorum praecipuorum codicibus, excerpta ex his partim fortasse labore proprio (fuit enim hic Caesar litteris nimium deditus, ita ut remp. prope negligeret) sed plerumque per doctos homines facienda curavit (1): qui dum eosdem interdum auctores expilant, atque ad eundem titulum conferunt, res quandoque repetiverunt, quod in iure

(1) Hoc loco somnium mihi quoddam Lucae Holstenii doctissimi viri meique in munere decessoris dispellendum est, qui novum ac nuspiam visum Porphyrogeniti opus sibi finxit. Is enim epistula nona, qua famigeratum illum excerptorum codicem Peirescio gratulatur, sic scribit: *non solum excerpta, quinquaginta et aliquot capitibus, complexus est Constantinus, quorum exigua pars ad nos pervenit de legationibus, de re rustica, et περὶ ἰατρικῆς, et similia; sed ex omnibus graecae latinaeque historiae auctoribus graecis unum continuum syntagma concinnavit; quod olim me observasse memini ex scholio quodam graeco, quod Appiano suo praefixit H. Stephanus (σχόλιον illud graecum vel Appiano vel Dioni Cassio praefixum est; nec enim satis memini utri eorum; neque hic in aula mihi eorum copia est ut inspiciam) quo indicatur ordo auctorum in lectione servandus: scilicet ut εἰσαγωγῆς loco universae historiae graecae praemittantur quinque primi libri Diodori siculi; sequatur dein Herodotus, hinc Thucydides, inde Xenophon, postea Arrianus, tum reliqua Diodori. In romanis rebus eodem modo Dionysio halicarnassensi subiungatur Polybius, Appianus, Dion Cassius. Hoc ineptum fuit consilium Constantini* etc. Nunc videsis, lector, quam lepide

quoque iustinianeo contigisse haud semel videmus. Et quidem tituli *de legationibus* eclogarius fuit Iohannes quidam constantinopolitanus, teste Fulvio Ursino in eclogarum praefatione: titulorum vero *de virtutibus ac vitiis* et *de sententiis* anonymi sunt auctores, quorum tamen prohoemia supersunt, prioris quidem tituli apud Hoeschelium et Valesium, posterioris autem novique in vaticano codice ante Eunapium: ex quo etiam loco cognoscimus desiderari in codice vaticano Prisci historici excerpta. Ergo Constantini vel studio vel iussu quinquaginta tres tituli definiti fuerunt, in quibus quidquid eximium historia habuit, distributum collocaretur. Quinam vero hi tituli fuerint, nunc amisso opere magnam partem ignoramus; sed tamen partim apud Hoeschelium partim apud Valesium tituli viginti duo nominantur; quibus accedunt ex codice vaticano novorum titulorum nomina *de regum successione*, *de arte imperatoria*, *de rerum inventoribus*, *de sententiis*, *de sententiosis effatis*; nisi forte, quod valde arbitror, postremi duo unum constituunt. Et quidem tituli tantummodo *de sententiis* materia in codice vaticano est; ceteri nonnisi obiter appellantur. Ergo nomina titulorum XXVI, id est partis dimidiae operis iam tenemus. Sed enim ex tanto numero duo tantummodo ante hoc tempus reperti vulgatique erant, nempe titulus *de legationibus* partim ab Ursino partim ab Hoeschelio editus; et *de virtutibus ac vitiis*, cuius editor Valesius est: nunc tertius a me detectus accedit titulus *de sententiis*. Materiam singulis titulis satis amplam fuisse attributam, constabat ex editis; nunc autem a vaticano novo titulo id confirmatur, cuius item perampla materia est. In vaticano titulo scribuntur inediti auctores Polybius, Diodorus siculus, Appianus, Dio, Iamblichus, Dexippus, Eunapius, Menander: editi autem, ideoque a me praetermissi, Xenophon, Arrianus, Procopius, Agathias, Theophylactus. Ceterum Ursini, Hoeschelii, ac Valesii, levis sane labor fuit edendorum Constantini excerptorum; quia neque legendis palimpsestis oculos obtuderunt, neque revocandis ab infinito errore et confusione membranis diuturnam patientiam insumpserunt. Mihi vero omnia secus, id est difficillima, contigerunt; verumtamen de his alibi; nunc de repertis singulorum auctorum partibus singillatim dicendum est; in quo tractatu neque codicis ordinem neque meae editionis, sed chronologiae tantummodo sequar: nam in codice quidem ordo auctorum partim incertus est partim absurdus; ego vero ipse in editione, quem ma-

Holstenius mentis suae figmentum Constantino auctori scholiastaeque narratori tribuat. Graecum scilicet illud scholion non Dioni sed Appiano in stephaniana editione praefixum est post prologum pag. 10. (utraque enim tum Dionis tum Appiani praedicta editio in vaticana bibliotheca ad manus mihi est; hosque libros cl. Boissonadus, Parisiis licet degens, quominus inspiceret, nescio quo casu prohibitus est.) Iam vero id scholion plane idem est quod a Schweighaeusero recitatur tom. III. p. 10, uti iam recte suspicatus fuerat Boissonadus. Ibi vero nihil aliud dicit scholii seu moniti auctor, nisi se ex Appiano quasdam historiae partes selegisse, easque duobus voluminibus comprehendisse; quandoquidem cetera romanae historiae tempora historici alii, Dionysius nimirum ac Dio, luculentius rectiusque tractaverant. Nullum ergo fuit Constantini opus, quale Holstenius extitisse adfirmavit; sed huic par fere nostra aetate instruxit cl. Eichhornius, a quo antiquam historiam ex auctoribus graecis κατὰ πλάτος concinnatam legimus. Altera Holstenii halucinatio est, quod illis quinquaginta et et aliquot capitibus, geoponica quoque et hippiatrica et his similia fuisse iudicat; quod alienum a veritate est. Nam praefatio eclogarii a Valesio ex codice peiresciano edita perspicue nos docet, nihil nisi historicum in tribus illis et quinquaginta titulis fuisse contentum. Ergo reliquae Porphyrogeniti collectiones ab hac historica exulaverunt.

Digitized by Google

luissem aetatis ordinem, tenere non potui. Nam ut quisque auctor lectu erat facilior, cuiusmodi fuerunt Diodorus ac Dio, ita eum typis primum tradidi: quanto autem laboriosior lectio atque obscuratior erat, tanto a me partis eius editio diutius differebatur; dum plura in dies vel me lecturum sperabam vel emendaturum. Ergo primum de Polybio, qui maior natu est, verba faciam.

POLYBIUS.

IV. Quadraginta historiarum libros composuisse Polybium exploratum est; quibus partim compendiaria partim diffusa oratione post captam a Gallis Romam usque ad deletas a Romanis Carthaginem atque Corinthum, modo res solas romanas, modo etiam exterarum gentium complexus fuit. Tanto ex numero quinque tantummodo libri integri aetatem tulerunt; ceterorum vero usque ad XVII, excerpta continua; praeterea vulgatae ab Ursino *legationes*; insuper editae a Valesio *de virtutibus ac vitiis* eclogae; tum a variis criticis collecta ex Suidae lexico atque aliunde fragmenta: quas reliquias omnes in novissima Schweighaeuseri praestante editione legimus. Nunc denique accedunt inventa a me vaticana excerpta, titulus videlicet *de sententiis*; quorum excerptorum series a libri sexti exordio usque ad trigesimi noni finem pertingit. Atque ita accidit ut e pontificiis codicibus bis Polybii partes prodierint; primae sub Nicolao V, qui graecum codicem Perotto tradidit, eique ut latinos faceret quinque libros priores imperavit; iterum sub Leone XII, qui a me oblatas Polybii novas partes in eius bibliotheca superstites clementer excepit. Polybii in vaticano palimpsesto paginas prope centum nactus sum; quarum nonnullae in partes editas incidebant, ut in tabella (p. 463. sq.) docui, ideoque a me praetermissae fuerunt, ne variis quidem adnotatis lectionibus propter coeptae editionis instantiam, et propter plurimas quibus premor occupationes: quod tamen aliquando praestiturus sum, si opportunitas otiumque erit. Librorum distinctionem, quae nulla plerumque in palimpsesto est, ipse curavi, partim certissima scientia ductus, partim coniectura: quin adeo nonnullos quoque superiorum editorum errores in ordinandis Polybii fragmentis emendavi. Illud memorabile, quod pag. 406. ait eclogarius nonnisi imperfectum Polybii codicem sibi ad manus fuisse; ita ut quarti decimi libri prohoemium habuerit, reliquam partem usque ad trigesimum folium desideraverit: quod dictum cum alio congruit a me ibidem citato valesiani eclogarii, qui ait defuisse sibi in hoc libro alia folia XLVIII. Etsi autem vaticana excerpta a libro sexto, ut dixi, usque ad trigesimi noni finem excurrunt; nihilominus haud valde copiosa sunt; non quod eclogarius Polybium parvi fecerit, sed quia reliquam materiam reliquis titulis reservabat. Libri tamen duodecimi valde spatiosa excerpta proferimus. Locos aliquot desperatae, propter oblitterationem, lectionis punctis interstinxi. Ubi autem asterisci sunt, ibi non codex lacunam facit, sed eclogarius, qui vel solitariam vel etiam abruptam sententiam scripsit: cuius admonitionis in ceteris quoque auctoribus memorem lectorem esse volo.

Digitized by Google

DIODORUS SICULUS.

V. Vaticani palimpsesti lectio nuspiam mihi felicior se obtulit, nuspiam uberiorem materiam suppeditavit quam in siculo Diodoro: septem enim quaternjones integros reperi, atque in his ineditos quinque (p. 134). Nullae ob foliorum defectum lacunae; tantum ii sunt hiatus, quos eclogarius instituti sui tenax sponte reliquit, atque a me asteriscis notati fuerunt. Habemus igitur a libro septimo usque ad decimum excerpta inedita. Deinde undecimi libri ac duodecimi partes cognitae sunt, atque a me praetermissae. Libri XIII. et XIV. nullas eclogas vidi, ideoque pars aliqua codicis intercidisse videtur, nullo tamen historiae detrimento, quandoquidem in superstitibus libris versamur. Eclogas rursus, a libro XV usque ad XX, utpote editorum librorum, missas feci. Sequuntur iam ineditae eclogae a vigesimo primo libro usque ad expletum quadragesimum, id est usque ad historiae finem, ut idoneo loco scholia mea evidenter demonstrant. Sex priorum historiae librorum utrum excerpta eclogarius fecerit, vaticanus imperfectus palimpsestus non docet; res tamen mihi minime dubia est: namque ante primum superstitem Diodori quaternionem, partem aliquam Diodori eiusdem extitisse vel inde apparet, quod qui primus superest, is ex abrupto versiculo incipit. Ergo alius olim fuit in constantiniano libro quaternio, sex priorum librorum excerpta continens: nos vero in sexto tantummodo iacturam fecimus, quia priores quinque in vulgatis libris leguntur. Diodorum quadraginta libris generalem historiam suam absolvisse, nemo doctus ignorat, nempe ab ultimis humani generis memoriis usque ad gallicum (seu potius civile, ut recte Scaliger emendavit) Iulii Caesaris bellum. Quindecim ex his supersunt; nempe, ut dixi, a primo ad quintum, et ab undecimo usque ad vigesimum: reliquorum librorum fragmenta extant a criticis variis collecta, eclogae scilicet ursinianae ac valesianae; item eclogae in bibliotheca Photii recitatae: praeterea partes ab Hoeschelio editae; tum illae quas Eusebius in praeparatione evangelica chronicoque servavit (1); (quem locum ex chronici editione mea mediolanensi futuri editores ad Diodorum augendum transferent); item quas Syncellus habet in chronologia; fragmentum denique de Cleonnide et Aristomene ab H. Stephano vulgatum ἀδέσποτον inter rhetores, sed quod Isaacus Vossius admonente codice florentino ad Diodorum auctorem recte retulit, suffragante nuper quem ego vidi codice quodam vaticano. Haec omnia et minora quaedam fragmenta Wesselingius editione sua complexus est; cui nunc vaticanus palimpsestus praeclarum enimvero et amplissimum incrementum suppeditat. Porro auctor sum futuris Diodori editoribus, ut huius historici reliquias, non ut Wesselingius disiectas, sed quod fecit in Dione Reimarus, ad chronologiam unumque corpus revocatas atque dispositas, aptius edant et laudabilius. Chronologiam Diodori ad romana tempora exactam in calce eclogarum posui, quia principio suis quemque annum locis in margine scribere sum oblitus. Palimpsesti quoque restitutum a me ordinem in tabella exposui.

(1) Praep. lib. II. 2. Chron. ed. mediol. lib. I. 46.

Digitized by Google

Item in scholiis docui quam sollerter Diodorus Polybium saepe expilaverit. Florilegium denique vaticanum (de quo loquar in Dionis notitia) alia quatuor Diodori fragmenta mihi obtulit , quae sero cognita pag. 568—569 descripsi: aliudque his subtexui , quod Suidas anonymum recitat , ideoque ad Diodorum nemo retulerat: nunc vero quum idem mihi , etsi aliquanto contractius , in vaticano palimpsesto inter eclogas Diodori p. 28—29. occurrisset , suideum locum Diodori esse cognovi , atque ad hunc repetundarum iure retraxi. Grato igitur animo eruditi homines Diodorum a pontificia bibliotheca auctum excipiant , a qua primitus quoque in lucem prodiit. Primus enim Pogius dum Nicolao V. a secretis esset , iubente et rei copiam suppeditante sanctissimo Domino , libros quinque priores Diodori siculi latinos fecit et edidit: quod praeclarum factum frustra Opsopoeus in dubium revocavit , qui profecto Pogii praefationem principemque editionem , qua ego utor , non aspexerat.

DIONYSIUS HALICARNASSENSIS.

VI. Aequalem Diodori Dionysium halicarnassensem Paulo II. pontifici maximo acceptum referimus , qui traditis Lapo Birago florentino duobus operis graecis codicibus , tam praeclarum historicum et latinum fieri et divulgari mandavit: cuius rei testis est Lapus ipse interpres tum in prohoemio tum praesertim in calce operis. Atque ita scriptorem suavissimum et de romana urbe summe meritum ab eo Pontifice habemus , quem odiis privatis instinctus Platina tam iniquo iudicio proscidit et litterarum veluti hostem calumniatus est. Ante tamen Paulum II. bene de Dionysio Nicolaus V. meritus erat: extat enim Mediolani in ambrosiana bibliotheca a me olim inspectus codex (S. 65. part. sup.) Dionysii librum primum a Lampo Birago mediolanensi latinitate donatum continens; qui tamen intra hunc terminum substitisse videtur; neque hic ipse liber primus typis traditus fuit , fortasse quia maecenas interim vita excessit. Lampus autem mediolanensis sic in epistula praevia Nicolaum V. adloquitur: *absolvi , beatissime Pater , iussu tuo hunc librum primum romanarum originum Dionysii halicarnassei , quem Sanctitas tua non sine causa converti in latinum voluit* etc. Nec vero quisquam existimet , duos immerito pro uno Biragos a me appellari. Nam 1. ineditam Lampi interpretationem cum edita Lapi ipsemet contuli , diversasque plane cognovi. 2; maecenates item ac tempora variant , Nicolaus nimirum et Paulus; diversae item sunt epistulae praeviae; denique Lampus nomen a Lapo differt. Praeter quam quod in litteraria Mediolanensium historia Philippus Argelatus (1) hos duos interpretes accurate distinguit. Scripsit Dionysius , ut scimus , antiquitatum romanarum libros XX , ab urbe condita , usque ad primi belli punici initium , annorum ferme quingentorum spatio emenso. Tam insignis historiae pars tantum dimidia ad nos pervenit , libri nempe priores decem cum undecimo imperfecto: neque in duobus vaticanae bibliothecae pervetustis codicibus saeculi ferme decimi , neque in chi-

(1) T. I. part. 3. p. 170.

Digitized by Google

siano aetatis supparis, nedum in aliis recentioris aevi exemplaribus, Dionysius plenior apparet. Sed tamen Constantinus porphyrogenitus historiam integram habuit; uti satis demonstrant ursinianae ac valesianae eclogae, quae Dionysii editionem iamdiu comitantur. Sed ecce demum novae se mihi Dionysii partes in ambrosianis codicibus obtulerunt, quas Mediolani anno MDCCCXVI vulgavi; immixtis etiam, quas nunc omisi, ursinianis valesianisque eclogis, ita ut ille liber meus dionysianas omnes post undecimum librum reliquias haberet. Inventi mei rationem tunc abunde in prohoemio exposui; sed una in re me falsum existimo, quod Dionysii putavi epitomen, quae sunt excerpta, ursinianis valesianis atque his vaticanis prorsus similia, a Constantini eclogariis profecta. Causa mihi erroris fuit, quod ab ipso Dionysio factam operis sui epitomen Photius (1) et Stephanus byzantinus (2) legisse se aiunt. Ego igitur materiam codicum ambrosianorum contractam idemtidem videns, de vetere praedicta epitome statim cogitavi: donec illam opinionem paulatim exui, partim doctorum hominum contradictione commotus, qui se purum Dionysium, non eius compendium, in partibus a me vulgatis cernere aiebant; partim aliorum excerptorum comparatione et praesertim vaticanorum, quorum rationem ambrosianis simillimam esse video. Ergo novam sententiam libenter amplector, et pro laceri compendii partibus, partes integri operis laetus saluto. Neque vero opus est ut parvum me magni viri exemplo defendam, Casauboni scilicet, qui Polybium edens, existimavit se habere in manibus confectam a Bruto Polybii epitomen, quae sunt potius excerpta eclogarii anonymi usque ad librum decimum septimum. Quas ego vulgavi eclogas, Dionysium prorsus habere parentem, nemo credo prudens et dionysiani stili peritus dubitabit. Mihi certe vel inde exploratissimum est, quod codices a me tractati, non solum partis ineditae verum etiam cognitae, id est universae historiae dionysianae, eclogas continent. Iamvero partis cognitae excerpta cum editionibus publicis ad verbum plerumque conspirant; ergo etiam excerpta inedita cum integro Dionysio, si is superesset, prorsus congruerent. Reapse excerptorum meorum caput LXIII. in valesianam eclogam forte incidit; neque ab ea differt, nisi quod verba aliquot a valesiano eclogario praetermissa ambrosianus supplet. Atque hae quidem dionysianae eclogae ambrosianis praecipue codicibus primitusque debentur; sed tamen vaticani quoque codices et unus florentinus partes nonnullas habent: et quidem omnes ad constantinianum titulum *de sententiis* pertinere mihi videntur. Atque ut de novis nunc sileam, quas suo loco commemoravi, insignis est vaticanus quidam miscellus codex, in quo sunt quatuor Dionysii cognita excerpta. Primum congruit ad litteram cum libro II. 75; idque aberat a codicibus ambrosianis. Secundum incidit in librum V. 23, omissis aliquot orationis particulis; idque etiam excerptum in ambrosianis codicibus desideratur. Tertium congruit ad verbum cum edito libro V. 73; idque multo contractius occurrit in codicibus ambrosianis. Quartum denique pertinet ad librum X. 2; sed cum aliquot additamentis ac varieta-

(1) Cod. LXXXIV.

(2) Voc. Ἀρίκεια et voc. Κεφαλλη.

tibus (1); idque rursus abest a codicibus ambrosianis. Aliud est de quo lectores meos admonebo, nempe invenustam illam Dionysii imaginem, quam Montfauconius e chisiano codice expressit, quamque ego ipse in ambrosiano codice repetitam rursus vulgavi, eam inquam ipsam in vaticano etiam quodam codice occurrere; quo minus mirari licet ambrosianas illas Dionysii eclogas in aliis quoque codicibus partim saltem fuisse descriptas. Ad illustrandam Dionysii notitiam eiusque historiam non ineptus mihi videtur Iohannis Canabutii commentarius in Dionysii loca hist. I. 68. 69. II. 66, ubi de diis mysteriisque samothracicis et troianis ab Aenea in Italiam translatis sermo fit. Hunc commentarium vulgare promiserat Allatius (2); sed verba in rem non contulit: eiusdem autem accuratam notitiam cum prohoemio et capitum, quae XCVI sunt, syllabo habemus apud Kollarium (3). Aetatem suam prodit ipse Canabutius qui ait cap. XV. (quod Kollarius observare neglexit) se scribere mille et quingentis post Dionysium annis. Ceteroquin Kollarius recte iudicavit floruisse auctorem circa medium saeculum XV, quoniam opus scribitur ad Samothraciae christianum principem, quem Kollarius demonstrat fuisse ex genuensi gente Catalusia, quae Samothraciae insulae dominationem usque ad annum MCCCCLXIII. retinuit. Canabutius catholicus homo fuit, id quod eius verba demonstrant, quibus ait Romam, christianae religionis causa, universi orbis principatum tenere: et sane nihil ego magis in hoc opusculo exosculor, quam graeci scriptoris erga apostolicam romanam sedem studium egregium, fidem eximiam, ac supremi privilegii perhonorificam praedicationem; quo loco ait, testimonio orbis terrarum prorsus constare, regna gentesque christianas omnes romanae ecclesiae ceu reginae obtemperare: atque hunc primatum idcirco esse institutum, ne salutaris finis, quem sibi Deus fundanda ecclesia proposuit, dempta videlicet unitate, frustra sit. Mihi igitur commodum fructuosumque videtur ex hoc Canabutii prolixo commentario, quem in vaticano codice lego, capitula quaedam decerpere, quae Dionysii vitam, historiam, et res romanas ethnicas christianasque declarant, atque heic graece saltem deponere: nam quominus latine interpreter, limites huius praefationis vetant, quam prolixiorem esse nolo: licebitque aliâs vel a me vel a quovis fieri interpretationem. Sic ergo Canabutius in codice p. 15. cap. XVII.

(1) En verba codicis, quae curiosi lectores cum editionibus conferent. Ὅτι κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα, ἣν ἐνίκα στάδιον Ῥύμβας Θεσσαλὸς, ἄρχοντος Ἀθήνησι Φρατικλείος, ὑπατεύοντος ἐν Ῥώμῃ Ποπλίου Οὐολουμνίου, καὶ Σερουιλίου Σουλπικίου Καμαρίνου, γίγονε μὲν ἐξ ἄλλα τίρατα, ἐξ νιφετὸς δὲ ἐξ οὐρανοῦ κατέσκηψεν εἰς τὴν γῆν πολὺς, οὐ χιόνα καταφέρων, ἀλλὰ σαρκῶν θραύσματα ἰλάττω τὲ ἐξ μείζω· τούτων τὰ μὲν πελλὰ μετάρσια προσπιτόμενα, πτερωταὶ ὅσαι εἰσὶν ἀγέλαι, τοῖς στόμασιν ἥρπαζον· τὰ δ' ἐπὶ γῆς ἐνιγχθέντα ἐν αὐτῇ τι τῇ πόλει ἐξ κατὰ τοὺς ἀγροὺς μέχρι πόλλοῦ χρόνου κείμενα, οὔτι χρόαν μεταβάλλοντα οἵαν ἰσχουσι παλαιούμεναι σάρκες, οὔτε σπιδόνι διαλυόμεναι· ὥζει τὲ ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν πονηρόν· τοῦτο τὸ τίρας, οἱ μὲν ἐπιχώριοι μάντεις συμβαλεῖν οὐκ εἶχον· ἐν δὲ τοῖς σιβυλλείοις ἐυρίθη χρησμοῖς, ὅτι πολιμίων ἀλλοεθνῶν ἔφοδος γνώσεται ἐπὶ τὴν πόλιν.

(2) De mensura temporum antiq. p. 239.

(3) Supplem. bibl. vindob. tom. I. p. 503. sqq.

Digitized by Google

ιζ'. Διονύσιος ὁ τὴν ἀρχαιολογίαν διηγούμενος τῆς Ῥώμης, ὁ καὶ Ἁλικαρνασεὺς λεγόμενος, πατρίδα ἔσχε τὴν Ἁλικαρνασόν· διὰ τοῦτο καὶ Ἁλικαρνασεὺς λέγεται· αὕτη γοῦν ἡ Ἁλικαρνασὸς ὑπῆρχε πόλις ἐπὶ θάλασσαν τῆς Ἰωνίας· λέγεται δὲ Ἰωνία ὁ τόπος ὅλος, ἀπὸ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Ἑρμοῦ ποταμοῦ ἤγουν ἔνθα ἐκβαίνει εἰς τὴν θάλασσαν, ὄντινα λέγομεν ἡμεῖς ποταμὸν τοῦ Ταρχανειώτου, ἕως ἀκρωτηρίου ἑνὸς, ὅπερ βαρβαρικῶς λέγουσιν οἱ ναῦται Κριὸν, λογικῶς δὲ λέγεται Κνίδος· ἐν ᾧ ἀκρωτηρίῳ ἦν ποτὲ καὶ πόλις ὀνομαζομένη καὶ αὐτὴ Κνίδος, ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἀκρωτηρίου, ἥτις φαίνεται νῦν κεχαλασμένη· μέσον γοῦν τοῦ τόπου τούτου τῆς Ἰωνίας ὑπάρχει καὶ ἡ Ἁλικαρνασὸς, ἔρημος καὶ διεφθαρμένη πόλις καὶ τὰ παρόντα καιρὸν, εἰς τὸν τόπον ὃν λέγουσιν οἱ τοῦρκοι Τουμανταχία, μακρὰν ἀπὸ τῶν λεγομένων παλατίων. De patria Dionysii et de Ionia.

ιη'. Οὕτως τοίνυν ὁ Διονύσιος ἐν τῷ καιρῷ καθ' ὃν ὑπῆρχε βασιλεὺς εἰς τὴν Ῥώμην ὁ Καῖσαρ ὁ σεβαστὸς, οὕτινος εἰς τὴν ἡμέραν ἐγεννήθη ὁ πρῶτος καὶ ἀληθινὸς βασιλεὺς ὁ Χριστὸς, ἀπῆλθεν ἀπὸ τῆς Ἁλικαρνασοῦ εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ διέτριψεν ἐκεῖ χρόνους εἴκοσι καὶ δύο· ἐκεῖ γοῦν ἔμαθε τὴν γλῶσσαν τὴν λατινικὴν καὶ λατινικὰ γράμματα, καὶ ἀνέγνωσεν ὅλα τὰ ἱστορικὰ βιβλία, ὅσα ἔγραψαν οἱ ῥωμάνοι καὶ οἱ ἄλλοι λατῖνοι ἀπὸ τῆς κτίσεως τῆς Ῥώμης καὶ ἀπὸ πάντων τῶν πραγμάτων αὐτῆς· ὁμοίως ἀνέγνωσε καὶ τὰ ἑλληνικὰ βιβλία ὅσα ἔγραψαν ἀπὸ τῆς Ῥώμης Ἕλληνες τινὲς ἱστορικοί· εἶδε γοῦν καὶ ἔμαθεν ἀκριβῶς καὶ ἀπὸ τῶν ῥωμάνων καὶ ἀπὸ τῶν ἑλλήνων ἱστορικῶν τὰ τῆς Ῥώμης πράγματα ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς αὐτῆς ἕως τῆς ἡμέρας αὐτοῦ· καὶ ὑπέλαβεν ἀληθῶς ὅτι οἱ ἕλληνες συκοφαντοῦσι καὶ διαβάλλουσι καὶ κατηγοροῦσι καὶ μισοῦσι ἀδίκως καὶ ἀλόγως καὶ ἔξω πάσης ἀληθείας, καὶ τὴν Ῥώμην καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῆς, καὶ τὸν κτίσαντα καὶ οἰκίσαντα αὐτῆς. Quandonam Dionysius Romam perrexerit; et quidnam ibi egerit.

ιθ'. Οἱ γὰρ ἕλληνες τοῦ καιροῦ ἐκείνου καὶ ἔτι οἱ παλαιότεροι βλέποντες τὴν εὐημερίαν τὴν ὑπερβολικὴν τῆς Ῥώμης, καὶ ὅπως μία πόλις, ἥτις ὑπῆρχεν ἐξ ἀρχῆς μικρὰ καὶ ἀδόξος καὶ ἀφανὴς, ἐβασίλευσεν ὅλης τῆς οἰκουμένης, ἐλυποῦντο εἰς ὑπερβολὴν καὶ ἐβλασφήμουν εἰς τοὺς θεοὺς αὐτῶν· ὥσπερ καὶ παραπονούμεθα καὶ ἡμεῖς τῷ καιρῷ τούτῳ καὶ ἀγανακτοῦμεν καὶ δυσχεραίνομεν καὶ τρόπον τινὰ βλασφημοῦμεν εἰς τὸν θεὸν, ὅπως τὸ μωρὸν τοῦτο καὶ ἀσεβὲς ἔθνος τῶν τούρκων ἐκυρίευσε τοῦ κόσμου, καὶ ἠφάνισεν ἡμᾶς τοὺς χριστιανούς· ἔλεγον οὖν οἱ ἕλληνες, ὅτι οἱ θεοὶ αὐτῶν ἀδίκως καὶ ἀλόγως ἔλαβον πάντα τὰ ἀγαθὰ καὶ τὴν ἀρχὴν πᾶσαν τοῦ κόσμου, ἣν τινα ἔπρεπεν, ἵνα δώσωσι πρὸς τοὺς Ἕλληνας τοὺς εὐσεβεῖς εἰς τοὺς θεοὺς, τοὺς εὐγενεῖς διὰ τὸ γένος, τοὺς σοφοὺς ἀπὸ γνώσεως, τοὺς πεπαιδευμένους διὰ τὴν πολιτείαν, τοὺς ἀνδρείους καὶ γεν- Graeci diis suis irati romanae felicitatis causa.

Digitized by Google

ναίους διὰ τ̀ γυμνασίαν καὶ τ̀ ἐμπειρίαν, καὶ ἔδωκαν αὐτὴν πρὸς ἀνθρώπους μωροὺς ἀσόφους ἀγροίκους καὶ βαρβάρους τοῦ῾ ῥωμάνους, οἵτινες οὔτε γένος εἶχον οὔτε πατρίδα οὔτε παίδευσιν οὔτε ἄλλην τινὰ προκοπὴν ἢ ἀρετὴν ἀνθρωπίνην· ἦσαν γὰρ μόνον λῃσταὶ καὶ κακότροποι ἄνθρωποι καὶ ἐκεῖ ἄγνωστοι καὶ ὀλίγοι· καὶ σωήχθησαν ἄλλου ἀπὸ ἀλλαχοῦ μέρους τῆς γῆς καὶ ὁμονόησαν καὶ ἐποίησαν πολλὰ κακὰ εἰς τοῦ῾ τόπους ἐκείνης τῆς Ἰταλίας· καὶ τέλος ἀπὸ τῶν χρημάτων τ̀ λῃστείας ἔκτισαν καὶ τ̀ Ῥώμην, ἵνα ἔχωσιν αὐτὴν λῃστήριον ἢ ὡς λέγουσιν οἱ κοινοὶ λῃσταρχεῖον· καὶ ὀλίγον κατ' ὀλίγον ἐβασίλευσαν καὶ τῶν κύκλῳ τ̀ Ῥώμης ἐθνῶν, καὶ τ̀ Ἰταλίας πάσης καὶ αὐτῶν ἑλλήνων καὶ ὅλης τ̀ οἰκουμένης· καὶ οἱ μὲν ἕλληνες ἔλεγον καὶ ἐφρόνουν ταῦτα.

Dionysius Graecorum malivolentiam castigavit.

κ'. Ὁ δὲ Διονύσιος οὕτως οὐχ εὕρισκε τὰ πράγματα οὕτως ὥσπερ ἔλεγον οἱ ἕλληνες, ἀλλὰ μᾶλλον ὅλα τὰ ἐναντία· ἐνόησε γοῦν πρῶτα μὲν, ὅτι ἡ πεπλανημένη ὑποψία αὕτη, ἥντινα ἔχουσιν οἱ ἕλληνες περὶ τῶν κτητόρων τ̀ Ῥωμης οὐδὲν συνέβη εἰς τοῦ῾ ἕλληνας, εἰ μὴ διότι οὐδὲν ἀνέγνωσαν καθολικὴν καὶ ἀληθινὴν ἱστορίαν περὶ τ̀ Ῥώμης· τοῦ῾ μὲν γὰρ ῥωμάνους καὶ λατίνους χρονογράφους οὐδὲν ἀνέγνωσαν διὰ τ̀ γλῶσαν, τοῦ῾ δὲ ἕλληνας ἱστοικοὺς τ̀ Ῥώμης οὐδὲν ὕστερον, ὅσοι ἔλεγον τ̀ ἀλήθειαν· ὅσοι δὲ ἔλεγον τὰς ὀρίξεις αὐτῶν ἱστοικοί, ἐκείνους ὕστερον· ἀλλὰ καὶ τῶν ἱστοικῶν πάντων καὶ τῶν ῥωμάνων καὶ τῶν ἑλλήνων ὅσοι ἔγραψαν τὰ περὶ τ̀ Ῥώμης πρὸ τοῦ Διονυσίου τούτου, οἱ μὲν ἔγραψαν ἀληθινὰ καὶ ὀλίγα· οἱ δὲ ἔγραψαν πολλὰ, ἄτακτα δὲ καὶ διεσκορπισμένα καὶ ἀνεξέταστα, ἀπὸ μόνης ἀκοῆς καὶ φωνῆς τῶν τυχόντων ἀνθρώπων.

Dionysius Romanos veteres dilaudavit.

κα'. Διὰ γοῦν ταύτην αἰτίαν καὶ ἑτέρας δύο ἢ τινας μέλλομεν εἰπεῖν δικαιοῦντες, ἦλθεν εἰς ἀνάγκην ἵνα ποιήσῃ τὴν ἱστορίαν ταύτην ὁ Διονύσιος εἰς πλάτος καὶ μὴ τάξεως τῆς πρεπούσης, καὶ μὴ πάσης ἀκριβείας καὶ ἀληθείας καὶ ἐξετάσεως, ὅπισκοπῶν ἵνα ἐκβάλλῃ τοῦ῾ ἕλληνας ἀπὸ τ̀ πλάνης ἥντινα εἶχον περὶ τῶν ῥωμάνων· ἠγάπα γὰρ αὐτοὺς ὡς γένος αὐτοῦ, καὶ ἰσχύνετο ἕλλην ὑπάρχων, καὶ οὕτως καθαρὸς, ἵνα οἱ ἕλληνες τοιοῦτοι ὄντες ἄνθρωποι ἀγνοῶσιν τοιοῦτον πρᾶγμα καθαρὸν καὶ ὁμολογούμενον, καὶ δοξάζωσι καὶ νομίζωσι ὅλον τὸ ἐναντίον περὶ τ̀ Ῥώμης καὶ τῶν κτητόρων καὶ οἰκιστῶν αὐτῆς· καὶ διὰ τοῦτο γράφει τ̀ ἱστορίαν ἑλληνικῇ γλώσῃ, ἵνα ἴδωσι ταύτην πάντες οἱ Ἕλληνες, καὶ μάθωσι τὴν ἀλήθειαν· διὰ γὰρ τούτους τ̀ πρῶτον λόγον γράφει τ̀ ἱστορίαν.

Dionysius Romanos negavit esse barbaros.

κβ'. Βούλεται γοῦν ἵνα δείξῃ διὰ τ̀ ἱστορίας, ὅτι οἱ κτίσαντες τὴν Ῥώμην οὐχ ὑπῆρχον βάρβαροι καὶ ἄγροικοι ἄνθρωποι, ὥσπερ ἔλεγον, ἀλλὰ ἦσαν ἕλληνες καὶ γένος ἑλληνικόν· οὐδὲ ἦσαν λῃσταὶ καὶ κακότροποι ἄνθρωποι, ἀλλὰ εὐσεβεῖς εἰς τοῦ῾ θεοὺς καὶ εἰς πάντας ἀνθρώπους χρήσιμοι καὶ ἔντιμοι ἄνθρω-

ποι· οὐδὲ συνήχθησαν ἄλλῳ ἀπὸ ἀλλαχοῦ ὡς μὴ ἔχοντες πατρίδα καὶ πολιτείαν, ἀλλὰ ἦσαν ἄνθρωποι ὀνομαστοὶ καὶ γνώσιμοι, οἵτινες εἶχον ἐκ παρ-
ίδα καὶ γένῳ καὶ πολιτείαν· οὐδὲ ἔκτισαν τὴν Ῥώμην ὡς ληστηρίου, ἀλλὰ
ἐποίησαν αὐτὴν πόλιν ἔντιμον, μετὰ βασιλείας καὶ πολιτείας εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρ-
χῆς.

κγ'. Ὁμοίως βούλεται ἵνα δείξῃ καὶ τοῦτο, ὅτι οἱ θεοὶ αὐτοῦ καὶ τῆς ἑλ- Dionysius romanam magnitudinem divinae providentiae adscripsit.
λήνων ὅπερ ἐποίησαν εἰς τὴν Ῥώμην, ἐποίησαν αὐτὸ εὐλόγως καὶ δικαίως ἐκ
ὥσπερ ἔπρεπεν ἵνα ποιήσωσιν· διότι οὔτε εὐσεβέστεροι ἄνθρωποι ἐγένοντο εἰς τοὺς
θεοὺς παρὰ τοὺς ῥωμάνους, οὔτε δικαιότεροι εἰς ἀνθρώπους, οὔτε σωφρονέσ-
τεροι εἰς τὰ πάθη, οὔτε ἀνδρειότεροι εἰς τοὺς πολέμους καὶ εἰς τοὺς θανάτους,
οὔτε φρονιμώτεροι εἰς τὴν τάξιν καὶ τὴν κατάστασιν καὶ συμφέρον τῆς πολιτείας,
οὐ μόνον οἱ ἀρχαῖοι κτίσται καὶ οἰκισταὶ τῆς Ῥώμης, ἀλλὰ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα
βασιλεῖς καὶ οἱ ὕπατοι οὓς λέγουσιν οἱ λατῖνοι κονσούλους, καὶ οἱ βουλευταὶ
αὐτῆς οὓς λέγουσιν οἱ λατῖνοι σενάτους, καὶ ὅλον τὸ πληθος τῆς πόλεως, ὅπερ
λέγεται λατινικῶς πόπυλον· ἀπὸ γὰρ μιᾶς ῥίζης τῆς ἀρχαίων οἰκιστῶν κατῆλ-
θεν ἡ ἀγαθοσύνη καὶ ἡ ἀρετὴ εἰς πάντας τοὺς μετὰ ταῦτα καὶ βασιλεῖς καὶ βουλευ-
τὰς καὶ τὸ λαὸν τῆς πόλεως πάντα· οὐ μόνον ἢ οἱ θεοὶ ηὔξησαν καὶ ἐτίμησαν
τὴν Ῥώμην, εἶτα ἀφῆκαν αὐτὴν ἵνα διοικῆται αὐτὴν ὑφ' ἑαυτῆς, ἀλλ' ἀεί
ποτε ἔβλεπον καὶ ἐφύλαττον αὐτὴν φανερῶς ἀπὸ παντὸς κακοῦ καὶ κινδύνου,
ὅστις ἐπιβαίνει εἰς αὐτήν.

κδ'. Ὁ μὲν οὖν Διονύσιος οὕτως κατὰ τὴν πίστιν αὐτοῦ οὕτως ὑπο- Dionysius religionis suae perstudiosus.
λαμβάνει καὶ οὕτως λέγει· ὑπάρχει γὰρ ὁ ἄνθρωπος τοσοῦτον θερμὸς εἰς τὴν
πίστιν αὐτοῦ τὴν ἑλληνικήν, ὅσον οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων· καὶ γὰρ ἔγγιστα τὸ
ἥμισυ τοῦ βιβλίου τούτου τῆς ἱστορίας γράφει διὰ τοὺς θεοὺς αὐτοῦ καὶ τοὺς
ναοὺς αὐτῶν καὶ τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς τιμὰς αὐτῶν· ἐγὼ γοῦν οὐκ εἶχον ἀναγ-
καίαν λέγειν περὶ αὐτῶν, ὡς πραγμάτων ψευδῶν καὶ ἀνυποστάτων καὶ μηδεμίαν
ἀλήθειαν, πᾶσαν δὲ πλάνην καὶ μωρίαν, ἐχόντων· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τοῖς περὶ τῶν
θεῶν αὐτοῦ λόγοις διηγεῖται καὶ περὶ τινῶν ἀναγκαίων, καὶ χωρὶς τούτων οὐ δυ-
νάμεθα εἰπεῖν καὶ περὶ ἐκείνων, διὰ τοῦτο σκυμπαλίκομεν καὶ τὰ περὶ τῶν θείων
αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀναγκαίων διηγήσεων· λαμβάνω γοῦν τὴν γλῶτταν αὐτοῦ καὶ λέ-
γω εἴ τι ἔμελλε λέγειν ἐκεῖνος, εἴπερ ἔζη, μᾶλλον ἢ εἴ τι λέγει καὶ ἀποθα-
νών, διὰ τῆς γραφῆς αὐτοῦ· οὕτω γοῦν λέγει ὅτι οἱ θεοὶ αὐτοῦ ἐποίησαν τὴν
Ῥώμην βασίλισσαν καὶ δέσποιναν ὅλης τῆς οἰκουμένης, διὰ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν ἀρε-
τὴν τῶν οἰκιστῶν καὶ κτητόρων καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς καὶ τῶν βασιλέων καὶ τῶν βουλευτῶν
αὐτῆς.

κε'. Ἐγὼ δὲ λέγω ὅτι οἱ θεοὶ αὐτοῦ οὔτε εἰσὶν οὔτε δύνανται· θεοὶ γάρ Romam verus Deus sublimem
φησιν ἡ γραφὴ, οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν· ἀλλ'

fecit, quia futura erat Ecclesiae prima sedes.

ὅπερ ἐγένετο εἰς τ̀ Ῥώμην, ὑπ̃ῆρχε πρόνοια τοῦ πρώτου κ̀ μόνου κ̀ ἀληθινοῦ θεοῦ τ̃ης ἁγίας ζ̃ιάδ@. ἐπειδ̀ γὰρ ἤγγισεν ὁ καιρὸς κ̀ ἐπλησίαζον αἱ ἡμέραι εἰς ἃς εὐδόκησεν ὁ θεὸς ἵνα γένηται ἡ σάρκωσις ℭ ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ κ̀ λόγου· ἔμελλε ἦ ἵνα λάβῃ ἡ π̃ίσις τοῦ μεγάλου κ̀ ἀπορ̃ήτου μυστηρίου τούτου ῥίζαν κ̀ ἀρχὴν κ̀ θεμέλιον δ̃ὶ τ̃ης δ̃ιαδοχ̃ης τ̃ῆ@ ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ Πέτρου κ̀ Παύλου εἰς τ̀ Ῥώμην, δ̃ὶ τοῦτο ὁ Χριστὸς αὐτὸς ᾠκονόμησεν πρὸ τ̃ης σαρκώσεως αὐτοῦ, ἵνα ἡ πόλις ἡ μέλλουσα δ̃έχεσθαι κ̀ π̃ιστεῦσαι κ̀ ἀποδ̃έξασθαι τὸ μυστ̃ήριον τοῦτο. κυρίως κ̀ καθολικῶς ὑπὸ τ̃ῆ@ πρώτων κ̀ κορυφαίων αὐτοῦ μαθητῶν, ἄρξῃ κ̀ ἀειστεύσῃ κ̀ βασιλεύσῃ τ̀ κόσμου παντὸς κ̀ π̃άσης τ̃ης οἰκουμένης· ἵνα ἀπὸ ταύτης ὡς ἀπὸ ῥίζης τινὸς κ̀ π̃ηγ̃ῆς μεταδοθῇ κ̀ κηρυχθῇ κ̀ βεβαιωθῇ εἰς πάντα τὰ ἔθνη κ̀ π̃ᾶσαν τ̀ὼ οἰκουμένην, ὥσπερ κ̀ ἐγένετο ὕστερον· ἔπρεπε γὰρ τὸ μεγαλώτερον κ̀ ὑψηλότερον πρ̃ᾶγμα τοῦ κόσμου εἰς τ̀ μεγαλωτέραν κ̀ εἰς τ̀ ὑψηλοτέραν πόλιν τ̃ῆ@ οἰκουμένης ῥιζωθ̃ῆναι κ̀ φανερωθ̃ῆναι· οὔτε γὰρ μεγαλωτέρα κ̀ ἀληθεστέρα π̃ίσις ἐσ̀ν π̀ρὸ τ̃ῆ@ χριστιανῶν, οὔτε μεγαλωτέρα ἀρχὴ κ̀ βασιλεία ἀπὸ τοῦ αἰῶν@ ἐγένετο παρὸ τ̃ῆ@ Ῥώμης· κ̀ δ̃ὶ τοῦτο ἐποίησεν ὁ θεὸς ταύτην μεγάλην κ̀ ἔνδ̃οξον, ἵνα δ̃έξηται κ̀ βεβαιώσῃ τὸ μέγα κ̀ εὔλογον κ̀ ὑπέρτατον τ̃ῆ@ χριστιανῶν κ̃ήρυγμα κ̀ μυστ̃ήριον.

Deus Hierosolymis ob Christi caedem iratus religionis sedem Romam transtulit.

κς'. Ἐπειδ̀ γὰρ ἔμελλε κατακλίνειν τ̀ Ἰερουσαλὴμ, ὡς ἀναξίαν τοῦ τοιούτου μυστηρίου δ̃ὶ τ̀ χριστοκτονίαν, ἐμεγάλυνε κ̀ ὕψωσε τ̀ὼ μέλλουσαν δ̃έξασθαι τὸ μυστ̃ήριον, ἵνα δ̃ὶ τ̀ δ̃εξαμένης κ̀ ἀγαπησάσης τὸ μυστ̃ήριον, φθείρῃ κ̀ ἀφανίσῃ τ̀ μὴ δ̃εξαμένην αὐτὸ, ἀλλὰ χωμένην θεοκτόνον κ̀ ἄπ̃ιστον· κ̀ γὰρ ὑπὸ τ̃ῆ@ ῥωμάνων κατεσκάφη κ̀ ἠφανίσθη κ̀ ἠχμαλωτίσθη ἡ Ἰερουσαλήμ· ὅπερ κ̀ ὁ Χριστὸς ὡς ἐκε῀ῖν@ ὢν ὁ μέλλων τοῦτο ποιε῀ῖν ἔλεγ̃ε, οὐ μὴ ἀφεθ̃ῇ λίθ@ ὧδε ἐπὶ λίθον ὃς οὐ καταλυθήσεται· ὥστε ἐκε῀ῖν@ ὡς ἔμελλε φθείρειν τ̀ Ἰερουσαλὴμ δ̃ὶ τ̀ ἀπ̃ιστίαν αὐτ̃ης, ἐκε῀ῖν@ ὕψωσε τ̀ Ῥώμην, διότι ἔμελλε δ̃έχεσθαι τὸ μυστ̃ήριον αὐτοῦ κ̀ βεβαιῶσαι κ̀ μεταδοθ̃ῆναι εἰς π̃ᾶσαν τ̃ῆ@ οἰκουμένην· ὅπερ ἐγένετο ὕστ̀ι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ὕστερον· σωτ̃ήριαν γὰρ ἔχει ὁ θεὸς ὅταν μέλλ̣ ποιε῀ῖν τι, πολλοῖς χρόνοις πρότερον οἰκονομε῀ῖν κ̀ κατασκευάζειν τὰ θεμέλια κ̀ τὰς ἀρχὰς τοῦ πρ̃άγματ@ ὃ μέλλει ποιε῀ῖν· ὕστερον ἦ πολλοῖς χρόνοις ποιε῀ῖν κ̀ τὸ πρ̃ᾶγμα αὐτὸ ὅπερ ἐβουλήθη ποιῆσαι (1)· σημε῀ῖον ἦ κ̀ τοῦτο ὅτι ὁ Χριστὸς ὁ μέγας βασιλεὺς ἐγεννήθη εἰς τ̀ ἡμέραν τοῦ καίσαρ@ Αὐγούστου, ὅστις οὐδὲν ἔχει οὔτε πρὸ αὐτοῦ οὔτε μετ' αὐτὸν μεγαλώτερον· ἡ μὲν γὰρ βασιλεία τ̃ης Ῥώμης ἐνίκησε π̃ᾶσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου· κ̀ π̃άλιν εἰς τ̀ Ῥώμην ἀφ' οὗ ἐκτίσθη ἕως τ̃ης σήμερον μεγαλώτερ@

(1) De hac divina oeconomia multo ante scilicet praeparandi praedicendique res deinde eventuras, legatur Theodorus mopsuestenus prolog. comm. ad Ionam itemque ad Oseam proph. collect. vatic. tom. I.

Digitized by Google

βασιλεὺς παρὸ ϯ καίσαρα τοῦτον οὐδὲν ἐγένετο· εἰ μὴ ϖδ̅α̅ τοῦ θεοῦ δ̅ϗ̅α̅ τὸ μεγαλεῖον τοῦ βασιλέως Χριστοῦ, ὅτις ἐχθρὸν ἐθ ϯ καιρὸν τοῦ κοσμικοῦ μεγάλου βασιλέως· καὶ δ̅ϗ̅α̅ τὸ μεγαλεῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ, ἥτις ἐριζώθη εἰς τὴν βασίλισσαν ϯ κόσμου παντὸς κ̅ϗ̅ ϛ̅ οἰκυμένης ϯ Ῥώμην.

κζ̅. Ἥτις Ῥώμη μέχρι ϛ̅ σήμερον, ἐὰν κ̅ϗ̅ κοσμικῶς οὐδὲν ἄρχει τοῦ κόσμου, ἀλλὰ πνευματικῶς δ̅ϗ̅α̅ ϯ πίστιν βασιλεύει τοῦ κόσμου παντός· ὅλ⊙ γὰρ ὁ κόσμ⊙ γινώσκ̷, ὅτι ἡ ἐκκλησία τῆς Ῥώμης ἄρχει κ̅ϗ̅ βασιλεύει τ̅ϖ̅ ἁπανταχοῦ τοῦ κόσμου χειριανῶν, κ̅ϗ̅ πείθονται ταύτῃ κ̅ϗ̅ ὑποτάσσονται πάσαι αἱ βασιλείαι ϛ̅ γῆς, ἵνα μὴ δ̅ϗ̅πέσῃ ὁ ἐξ ἀρχῆς σκοπὸς τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἔχῃ ϯ τιμὴν ἄπαυστον κ̅ϗ̅ αἰώνιον ἡ δεξαμένη τὸ μυστήριον αὐτοῦ κ̅ϗ̅ ϯ ἐναν-θρώπησιν πόλις· κ̅ϗ̅ δ̅ϗ̅α̅ τοῦτο εὐδόκησεν ἀναιρεθῆναι κ̅ϗ̅ σὺν πρώτους αὐτοῦ κ̅ϗ̅ κορυφαίους ἀποστόλους ϯ Πέτρον ⁊ Παῦλον εἰς ϯ Ῥώμην· εἰ γὰρ μὴ ἦν παρεωραμένη ἡ Ἱερουσαλὴμ δ̅ϗ̅α̅ ϯ χριστοκτονίαν ὑπὸ τοῦ κυρίου, κ̅ϗ̅ ὁ Πέτρ⊙ ἂν ⁊ ὁ Παῦλ⊙ ἐκεῖ ἔμελλον ἀποθνήσκειν ὅπου ἀπέθανεν ὁ διδάσκαλ⊙ αὐτῶν κ̅ϗ̅ θεός· νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐγένετο δ̅ϗ̅α̅ ϯ ὀργὴν ἣν εἶχε πρὸς αὐτήν· ἔθηκε δ̅ϗ̅ αὐσ̅ὺ̅ ἀντ' αὐτοῦ ὥσπερ θεμέλια τῆς πίστεως εἰς ἣν ἠγάπησεν κ̅ϗ̅ ἐτίμησε πόλιν· ἵνα δοξάζηται κ̅ϗ̅ ἐκείνη δι' αὐσ̅ὺ̅, κ̅ϗ̅ δοξάζωνται κ̅ϗ̅ οὗτοι αἰωνίως ϯ πρεπούσαις τιμαῖς ἐν αὐτῇ· κ̅ϗ̅ ταύτην νομίζω ἐγὼ ἀληθεστάτην αἰτίαν, δι' ἣν ἀνεβίβασεν ὁ θεὸς εἰς τοσοῦτον ὕψ⊙ ἀρχῆς κ̅ϗ̅ βασιλείας ϯ Ῥώμην· ἀλλ' οὐκ ἐκείνην ἣν λέγει ὁ Διονύσι⊙ κ. τ. λ.

Roma adhuc caput mundi propter Ecclesiae sedem et Papae dignitatem.

APPIANUS.

VII. Sequitur in ordine temporum Appianus alexandrinus, cuius in vaticano palimpsesto nonnisi folia duo, seu paginae quatuor, erant; ibique eclogarius conficiendo titulo *de sententiis* unice intentus diversa auctoris fragmenta ex variis eius historiis raptim collecta posuerat; quorum pleraque omnia in editionibus extare cognovi, tribus exceptis frustis, ex singulis gallicae numidicae ac macedonicae historiae deperditis libris, quae in meo volumine libenter vulgavi; ceteroqui tam minuta, ut vix epistulam illam exaequent Appiani eiusdem, quam ante hos annos inventam cum Frontone publicam feci (1). Quum itaque tam exiguam materiam nactus sim, licet mihi notitiam quoque seu superstitum seu deperditarum Appiani reliquiarum praetermittere; praesertim quia novissimus Appiani editor cl. Schweighaeuserus nihil prope indictum reliquit. Illud non reticebo, nimirum quod hic quoque historicus iussu et favore pontificis maximi Nicolai V. prodiit in lucem, teste Candido Decembrio in prohoemio principis editionis, in quo debitis laudibus sapientissimum illum munificumque pontificem ornat.

(1) Ed. rom. p. 255.

Digitized by Google

DIO CASSIUS.

VIII. Romanis codicibus et Pontificis maximi bibliothecae ac favori Dio quoque Cassius plurimum debet. Nam Iohannes Aurispa, qui Eugenio IV. et Nicolao V. a secretis fuit, partem quandam Dionis primus interpretatus est. Liber LXXVIII. atque LXXIX. ex ursiniano, nunc vaticano, codice partim prodiit. Dionis a Reimaro curata optima editio quantum a bibliothecae vaticanae copiis adiuta fuerit, ipsa passim praedicat. Nunc denique mihi accidit ut Dionis historiam ope trium vaticanae bibliothecae codicum magnopere augeam. Dionem Cassium octoginta libris romanam historiam ab origine gentis usque ad octavum Alexandri Severi annum (Christi CCXXIX) comprehendisse scimus. Libri tamen priores XXXIV, cum sequentis parte interciderant. Libri quoque a LV. ad LX. lacunis laborant. Exin usque ad octogesimum nihil superfuit, praeter Xiphilini annalium imperialium compendium, et Theodori cuiusdam e postremis XIX libris excerpta. Dionis tamen tot defectibus supplementa aliquot ante me accesserant, ursinianae scilicet eclogae *de legationibus*, cum duorum ut dixi librorum partibus, valesianae *de virtutibus ac vitiis*, atque alia minora frusta, ab eruditis criticis undecumque corrasa; quae omnia in Reimari editione cum decenti ordine apparent. Vaticana incrementa a me nunc addita, quae quidem prodeunt e palimpsesto, ea ad titulum constantinianum *de sententiis* pertinent: incipiunt autem inedita excerpta ab operis extrema praefatione, perguntque continua usque ad pugnam cannensem: nam quos hiatus asteriscis distinxi, ii non a codicis vitio, sed ab eclogarii voluntate proficiscuntur, ut in aliis quoque auctoribus dixi. Ab hoc tempore usque ad res Augusti lacuna codicis intercedit. Deinde Caesarum historia non omnis in palimpsesto inedita est; verum hac illac incognitae partes occurrunt, cum cognitarum quoque varietatibus. Etiamsi igitur Diodori Polybiique cognitas partes omisi, Dionis tamen omnes, quae in palimpsesto erant, vulgavi; quamquam, ut dixi, in imperialium temporum rebus partes editae cum ineditis alternabant. Dionem haud ultra Alexandri Severi principatum historiam suam produxisse, tradit diserte Photius cod. LXXI. Immo vero, si accuratius loquendum est, historiam Dio in Heliogabalo conclusit; primordia vero Alexandri nonnisi obiter attigit, atque ut praesenti regnatori adsentatiunculam, ut puto, faceret. Attamen in vaticano palimpsesto, nullo distinctionis interposito indicio, pergunt eclogae usque ad magnum Constantinum: est ergo haec anonyma Dionis continuatio, quam christianum habere auctorem ex pagina 244. cognoscimus. Sed enim vix inceptis Constantini rebus, palimpsesti vaticani folia deficiunt; ideoque quatenus continuatio processerit, ignoramus. Quia tamen Planudes quoque Dionis eclogarius, ut postea dicam, appendicem illam novit, isque in rebus Graeciani desinit, hanc fuisse appendicis metam atque ipsius auctoris aetatem, credere licet. — His tam lautis Dionis copiis contentus, ut reor, esse poteram: sed tamen insperatas quoque alias eiusdem historici deprehendi eclogas; qua re narranda breviter defungar, praesertim quia iam in scholiis spartam hanc exornavi. Igitur recensenti mihi vaticanae

Digitized by Google

bibliothecae codices, duo praecipue (nam tertii minor fructus erat) mentem defixerunt, qui Maximi Planudae excerpta ex diversis auctoribus continebant. Neque vero loquor de palatino bibliothecae vaticanae codice CV, cuius facit mentionem Siebenkesius in praef. ad Strabonem p. 35: nam quod ipse ait contineri ibi Planudae excerpta, id omni alienum veritate est, et plane in codicis recitanda nota errat Siebenkesius; quamquam post eius aetatem pontificiorum codicum numeri nulli mutati sunt. Illud autem vehementius miror, quod Siebenkesius nominata a se Dionis excerpta non senserit esse inedita; nihilque ex iis, ne verbum quidem in anecdotis suis ediderit, unique tunc Straboni studium impenderit. Porro hic mihi Siebenkesii locus ignotus adhuc erat, cum planudea Dionis excerpta vulgabam ideoque nullam eius mentionem in scholiis feci. Iam uterque planudeus a me adhibitus codex chartaceus est, alter ferme saeculi XIV, alter posterioris. Post epigraphen quam p. 527. recitavi, incipiunt Strabonis excerpta; mox Pausaniae sequuntur; tum Dionis excerpta sine mora indiscretimque attexuntur in media pagina post Pausaniam. Trium horum auctorum nomina nonnisi obiter interdum occurrunt. Sed tamen ut Strabonis Pausaniaeque libri editi excerptorum veritatem patefaciunt; ita Dionis excerpta inedita legens, nullus dubitavi quin ea genuina essent atque ex integro opere educta; non solum quia visebatur interdum nomen Dionis, sed quia ad hanc sententiam ac persuasionem invictis argumentis compellebar, quae pag. 527. n. 1. exposui, neque iam repetere opus est. Revera quis dubitet de Strabonis Pausaniaeque excerptis, quandoquidem ea cum editionibus congruunt? Quis rursus de illis planudeis Dionis quae in partem cognitam incidunt? Atqui haec inedita planudea cum illis editis connectuntur serie continua; praetereaque conspirant ad litteram idemtidem cum palimpsesto Dionis et cum florilegio, cumque aliis citantibus Dionem auctoribus. Iam vero eclogae planudeae etsi constantinianis multo breviores sunt; tamen hoc uno nomine illis praestant, quod sententiam numquam abrumpunt, numquam hiant; id quod in excerptis Porphyrogeniti molestissimum est. Tertius novarum Dionis eclogarum fons mihi vaticanum florilegium fuit; opus ab editis differens, re bona et illustribus auctorum veterum nominibus plenum. Equidem id florilegium in tribus codicibus legi; sed unus erat vetustior ceteris, nempe saeculi ferme decimi, re copiosior, et in laudandis auctoribus accuratior. Florilegium vaticanum in communes locos tribuitur, ut Stobaeus, Damascenus, aliique noti eclogarii. Tituli sunt 1. περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. 2. περὶ φρονήσεως καὶ βουλῆς. 3. περὶ ἁγνείας ἢ σωφροσύνης. 4. περὶ δικαιοσύνης. 5. περὶ ἐλεημοσύνης. 6. περὶ εὐεργεσίας καὶ χάριτος. 7. περὶ φόνου καὶ δηχθολῆς. 8. περὶ πλούτου καὶ πενίας καὶ φυλαργυρίας. 9. περὶ αὐταρκείας. 10. περὶ προσευχῆς. 11. περὶ ναθεσίας. 12. περὶ εὐτυχίας καὶ δυσυχίας. 13. περὶ ὀργῆς καὶ θυμοῦ. 14. περὶ πολυπραγμοσύνης καὶ ἡσυχίας. 15. περὶ πλεονεξίας. 16. περὶ τιμῆς γονέων (1) καὶ φιλοτεκνίας. 17. περὶ φόβου. 18. περὶ τῶν ταχέως μεταβαλλομένων ἢ περὶ μετανοίας. 19. περὶ ἁμαρτίας ἢ

(1) Sub hoc titulo cod. p. 124. laudatur ex Philone locus οἱ γὰρ γονεῖς usque ad ἀθανατίζουσιν, qui extat in Philonis opusculo περὶ γονέων τιμῆς p. 9. a me primum edito ex membranis florentinis. Florilegium ergo vaticanum sinceritatem eius opusculi confirmat.

Digitized by Google

ἐξαγορεύσεως. 20. περὶ ἀκρασίας καὶ γαστριμαργίας. 21. περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας. 22. περὶ ὕπνου. 23. περὶ μέθης. 24. περὶ παῤῥησίας καὶ τοῦ ἐλέγχειν. 25. περὶ φιλοπονίας. 26. περὶ ὅρκου. 27. περὶ κενοδοξίας. 28. περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους. 29. περὶ θανάτου. 30. περὶ εἰρήνης καὶ πολέμου. 31. περὶ ἐλπίδος. 32. περὶ γυναικῶν. 33. περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας. 34. περὶ ἐπαίνου. 35. περὶ κάλλους. 36. περὶ μελλούσης κρίσεως. 37. περὶ ὀόξης. 38. περὶ γλωσσαλγίας. 39. περὶ προνοίας. 40. περὶ ταπεινοφροσύνης. 41. περὶ πίστεως. 42. περὶ μνήμης. 43. περὶ φθόνου. 44. περὶ ἐκουσίου καὶ ἀκουσίου. 45. περὶ τοῦ γνῶθι σαυτόν. 46. περὶ χρηστότητος. 47. περὶ νόμου. 48. περὶ λογικοῦ καὶ λογισμοῦ. 49. περὶ ἀφροσύνης. 50. περὶ ἀσωτίας. 51. περὶ συνηθείας καὶ ἤθους. 52. περὶ εὐγενείας καὶ δυσγενείας. 53. περὶ γέλωτος. 54. περὶ ἐυτραπελίων. 55. περὶ κακίας καὶ μνησικακίας. 56. περὶ βίου ἀνωμαλίας. 57. περὶ τοῦ ὅτι δεῖ τιμᾶν ἀρετὴν καὶ κολάζειν κακίαν. 58. περὶ τοῦ εὐκόλου ἡ κακία καὶ δυσπόριστος ἡ ἀρετή. 59. περὶ τοῦ ὅτι οὐκ ἀεὶ τὸ πλεῖον ἄριστον. Auctores autem in florilegio laudati hi fere sunt; (quorum loci multi in florilegiis editis extant; partim tamen sunt inediti.) Aelianus historicus, Aelius Dionysius halic., Aeschylus, Aesopus, Agapetus, Agatho, Antagoras auctor thebaidos, Antiphanes, Antiphon, Antisthenes, Apollonius, Arrianus, Aristides, Aristippus, idem in sententiis, Aristo, Aristonymus, Babrias, Basilius, Bion, Cato, Chares, Chariclea, Choricius, Cleanthes, Clemens, Clemens romanus, Clitarchus, Crates, Critias, Cyrillus, Demades, Demetrius phalereus, Democritus, Demonactes, Demosthenes, Didymus, Diodorus siculus, Dio chrysostomus, Dio romanus, Dio in chriis, Diogenes, Dionysius areopagita, Dionysius presbyter, Diphilus, Empedocles, Epicharmus, Epictetus, Epiclitus, Epicurus, Ephraemus, Euripides, idem in Andromacha, in Antiope, Eusebius philosophus, Evagrius, Evenus, Favorinus, Firmus in epistulis, Gaius, Gerinus (an Serenus?) Gregorius theologus, Gregorius nyssenus, Gorgias, Glyco, Heraclitus physicus, Herodotus, Hiero, Hieronymus rhetor, Hyperides, Iamblichus, Io. chrysostomus, Io. climacus, Io. damascenus, Ignatius s. (1), Iosephus, Irenaeus in epistula ad Victorem, Isaeus, Isidorus, Isidorus pelusiota, Isocrates, Lasus intepres, Leucippe, Libanius, Liber ss. patrum, Lucianus, Lysias orator, Maximus, Menander poeta, Menedemus, Metrodorus, Milesius, Moschion, Musonius, Nicolaus ἐν συναγωγῇ, idem ἐν τοῖς ἤθεσι, Nicostratus, Nilus, Oenopides, Phalaris, Philippides, Philo, Philostratus, Philoxenus poëta, Philemon (2), Photius, Plato, Pirithus, Polyaenus, Posidippus, Procopius rhetor, Plu-

(1) Placet adscribere Ignatii viri apostolici et martyris locum, qui et auctior est, et ab eo differt qui legitur in epistula edita ad Trallianos cap. IV. Κἂν ἐρρωμένος ὦ τὰ κατὰ θεὸν, πλέον μοι δεῖ φοβεῖσθαι καὶ μὴ προσέχειν τοῖς εἰκῆ φυσιοῦσί με. ἐπαινοῦντες γάρ με μαστιγοῦσιν. *Etiamsi divina gratia corroboratus fuero, multo magis tamen metuendum mihi est atque ab iis cavendum, qui me stulte inflant. Hi quidem dum me laudant, flagellis veluti caedunt.* Florileg. tit. *de laude* p. 173. b.

(2) In florilegio tit. *de avaritia* p. 122. septem proferuntur pervenusti versus Philemonis comici, quorum nonnisi tres priores vidi in fragmentorum Philemonis curata a Clerico editione p. 342. En versus.

tarchus, Pythagoras, Rheginus, Rhetorius, Sclerius, Secundus, Serinus (an Serenus?), Severianus, Simonides, Sophocles, Sostratus, Sotion, idem in libro de ira, Stratonicus, Synesius, Theages, Theocritus, Theognis, Theopemptus, Theopompus (sed videtur error pro Theopemptus), Theophrastus, Theophylactus simocatta, Theotimus, Thespis, Thucydides, Xanthus, Xenophon, Zaleucus, Zeno in epistulis (1), Zonaenus. Omisi alia complura nomina, puta Philippi regis, Pyrrhi, Socratis, etc. quia videbantur potius horum apophthegmata apud alios auctores recitata. Immo et aliquot ex recitatis a me nominibus ad hunc ordinem fortasse pertinent. Ex hac tanta florilegii messe nonnisi Dionem, et quidem quatenus erat ineditus, interim excerpsi (praeter Diodori fragmenta quatuor) satis, ut vides, copiosum, tituloque *de sententiis* peridoneum, sunt enim pleraeque omnes sententiae vel historiae sententiosae. Has ergo eclogas partim cum planudeis admiscui, quotiescumque vel certa re vel probabili indicio tempus sedesque historica patefiebat; partim vero separatas subtexui quia praedictis ordinis notis carebant. His aliam addidi particulam ex Georgidii inedito item, sed minoris pretii, florilegio desumptam. Tum quia cognovi, Reimarum, doctissimum licet Dionis instauratorem, ignoravisse non solum inedita florilegia verum etiam edita A. Melissae et Arsenii, ex his quoque particulas aliquot mihi vindicavi, quae Dionem augent. A Suida quoque locos aliquot, sine nomine auctoris citatos, Dionis esse agnovi, ideoque in rem meam sevocavi. Denique futuro Dionis editori auctor sum ut codicem quoque medicum s. Iohannis damasceni, itemque aliud florilegium ms. inspiciat, de quo utroque opere loquitur Ban-

Ἐὰν οἷς ἔχομεν, τούτοις μὴ δὶ χρώμεθα,
Ἃ δ' οὐκ ἔχομεν, ζητοῦμεν· ὧν μᾶς δι' ἀτύχη,
Ὧν δὶ δι' ἑαυτοὺς ἐσόμεθ' ἐστερημένοι.
Εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίον κεκτήμενος,
Μηδὲν δ' ὅμως τί τῶν καλῶν πειράσεται,
Ἐγὼ μᾶς αὐτὸν οὔποτ' ὀλβιον καλῶ,
Φύλακα δὶ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.
Si iis quae habemus, nequaquam utimur;
Quae non habemus, quaerimus; illis a fortuna,
His a nobismet ipsis defraudabimur.
Nam si lautus quispiam opibusque instructus,
His tamen bonis minime fruitur;
Ego quidem hunc felicem non appello,
Sed custodem potius divitiis a fortuna impositum.

(1) Accipe, lector, locum Zenonis stoicorum principis ex eius epistulis (ad Cleanthem), quae non solum a Laërtio VII. 163. memorantur, verum etiam Panaetii Sosicratisque testimonio solae ipsius indubitatum scriptum esse dicuntur. Florileg. tit. *de amicis et de fraterno amore* p. 31. b. Ὁ μᾶς γεωργὸς ἀφ' ὧν ἂν πολὺν καὶ καλὸν θέλοι καρπὸν λαβεῖν, ὠφέλιμον ἑαυτὸν ἐκείνοις παρέχεται, καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελεῖται καὶ θεραπεύει· πολὺ δὶ μᾶλλον ἄνθρωποι τοῖς ὠφελίμοις σφίσιν χαρίζεσθαι, καὶ περὶ τοὺς τοιούτους μάλιστα σπουδάζειν καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· καὶ γὰρ καὶ τῶν μερῶν τοῦ σώματος ἐκείνων ἐπιμελούμεθα μᾶλλον, ἅπερ ὠφελιμώτερα ἑαυτοῖς πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν νομίζομεν εἶναι· ὅθεν ὁμοίως ὑφ' ὧν εὖ πάσχειν ἀξιοῦμεν, ὠφελίμους αὐτοῖς ἔργοις, ἀλλὰ μὴ τοῖς λόγοις, εἶναι δεῖ· οὐδὲ γὰρ ἡ ἐλαία τῷ θεραπεύοντι αὐτὴν ἐπαγάλλεται, ἀλλ' ἐκφέρουσα πολλούς τε καὶ καλοὺς καρπούς, ἔπειτα ἑαυτῆς ἐπιμελεῖσθαι μᾶλλον.
Agricola unde plurimum egregiumque fructum percipere avet, ibi suam operam collocat, eique rei curam omnem laboremque impendit. Multo vero magis homines iis, qui utiles sibi sunt, gratificari solent, eosdemque omni genere officiorum colere. Nec mirum. Nam etiam corporis membra illa apprime curamus, quorum nobis ministerium magis esse ex usu arbitramur. Pari ergo ratione, quorum hominum beneficiis uti optamus, iis nosmet utiles haud verbis, sed opera, praebeamus necesse est. Nam ne olea quidem vilici erga se cura otiose gloriatur, verum multos praeclarosque fructus suppeditans, studium hominis praecipuum sibi conciliat.

Digitized by Google

dinius catal. gr. tom. I. p. 254. 370. Ibi enim et citari Dionem video, et particulas adhuc ineditas inesse suspicor. Ecce enim reapse his diebus ex Anglia accepi nuperam Io. Stobaei editionem elegantissimam a cl. Gaisfordio curatam; ibique in tomo IV. appendicem legi ex florentino codice Damasceni sumptam (de quo videsis Gaisfordium in praef.) ubi p. 4. duplex ille locus ξβ'. ξγ'. Dionis occurrit, qui a me est editus in hoc volumine p. 546—547. ex florilegio vaticano; et quidem secundus multo est apud me emendatior. Rursus in praedicta appendice p. 77. est aliud brevius Dionis fragmentum a me item editum ex vaticano florilegio p. 544. νβ, ubi item melius est apud me πάθοι, quam in illa appendice πάθη. Sic ergo fides fragmentorum horum Dionis undique confirmatur.

DEXIPPUS.

IX. Dexippi atheniensis, qui historicam epitomen scripserat a fabulosis temporibus usque ad Claudium gothicum modicas reliquias in vaticano palimpsesto offendi, easque et sero cognovi et in deletitiis membranis aegerrime plerasque legi. In his autem continetur congeries quaedam sententiarum politicarum cuiusdam Hyperidis qui apud Dexippum concionatur. Praeterea militaris epistula, qua nescio quis hortatur obsessos ad incommodum illud fortiter tolerandum, auxilii mox adfuturi spe iniecta. Tertio loco est militaris Dexippi ipsius adlocutio ad atheniensem exercitum, ut proelium adversus Gothos fortiter ineat; quae reapse concio felicem successum impetravit; nam victi sunt ab Atheniensibus Gothi, duce ipso Dexippo historico, ut ait apud me Trebellius p. 347. Verumtamen adhuc pretiosior est dexippianae historiae notitia illa et conspectus, qui apud Eunapium meum p. 248—249. nunc primum proponitur. Ego vero consilium cepi cunctas Dexippi reliquias, quae paucae sunt, in hoc meo volumine, cum auctoris idonea notitia exhibendi. Edidi igitur post vaticanas eclogas legationes duas Iuthungorum et Vandalorum ad Aurelianum imp., quas olim Hoeschelius inter excerpta constantiniana repererat. Latinam tamen Cantoclari interpretationem pravam prorsus et inficetam respui, novamque marte meo (absit invidia dicto) festinanter licet instruxi. Adieci alia Dexippi fragmenta ex auctoribus graecis latinisque a me diligenter collecta. His denique superaddidi Photii de Dexippo iudicium, nec non aliorum auctorum de homine eiusque scriptis testimonia, nequid studiosus Dexippi lector desideret.

EUNAPIUS.

X. Eunapius patria sardianus, religione ethnicus, arte medicus, litteratura rhetor historicus et biographus, saeculo Christi quarto desinente floruit, quintumque etiam attigit. Vitae sophistarum ab eo scriptae ad nos pervenerunt; historia, quam ut nunc discimus scripsit hortante commentariosque suppeditante Oribasio, iamdiu vixerat. Et historiae quidem initium a Claudii gothici obitu,

Digitized by Google

in quo desierat Dexippus, sumpsit Eunapius; finem vero eiusdem fecit, si Photio credimus, in Arcadii anno decimo (Christi CCCCIV.) quo anno s. Io. Chrysostomus in exilium pulsus est. Sed enim vaticanus palimpsestus cum eunapianis historiis res quoque Pulcheriae regnantis nectit, quae quidem nonnisi decennio post, nempe anno CCCCXIV. augusta appellata fuit; ergo vel fines eunapianae historiae ultra Photii sententiam protrahendi sunt, vel nescio quis Eunapium (quod iam in Dione observavimus) continuavit. Ego de hac ambiguitate quid statuerem, non parum apud me disceptavi. Nam primum quidem, quoniam Photius duas Eunapii editiones extitisse adfirmat, vaticanus autem palimpsestus secundam, teste titulo, reapse exhibet; idcirco suspicabar ab Eunapio in hac secunda editione historiam suam paulo longius fuisse provectam. Sed enim quum Photius utriusque editionis volumina tractavisse se dicat, et tamen praedictum historiae terminum nobis narret; a cogitatu meo coniecturaque excludi me sentiebam: nisi forte Photius historiae terminum in prima editione observavit, in secunda non item; quod in homine sapiente diligentique lectore et critico vix est credibile. Quia tamen pars illa eclogarum, ubi mentio regnantis Pulcheriae est, non cohaeret solum cum eunapianis reliquiis, verum etiam Eunapii colorem et perpetuum illum vituperandi morem et acerbitatem prae se fert, idcirco valde arbitror has quoque extremas lacinias ad genuinum Eunapii contextum pertinere. Eunapii certe aetas minime vetat, quin is res Pulcheriae scribere potuerit; quod sic breviter demonstrare libet. Nempe Eunapius in fine vitae Proaeresii ait se annos XVI. fuisse natum, quo tempore Iulianus regnabat. Igitur primo augustae Pulcheriae anno, octavum ac sexagesimum Eunapius agebat annum; qua aetate quis non videt scribi adhuc potuisse ab Eunapio historiam, nedum coronidem illi imponi? Hic igitur eunapianae vitae conspectus sit.

Christi nati annus	362	— Iuliani regnantis	1	— Eunapii 16.
Christi nati	404	— Arcadii regnantis	10	— Eunapii 58.
Christi nati	414	Pulcheriae augustae	1	— Eunapii 68.

Ergo lector, si Photio credis, historiam Eunapius usque ad annum aetatis suae LVIII. produxit; sin vaticano codici coniecturisque meis fidem adiungis, Eunapius historiam scripsit saltem usque ad aetatis suae annum LXVIII. Age vero reliquum Photii de eunapiana historia testimonium prorsus consonat cum vaticanis reliquiis. Nam et titulus in codice est ἐκ τῆς ἱστορίας Εὐναπίου σαρδιανοῦ τῆς μετὰ Δέξιππον νίας ἐκδόσεως; et stili genus novitatem illam sapit verborum atque syntaxeos, vix aliquando historici propriam, quam Photius memorat. Rursus quod ait Photius impium magnopere fuisse Eunapium, et christianis caesaribus in prima editione acerbe maledixisse, in secunda minus iratum religioni christianae se praestitisse; id vaticanae reliquiae confirmant, ubi Constantinus, Constantius, Valens, Gratianus, Theodosius cum filiis, modo oblique modo aperte vituperantur, ipsa tamen christiana religio nominatim non reprehenditur. Monachis item infensum Eunapius se praebet p. 278; cuiusmodi se fuisse in historiis ipse Eunapius testatur in vita Aedesii. Postremo quod ait Photius, historiam ab Eunapio ad collaudandum praesertim Iulianum fuisse conscriptam, id quidem ipse nunc adfirmat Eu-

Digitized by Google

napius p. 252: tum is ita impudenter tamque praeter omnem veritatis speciem heroa suum depraedicat, ut constantiniano eclogario, vel christiano cuivis alii, bilem commoverit, qui idcirco scripta in his ipsis eclogis invectione stomachum suum levavit. Ceterum Eunapii adversus Christianos convicia neminem credo movebunt, qui impietatem eius et paganitatis praeiudicia secum reputaverit. Iamque diu hanc rabiem in Zosimo quoque et nonnullis aliis partim forti animo spernimus, partim refutavimus; neque ego ipse argumeto defui, quominus Eunapii calumnias obiter castigarem. Historiarum Eunapii libros quatuordecim Photius legebat; ex quibus iam nihil reliquum erat, praeter excerpta legationum ab Hoeschelio edita, et laudatos a Suida minutiores locos; quare in Zosimo nobis adquiescendum erat, cuius historia, teste olim Photio cod. XCVIII, et nunc vaticano palimpsesto, compendium quoddam et quidem satis concinnum, Eunapii est. Sed ecce iam e vaticanis membranis prohoemia emerguut libri primi atque secundi; praeterea ex universo historiae corpore non paenitendus excerptorum numerus; quantum scilicet eclogario ad titulum suum *de sententiis* adiungere placuit; vel potius quantum foliorum Eunapii in palimpsesto superfuit, solitoque gravior oblitteratio mihi non eripuit: nam aliquot certe paginae legi prorsus non potuerunt. Illud eruditi in priore Eunapii prohoemio vix probabunt, quod auctor ait accuratam temporum notationem, in qua nimius fuerat Dexippus, a se fuisse interdum neglectam, dum de re magis quam de tempore rei laboraret. Postquam has vaticanas Eunapii eclogas typis commiseram, speravi me bene de auctore hoc meriturum, si quicquid ex eius historiis ante meam editionem sparsim disiectum erat, sedulo colligerem suoque corpori membra utcumque coniungerem. Itaque legationum excerpta constantiniana ab Hoeschelio graece edita, repetenda curavi non sine aliqua varietate lectionum. Inepta vero Cantoclari interpretatione reiecta, novam ipse, tumultuario licet studio, concinnavi. Praeter legationum excerpta, extare sciebam curis novissimis cl. Boissonadi deprompta e Suidae lexico historica Eunapii fragmenta, partim nomine auctoris instructa, partim eo destituta; sed probabili tamen iudicio in aere Eunapii reposita. Haec ego fragmenta non ut cl. Boissonadus indiscreta, sed certa prius, deinde anonyma collocanda putavi. Quia vero cuncta cum Suidae lexico rursus contuli, novas adhuc Eunapii copias in hoc promptuario lustrando deprehendere mihi visus sum, itemque alias in sophistarum vitis, nempe ubi rerum a se in historiis scriptarum auctor meminit. His, inquam, copiis omnibus vel potius copiolis Eunapium meum locupletavi.

MENANDER.

XI. Menander byzantinus, regnante apud Graecos Mauricio caesare, libros octo historiarum conscripsit; res romanas in oriente gestas complexus ab anno Christi DLX usque ad annum DLXXXII. Haec historia praecipue delectavisse videtur eclogarios constantinianos, qui peramplum ex ea legationum numerum decerpserunt, a laudato saepe Hoeschelio editarum. Mihi vero in vaticano *de sen-*

Digitized by Google

tentiis titulo modicae admodum deprehensae sunt Menandri eclogae; praesertim quia deletas aliquot paginas paene omittere coactus sum. Non est tamen res contemnenda: nam complures insunt sententiae egregiae, non sine aliquot historiae luminibus, quorum sunt duo praecipua de Christi nimirum martyre apud Persas Isaozita, et de Petro magistro, legato illustri luculentaeque historiae scriptore. Menandri alia fragmenta in Suidae lexico diligenter quaesita reperi, eaque partim vaticanis admiscui, partim in calce posui. Neque tamen eclogas hoeschelianas repetendas typis putavi; alioquin externae molis magnitudine, excerptorum meorum tenuitatem oppressissem.

ALII AUCTORES.

Reliqua sunt in volumine meo scripta inedita Iamblichi, Petri magistri, Nicephori Blemmydae, Eubuli, Iuliani, Basilii imperatoris, Photii seu potius Germani, Theodori denique Metochitae, sed quia de his eorumque auctoribus commodius, ut arbitror, in proprio cuiusque loco disserui(1), idcirco nunc plura dicere supersedebo.

DE PALIMPSESTO HISTORICO.

XII. Postulabunt, credo, lectores ut de codice palimpsesto, qui has nobis historicorum divitias suppeditavit, paulo accuratius dicam. Est hoc volumen formae prope maximae, cursim quidem minoribus litteris sed tamen elegantibus scriptum, saeculo circiter decimo, cum lemmatibus in margine rubricatis, cumque asteriscis, qui vel carmen vel oraculum vel aliud quodvis notabile passim designant. Splendidus sane palmarisque olim codex, aulaque byzantina dignissimus; verum idem postea, saeculo circiter XIV, alio graeco notissimi argumenti superimposito scripto obscuratus impeditusque fuit, foliis perversis omnibus, partim vero etiam abiectis. Constantinianae, si fas ita loqui, scripturae specimen aere excusum proposui, partim alterius scripti velo superducto partim detracto. Equidem simul ac primo ad hoc magnum volumen accessi, idque facili intuitu rescriptum cognovi, quamquam in hoc laboris genere non sum tyro, nihilominus prosperum rei exitum, quem postea sum nactus, vix speravi. Erat enim, ut dixi, minutum scriptum sub alio item minuto sepultum et obrutum; quod contra in aliis palimpsestis est, qui grandiorem multo ac speciosiorem scripturam sub minutiore recenti conspicuam exhibent. Legi tamen vagante oculo ac studio paginas aliquot, donec certam notitiam hausi, excerpta plerumque inedita historicorum summorum Polybii, Diodori siculi, Dionis Cassii, Eunapii, aliorumque aliquot, in codice hoc contineri. Sed ecce nova tibi nec minima rei difficultas: etenim partes diversorum auctorum sus deque in palimpsesto permixtae erant: auctorum nomina titulique librorum perraro apparebant; quaternionum notae nullae; hiatus orationis innumeri, partim eclogarii instituto, partim obrutae scripturae difficultate. In hac tanta rescripti perturbatique codicis obscuritate, lux denique insignis menti meae affulsit, cum hanc esse partem detexi eclogarum illarum, quas olim Con-

(1) Pag. 348. 571—584. 609. 671. 675. 678. 682. 684.

Digitized by Google

stantini porphyrogeniti iussu confectas sciebam; neque id solum generatim comperi, verum etiam totum hunc codicem titulo *de sententiis* occupari cognovi. Et is quidem titulus semel iterumve litteris paulo grandioribus exaratus emicuit; tum passim in membranarum marginibus vocabulum γνώμη *sententia* nunc minio nunc atramento pictum videbam. Verum enimvero constantinianum titulum *de sententiis* mihi in manibus esse, duplici demum evidentique testimonio convictus sum. Namque in eclogis valesianis tit. *de virtutibus ac vitiis*, apud Wesselingii editionem p. 560, ait eclogarius, reliquam partem colloquii, quod macedoni Lysimacho cum Dromicheta thrace intercessit, in titulo *de sententiis* esse quaerendam. Atqui in codice vaticano, quem totum hoc titulo plenum dixi, p. 266 (editionis meae p. 44) mire se mihi obtulit tum eius sermonis initium quod est apud Valesium, tum eiusdem continuatio, quam valesianus eclogarius a titulo *de sententiis* repetendam esse monuerat. Rursus in valesianis apud Wessel. p. 547. dicitur Pythia Lycurgum poetico numero fuisse adlocuta; lector tamen ad titulum *de sententiis* amandatur. Iam vero Pythiae ad Lycurgum versiculos, quos valesianus eclogarius indicavit quidem sed praetermisit, vaticanus codex p. 255. (ed. p. 1.) perbelle mihi repraesentavit. Ergo iam dubitandi copia nulla fuit; praeter quam quod ratio quoque eclogarum vaticanarum, auctorum stilus, et cetera indicia quotquot in arte critica habemus, veritatem rei confirmabant.

XIII. His praeiactis labori meo fundamentis, ad declarationem naviter codicis lectionemque incumbere coepi. Et primum quidem chemicis adiumentis diuturnis atque efficacibus sepulta prorsus atque oculos fugiens scriptura suscitanda fuit, ita ut eius apices iamdiu deleti atque intermortui colorem aliquem traherent, et sub novi scripti velamine promicarent. Cave tamen putes paratum ita codicem facile protinus ac ioculariter legi: quin immo hoc sisyphium saxum, conatu prope infinito atque innumeris vicibus pervolutandum est: isque labor in hoc diutius summeque palimpsesto me torsit, minutis ut dixi litteris exarato, tantaeque molis ut trecentas et quinquaginta quatuor lati moduli paginas habeat, quarum singulae versibus haud minus triginta duobus occupantur. Perlecto demum, meridianis praesertim splendidisque diei horis, exscriptoque codice, illud nempe supererat ut auctores miro cinno et errore in palimpsesto confusos distinguerem; primoque omnes inter se, deinde rursus singulorum partes, dispositis apte foliis, ordinarem; fasciculosque veteres id est quaterniones denuo componerem, quos recentior novi codicis scriptor scopas fecerat dissolutas. Atque utinam quaternionum veterum numerales notae uspiam fuissent! Verum his nescio quo casu aut socordia librarii olim omissis, universa quaternionum restitutio duce serie orationis mentisque meditatione curanda fuit; huic, inquam, unico fidens ariadnaeo veluti filo ex ambiguis tortuosisque labyrinthi anfractibus pedem extuli. Illud quoque augebat ordinandi molestiam atque periculum; quod idem aliquando argumentum, puta punicum bellum, a tribus auctoribus narrabatur: quare sedulo cavendum fuit ne vel omnia uni tribuerentur, vel quod magis pronum erat, permutatio auctorum materiaeque fieret, ac veluti alienae

Digitized by Google

sobolis suppositio; ita ut singuli auctores sua re carerent, alienam inviti reciperent: qui error et ridiculus committenti foret, et legenti incommodus, et auctorum characteri famaeque damnificus. Fasciculorum itaque veterum instaurata a me feliciter ratio fecit apprime, ne res aliquot praesertim Diodori (v. gr. Pyrrhi bellum) cum Dionis simili historia confunderem. Iam inventas eclogas qua ratione quibusque indiciis ac momentis impulsus in diversos cuiusque auctoris libros tribuerim (etiamsi raro codex singillatim libros memorabat) scholia mea docebunt: neque enim quicquam temere, vel sine venia lectoris feci. Quamquam vero Ursinus atque Hoeschelius graece tantummodo excerpta sua divulgarunt; mihi tamen magis placuit Valesii utile consilium, qui codicem graecum peirescianum non sine sua interpretatione prodire in lucem passus est. Igitur et ego vaticanas eclogas romana lingua donavi; festinanter fateor et properantibus typorum operis; quo maiore indulgentia lectorum dignus sum; cum praesertim alienum humanis viribus sit, ut primus in re quaque labor atque conatus emendatione non egeat. Scholiorum autem meorum triplex genus est; primum minoribus formis grammaticum, quod in graeci textus demonstrando statu vel castigatione versatur: secundum criticum, in disponendis potissimum eclogis ordinandoque codice occupatum; tertium denique historicum et philologicum.

XIV. Quandoquidem spatium aliquod in praefinitis huic praefationi foliis superesse video, placet mihi specimen recitare panegyricae orationis graeco imperatori olim dictae; cuius etsi nomen in oratione numquam scribitur, tamen Michaëlem esse IX. palaeologum mihi satis constat. Etenim imperatoris laudati avus dicitur Constantinopolim eripuisse Latinis. Fuit ergo is Michaël VIII, quo imperante, urbs reapse regia recepta fuit, Balduino eiecto. Porro Michaël VIII Andronicum II genuit; hic Michaëlem IX. Item is, qui laudatur, dicitur a patre adscitus in imperii societatem: revera autem cum Andronico II. parente regnavit Michaël IX; qui sollemniter coronatus fuit, teste panegyrico, itemque Georgio Pachymere hist. tom. II. p. 133. (Illud ego miror quod in panegyrico dicitur Abrahamus patriarcha coronavisse hunc imperatorem, quum tamen anno illo, nempe MCCXCV. patriarcha esset Iohannes XII. Nisi forte ob discidia Iohannis cum episcopis et cum imp. Andronico, Abrahamus pro Iohanne rei sacrae praesidebat: quod plane ignorat Lequinius in or. chr.) Praeterea in panegyrico mentio est barbarorum, nempe Turcarum, qui graeco imperio negotium facessebant; quod bellum videlicet accidit imperantibus Andronico II. et Michaële IX. filio, qui postremus adversus hos expeditionem suscepit; tum Thessalonicae morbo obiit anno aetatis XLIII, Christi MCCCXX. Auctor panegyrici anonymus est in mediolanensi codice (illinc enim ego olim exscripsi); sed suspicor Theodorum esse metochitam, quoniam funebrem certe orationem ab hoc docto homine de Michaële IX. palaeologo scriptam extare putat in parisiaco codice Cangius fam. byz. p. 236. Pars haec panegyrici a me delecta continet urbis byzantinae laudes, itemque Michaëlis VIII avi, qui regiam urbem, deleto Gallorum imperio, recuperavit.

Digitized by Google

Ἡ δέ σου πατρὶς, εἰ μὲν τὴν πρωτεύουσαν καὶ τὴν ἀνίκητον ἐξετάζειν θέλοις, ἡ πρὸς τῷ Θεμβρίδι ποταμῷ κεῖται τὴν Ἰταλῶν γῆν ἀνιστᾶσα Ῥώμη τυγχάνει, πολλὰ καινὰ διδοῦσα λέγειν περὶ αὐτῆς, ἅπερ ἄλλοτε ἄν εἶη βέλτιον λέγειν ἢ νῦν. Εἰ δὲ τὴν ἐγγυτέρω καὶ νεωτέραν, ἔχεις τὴν πόλιν ταύτην, ἣν ἐκ τῆς Βύζαντος ἐπωνυμίας ὅτε τῷ οἰκείῳ χρηματίζειν ὀνόματι Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐποίησεν, ὁ πρῶτος ἐν ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσι ῥωμαίων τὸν ἀληθῆ βασιλέα Χριστὸν ἐπιγνούς, καὶ ὡς πάντων θεὸν προσκυνήσας, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τὰ μέγιστα πάντων ἀγωνισάμενος· ἣν αὐτὸς οὗτος ἐκ πόλεως ἐλάττονος μέν, οὐ μήν τοι καὶ ἀνωνύμου τὰ πρότερα, μεγίστην καὶ ὀνομαστοτάτην πασῶν ἀπετέλεσεν· οἱ μετ' ἐκεῖνον δὲ, καὶ προσέθηκαν τῷ μεγέθει· ὡς ἐκ τῆς ἑῴας ἠόνος ἀρξομένην καὶ προϊοῦσαν εἰς Θράκην, μέχρις ἐκεῖ ποῦ παύσῃ· ἣν βασιλίδα τῆς πόλεων διδόασιν ἡμῖν ὀνομάζειν, ἥ τε ἀρχὴ καὶ τὸ κράτος ὃ κεῖ τῆς ἄλλων πόλεων ἀπολωλήκατο· καὶ δὴ καὶ τὸ μέγεθος καὶ τἄλλα τῆς θεμάτων, οἷς τὰς ἁπανταχοῦ γῆς ὁμοῦ πόλεις ἁπάσας παρευδοκίμησε. Θεῖοι ναοὶ ταῦτ' εἶεν καὶ οἶκοι καὶ λιμένες καὶ ἀγάλματα καὶ ἀναθήματα θεῖα τε καὶ ἀνθρώπινα χαρίτων πάντα μιστά· προσθήσω δ' ὃ καὶ εὐκαιρότατον πάντων ἐμοὶ δοκεῖ, ἡ τῆς θέσεως εὐκαιρία ὡς ἐν καλῷ μὲν τῆς γῆς, ἐν καλλίστῳ δὲ τῆς θαλάττης ἡ πόλις κεῖται· καὶ προβέβληται εἰς τὴν θάλατταν, Βόσπορον ταύτην ἀκούομεν θρᾴκιον· ὡς ἡ θάλαττα μητέρα μιμησαμένη φιλόστοργον, καὶ εἰς ἀγκάλας ἑαυτὴν σχηματίσασα, ἀγκαλίζεται τε τὴν πόλιν καὶ περιφυτεύσεται· καὶ τριῶν οὐσῶν αὐτῇ τῆς πλευρῶν, καὶ γὰρ ᾗ τοῦθ' ἡ πόλις εὐτύχησε, κατά γε τρίγωνον τῆς σχημάτων διαγεγράφθαι, καὶ ἐξ οὗ τοῖς ἄλλοις ἡ γένεσις· τὰς δύο μὲν ἡ θάλαττα περιέχει τε καὶ φρουρεῖ· τὴν δὲ λοιπὴν ἀφῆκε τῇ περὶ αὐτὴν χέρσῳ τῆς θρᾴκης· καὶ γὰρ ἴδιόν κεφαλαίῳ τι σωτηρίσασα τῇ πόλει· μὴ δὲ νῆσον εἶναι τὸ τηλικοῦτο ἄστυ, γῇ δ' ἐν ταυτῷ καὶ θαλάττῃ φορυφορεῖσθαι· ἐκ δὲ τῆς ἴσων, καὶ ἀέρι καθαρωτάτῳ καὶ πρὸς ὑγίειαν εὖ μάλα προσφυεστάτῳ· τὸ δὲ δὴ καὶ μιθρίου δυεῖν θαλατταῖν, δι' ὃ μοι καὶ τἄλλα δὴ λέλεκται καῖσθαι· καὶ σωφάστιον μὲν εἰ βούλοιτο πόντον Εὔξεινον Προποντίδι σὺν Αἰγαίῳ καὶ στενάγεσι τοῖς ἐξῆς· εἰ δὲ βούλοιτο δεσπότην, ὡς ἑκατέραις θαλάτταις ἄζεσθαι εἶναι τὰ ἐς ἀλλήλας καὶ ἄμικτα· ταύτῃ δ' ἐς ἑκατέραν οὐδ' ὁτιοῦν ἄπορα, μᾶλλον μὲν οὖν εὐπορώτατα, καὶ ὡς ἐξ ἀφετηρίας βατά· καὶ τὸ, ὥσπερ τινα θύραν ἀμφοῖν ἐπικεῖσθαι, κλείουσάν τε καὶ ἀνοιγνῦσαν ταύτας, ἐπιδὰν δοκῇ βέλτιον· καὶ πάλαι προδήλων ὄντων ὡς ἀρχικὴ τῆς πόλεως ταύτης ἡ θέσις· καὶ οὐδὲν ἂν δέοι ταύτῃ ἕτερον εἶναι, πλὴν βασιλίδα· εἰ γάρ τοι χρή τινα πόλιν ἐκ φύσεως κόσμῳ δεσπότην λέγειν, ταύτῃ ἐγὼ κόσμῳ δεσπότην λέγω· καὶ μὴν οὐδὲ βιασαμένη γε ἡ τοῦ Κωνσταντίνου πόλις, καί τοι γε τοῦτο τῆς ἐπιδόξων, τὴν ἄλλων ἀρχὴν προσιλάσετο, οὐδὲ κεῖ μικρὰ μεῖ τὸν κτίστην ἐπίδοκιν, ἀλλ' ὁ πλείονος μετέσχε τῆς δόξης, ὁμοῦ τε ταύτῃ ἐκεῖνος ἐξ αὐτῆς κρηπίδων ἀνήγειρε βασιλίδα· καὶ προσῆν εὐθὺς ἡ εὐκαιρία τοῦ χώρου συναιρομένη τῇ πόλει, καὶ τῇ διανοίᾳ τοῦ σωοικίζοντος· καὶ ἐβασίλευσί γε ἡ πόλις, καὶ δὴ καὶ εἰς τὸ ἀεὶ, σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται, βασιλεύσει. κ. τ. λ.

Πολλά σοι τὰ κατορθώματα τῆς πατρίδος, ὦ βασιλεῦ, ἃ σε πρὸς τὸν ἴσον ζῆλον παρακαλεῖ· ἀλλ' οἱ πρόγονοι πρὸς ἑαυτοὺς τὸν λόγον εἵλκυσεν ἤδη· καὶ βούλονται κἀκεῖνοι τὰ οἰκεῖα προθέντες σοι ὑποθήσασθαι, ὡς ἔστιν ἄριστον τοῖς ἀρίστοις τῆς προγόνων ἴχνεσιν ἕπεσθαι· ἐγὼ δὲ τοὺς μὲν ἄλλως παραλιπεῖν μοι δοκῶ· οὐ γὰρ μήποτε τοσοῦτον ἐμαυτὸν εἶναι νομίσω ὡς ἱκανὸν εἶναι περὶ πάντων ἢ τῆς γε πλειόνων εἰπεῖν· ὅτι δὲ τὸν σὸν πρὸς πατρὸς πατέρα βασιεῦμαι καὶ μόνον, εἰς ὃν ὡς εἰς ἀρχὴν τὴν βασιλείαν ἀναφέρεις μεῖ τοῦ γένους. Ὁ μὲν

οὖν ἐν προοιμίοις ἐκφύσεις τῆς βασιλείας ἔργον εἰργάσατο ὑπὲρ καλοῖς ποῖς πρὸ τοῦ κατορθώματι κάλλιστον, καὶ ὁ μικροῦ πάσας τὰς τῇ τῇδε πρόσθεν ὑπερήλασι φράξεις, τὴν τῆς πόλιως λέγω ταύτης ἀνάληψιν, καὶ ὡσπερεὶ γενομένης νεκρᾶς ἀναβίωσιν ἴσασί τε καὶ ἄδεσιν, οὐχ' ὅσοι ῥωμαῖοι μόνον· ἀλλὰ καὶ ὅσα τῇ ἐθνῶν οἶδε, καὶ οἶδε γε πάντα ῥωμαίους· καὶ δὴ καὶ χρόνον τὸν ἅπαντα ᾄσονται· ὡς δὲ κἀγὼ βούλομαι νῦν ᾆσαι μᾶλλον, μετρίως δὲ, καὶ δὴ πᾶσι προλέγω· ἐπειδὴ γὰρ ἡ πόλις τὸ πρότερον ἀξίως ἑαυτῆς πολιτευομένη, χεῖρον πολλῷ δή τινι τ' σχήματος ὕστερον ἔλαβε φρόνημα, καὶ ἔδειξεν ὡς οὐκ ἄρα σῶμα μόνον ἐστὶν ὑποῤῥεῖν ὀφὲ τ' χρόνῳ πρὸς γῆρας, ἀλλ' ἤδη καὶ πολιτεία φύσιν εἴληχε χρόνῳ πέτε παρηβᾶν, καὶ τρόπον τινὰ ῥυτιδοῦσθαι, ἡ ῥώμη δὲ ἐκείνη καὶ τὸ πρόσθεν κέλλος παρίεσθαι τε τ' τόνε καὶ πρὸς αἶσχος κατολισθαίνειν· καὶ οὐκ ἀνθρωπίνως εἰς αὐτὴν εἰσκώμασεν Γάλλοί τε, βαρβαροι τῆς μύξης, ἐκ Ἰταλῶν μοῖρα, οἱ τὸν ἄνω χρόνον ἐκ μόνου ἐπιστολὴν ἐξ αὐτῆς πρίμοντες· καὶ ἡ βασιλὶς εἰς ἀνάγκαιω τ' δεελεύειν ἀφίκετο, ἐπίνθει μᾶλλον τὴν συμφορὰν, εἴπερ τι τῇ ῥωμαίων ὑπόλοιπον ἦν· καὶ οὕτω πρὸς τὸ πάθος δίκειτο τῆς πόλιως ὑπὸ τῆς τῇ πολιμίων καλυπτομένης συγχύσιως, ὃν τρόπον ἡ ὑπ' οὐρανὸν (γῆ) πᾶσα διατιθῆσιται, εἴτις ὑποθεῖτο τὴν σιλήνιον τιλίως ὑποδραμοῦσαν τὸν ἥλιον, ἐκεῖ στηρίξαι, καὶ μήκετ' ἀπῇ δοῦναι πάλιν, ἀναπαθραμένῳ ἐκλάμψαι· ἐπίνθει μᾶλλον οὖν καὶ τὸν ἀνασωζόμενον ἐζήτει καὶ κύχιτο· ὁ δὲ ἦν οὐδείς· καὶ ἡ μᾶλλ πόλις ὑπὸ δύο ῥιμὰς ἐτυραννεῖτο καὶ ἐπιτρίβετο· ἔκ τῆς χείρονος φλεβὸς εἰς αὐτὴν ἅπαν ἐῤῥύη ὀλίθριον. Οἱ δὲ τὰ σκῆπτρα τῇ ῥωμαίων ἐθύνοντες, τρεῖς ἐν τοσούτῳ ἀλλήλως διαδεξάνοι, φυγάδες ἐπλανῶντο, τὴν πατρίδα μὲν βλέποντες· καὶ τὸ βασιλεύειν ἐκτὸς ταύτης ὁ οὐδ' ἴσον τῷ ἐντὸς βασιλεύειν ὤοντο· μηχανὰς μᾶλλ οὖν δεήσοντες πάσας κινοῦντες, ὥσπερ πάντα λίθον ἢ κάλων, ταῦτα δὲ τὰ ἐκ παροιμίας· λύσις δὲ τῇ κακῶν ἐφαίνετο εὐδαιμία. ἐπεὶ δ' ἔδει ποτὲ πάλιν ἑαυτῆς γενέσθ τὴν πόλιν· ἐντεῦθεν γὰρ ἤδη τῇ χρηστοτέρων ἀρχὴ τῷ λόγῳ· καὶ τοὺς μᾶλλ λυμαινομένους τὴν ἄμπελον ταύτην φῶρας ἀπειλεῖσθαι, τοῖς δέ γε γνησίοις ἐργάταις ἀποδοθῆναι, τί γίνεται; καὶ ὅσοι τλωὰ καῦτα παρόντες ἔτυχον, μαρτυρεῖτωσαν· μᾶλλον δ' οὐ δεῖ μαρτύρων· αὐτὸ γάρ φασι δεῖξει τὸ πρᾶγμα. Διαβαίνει πρὸς τὸν σὸν, ὦ βασιλεῦ, πάππον ἡ βασιλεία, ψήφοις ἁπάσαις τῇ ῥωμαίων τλωικαῦτα κινηθέντων ὑφὸ θεοῦ· τούτῳ γὰρ ἡ τῆς πόλιως σωτηρία καὶ ἡ ὑπὲ ταύτῃ δόξα ἐταμιεύετο· καὶ δρόμος αὐτίκα τῷ βασιλεῖ κ' τῇ ἴτι τὴν πόλιν ἐχόντων· καὶ προσάγονται μηχαναὶ, καὶ συρρήγνυνται μάχαι, σωώστουσαι νίκαι· κ' ἡ πόλις μ' ταῦτα τὰς φύλας ἀναστάσασα, τοὺς οἰκείους εἰσδέχεται· κ' τὸ ἀλλότριον ἐξωθεῖται βίᾳ κρατηθὲν καὶ σὺν ὅπλοις χειρωθέν· καὶ τότε δὴ μετάμελον θρασύτητος τῆς πρετέρας ἐλάμβανον, λυπεῖτ μᾶλλ ἐκ τῇ δικαίων δεωάμενοι, ἐδυστύχουν· καὶ γὰρ μέμφεσθ δ' ἐκ τῇ δικαίων οὐκ ἔχοντες, οὐδὲ γὰρ τῇ ἀνεπόντων σφίσιν ἐξέσιστον· κ' οἱ μᾶλλ οὕτω. Τῷ δὲ βασιλεῖ τί τὸ ἐντεῦθεν; δόξα τῆς τ' σωλίσαντος βασιλέως οὐδὲ μικρὸν χεῖρον· φήφῳ γὰρ πάντων οἷς Χριστὸς τὴν ἐπωνυμίαν κατέλιπεν νέος χρηματίζειν Κωνσταντῖνος γέρας ἐκαρπώσατο τῇ πόνων· εἴ γε ἐκεῖνος μᾶλλ ἐπόλισε καὶ σεωφύκεσεν, οὗτος δὲ τελέως ἐρημωθεῖσαν τὲ καὶ ἐκλείπουσαν· ὡς παράδεισον ὕδωρ μὴ ἔχοντα, καὶ τετρέβινθαν τὰ φύλλα αὐτῆς ἀποβιβλικυῖαν, ἀνεκτήσατό τε καὶ ἀναθάλλειν παρέσχετο, ἐξολοθρεύσας ἐκ πόλιως κυρίᾳ πάντας τοὺς τὴν ὑπὲ τῇ καταστροφῇ ταύτης ἀνομίαν ἐργαζομένους. κ. τ. λ.

Digitized by Google

AUCTORES

QUORUM SCRIPTA IN HOC VOLUMINE EDUNTUR.

DIODORUS SICULUS p. 1—131; et p. 568—570.

DIO CASSIUS cum continuatione p. 135—246; et p. 527—568.

EUNAPIUS p. 247—318.

DEXIPPUS p. 319—347.

IAMBLICHUS p. 349—351.

MENANDER p. 352—366.

APPIANUS p. 367—368.

POLYBIUS p. 369—461.

DIONYSIUS HALICARNASSENSIS p. 465—526.

PETRUS MAGISTER p. 590—609.

NICEPHORUS BLEMMYDES p. 611—670.

EUBULUS p. 672—675.

IULIANUS LAODICENSIS p. 675—678.

BASILIUS IMPERATOR p. 679—681.

PHOTIUS seu potius GERMANUS p. 682—683.

THEODORUS METOCHITA p. 684—688.

TABULAE PALAEOGRAPHICAE EXPLICATIO.

1. Diodori siculi initium libri XXXVII, cum rescriptione p. 113.

2. Polybii finis libri XXXIX. p. 461.

3. Procli et Eubuli titulus commentariorum ad Platonis remp. p. 672.

4. Petri magistri initium libri quinti de scientia politica p. 595.

5. Florilegii vaticani, quod multa Dionis additamenta suppeditavit, specimen p. 556.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΕΚ ΤΗΣ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ

ΕΚΛΟΓΑΙ

ΤΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ Ζ. Η. Θ. Ι.

I. ΟΤΙ τηλικοῦτον περὶ τὸν Λυκοῦργον ἦν τῆς ἀρετῆς τὸ μέγεθος, ὥστε παραγενηθέντος εἰς Δελφοὺς αὐτοῦ, τὴν Πυθίαν ἀποφθεγξασθαι ἔπη τάδε.

Ἥκεις ὦ Λυκόεργε (a) ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν,
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Διζῶ ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον·
Ἀλλὰ θεὸν κῆ μᾶλλον (1) ||| ἔτ' οἴομαι (b) ὦ Λυκόεργε. Cod. v. p. 255.
Ἥκεις δ' εὐνομίαν αἰτεύμενος (c)· αὐτὰρ ἐγώ γε (d)
Δώ|σω τὴν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίη πόλις ἔξει.

DIODORI SICULI

BIBLIOTHECAE HISTORICAE EXCERPTA

LIBRORUM VII. VIII. VIIII. X.

1. Tanta erat Lycurgi virtus, ut eum Delphos profectum his versibus Pythia adlocuta fuerit:

Venis o Lycurge meum in opimum templum
Iovi dilecte cunctisque olympicarum aedium incolis.
Ambigo utrum te deum pronunciem an hominem;
Immo vero deum te potius iudico, o Lycurge.
Venis autem petitum bonam legum rationem: pol ego quidem
Tradam qualem alia urbs in terris nulla habitura est.

(a) Cod. Λυκοῦργε hoic et infra. (b) Euseb. et Herodot. ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἕλπομαι. Sed melius οἴομαι. (c) Euseb. et Herodot. δεξόμενος. (d) Euseb. τοι pro γε.

(1) Verba huc usque recitata nulla sunt in codice palimpsesto mutilo vaticano, cuius pagina 255 (Diodori prima) incipit a verbis ἔτ' οἴομαι. Iamvero quae soluta oratione sunt Diodori verba usque ad pythicum oraculum, ea extant inter fragmenta valesiana ed. Wessel. T. II. p. 547; post quae ibi additur ΖΗΤΕΙ ΕΝ ΤΩΙ ΠΕΡΙ ΓΝΩΜΩΝ, *QUAERE IN TITULO DE SENTENTIIS*: qua praeclara admonitione docemur, locum palimpsesti vaticani pertinere ad titulum *de sententiis*, quod tamen ex ipso folii margine satis cognosco, ubi scribitur ΓΝΩΜΗ. Ipsius vero pythici oraculi partem priorem sumere mihi licebat ab Herodoto lib. I. 65; sed malui ab Eusebio praep. ev. lib. V. 27, qui plenio-rem recitat partem posteriorem, nempe usque ad δώσω. Quare nescio cur cl. anthologiae graecae editor Lips. MDCCCXIII. T. II. p. 565, substiterit intra arctiores fines herodoteos, quum eos iam excessisset duce Eusebio Gallaeus oracul. vet. p. 28. Sed nunc denique ope codicis vaticani integro prope extremo versu oraculum augemus; quod sane non cessavisse in verbo δώσω iam nos docuerat Eusebius loc. cit. ubi post δώσω ait: καὶ τὰ τούτοις συνεπιλογόμενα, *et quae sequuntur*. Porro novae particulae vaticanae suffragatur Plutarchus Lycurg. cap. V, apud quem Pythia promittit Lycurgo remp. Spartae omnium fore praestantissimam.

Digitized by Google

II. Ὅτι ὁ αὐτὸς ἠρώτησε τὴν | Πυθίαν ποῖα νόμιμα καταςήσας, μάλις' ἂν ὠφελῆσαι τοὺς Σπάρτας; | Τῆς δὲ " ἐὰν τοὺς μὲν καλῶς ἡγεῖσθαι, τοὺς " δὲ πειθαρχεῖν νομοθετήςῃ (1) ". | Πάλιν ἠρώτησε τί ποιοῦντες, καλῶς ἡγήσονται; καὶ τί πιθαρχήσω|σιν; Ἡ δὲ ἀνείλετο τοῦτον τὸν χρησμόν (2).

Εἰσὶν ὁδοὶ δύο πλεῖςον ἀπ' ἀλ|λήλων ἀπέχουσαι,
Ἡ μὲν ἐλευθερίας ἐς τίμιον οἶκον ἄγουσα,
Ἡ δ' ἐπὶ δου|λείας φευκτὸν δόμον ἠμετρίοισι·
Καὶ τὴν μὲν διὰ τ' (a) ἀνδροσύνης ἀρε|τῆς (b) ὁμονοίας
Ἔςι περᾶν· ἣν δὴ λαοῖς ἡγεῖσθε (c) κέλευθον·
Τὴν (d) δὲ διὰ | ςυγερῆς ἔριδος καὶ ἀνάλκιδος ἄτης
Εἰςαφικανοῦσι (3)· τὴν δὴ πεφύ|λαξο μάλιστα.

Τὸ δὲ κεφάλαιον ἦν ὅτι μεγίςην πρόνοιαν ποιητέον ἐςιν | ὁμονοίας καὶ ἀνδρεί-ας, ὡς διὰ μόνων τούτων τῆς ἐλευθερίας φυλάτ|τεσθαι δυναμένης, ἧς χωρὶς οὐθὲν ὄφελος, οὔτ' ἄλλο τῶν παρὰ τοῖς | πολλοῖς ὑπειλημμένων ἀγαθὸν ἔχειν, ἑτέροις ὑπήκοον ὄντα· πάντα γὰρ | τὰ τοιαῦτα τῷ ἡγουμένων οὐ τῷ ὑποτε-ταγμένων ἐςίν· ὥςτ' εἴπέρ τις | ἑαυτῷ βούλεται ⟨ε⟩ μὴ τοῖς ἄλλοις κτήσασθαι τὰ ἀγαθὰ, πρῶτον ἐςὶν | κατασκευαστὸν τὴν ἐλευθερίαν· ἀμφοτέρων δὲ ἐκέλευ-σε ποιεῖσθαι | πρόνοιαν, ὅτι θάτερα αὐτῶν κατ' ἰδίαν οὐ δύναται τὸν περι-ποιησό|μενον ὠφελῆσαι· οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀνδρείους ὄντας, ςασιάζειν· ἢ ὁ|μονοεῖν βεβαίως, δειλοὺς ὄντας.

2. Idem quum Pythiam interrogasset quarumnam legum latione Spartiatis maxime profuturus esset; responsum retulit: si partim ut recte imperent, partim ut obediant lege sancies. Rursus eo sciscitante, quonam pacto alii recte imperabunt, itemque alii obedient? hoc Pythia oraculum edidit:

Sunt duae viae maxime inter se dissitae,
Altera ad honorabile libertatis habitaculum,
Altera ad servitutis vitandam domum mortales ducit.
Illam quidem cum fortitudine concordiaeque virtute
Insistere licet: hac populos via ducite.
Altera per detestandam discordiam ignavamque aerumnam
Teritur: hanc tu maximopere caveto.

Cuius oraculi summa erat, praecipuum concordiae fortitudinisque studium esse debere, tamquam si his unice virtutibus libertas retineri possit: sine qua nihil eorum prodest quae vulgo bona existimantur; cum nempe aliquis alienae potestati subest: namque haec omnia imperantium non subiectorum sunt: quamobrem siquis avet bona sibi non aliis habere, libertatem in primis sibi comparabit. Utrique autem virtuti studere iubebat; quandoquidem harum neutra per se sola iuvare studiosum sui potest: nihil enim interest fortes esse viros, si discordia sit: neque rursus prodest tueri concordiam timidis.

(a) Cod. τῆς. (b) Euseb. pro ἀρετῆς habet ἱερῆς δ'; vere, ut puto, nam infra nonnisi ἀνδρεία appellatur et ὁμόνοια. (c) Cod. et Euseb. ἡγεῖσθαι, sed Gallaeus loc. cit. ἡγεῖσθε. (d) Cod. τῆς.

(1) Confer Plutarchum Lycurg. XXX.

(2) In codicis nostri margine legitur: ἡ Πυθία ἐχρήσε τῷ Λυκούργῳ περὶ τῶν πολιτειῶν οὕτως. *Pythia Lycurgo de constituenda rep. hoc oraculum edidit.*

(3) Hactenus oraculum apud Euseb. praep. V. 28. Et sic etiam cessat apud Gallaeum. Verumtamen apud Eusebium sequitur tamquam prosaica oratio, et quidem male interpuncta τὴν δὲ περυλάχθαι. Μάλιστα etc. quae sunt imperitorum amanuensium aut editorum corruptiones.

Digitized by Google

III. Ὅτι ὁ αὐτὸς Λυκοῦργος ἤνεγκε | χρησμὸν ἐκ Δελφῶν περὶ τῆς φιλαργυρίας τὸν ἐν παροιμίας μέ|ρει μνημονευόμενον.

Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ἕλοι (1), ἄλλο δὲ οὐδέν· |
Δὴ γὰρ ἀργυρότοξος ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων
Χρυσοκόμης ἔχρη | πίονος ἐξ ἀδύτου. 24.
Ἄρχειν (2) μὲν βουλῆ (a) θεοτιμήτους βασιλῆας,
Οἷσι μέ|λει Σπάρτης ἰχεράεσσα (b) πόλις.
Πρεσβυγενεῖς (c) δὲ γέροντας, ἔπειτα δὲ | δημότας ἄνδρας,
Εὐθείην (d) ῥήτρας (3) ἀνταπαμειβομένους.
Μυθεῖσθαι | δὲ τὰ καλὰ ἔ ῥεῖαν πάντα δίκαια,
Μηδέτι ἐπιβουλεύειν τῇδε πό|λει (e). 28.
Δήμου τε πλῆθος νίκην καὶ κάρτος ἕπεσθαι·
Φοῖβος γάρ περι τῇ ὠ|δ' ἀνέφηνε πόλει.

IIII. Ὅτι τοὺς μὴ διαφυλάττοντας τὴν πρὸς τὸ θεῖ|ον εὐσέβειαν, πολὺ μᾶλλον μὴ τηρεῖν τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δίκαια. |

Ὅτι Περδίκκας (4) τὴν ἰδίαν βασιλείαν αὐξῆσαι βουλόμενος ἠρώτησεν (f) εἰς Δελφούς· ἡ δὲ ἔφη, 32.

3. Idem Lycurgus oraculum Delphis retulit de avaritia, quod postea in proverbium evasit.

Avaritia Spartam capiet; aliud nihil.
Arcum enim argenteum tenens rex, procul feriens Apollo,
Aureaque coma praeditus divite ex adyto responsum dat,
Ut consilio imperent venerandi reges,
Quibus cura est Spartae munita civitas:
Tum etiam gravi aetate senatores, tum denique populares viri,
Recte legibus respondentes.
Praeclare iusteque omnia dicentes facientesque,
Contraque hanc urbem molientes mali nihil.
Copiosum denique populum fortitudo et victoria comitabitur.
Talia enim huic urbi Phoebus fata decrevit.

4. Qui pietatem erga Deum non retinent, ii multo minus officia inter homines servant.

Perdiccas regni sui augendi cupidus, misit qui Pythiam Delphis consulerent; quae sic ait:

(a) Plut. βουλῆς. (b) Plut. ἱερόεσσα. (c) Plut. πρεσβύτας. (d) Plut. εὐθείαις ῥήτραις. (e) Ita se habet versiculus in cod. (f) Eusebii interpres armenius legebat ἔπεμψεν, sicuti reapse scribit infra Diodorus p. 6., ubi de Messeniis.

(1) Versiculus huc usque extat apud Plutarchum lacon. inst. (ed. Reisk. T. VI. pag. 891) qui ait oraculum id editum fuisse Alcameni et Theopompo regibus; nunc vero Diodorus docet editum Lycurgo. Integrum versiculum cum codice vat. exhibet Gallaeus p. 41. Tum apud Plutarchum et Gallaeum inscitia, ut puto, librariorum scribitur ἀφιλοχρηματία pro ἁ φιλοχρηματία; et quidem in codice evidenter est spiritus densus supra articulum ἁ. Item apud Plutarchum pro ἕλοι legitur ἕλαι; sed Gallaeus consentit cum codice vat. Porro Lacedaemonios pecuniae prava cupiditate laboravisse, atque ob id vitium remp. perdidisse ait aliis verbis Diodorus ed. Wess. T. II. p. 547; tum Plutarchus loco nuper citato, et in Pericle XXII, et in Agide cap. XIII, et denique in Lycurgo cap. XXX.

(2) Hoc et sequens distichon occurrunt etiam apud Plutarchum Lycurg. VI, qui ait habere Tyrtaeum auctorem: itaque utrumque retulit inter eius poetae fragmenta Klotzius p. 127.

(3) Rhetras id est leges, quibus Lycurgus spartanam remp. constituit, datas esse a Phythia non versu sed prosa καταλογάδην, ait Plutarchus de Pythor. ac. ed. Reisk. T. VII. p. 588. Atqui apud Diodorum poeticae sunt.

(4) Perdiccas quartus Macedonum rex. Mire au-

Digitized by Google

Ἔστι κράτος βασίλειον ἀσφαλὲς Τημενίδεσσι (1)||
Γαίης πλουτοφόρου· δίδωσι γὰρ αἰγίοχος Ζεύς. P. 256.
Ἀλλ' ἴθι ἑπειγόμενος | Βουτηΐδα (2) πρὸς πολύμηλον
Ἔνθαδ' ἂν ἀργικέρωτας ἴδῃς χιονόδε|ας (a) αἶγας
Εὐηθέντας ὑπ' ἠῶ (3), κείνης χθονὸς ἐν δαπέδοισι
4. Θύε θε|οῖς (b) μακάρεσσι, σὺ δ' ἄστυ κτίζε πόλιος (4).

Ὅτι οἱ Ἠλεῖοι τῶν καινῶν | πολέμων οὐ μετεῖχον (5)· καὶ γὰρ ὅτε Ξέρξης ταῖς τοσαύταις μυριάσιν | ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ἀφείθησαν ὑπὸ τῶν συμμάχων τῆς | στρατείας, προσαξάντων τῷ ἡγεμόνων πλεῖον αὐτοὺς ποιήσειν |
8. ἐὰν ἐπιμελῶνται τῆς τῶν θεῶν τιμῆς.

V. *Καὶ μὴ συγχωρηθείσης μή|τε λαθραίας συμπλοκῆς πρὸς ἄνδρα (6)· μηδένα γὰρ οὕτως παρα|φρονήσειν, ὥστε ἐφημέρου χάριν ἡδονῆς τὰ μακαριζόμενα τοῦ βίου | παντὸς ἀντικαταλλάξασθαι.

Stat regia potestas placidis Temeni posteris
Feraci super regione; sic enim concedit aegidem tenens Iuppiter.
Tu vero perge festinus in Buteidem gregibus abundantem:
Ibi ubi latis cornibus videbis albos capros
Cubantes sub auroram, eius terrae in solo
Sacrum fac diis beatis, urbisque arcem statue.

Elei novis consurgentibus bellis, in partem operis non vocabantur. Nam et cum Xerxes tot milibus hominum expeditionem fecit adversus Graecos, illi immunes esse militiae a sociis permissi sunt; quia duces censuerunt plus eos facturos, si diis honorandis vacarent.

5. *(Religio) quae ne furtivum quidem cum viro concubitum concederet. Neminem enim tantopere insanum fore, ut cum brevi voluptate totius vitae felicitatem commutaret.

(a) Ita cod. (b) cod. θεοῖσι.

tem accidit ut hic Diodori locus usque ad oraculum conservatus fuerit ab Eusebio chron. I. 37. ed. Mediol. p. 169. in armeniaca interpretatione, cui nunc demum graeca quoque Diodori verba appingere licet. Hinc etiam certo cognoscimus Eusebium toto eo capite uti historico Diodoro. Sic autem est apud Eusebium: *Perdiccas augendi regni cupidus, Delphos misit. Tum paucis interpositis subdit* (Diodorus) *regnavisse Perdiccam annis* XLVIII. Oraculum autem, quod erat interpositum, et ab Eusebio fuit praetermissum, nunc commode recuperamus.

(1) Quippe in maioribus Perdiccae fuit Temenus teste Diodoro in fragmento (quod Syncellus conservavit) ed. Wess. T. II. p. 637. Temeno autem heraclidae in Peloponnesi divisione obtigerant Argi; ex qua urbe Caranus profectus Macedoniam occupavit, eiusque rex primus fuit; post quem quartus Perdiccas. Euseb. loc. cit.

(2) Est haec Macedoniae pars, quam Herodotus VII. 123. aliique appellant Βοττιαίδα.

(3) De variis vocabuli ἠώς significationibus lege, si placet, scholia a me edita ad odysseam II. 1. V. 1. VIII. 1.

(4) Agitur de urbis Aegarum aedificatione vel incremento, quam regiam fuisse sedem Macedonum ait etiam noster Diodorus T. II. p. 563. (Eadem urbs Edessa antiquius, Pella serius dicta fuit.) Iam vero cum hoc oraculo perbelle consentit Iustinus VII. 1; nisi quod ipse Carano tribuit quae Diodorus Perdiccae: *Caranus cum magna multitudine Graecorum sedes in Macedonia responso oraculi iussus quaerere, quum in Emathiam venisset, urbem Edessam gregem caprarum sequutus occupavit: revocatusque in memoriam oraculi, quo iussus erat „ ducibus capris imperium quaerere „ regni sedem statuit: religioseque postea observavit, quocumque agmen moveret, ante signa easdem capras habere, coeptorum duces habiturus quas regni habuerat auctores. Urbem Edessum, ob memoriam muneris, Aegeas; populum, Aegeadas vocavit.* Hinc non sine causa in oraculo epithetum *aegidem tenens* Iovi apponitur. Arcem autem Aegarum seu Pellae munitissimam describit Livius XLIII. 46.

(5) Rem hanc aliis verbis habes apud Diodorum in fragmentis editis p. 547. Item apud Polybium IIII. 73. 74.

(6) Sine dubio sermo est de vestali Rhea Silvia.

Digitized by Google

Ὅτι ὀρνιθευομένων Ῥέμου καὶ Ῥωμύλου περὶ οἰκισμοῦ πόλεως, καὶ ἐκ τῆς 12.
δεξιῶν μερῶν διοσημείων γενέσθαι, φασὶ καταπλαγέντα τὸν Ῥέμον ἐπιφθεγξάμενον εἰπεῖν τῷ ἀδελφῷ, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ πόλει πολλάκις ἐπ' ἀριστεροῖς βουλεύμασιν εὐπιδέξιος ἀκολουθήσει δίκη (1)· προπετῶς γὰρ αὐτοῦ τὸν ἄγγελον ἀπο- 16.
στείλαντος, καὶ τὸ καθ' αὐτὸν μέρος ὅλως ἡμαρτηκότος, ὑπὸ ταυτομάτου διορθώσασθαι τὴν ἄγνοιαν (2).

VI. Ὅτι ὁ Ῥώμυλος κτίζων τὴν Ῥώμην, τάφρον περιέβαλε τῷ Παλατίῳ κατὰ σπουδήν, μή τινες τῆς περιοίκων ἐπιβάλωνται κωλύειν αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν· ὁ δὲ Ῥέμος βαρέως φέρων ἐπὶ τῷ διεσφάλθαι τῆς πρωτείων, φθονῶν δὲ τῆς 20.
εὐτυχίας τοῦ ἀδελφοῦ, προσιὼν τοῖς ἐργαζομένοις ἐβλασφήμει· ἀπεφήνατο γὰρ ἐννὴν εἶναι τὴν τάφρον, καὶ ἐπισφαλῆ ἔσεσθαι τὴν πόλιν, τῆς πολεμίων ῥᾳδίως αὐτὴν ὑπερβαινόντων· ὁ δὲ Ῥώμυλος ὀργισάμενος ἔφη· παραγγελῶ πᾶσι 24.
τοῖς πολίταις ἀμύνασθαι τὸν ὑπερβαίνειν ἐπιχειροῦντα. Πάλιν ὁ Ῥέμος τοῖς ἐργαζομένοις ὀνειδίζων ἔφη ἐννὴν κατασκευάζειν τὴν τάφρον· εὐχερῶς γὰρ ὑπερβήσεσθαι τοὺς πολεμίους· καὶ γὰρ αὐτὸς ῥᾳδίως τοῦτο πράξει· καὶ ἅμα ταῦτα λέγων ὑπερήλατο. Ἦν δέ τις Κέλερος, εἷς τῶν ἐργαζομένων, ὃς ὑπολαβών, 28.
P. 325. ἐγὼ δὲ φησὶν ἀμυνοῦμαι τὸν ὑπερπηδῶντα κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως· καὶ ἅμα ταῦτα λέγων ἀνέτεινε τὸ σκαφεῖον, καὶ πατάξας τὴν κεφαλὴν ἀπέκτεινε τὸν Ῥέμον.

Remo ac Romulo auspicia ob condendam urbem capientibus, quum ostentum a dextra parte accidisset, aiunt Remum prae stupore exclamantem dixisse fratri, fore ut in hac urbe saepe e sinistris consilis dextér eventus subsequatur. Nam quum ipse temere nuncium misisset, ac pro sua virili parte prorsus errasset, spontaneo casu inscitia correcta fuit.

6. Romulus Romam condens fossam Palatio circumducere festinavit, nequis finitimus consilium eius disturbare niteretur. Interim Remus aegre ferens se primatu depulsum, fratrisque successibus invidens, prope adstans operariis maledicebat, fossam angustam dictitans, ideoque urbem intutam fore, quia fossam hostes faciliter essent superaturi. Tum indignans Romulus, mandabo inquit cunctis civibus ut in eum animadvertant qui hanc transgredietur. Ecce autem Remus iterum operariis convitians angustam fossam curari dicebat, quam nullo negotio hostes transmitterent: nam se quoque id facile acturum: atque his dictis, transiliit. Ibi unus e caementariis, Celer nomine, atqui ego ait transgressum, de regis mandato, puniam: et cum verbo ligonem intendens percussum in capite Remum occidit.

matre Romuli. Eclogarius autem haud laudabili consilio sententiam, tantummodo, quae sibi arridebat, hiantem licet, conservavit; cuiusmodi alia exempla infra occurrent complura; praetereaque in fragmentis Diodori iamdiu editis, et in illis Dionysii halicarnassei a me Mediolani nuperius vulgatis: ita ut unum plane atque idem cognoscatur fuisse institutum eclogariorum, a quibus Porphyrogenitus veteres historicos delibari iussit. Iamvero fragmentum hoc sine dubio pertinet ad septimum Diodori librum, quoniam ex Eusebio chron. I. 46, cognoscimus Diodorum res regum latinorum et Romae initia eo in libro narravisse. Ergo etiam superiores partes e septimo sunt, quandoquidem in sexto res adhuc ante Troiam captam fuisse comprehensas, testis est ipse Diodorus in prohoemio operis cap. IIII. Quare et Wesselingius T. II. p. 546, res sexti libri discernere debuisset ab illis septimi, quae mox ibi consequuntur, ne incauti forte lectores ad sextum librum cunctas referrent.

(1) Si aves a dextra advolavissent, augurium fuisse adversum apud Romanos, compertum est. Porro ad Remi sententiam quod adtinet, parem de Athenis narrat Aristophanes nub. 587. sqq.

(2) Vix dubito quin haec postrema sententia cohaereat cum priore; quamquam in hac eclogarum

Digitized by Google

32. VII. Ὅτι τῆ κυνῶν ὠρυομέ|νων, καὶ τῆ Μεσσηνίων ἀπελπιζόντων (1), προσελ-
θὼν τὶς τῆ πρεσβυτέρων ||| παρεκάλει τὰ πλήθη μὴ προσέχειν τοῖς μάντεσι σχεδιά- P. 325.
ζουσι· καὶ | γὰρ ἐπὶ τῆ ἰδίων βίων αὐτοῖς πλείοις ἁμαρτήμασι περιπίπτειν,
4. ὡς μὴ | δυναμένους προϊδέσθαι τὸ μέλλον· καὶ νῦν ὑπὲρ ὧν εἰκὸς μόνους | τοὺς
θεοὺς γινώσκειν ἀδύνατον ἀνθρώπους ὄντας εἰσάσθαι· παρε|κελεύετο οὖν πέμ-
πειν εἰς Δελφούς· ἡ δὲ Πυθία ἀνεῖλεν οὕτως· " Ἐκ | τοῦ Αἰπυτίδων (2) γένους
„ θύσαι κόρην τὴν τυχοῦσαν· ἐὰν δὲ ἡ λαχοῦ|σα ἀδυνατεῖ καθοσιωθῆναι, θύ-
8. „ σαιτό τε παρθένον τὴν τοῦ δισόν|τος ἑκουσίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους· ἔ ταῦ-
„ τα πράξαντες ἕξετε νί|κην τοῦ πολέμου καὶ κράτος (3) „. * Οὐδεμιᾶς γὰρ τι
μῆς μεγέθος (a) ἰσόρρο|πον ἐφαίνετο τοῖς γονεῦσιν πρὸς τὴν τ' τέκνων σωτηρίαν·
ἀλλ' ἅμα | μὲν ὁ τῆς συγγενείας ἔλεος ἑκάτῳ ὑπεδύετο πρὸ ὀφθαλμῶν λαμ-
12. βά|νοντι τὴν σφαγήν· ἅμα δὲ ἐνετρέπετο προδότης γενέσθαι τέκνου πρὸς | ὁμο-
λογούμενον ὄλεθρον.

VIII. * Προέπιπτεν εἰς ἀνάξια τῆς περὶ αὐτὸν | δόξης ἁμαρτήματα· δεινὸς γὰρ
16. ὁ ἔρως σφῆλαι τοὺς νέους, ἔ μά|λιστα τοὺς μεγαλοφρονοῦντας ἐπὶ τῇ τοῦ σώμα-
τος ῥώμῃ (4)· διὸ καὶ | παρεισήγαγον οἱ παλαιοὶ τῆ μυθογράφων τὸν ὑπὸ τῆ ἄλ-
λων ἀνίκη|τον Ἡρακλέα ὑπὸ τῆς τούτου δυνάμεως νικώμενον.

7. Canibus triste ululantibus, atque ob id Messeniis animos despondentibus, progressus in medium senior quidam populum hortabatur, ne vatibus perturbatoribus aures praeberet: nam et in vita privata ad varios errores homines prorucre, quia nemini res futuras praenoscere licet: ita et nunc fieri non posse ut homines sciant quae in sola deorum cognitione sunt posita. Igitur auctor erat Delphos mittendi. Ibi Pythia sic elocuta est: " Ex Aepytidarum genere immo-
„ letur puella quaelibet. Quod si sorte ducta sacrificio offerri nulla poterit;
„ tunc sacrificetur virgo quam sponte aliquis de sua stirpe sistet. His peractis,
„ victoria bellica potiemini et praevalebitis „. * Sed enim nulla gloriae magnitudo tanti erat apud parentium animos, quanti liberorum salus: verum unusquisque tangebatur necessariorum miseratione, dum ei prae oculis obversaretur supplicii imago: simulque abhorrebat, quominus fieret prolis proditor ad certam necem.

8. * Prolapsus est in indigna splendore suo peccata. Magnam quippe vim habet amor transversos rapiendi iuvenes, praesertim qui corporis robore gloriantur. Hinc veteres mythographi introduxerunt invictum ceteroquin Herculem ab huius viribus superatum.

(a) Cod. μεγέθεων.

farragine, diversa saepe copulantur fragmenta sine ulla scripturae distinctione. Nuncium Dionysius halic. I. 86. a Romulo ad Remum, non vice versa, missum dicit; et aliter rem narrat; alios videlicet historiae fontes secutus.

(1) Triste hoc canum ululantium apud Messenios augurium narrat etiam Pausanias Messen. seu lib. IV. 13. et 21. Idem prodigium sub Caesaris necem accidisse superstitiose observat Virgilius G. I. 470.

(2) AEpyti Messeniorum regis posteritas dicti AEpytidae. Pausan. IIII. 3.

(3) Modo ligata modo soluta oratione locutam Pythiam tradit Plutarchus de Pyth. or. T. VII. p. 590. Ceteroquin oraculum hoc iambicis versiculis extat apud Pausaniam IIII. 9; hexametris apud Eusebium praep. V. 27. Prior ille diram quoque narrat puellae caedem a parente peractam.

(4) Difficile est divinare de quonam homine loquatur heic Diodorus; namque eclogarius morali tantum sententiae intentus, peccantis viri nomen reticuit. Ceterum veniebat in mentem ille iuvenis qui apud Pausaniam IIII. 9. falso dixit te vitiavisse Aristodemi filiam. Aliter, quam Pausanias, narrationem fortasse scripserat Diodorus, et pro mendacio rem veram posuerat. Vel fortasse intelligitur ille qui Hippo-

Digitized by Google

*Καὶ ταῖς προ|θυμίαις ἐπερρώσθησαν· τοὺς γὰρ ἐκ παίδων ἀνδρείαν ἐκ καρτε|ρίαν ἀσκοῦντας, κἂν ἡ τύχη που ταπεινώσῃ, βραχὺς λόγος ἐφ' ὃ δεῖ | παρ- 20.
ίσησιν (1). Οὐ μὴν οὐδὲ οἱ Μεσσήνιοι τούτων ἀπελίποντο ταῖς προ|θυμίαις, ἀλλὰ ταῖς σφῶν ἀρεταῖς πιστεύσαντες (2) *.

Ὅτι οἱ Λακε|δαιμόνιοι καταπονούμενοι ὑπὸ Μεσσηνίων ἔπεμψαν εἰς Δελφούς· | ἡ δὲ ἔχρησεν (3).

Οὔτε (a) μάχης μόνον ἔργ' ἐφέπειν χερὶ Φοῖβος ἀνώγει (b) | ,
Ἀλλ' ἀπάτης (c) μὲν ἔχει Γαῖαν (d) μεσσηνίδα (4) λαός (e). 24.
Ταῖς δ' αὐταῖς τέχνεσιν (f) | ἁλώσεται ὥσπερ (g) ὑπῆρξεν.

Ἔστι δὲ τὸ νοούμενον, μὴ μόνον τοῖς ἐκ | τῆς βίας ἔργοις, ἀλλὰ ἐκ τοῖς ἐκ δόλου (5).

VIIII. Ὅτι κατὰ τὴν ἀξίαν οὐ|δὲ θελήσαντες δυνάμεθα τιμῆσαι τὸ δαιμόνιον· ὥστε εἰ μὴ κατὰ | δύναμιν βουληθείημεν εὐχαριστεῖν, τίνας ἂν ἐλπίδας τοῦ μέλ- 28.
λον|τος βίου λαμβάνοιμεν εἰς τούτους ἐξαμαρτάνοντες, οὓς ἀδικοῦν|τας οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν οὔτε λαθεῖν οὔτε διαφυγεῖν; τὸ μὲν γὰρ ὅλον, | παρ' οἷς ἀθάνατον εἶναι συμβαίνει καὶ τὴν εὐεργεσίαν ἐκ τὴν κόλασιν, φα|νερὸν ὡς ἐν τούτοις 32.
P. 326. παρασκευάζει προσήκειν τὴν μὲν ὀργὴν ἀγένητον || τὴν δὲ εὔνοιαν αἰώνιον. * Τηλικαύτην γὰρ ἔχει παραλλαγὴν ὁ τῷ ἀσε|βῶν βίος πρὸς τὸν τῷ εὐσεβῶν,

*Et alacritate corroborati fuerunt. Nam qui a pueris se fortibus constantibusque gestis exercuerunt, etiamsi eos aliquando fortuna depresserit, brevis adhortatio ad officium revocat. Neque horum alacritati cedebant Messenii, quin adeo virtute sua confidentes *.

Lacedaemonii a Messeniis fatigati miserunt consultum Delphos. Pythia vero sic cecinit:

Non martio solum operi instare mandat Apollo;
Sed fraude regionem obtinebit messeniam populus:
Iisdemque artibus haec capietur unde incepit.

Mens autem oraculi erat, non viribus solum, sed dolo etiam utendum.

9. Quantumlibet quis cupiat, numen pro dignitate nemo honorare potest. Quare si ne pro viribus quidem voluerimus esse grati, quam spem de reliqua vita habebimus, si in deos peccabimus; quos ubi laeserimus nec latere nec effugere quimus? Prorsus enim quorum beneficia aeque ac maleficia ut immortalia sint natura comparatum est, satis constat eorumdem quoque sempiternam esse iram et immortalem benivolentiam. * Sic enim invicem differt impiorum piorumque

(a) Pausan. et Euseb. οὔ σε * (b) Pausan. et Euseb. ἄνωγεν. (c) Pausan. et Euseb. ἀπάτῃ. (d) Pausan. λεΐαν. (e) Euseb. ἄλλος. (f) Pausan. τέχνασιν, Euseb. τέχναις τις. (g) Pausan. et Euseb. αἴσπερ.

menis Atheniensium archontis filiae stuprum intulit apud eundem Diodorum in excerptis editis p. 550. Reapse messenii belli finis, quem modo Diodorus scripsit, incidit in quartum Hippomenis archontis annum, uti diserte adnotat Pausanias IIII. 13. Quare tempora utriusque rei congruunt. Denique cogitabam etiam de Gorgo messenio.

(1) Videtur sermo esse de Lacedaemoniis, qui ob clades a Messeniis acceptas, interdum animis concidebant. Diodor. mox; Pausan. IIII. 12.

(2) Sic abrumpitur in codice oratio,

(3) Extat sequens oraculum apud Pausaniam IIII. 12, et apud Eusebium praep. V. 27.

(4) Astum, quo Cresphontes heraclides Aepyti pater regionem messeniam olim obtinuit legesis apud Apollodorum bibl. II. 7, et apud Pausaniam IIII. 3. Messeniam heroicis temporibus fuisse partem Laconiae, tum sub Heraclidis segregatam, tradit scholiastes a me editus ad odyss. XXI. 13.

(5) Desideratur in codice verbum. Lacedaemoniorum porro dolos debellandis Messeniis adhibitos habes apud eundem Pausaniam IIII. 12.

Digitized by Google

4. ὥστε προσδοκᾶν ἑκατέρους αὐ|τοῖς βεβαιώσειν τὸ θεῖον, τοῖς μὲν τὰς ἰδίας εὐχὰς, τοῖς δὲ τὰς | παρὰ τῆ ἐχθρῶν εὐχάς. * Τὸ δὲ ὅλον εἰ τοῖς μὲν ἐχθροῖς ὅτ' ἂν πρὸς | τοὺς βωμοὺς καταφύγωσι βοηθοῦμεν, τοῖς δὲ πολεμίοις διὰ τῆ | ὅρκων πίστεις δίδομεν μηδὲν ἀδικήσειν, ποίαν χρὴ πρὸς αὐτοὺς | ποιεῖσθαι τοὺς θεοὺς σπουδήν; οἳ οὐ μόνον τοὺς εὐσεβεῖς ἐν τῷ ζῆν
8. | εὐποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸν θάνατον (1), οἳ (a) δὲ ℭ ταῖς τελεταῖς διαγωγὴν (b) | μετ' εὐφημίας ἡδείας εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα παρασκευάζουσιν· | διὸ καὶ προσήκειν μηδὲν οὕτως τῆ ἐν τῷ βίῳ σπουδάζειν, ὡς περὶ τὴν τῶν θεῶν τιμήν.

12. Ὅτι ἀνδρείαν ℭ δικαιοσύνην καὶ | τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀνθρώπων τὰ λοιπὰ τῶν ζώων εὑρῆσθαι συμβε|βηκεν, τὴν δὲ εὐσέβειαν τοσούτῳ τῆ ἄλλων ἀρετῆ προέχειν, ὅσον | ℭ τοὺς θεοὺς τῆ θνητῶν ἐν πᾶσι πρωτεύειν (2).

Ὅτι ζηλωτὴς οὖ|σης [εὐσεβείας] τοῖς ἰδίοις, πολὺ μᾶλλον οἰκείαν εἶναι
16. τοῖς πόλεσιν· τῆς γὰρ ἀθανασίας ἐγγύτερον οὖσαι, προσῳκειωμένην τοῖς θεοῖς τὴν φύσιν ἔ|χουσι· ℭ πολὺν χρόνον διαμένουσαι προσδοκῶσι τὴν ὀφειλομένην | ἀμοιβήν· τῆς μὲν εὐσεβείας, τὴν ἡγεμονίαν· τῆς δὲ εἰς τὸ θεῖον ὀλι|γωρίας, τὴν τιμωρίαν (3).

20. X. Ὅτι Μύσκελλός τις ἀχαιὸς ὢν τὸ γένος, | ἐκ Κρήτης κατήντησεν εἰς Δελφοὺς, ℭ τὸν θεὸν ἐπηρώτησε περὶ τέκνων | γενέσεως· ἡ δὲ Πυθία ἀνεῖλεν οὕτως.

Μύσκελλε καλὰν, ὥς τε φιλεῖς, ἑκάεργος Ἀπόλλων
Καὶ γενεὰν δώσει· τὸ δὲ πρότερόν σε κελεύει
Οἰκί|σαι δὲ Κρότωνα μέγαν καλαῖς ἐν ἀρούραις.

vita, ut utrique sibi a Deo confirmari, hi suas preces, illi inimicorum imprecationes, expectent. *Omnino si inimicis ad aras confugientibus subvenimus; si hostibus per foederis fidem concedimus impunitatem, quantopere deos colere oportet? qui non solum viventibus piis benefaciunt, sed etiam post obitum; qui caerimoniis suis oblectamentum cum dulci laude in omne aevum efficiunt. Quare nihil impensius in vita curandum est, quam deorum cultus.

Fortitudinem et iustitiam ceterasque hominum virtutes in aliis quoque animantibus deprehendere aliquando est. Verumtamen religio tantum reliquis virtutibus antecellit, quantum dii mortalibus usquequaque praestant.

Religio quum privatis hominibus expetenda, tum civitatibus multo congruentior est, quae cum sint immortalitati propiores, ad deorum naturam magis accedunt: multoque tempore perdurantes expectant debitam remunerationem; nempe ob suam pietatem, principatum; ob numinis autem neglectum, poenam.

10. Myscellus quidam genere achaeus venit e Creta Delphos, Deumque progignendis liberis sciscitatus est. Cui Pythia sic respondit:

Myscelle pulchram, ut optas, sagittarius Apollo
Progeniem largietur. Sed primum tibi mandat
Ut aedifices Crotonem magnam bono in agro.

(a) Cod. εἰ. (b) Cod. δεῖ ἀγωγήν.

(1) Ergo Diodorus praeclare sentiebat de immortalitate animorum. Confer eundem lib. XVIII. 1. Nec levia sunt eius dogmatis argumenta, quae antiquitates quoque aegyptiae nuper apud nos declaratae suppeditant.

(2) Religionem unius inter animantes hominis esse propriam, recta observatio est Platonis Protag. ed. Steph. T. I. p. 322, ceu Ciceronis nat. D. II. 56.

(3) Egregie congruit huic loco insignis Ciceronis sententia de rep. III. 23, qua docet poenam maximam et incomparabilem impiae civitatis esse eiusdem interitum.

Digitized by Google

24. Τοῦ δὲ Κρότωνα ἀγνοοῦντος (a), εἰπεῖν πάλιν τὴν Πυθίαν·

Αὐτός σοι φράζει ἑκατηβόλος, ἀλλὰ σύ γ' εἰδώς·
Οὗτος μὲν Ταφίης τοι ἀνήροτος, ἥδε δὲ Χαλκίς,
Ἥδε δὲ Κουρητῶν ἡ ἱερὰ χθών (1),
Αἵδε δ' Ἐχινάδες εἰσίν· πολὺς δ' ἐπ' ἀριστερὰ πόντος·
Οὕτως δ' οὐκ ἂν φημὶ Λακινίου ἄκρου ἁμαρτεῖν,
28. Οὐδ' ἱερᾶς Κρεμίσης, οὐδ' Αἰσάρου ποταμοῦ (2).

Ὅτι τοῦ χρησμοῦ προσάσοντος Κρότωνα κτίζειν, ὁ Μύσκελλος τὴν περὶ τὴν Σύβαριν χώραν θαυμάσας ἐβούλετο κτίσαι· καὶ ἐξέπεσε χρησμὸς αὐτῷ οὗτος (3).

Μύσκελλε βραχίωνα παρ' ἐκ θεὸν ἄλλα (b) ματεύων,
32. Κλαύματα μαστεύεις, δῶρον δ' ὃ δίδωθεὸς αἰνεῖ (c).

XI. Ὅτι φασίν τινα τῶν ἐμπόρων συβαριτῶν ἀκούσαντα ||| παρά τινος ὅτι P. 207.
θεασάμενος τοὺς ἐργάτας εἰληφὼς εἴη τὰ πράγματα, | παραχαλέσαι τὸν εἰπόντα μὴ
θαυμάσαι· καὶ γὰρ ἀκούσαντα τὸ γεγονὸς, | πεπονηκέναι τὴν ψυχήν. Ἕτερον
4. δέ λέγεται παραβαλόντα εἰς Σπάρτην εἰπεῖν, ὅτι πρότερον μὲν θαυμάζοι τὴν τῶν
Σπαρτιατῶν ἀνδρείαν, τότε δὲ θεασάμενον ὑπερορᾶν· καὶ [ὁρῶν] μετὰ πολλῆς
κακοπαθείας βιοῦντας, εἶπεν ὅτι τῶν ἐσχάτων οὐδὲν διαφέρουσιν· | κἂν γὰρ ἐν
8. Συβαρίταις ἀνδρειότατον μᾶλλον εἶναι ἂν τρὶς ἀπο|θανεῖν, ἢ τοιοῦτον βίον

Quumque ille Crotonem nesciret, Pythia rursus ait:

Sic fatur ipse longe iaculans, tu vero tecum reputa.
Hinc est Taphius inarata, tum Chalcis,
Tum Curetum sacra regio,
Exin Echinades; deinde amplus sinistrorsum pontus.
Tum demum ne a Lacinio promontorio aberres moneo,
Neque a sacra Cremisa neque ab Aesaro fluvio.

Oraculo iubente Crotonem condere, Myscellus admiratus regionem circa Sybarim, ibi aedificare malebat. Sed editum est illi oraculum huiusmodi:

Myscelle gibbose a Deo vana requirens,
Malum tibi concilias; donum vero, quod Deus dat, ratum habe.

11. Aiunt sybaritam mercatorem audito quodam qui se spectandis operariis molestiam contraxisse aiebat; minime id mirandum dixisse; nam et sibi rem audienti doluisse latus. Alius vero fertur qui Spartam viderat dixisse; antea se quidem mirari solitum Spartiatarum fortitudinem, nunc autem spernere; qui quum in tantis laboribus viverent, ab infimis mortalium nihil differrent: atque omnino vel fortissimum Sybaritarum malle ter mori, quam vitam eiusmodi tolerare. Prae-

(a) Conf. τὸν δὲ Κρότωνα ἀγνοοῦντα. (b) Strabo in Siebenkeesii editione πάρεκ οὐθὲν ἄλλο. In codice dividitur παρ' ab ἐκ, apposita apocope et spiritu. Nunc vero cognoscimus, Casaubonum recte emendavisse θεὸν in Strabone. (c) Strabo κλάσματα θηρεύεις, δῶρον δ τι δὲ τις ἐπαίνει.

(1) Taphius insula vulgo adscribitur Echinadibus. Chalcidem intellige aetolicam, Curetas vero Acarnaniae; de quibus locis consule geographos. Est enim hoc rectum fere iter venientibus ex oraculo delphico in Italiam. Iam quod versus huic deficit, nemo magnopere miretur. Iamdiu enim docuit nos Plutarchus de Pyth. orac. ed. Wyttenb. T. VII. p. 558. seqq. vi-

les fuisse oraculorum versiculos, et saepe absque iusto metro interdumque mutilos, et pravis vocabulis insterstinctos et omnino, Apolline indignos.

(2) Fines describuntur intra quos Croto sita fuit.

(3) Extat sequens oraculum apud Straboncm VI. cap. I. 12, cum lectionis varietate.

ζῶντα καρτερεῖν. Μάλιστα δὲ παρ αὐτοῖς περι|ῳσιάσαι λέγεται τρυφὴ τὸν ὀνο-
μαζόμενον Δυρίδην (1). |

Ὅτι Μιλησίων τρυφώντων φασὶ πρὸς αὐτὸν ἀποδημήσαντα τινὰ τῶν | Συ-
βαριτῶν ἐπειδὴ πάλιν πρὸς τὴν πατρίδα παρεγενήθη, τά τε ἄλλα | τοῖς πολί- 12.
ταις ἐξηγεῖσθαι, κ᾽ δὴ φάσκειν κατὰ τὴν ἀποδημίαν πόλιν ἐλευθέραν ἑωρα-
κέναι τὴν τῶν Μιλησίων (2).

XII. Ὅτι συνταξαμένων τῶν ἐπευνακτῶν (3) τῷ Φαλάνθῳ, τότε ἦκεν πρὸς τὴν
φάσιν | κατὰ (a) τὴν ἀγορὰν, ὅταν αὐτὸς ἐπὶ τὸ μέτωπον ἐφελκύσῃ τὴν κυνῆν με-
τὰ | τῶν ὅπλων (4). ἐμήνισε δέ τις τὸ μέλλον γίνεσθαι τοῖς ἐφόροις. τῶν δὲ πλεί|- 16.
σων οἰομένων δεῖν ἀποκτεῖναι τὸν Φάλανθον, Ἀγαθιάδας ἐρασὴς αὐτοῦ | γε-
γονὼς εἶπεν ὡς τοῦτο πράξαντες εἰς μεγίστην φάσιν ἐμβαλοῦσι τὴν Σπάρ|την,
ἐν ᾗ κρατήσαντες, ἀλυσιτελῆ ποιήσονται νίκην· ἢ σφαλέντες, | ἄρδην ἀπολέ- 20.
σουσι τὴν πατρίδα· συνεβούλευσεν οὖν τὸν κήρυκα | ἀναγορεῦσαι τὴν κυνῆν ἐᾶν
ὡς ἔχει Φάλανθος· οὗ γενομένου τοὺς μὲν | παρθενίας (5) ἀποστήσασθαι τῆς
ἐπιβολῆς, ἢ πρὸς διάλυσιν ὁρμῆσαι. |

Οἱ δὲ ἐπευνακταὶ θεωροὺς πέμψαντες εἰς Δελφοὺς ἐπηρώτων | εἰ δίδωσιν 24.
αὐτοῖς τὴν Σικυωνίαν· ἡ δ᾽ ἔφη·

Καλόν τοι τὸ μεταξὺ Κορ|ίνθου κ᾽ Σικυῶνος,
Ἀλλ᾽ οὐκ οἰκίσεις οὐκ εἰ παγχάλκεος εἶης.
Σατύρι|ον φράζου κ᾽ Τάραντος ἀγλαὸν ὕδωρ,

cipue vero inter illos luxu dif'uxisse aiunt quendam nomine Dyridem.

Apud Milesios luxui deditos cum quidam sybarita divertisset, ac deinde in patriam redisset, fertur inter cetera quae civibus suis narravit, dixisse etiam se in sua peregrinatione civitatem demum liberam vidisse Miletum.

12. Quum Epeunactae cum Phalantho seditionem movere condixissent in foro, quo tempore ipse galeam armatus in frontem attraheret, quidam rei indicium ephoris fecit. Tum plerisque decernentibus ut Phalanthus occideretur, Agathiades qui eius amasius fuerat, ait qui id facerent, Spartam in maximam seditionem fore conjecturos; in qua si vincerent, haud utilem victoriam referrent; sin superarentur, patriam funditus everterent. Suadebat itaque ut per praeconem indiceretur, ne Phalanthus galeam commoveret. Quo facto Parthenii omissa coniuratione alii alio dilapsi sunt.

Epeunactae vero missis Delphos oratoribus, rogabant an eis Deus Sicyoniam concederet. Pythia inquit:

Pulchra quidem regio inter Sicyonem et Corinthum;
Sed non obtinebis, etiamsi viribus aereis esses.
Satyrion autem cogita et Tarenti limpidam undam;

(a) Cod. καὶ. Suspicabar autem transferenda esse verba μετὰ τῶν ὅπλων post ἀγορὰν, atque interpretandum *procedere in forum cum armis seditiose, quum Phalanthus galerum in frontem adduxisset*.

(1) De huius hominis luxuria loquitur Diodorus in excerptis editis p. 550; atque ut ibidem observatur in adnotationibus a Valesio. Herodotus VI. 127; Aelianus var. hist. VIIII. 24.; Athenaeus VI. 105. Porro Diodorus scribit Μανδυρίδην; reliqui Σμινδυρίδην. A codice igitur vaticano videtur excidisse μιν.

(2) A Sybaritis praecipuo amore dilectos Ionas propter luxus similitudinem, tradit idem Diodorus in excerptis p. 549. Quaenam porro libertas heic intelligatur, satis declarat Plato de corruptissima civitate loquens apud Ciceronem de rep. I. 42: *absit omnis pudor, ut plane liberi sint* etc.

(3) Epeunactae servi erant hilotae in locum stratumque dominorum bello messenio extinctorum a Lacedaemoniis substituti. Legesis Athenaeum VI. 101.

(4) Legitur haec historia etiam apud Strabonem VI. cap. III. 2. seqq. non sine varietatibus.

(5) Quippe etiam Partheniae conspiraverant cum Epeunactis. Strabo ibid.

Digitized by Google

Καὶ λιμένα σκαιὸν ϑ' ὅπῃ τράλος | ἀγλαὸν οἶδμα
28. Ἀμφαγαπᾶτ' ἀκρόπολιν (a) γενείῃ ἔνθα Τάραντα
Ποιοῦ | ἐπὶ Σατύριον βεβαῶτα (1).
Ἀκούσαντες δὲ ἠγνόουν. ἡ δὲ φανερώτερον ἔφη·|
Σατύριόν τοι ἔδωκα καὶ Τάραντά τε πίονα δῆμον
Οἰκῆσαι, ϑ' πήματ' Ἰα|πύγεσσι (b) γενεσθαι (2).

XIII. Ὅτι Ἀντίφημος καὶ Ἔντιμος οἱ Γέλαν κτίσαντες (3) | ἠρώτησαν τὴν Πυθίαν, καὶ ἔχρησε ταῦτα.

32. Ἔντιμε καὶ (c) Κράτωνος ἀγακλείος | υἱὲ δαΐφρων
Ἐλθόντες σικελὴν χθόνα ναίετον ἄμφω,
Δεμάμενοι || πτολίεθρον ὁμοῦ Κρητῶν Ῥοδίων τε (4) P. 208.
Παρ' προχοὰς ποταμοῖο Γέλα συν|ώνυμον ἀϊνόν.

Ὅτι οἱ ἐκ τῆς δεκάτης ἀνατεθέντες Χαλκιδεῖς | ἦλθον χρησόμενοι περὶ ἀποικίας· ϑ' ἀνεῖλε.

4. Ἀψιδίη (d) ποταμὸν ἱερω|τάτην εἰς ἅλα πίπτειν
Ἔνθ' εἶσω βάλλοντι τὸν ἄρσενα θῆλυς ὀπάζει, (e) |
Ἔνθα πόλιν οἰκίζε, δίδοῖ (f) δέ σι αὔσονα χώραν (5).

Scaevumque portum : et ubi caprificus splendidum aequor
Complectitur summa barba, ibi Tarentum
Extrue super Satyrio protensum.
His auditis, perplexi erant. Ita autem clarius ait :
Satyrium tibi concessi et Tarentum cum opimo populo
Habitare, et exitium Iapygibus inferre.

13. Antiphemus et Entimus Gelae conditores, Pythiam consuluerunt, quae sic cecinit :
Entime et Cratonis inclyti bellicosa proles,
Profecti in siculam terram ibi ambo habitate,
Extruentes urbem cretensem simul et rhodiam
Apud ostia fluminis Gelae puram homonymam.

Chalcidenses illi, qui a decimatione consecrati fuerant, quum ad oraculum petendum de colonia deducenda venissent, Pythia respondit :
Apsidia fluvius in sacrum mare profluit ;
Ubi urgens masculum femina init
Ibi urbem conde ; nam tibi do ausonidem regionem.

(a) Ita cod. Recole dicta p. 9. n. 1. (b) Cod. ἀδηγεμασι. (c) Cod. fortasse Ἔντιμος Κράτωνος. (d) Ita cod.; tum et alia menda in hoc oraculo sunt, in quibus corrigendis mihi aqua haerebat. (e) Cod. ὀπαζεῖ. (f) Ita cod.

(1) Signis quibusdam sedem condendae urbis invenire iussum Phalanthum ait etiam Plutarchus de Pyth. or. p. 606.

(2) Hi duo versus extant etiam apud Strabonem VI. 3.

(3) Olympiade XXIII, ut certe est apud Eusebium ed. Mediol. De Antiphemo conditore Gelae Herodotus VII. 153. Athenaeus VII. 51. Pausanias VIII. 46, ut iamdiu observavit magnus Scaliger ad Euseb. an. MCCCXL. Et quidem Pindari scholiastes ab eodem citatus olymp. II. 16. appellat cum Antiphemo etiam Entimum. Tum Aristenaetus apud Steph. byz. voc. Γέλα, meminit oraculi, sed diversi ab hoc quod scribit Diodorus. Oraculum quoddam a scholiasta quoque praedicto memoratur.

(4) Quia Antiphemus rhodius, Entimus cres erat, teste praedicto Pindari scholiasta.

(5) Quominus heic de Rhegii aedificatione sermo fiat, non sinit me dubitare Strabo VI. cap. I. 6. κτίσμα δ' ἐστὶ τὸ Ῥήγιον Χαλκιδέων, οὓς κατὰ γρησμὸν δεκατευθέντας τῷ Ἀπόλλωνι δι' ἀφορίαν, ὕστερον ἐκ Δελφῶν ἀποσταλῆναι ἄκυρα φασί: *Rhegium a Chalcidensibus conditum est, qui quum, decimationis oraculi iussu peracta, Apollini propter agrorum*

Οἱ δὲ κατὰ τὸν Ἄψιαν ποταμὸν εὑρόντες ἄμπελον περιπεπλεγμένην ἑρμαφρο|δίτῳ τὸ λεγόμενον | ἀρσενόθηλυν, ἔκτισαν πόλιν.

8. XIIII. * Παραπορευόμενον (1) μεγάλῃ τῇ φωνῇ | λέγειν, ἀντὶ θνητοῦ βίου δόξαν ἀθάνατον περιποιήσασθαι βούλεται τίς; ἐγώ, πρῶτος ἐπιδίδωμι τὸν ἐμαυτοῦ βίον εἰς τὴν κοινὴν ἀσφά|λειαν *.

Ὅτι τῷ εἰς ἄγρὸν πορευομένῳ τις ἐρωτήσας ἀπαντίον | ἠρώτησε μή τι νεώ-
12. τερον εἴη κατὰ τὴν πόλιν; τὸ ἐζημίωσαν αὐτὸν | οἱ τὴν ἀρχὴν παρὰ Λοκροῖς ἔχοντες· τοσοῦτον ἦσαν περὶ τὸ δίκαιον ἠ|σχολημότες (2).

Ὅτι Σικυωνίοις ἔχρησεν ἡ Πυθία, ἑκατὸν ἔτη | μαστιγονομηθήσεσθαι (3) αὐτούς· ἐπερωτησάντων δὲ αὐτῷ τίς ὁ ταῦ|τα ποιήσων; πάλιν ἀπε-
16. κρίθη· ᾧ ἂν καταπλεύσαντες πρώτῳ γε|γενημένον υἱὸν ἀκούσωσιν· ἐτύγχανε δὲ τοῖς θεωροῖς ἠκολουθηκὼς | τῆς θυσίας ἕνεκα μάγειρος ὃς ἐκαλεῖτο Ἀνδρίας μισθοῦ τοῖς ἄρχου|σι μαγειροφορῶν ὑπηρέτει (4) *.

Ὅτι οἱ Σπαρτιάται ὑπὸ Μεσσηνίων ἡττη|θέντες εἰς Δελφοὺς πέμψαντες ἤρω-
20. των περὶ πολέμου· ἔχρησεν | δὲ αὐτοῖς παρὰ Ἀθηναίων λαβεῖν ἡγεμόνα (5).

Ὅτι οἱ Λακεδαι|μόνιοι προτραπέντες ὑπὸ Τυρταίου, οὕτω προθύμως εἶ-χον πρὸς | παράταξιν, ὥστε μέλλοντες παρατάττεσθαι τὰ ὀνόματα σφῶν | αὐ-
24. τῶν ἐγράψαντο εἰς σκυταλίδα, καὶ ἐξῆψαν ἐκ τῆς χειρὸς, ἵνα τελευ|τῶντες μὴ ἀγνοῶνται ὑπὸ τῶν οἰκείων· οὕτω παρέστησαν ταῖς ψυ|χαῖς ἕτοιμοι πρὸς τὸ τῆς νίκης ἀποτυγχάνοντες, ἑτοίμως ἐπιτυγχά|νοντες τὸν ἔντιμον θάνατον.

Illi vero circa Apsiam flumen inventa vite implicita caprifico, quae dicitur haermaphroditus, urbem condiderunt.

14. * Praetergressum magna voce dicere: siquis mortalem vitam cum gloria immortali commutare vult; dicat, primus ego salutem meam pro publica securitate devoveo *.

Homini in agrum exeunti cum quidam occurrisset, rogavit numquid novi in urbe esset? Hunc tamen magistratus locrenses mulctaverunt: adeo iustitiae servandae advigilabant!

Sicyoniis Pythia oraculum reddidit: fore ut centum annis ipsi gymnicis certaminibus praecessent. Rogantibus illis, quisnam id esset praestiturus? respondit, ille cui post reditum primo natum filium audierint. Erat autem in comitatu oratorum victimae causa lanius quidam Andreas nomine, qui mercede conductus lictoris munere apud magistratus fungebatur *.

Spartani a Messeniis victi Delphos miserunt sciscitantes de bello: quibus respondit Pythia: ut ab Atheniensibus ducem sumerent.

Lacedaemonii a Tyrtaeo incitati adeo ad proelium alacres erant, ut prius quam in aciem educerentur, nomina sua scytalae inscriberent, hancque manui illigarent, ne mortui a suis ignorarentur. Adeo promptis animis erant, si forte victoria eos falleret, ad pulchram necem prompte obeundam.

sterilitatem consecrati essent, eo deinde Delphis commigrasse feruntur. Tum huic oraculo similia prorsus narrantur in Dionysii hal. fragmentis a me Mediolani editis XVII. 3, ubi aeque de Rhegii conditu verba fiunt; nam et ibi ἄρξειν ἀπὸ τῆς θηλείας ἀνατομῆς, et ἱρητὴς, et ὄμπελος, et πρόσφυσις.

(1) Locus acephalus, quem eclogarius posuit delectatus unica sententiae nobilitate.

(2) Locrensium iustitiam commemorat etiam Strabo VI. cap. I. 8, eosque primos ait scriptis legibus usos.

(3) Notemus hoc verbum, ut puto, inauditum; etsi iamdiu extat ἰσμαγονόμος.

(4) Abrumpitur sermo; quamobrem merito dolemus curiosae narrationis imperfectionem.

(5) Rem copiosius narrat Pausanias IIII. 15, qui ait ab Atheniensibus, qui Spartanorum in cre-

Digitized by Google

XV. Ὅτι Ἀριστοτέλης ὁ καὶ Βάττος κτίσαι βουλόμενος Κυρήνην (1), ἔλαβε χρησμὸν οὕτως.

Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες (2), ἄναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
Εἰς Λύβην (a) πέμπει (3) καλλιστέφανον Κυρήνης
Εὐρείης ἄρχειν καὶ ἔχειν βασιληίδα τιμήν.
Ἔνθα σε | βάρβαροι ἄνδρες ἐπ' ἂν Λιβύης ἐπιβαίης
Βαττοφόροι ἑψιοῦσι οὐδ' εὐχόμενον ἠρανίοιο.
Πάλλαδί τ' ἐγρεμάχῳ (b) γλαυκώπιδι καὶ Διὸς υἱῷ |
Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ νίκην ὑποχείριον (c) ἕξεις· 32.
P. 345. Καὶ μάκαρος Λιβύης καλ|||λιστεφάνου βασιλεύσεις
Αὐτὸς καὶ γένος ἀμόν, ἄγει δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων. |
Ὁ φθόνος καθαιρεῖ τοὺς ταῖς δόξαις πρωτεύοντας.

XVI. Ὅτι οἱ Λοκροὶ ἔπεμψαν εἰς | Σπάρτην περὶ συμμαχίας δεόμενοι· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τὸ μέγε|θος τῆς Κροτωνιατῶν δυνάμεως ἀκούοντες, ὥσπερ ἀφοσιούμενοι ἐκ μόνως ἂν οὕτως σωθέντων Λοκρῶν, ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς | συμμάχους δεδόναι τοὺς Τυνδαρίδας· οἱ δὲ πρέσβεις εἴ τε προνοί|α θεοῦ εἴ τε τὸ ῥηθὲν οἰωνισάμενοι προσεδέξαντο τὴν βοήθειαν πα|ρ' αὐτῶν, καὶ καλλιερήσαντες ἔρρωσαν τοῖς Διοσκούροις κλίνην ἐ|πὶ τῆς νηός, καὶ ἀπέπλευσαν ἐπὶ τὴν πατρίδα.

15. Aristoteles, qui et Battus, Cyrenem aedificaturus hoc audiit oraculum.

Batte vocis causa venisti; rex autem te Phoebus Apollo
Mittit in Libyam pulchre coronatam, Cyrenae
Ut amplae imperes, habeasque regiam dignitatem.
Ibi te barbari homines postquam ad Libyam appuleris
Battophori sequentur, etsi opitulatore non indigentem.
A Minerva bellicosa caesiis oculis praedita et a Iovis filio
Phoebo intonso victoriam facilem impetrabis,
Et bene coronatae beataeque Libyae imperium tenebis
Ipse genusque nostrum; tibique dux est Phoebus Apollo.

Invidia deprimit eos qui gloria excellunt.

16. Quum Locrenses Spartam misissent qui sociales belli suppetias peterent, Lacedaemonii auditis magnis Crotoniatarum viribus, aversatique Locrenses qui vix discrimine summo evaserant, responderunt se eis dare belli auxiliatores Tyndaridas. Legati autem sive numinis providentia, sive auspicium de effato capicates, id auxilium ab iis receperunt, perlitantesque straverunt Dioscuris in navi pulvinaria, ac patriam versus solverunt.

(a) Cod. Αυτίην. Error quidem π pro β natum est a similitudine formarum maiorum, Π et Β, quibus olim erasabantur codices. Ita in dionysiacis fragmentis scribebatur Φάκιος pro Φάβιος. (b) Cod. ἐγριμάχης. (c) Cod. ὑπερχείριον.

mentis invidebant, missum ducem Tyrtaeum ludimagistrum et claudum.

(1) Rem ponit Eusebius in olympiade V; tum rursus in olymp. XXXVII, pro diversa scilicet historicorum sententia. Idem Eusebius oraculum commemorat.

(2) Quippe Battus oraculum consuluerat de voce acquirenda; erat enim calligua voce praeditus et balbutiens, ut ait Herodotus IIII. 155; Apollo autem regnum quoque in Libya fundandum illi vaticinatur. Battus Libybus *regem* sonabat. Pythia vero βασιλῆα locuta est. At Tzetzes chil. VI. 345 Battum a voce βαττολογίας dictitatum ait.

(3) Hoc usque extat oraculum apud Herodot. IIII. 155. Reliqua neque apud Herodotum occurrunt neque apud Tzetzem.

Digitized by Google

* Ποταπὰς δὲ ψυχὰς | ἕξειν τοὺς συνηκολουθηκότας πατέρας, ὅτ' ἂν ὁρῶν-
12. τες τοὺς ἑαυτῶν | υἱοὺς ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀῤῥήτῳ συμφορᾷ περιπίπτοντας μὴ
δύνωνται βοηθεῖν, ἀλλὰ τὰς ἑαυτῶν πολιὰς σπαράττοντες πρὸς κω|φὴν ὀδύ-
ρωνται τύχην (1); *

XVII. Ὅτι Κροῖσος ὁ Λυδῶν βασιλεὺς μεγά|λας κεκτημένος δυνάμεις, πο-
16. λὺν | ἐκ παρασκευῆς σεσωρηκὼς | ἄργυρόν τε καὶ χρυσὸν, μετεπέμπετο τῶν Ἑλλήνων
τοὺς σοφωτάτους, καὶ | συνδιατρίβων αὐτοῖς, μετὰ πολλῶν δώρων ἐξέπεμψεν,
καὶ αὐτὸς | πρὸς ἀρετὴν ὠφέλετο (1) πολλά (2). ποτὲ δὲ τούτων μεταπεμ|ψάμενος, καὶ
20. τὰς δυνάμεις καὶ τὸν πλοῦτον ἐπιδειξάμενος, ἠρώτησεν εἴ τις ἕτερος | αὐτοῦ δοκεῖ
μακαριώτερος εἶναι; ὁ δὲ Σόλων τῇ συνήθει τοῖς φιλοσόφοις | χρησάμενος παῤ-
ῥησίᾳ, ἔφη μηδένα τῶν ζώντων εἶναι μα|κάριον· τὸν γὰρ ἐπ' εὐδαιμονίᾳ πε-
φρονηματισμένον καὶ δοκοῦντα | τὴν τύχην ἔχειν συνεργὸν, μὴ γινώσκειν εἰ δια-
24. μένει μετ' αὐτοῦ μέχρι | τῆς ἐσχάτης· σκοπεῖν οὖν ἔφησεν δεῖν τὴν τοῦ βίου
τελευτὴν, καὶ τὸν | δι' εὐτυχήσαντα τότε προσηκόντως λέγειν μακάριον. Ὁ δὲ
Κροῖσος | ὕστερον γενόμενος αἰχμάλωτος ὑπὸ Κύρου, καὶ μέλλων ἐπὶ μεγάλῃ | πυ-
28. ρᾷ κατακαίεσθαι, τῆς Σόλωνος ἀποφάσεως ἐμνημόνευσεν· δι|ὸ καὶ τοῦ πυ-
ρὸς ἤδη περιφλέγοντος ἀνεβόα συνεχῶς τὸ τοῦ Σόλωνος | ὄνομα· ὁ δὲ Κύρος προσ-
πέμ|ψας τοὺς πυθομένους τίς ἡ συνεχής | ἐστι τοῦ Σόλωνος ὀνομασία, μαθὼν
τἀληθὲς μετέπεσε τοῖς λογι|σμοῖς, καὶ νομίσας τὴν ἀπόκρισιν τοῦ Σόλωνος ἀλη-
32. θινὴν εἶναι, | τῆς μὲν ὑπερηφανείας ἐπανίσατο, τὴν δὲ πυρὰν κατασβέσας || P. 346.
ἔσωσε τὸν Κροῖσον, καὶ τὸ λοιπὸν ἕνα τῶν φίλων καὶ περίθμησεν. |

Ὅτι ὁ Σόλων ἠγεῖτο τοὺς μὲν πύκτας καὶ παλαιστὰς καὶ τοὺς ἄλλους ἀ|θλη-

* Qualem animum habituros parentes qui comitati fuerint; quum filiis, quos a barbaris dira calamitate irretitos videbunt, ferre opem non poterunt; sed camitiem suam dilaniantes, ad surdam ululabunt fortunam! *

17. Croesus Lydorum rex magnam potentiam adeptus, multo auro argentoque studiose cumulato, vocabat ad se Graecorum sapientissimos, eorumque convictu fruitus, multis ornatos muneribus dimittebat. Aliquando autem his congregatis, potentiaque sua et divitiis ostensis, sciscitabatur num quis se felicior esse videretur? Ibi Solon consueta philosophis libertate utens, neminem ait e viventibus felicem esse: nam qui prosperitate elatus videtur sibi habere sociam fortunam, nescit tamen an haec secum ad extremum usque mansura sit. Observandum igitur aiebat vitae finem, atque eum qui perpetuo prosper fuerit, tum iure denique dicendum esse beatum. Reapse Croesus deinde in captivitatem a Cyro redactus, et ingenti pyra mox cremandus, Solonis ellatum in memoriam revocavit: et iam flammis circa se excitatis, Solonis nomen sine intermissione inclamabat. Tum Cyrus, missis qui rogarent quid sibi vellet illa indeficiens Solonis appellatio, re cognita, sententiam immutavit: reputausque verum esse Solonis responsum, superbiam omisit, pyraque extincta Croesum servavit, atque eum deinceps in amicorum numero habuit.

Solon iudicabat luctatores, et stadii cursores, aliosque athletas; nihil prope-

Cod. ἀρέσκετο.

(1) Est haec concionis incertae particula, quam eclogarius prae ceteris adamatam retinuit.

(2) Diodorus dum haec quae sequuntur de VII. sapientibus et de Croeso scriberet, respexit ad Herodotum I. 29. sqq. Neque id mirum; quum sibi videlicet Diodorus bibliothecam ex variis scriptoribus componendam proposuerit. Quis vero nescit in rebus quoque aegyptiis, quas libro primo late scribit Diodorus, Herodotum ducem esse sequutum? Ceteroquin et heic et alibi magnopere ab Herodoto Diodorus differt. Conferatur etiam Plutarchus in Solone XXVII. qui vicissim Diodorum expilat.

Digitized by Google

λητὰς μηδὲν ἀξιόλογον συμβάλλεσθαι ταῖς πόλεσι πρὸς σωτηρίαν (1) · τοὺς | δὲ φρο- 4.
νήσει Ϲ ἀρετῇ διαφέροντας μόνους δύνασθαι τὰς πατρίδας | ἐν τοῖς κινδύνοις διαφυλάττειν.

XVIII. Ὅτι περὶ τοῦ χρυσοῦ τρίποδος | ἀμφισβητήσεως οὔσης, ἡ Πυθία ἔχρησεν οὕτως.

Ἔκγονε Μιλήτου | τρίποδος πέρι φοῖβον ἐρωτᾷς;
Τίς σοφίᾳ πρῶτος πάντων (a); τούτῳ | τρίποδ' αὐδῶ (2). 8.

Οἱ δέ φασιν ἄλλως ὅτι πολέμου γενομένου τοῖς Ἰῶσι | πρὸς ἀλλήλους, Ϲ τὰ τρίποδος παρὰ σαγηνέων ἀνενεχθέντος, ἐπερω|τῆσαι τὸν θεὸν περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ πολέμου (3) · ἡ δὲ ἔφη.

Οὔ ποτε μὴ | λήξῃ πόλεμος (b) Μερόπων (4) Ϲ Ἰώνων
Πρὶν τρίποδα χρύσειον ὃν Ἥφαιστος | κάμε τεύχων (c) 12.
Ἐκ μέσσα (d) πεμφθῆτε, καὶ ἐς δόμον ἀνδρὸς ἵκηται
Ὃς σοφίᾳ (e) τά τε ὄντα τά τ' ἐσσόμενα προδέδορκεν (5).

Ὅτι οἱ Μιλήσιοι ἀκολου|θῆσαι βουλόμενοι τῷ χρησμῷ, Θάλητι τῷ μι- 16.
λησίῳ τῶν ἑπτὰ σοφῶν | τὸ ἀριστεῖον ἐβούλοντο δοῦναι · τὸν δ' εἰπεῖν ὡς οὐκ ἔστιν πάντων σοφώ|τατος · συμβουλεύειν δὲ πρὸς ἕτερον πέμπειν σοφώτερον · τούτῳ δὲ | τῷ τρόπῳ Ϲ τῶν ἄλλων τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἀποποιησαμένων τὸν τρίπο|δα, Σόλωνι δοθῆναι δοκοῦντι πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβαλῆσθαι σοφίᾳ |

modum conferre ad civitatis salutem, solos autem, qui prudentia ac virtute excellerent, a periculis posse patriam protegere.

18. Quum de tripode aureo controversia orta esset, Pythia sic respondit:

O fili Mileti de tripode Phoebum sciscitaris?
Ei qui sapientia est primus tripodem attribuo.

Alii vero aliter narrant; videlicet bello flagrante civili apud Ionas, quo tempore tripus a piscatoribus mari fuit extractus, rogatum esse de pace componenda deum; Pythiamque dixisse:

Haud prius Meropum et Ionum bellum desinet,
Quam tripus aureus, quem Vulcanus fabrefecit,
A vobis dimissus fuerit, domumque viri venerit,
Qui sapientia res praesentes ac futuras ante videt.

Tum Milesii ut oraculo obsequerentur, Thaleti milesio, e sapientibus septem uni, tamquam optimo tripodem dare decreverunt: sed enim illum negasse aiunt se sapientissimum; atque ut ad sapientiorem mitterent suasisse. Atque ita ceteris quoque sapientibus tripodem recusantibus, Soloni fuisse destinatum, qui mortales omnes sapientia et consilio praevertere videbatur. Sed enim hunc de-

(a) Laërt. πάντων πρῶτος. (b) Laërt. μὴ πρότερον λῆξειν πόλεμον. (c) Laërt. βάλε πόντῳ, absurde. (d) Laërt. ἐκ πόλεος. (e) Sic etiam varia lectio ab Stephano prolata apud Laërt. Verumtamen vulgatus ibi textus δὲ διέβαινε τά τ' ἐόντα etc.

(1) Hinc a Solone imminuta athletarum praemia ait Laertius I. 55.

(2) Extat hoc distychon etiam apud Laërtium in Thalete I. 28.

(3) Plutarchus in Solone cap. IIII. ait bellum inter Ionas ipsius tripodis causa exarsisse; en autem Diodorus noster tantummodo ait, bello flagrante, deprehensum fuisse a piscatoribus tripodem.

(4) Meropes intelliguntur Coi, suffragante Plinio V. 31, uti iam observavit Menagius ad Laërt. itemque Hygimus, uti monet Harduinus ad Plin. loc. cit. Cum Cois enim bellum gerebant Milesii, qui designantur nomine Ionum.

(5) Hi quoque extant quatuor versiculi apud Laërtium I. 33.

Digitized by Google

τι ἐ συνίσκ· τὸν δὲ συμβουλεῦσαι τοῦτον ἀναθεῖναι Ἀπόλλωνι, τοῦτον | γὰρ εἶναι σοφώτερον πάντων.

XVIIII. Ὅτι ὁ αὐτὸς πρὸς τῇ τοῦ βίου κατα|στροφῇ (1) ὁρῶν Πεισίστρατον πρὸς χάριν λόγοις τὰ πλήθη δημαγωγοῦντα, | ἐ πρὸς τυραννίδα παρορμῶντα, τὸ μὲν πρῶτον λόγοις ἐπεχείρησεν | ἀποτρέπειν ταύτης τῆς ἐπιβουλῆς (2)· οὐ προσέχοντος δὲ αὐτοῦ, προ|ῆλθεν εἰς τὴν ἀγορὰν μετὰ τῆς πανοπλίας παντελῶς ἤδη γεγη-ρακώς· | συνδραμόντος δὲ τοῦ πλήθους πρὸς αὐτὸν διὰ τὸ παράδοξον, πα-ρεκάλει τοὺς πολίτας ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα, καὶ παραχρῆμα καταλύειν τὸν τύραν|νον· οὐδενὸς δὲ αὐτῷ προσέχοντος, ἐ πάντων αὐτοῦ μανίαν κατα-γι|νωσκόντων, τινῶν δὲ καὶ πεζὰ χωρεῖν αὐτὸν ἀποφαινομένων, ὁ μὲν Πεισί|στρατος ἤδη τινὰς δορυφόρους περιεσταλμένος (3) προσῆλθε τῷ Σόλωνι | καὶ ἐπύθετο, τίνι θαῤῥῶν τὴν τυραννίδα καταλύειν αὐτοῦ βούλεται; τοῦ | δὲ εἰπόντος ὅτι τῷ γήρᾳ, θαυμάσας τὴν φρόνησιν αὐτοῦ, οὐδὲν αὐτὸν ἠδίκησεν (4).

Ὅτι τὸν παρανόμοις καὶ ἀδίκοις πράξεσιν ἐπιβαλόμενον, ||| οὐκ ἂν προσ- P. 347.
ηκόντως σοφὸν νομίζεσθαι.

Ὅτι φασὶν Ἀνάχαρσιν τὸν σκύ|θην φρονοῦντα ἐπὶ σοφίᾳ μέγα παραγενέσθαι Πυθῶδε, καὶ ἐπερωτῆσαι τίς | ἐστιν αὐτοῦ τῶν Ἑλλήνων σοφώτερος; καὶ εἰπεῖν,

Οἰταῖόν τινα φασι Μύσωνα |
Σοῦ μᾶλλον πραπίδεσσιν ἀρηρότα πευκαλίμῃσιν (5),

ὅστις ἦν μαλιεὺς καὶ ᾤκει | τὴν Οἴτην εἰς κώμην Χηνὰς καλουμένην (6).

nique suasisse ut Apollini tripus dicaretur; namque hunc reapse sapientia omnibus antestare.

19. Idem Solon ab obitu prope absens, quum videret Pisistratum blandis verbis gratiam populi aucupantem tyrannidisque appetentem; primo quidem oratione nisus est ab incoepto eum deterrere: quo sibi non obtemperante, armis cunctis sibi circumpositis processit in forum summo, licet senio confectus. Concurrente vero propter rem inopinam ad eum multitudine, hortabatur cives ut arma capesserent, tyrannumque sine mora compescerent. Ibi nemine aures praebente, immo cunctis eius insaniam insimulantibus; nonnullis etiam senio effetum dicentibus; Pisistratus, qui iam aliquot custodes corporis circa se habebat, ad Solonem accedens sciscitatus est, quanam fiducia potentiam eius opprimere niteretur? Ille dicente, quod senectute fretus; prudentiam eiusdem miratus incolumem dimisit.

Eum qui vetitis iniustisque factis indulget, haud merito sapientem appellaveris.

Aiunt scytham Anacharsin sapientia sua valde tumidum, ad Apollinis pythii venisse oraculum atque rogasse num quis graecus sapientior se esset? Atque huic deum respondisse:

Oetaeum quendam Mysonem aiunt
Sollertiore, quam tu, mente praeditum esse.

Erat autem is maliensis quidam, Oetae incola, ex pago dicto Chenis.

(1) Reapse ait Phanias apud Plutarchum Sol. cap. XXXII, minus duobus annis Solonem superfuisse Pisistrati tyrannidi.

(2) Lege Plutarchum in Solone cap. XXVIIII.

(3) Videsis Plut. in Sol. cap. XXX.

(4) Quippe Pisistratus generis adfinitate attingebat Solonem teste Plutarcho; quam ob rem, nec non ob Pisistrati clementiam et Solonis philosophiam, dissensus eorum politicus ad nullam atrocitatem erupit, ut idem observat Plutarchus.

(5) Multo rectius se habent hi versiculi apud Laërtium I. 30. et 106.

Οἰταιόν τινα φημι Μύσων' ἐν Χηνὶ γενέσθαι
Σοῦ μᾶλλον πραπίδεσσιν ἀρηρότα πευκαλίμῃσι.

(6) Cum his copulanda sunt quae leguntur in Diodori excerptis editis Wesseling. T. II. p. 551-552.

Digitized by Google

Ὅτι ὁ Σόλων (1) πολυπραγμο|νήσας τὸν τόπον ἐν ᾧ διέτριβε Μύσων, κατέλαβεν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἄλω | πρὸς ἄροτρον προσβαλόντα ἐχέτλην. καὶ πειραθεὶς τοῦ ἀνδρὸς, ἔφη· οὐχ' | ὥρα νῦν ἀρότρου ὦ Μύσων· καὶ οὗτος, οὐ χρῆσθαι 8.
εἰπεῖν ἀλλ' ἐπισκευάζειν. |

XX. Ὅτι Χύλων ἀφικόμενος εἰς Δελφοὺς ᾗ καθάπερ ἀπαρχὰς ποιοῦμε|νος | τῷ θεῷ τῆς ἰδίας συνέσεως, ἐπέγραψεν ἐπί τινα κίονα τρία ταῦτα ΓΝΩ|- " ΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ· καὶ ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ· καὶ τρίτον ΕΓΓΥΑ ΠΑΡΑ Δ' ΑΤΑ (2). τούτων ἕκαστον ὑπάρ|χον βραχὺ ᾗ λακωνικὸν (3), μεγάλην ἔχει τὴν ἀναθεώρησιν· 12.
τὸ γὰρ ΓΝΩΘΙ | ΣΑΥΤΟΝ (a) παραγγέλλει παιδευθῆναι ᾗ φρόνιμον γενέσθαι. οὕτω γὰρ ἄν τις ἑ|αυτὸν γνοίη· ἢ ὅτι οἱ ἄμοιροι παιδείας ᾗ ἀλόγιστοι, κατὰ τὸ πλεῖστον ἑ|αυτοὺς συνετωτάτους ὑπειλήφασιν, ἥπερ ἐστὶ τῶν ἀμαθιῶν ἀμαθε|στάτη κατὰ τὸν Πλάτωνα· ἢ ὅτι τοὺς πονηροὺς, ἐπιεικεῖς ἡγοῦνται· τοὺς 16.
δὲ χρηστοὺς, ἀνάπαλιν φαύλους· μόνως γὰρ ἄν τις οὕτως | ἑαυτὸν γνοίη ᾗ ἕτερον, τυχὼν παιδείας καὶ συνέσεως περιττοτέρας. | Τὸ δὲ ΜΕΔΕΝ ΑΓΑΝ μετριάζειν ἐν πᾶσι, καὶ μηδὲ περὶ ἑνὸς τῶν ἀνθρωπίνων τε|λείως διορίζεσθαι, ὡς Ἐπι- 20.
δάμνιοι· οὗτοι γὰρ τὸν Ἀδρίαν οἰκοῦντες καὶ πρὸς | ἀλλήλους διαφερόμενοι, μυδροὺς διαπύρους καταποντίσαντες ἐν μέ|σῳ τῷ πελάγει, διωμόσαντο μὴ σπείσασθαι τὴν πρὸς ἀλλήλους ἔχθραν | πρότερον, ἕως ἂν οὗτοι θερμοὶ ἀνενεχ-
θῶσιν· οὕτω δὲ σκληρῶς ὀμώσαν|τες καὶ τὸ ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ οὐκ ἐπινοήσαντες, 24.

Solon quum locum vestigasset, ubi Myso diversabatur, deprehendit eum in area stivam aratro aptantem; tentandique hominis causa ait, non est aratri nunc tempus, Myso. Cui ille, non se uti respondit sed praeparare.

20. Chilo Delphos profectus, ut primitias veluti sapientiae suae Deo offerret, inscripsit columnae tria haec: NOSCE TE IPSUM; et NIHIL NIMIS; tertium denique SPONDE, PROPE ADEST PAENITENTIA. Horum singula quum brevia sint et laconica, magnam merentur considerationem. Nam NOSCE TE IPSUM, iubet erudiri fierique prudentem: tum enim quisque semet noscet. Vel quia disciplinae expertes et insipientissimi, se plerumque existimant sollertissimos; quae insipientia est omnium insipientissima, ut ait Plato: vel quod improbos loco bonorum habent, contra pro malis iustos. Nempe tum tantummodo quisque se et ceteros noscet, si doctrina scientiaque abundaverit. Iam NIHIL NIMIS significat, modeste in omnibus esse agendum, neque de ulla re humana definite quicquam esse statuendum: quod Epidauriis hadriatici maris accolis accidit; qui quum inimicitias inter se gererent, massis aliquot cadentis ferri medio mari demersis iuraverunt numquam se odia omissuros, priusquam eae massae mari ferventes educerentur. Iam qui adeo atrociter iuraverant, neque illud NIHIL NIMIS mente revolverant; deinceps rerum cursu coacti iram posue-

(a) Ita cod. At superius σεαυτόν.

(1) Laërtius in Mysone I. 106. scribit Anacharsin pro Solone. Egnatius Rubeus in comm. laertianis cap. IV. omni ope contendit scribendum Chilonem pro Anacharside; sed en Solonem a Diodoro habemus. Item Laërtius pro ἐπὶ τῆς ἄλω scribit θέρους aestate, quod quidem vocabulum his excerptis addendum iudico.

(2) Tertiam hanc tantummodo tribuit Chilonі sententiam Laërtius I. 73. Huius delphicae epigraphes meminit etiam scholiastes a me editus ad odyss. VIII. 351. Aristotelici apud Clementem alex. strom I. 14. tribuebant id effatum Thaleti. Idem Clemens VI. 2. ed. venet. T. II. p. 749. observat eandem sententiam extitisse apud Epicharmum.

(3) Scilicet et ipse Chilo laco erat.

Digitized by Google

ὕστερον ὑπὸ τῶν πραγμάτων | ἀναγκαζόμενοι διελύσαντο τὴν ἔχθραν, ἰάσαντες τοὺς μυδροὺς ψυχροὺς | ἐν τῷ βυθῷ. Τὸ δὲ ΕΓΓΥΑ ΠΑΡΑ Δ' ΑΤΑ, τινὲς ὑπέλαβον γάμον | ἀπαγορεύειν· τὴν γὰρ τοῦ γάμου σύνθεσιν παρὰ τοῖς πλείστοις
28. τῶν Ἑλλήνων | ἐγγυὴν ὀνομάζεσθαι· καὶ βεβαιωτὴς ὁ κοινὸς βίος, ἐν ᾧ πλεῖσται καὶ | μέγισται (a) γίνονται συμφοραὶ διὰ τὰς γυναῖκας. ἔνιοι δὲ φασὶν ἀνάξιον | εἶναι Χίλωνα (b), διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀναιρουμένου τοῦ γάμου διαμένειν | τὸν
32. βίον· τὴν δὲ ἄτην ἀποφαίνονται ἐγγύαις ταῖς ἐπὶ τῶν συμβολαίων, | καὶ ταῖς ὑπὲρ τῶν ἄλλων διομολογήσεσι περὶ χρημάτων. καὶ Εὐριπίδης ||

Οὐκ ἐγγυῶμαι, ζημία· φιλέγγυον P. 348.
Σκοπεῖν τὰ πυθοῖδ' (1) οὐκ ἐᾷ τὰ γράμμα|τα (2).

XXI. Ἔνιοι δὲ φασὶν μὴ Χίλωνος εἶναι μηδὲ πολιτικὸν, τὸ μηδενὶ τῶν | φίλων ἐν ταῖς τοιαύτας χρείαις ἐπαρκεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον τὰς κατα|βεβαιώσεις ἀπαγο-
4. ρεύειν, καὶ τὸ κατατεταγμένως ἐγγυᾶσθαί τι καὶ διορίζεσθαι | τῶν ἀνθρωπίνων, ὡς ποιῆσαι τοὺς Ἕλληνας ὅτε κατηγωνίσαντο τὸν Ξέρξην. | ὤμοσαν γὰρ ἐν Πλαταιαῖς (3) παραδώσειν παίδων παισὶ τὴν πρὸς τοὺς | Πέρσας ἔχθραν, ἕως ἂν οἱ
8. ποταμοὶ ῥέωσιν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ γένος | ἀνθρώπων εἴη, καὶ γῆ καρποὺς φέροι· τὸ δὲ τῆς τύχης εὐμετάπτωτον βεβαί|ως ἐγγυώμενοι, μετά τινα | χρόνον ἐπρεσβεύοντο πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν | υἱὸν Ξέρξου περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας (4).

Ὅτι ὁ Χιλώνος λόγος βρα|χὺς ὢν, ὅλην περιείληφε τὴν πρὸς τὸν ἄριστον βίον

runt, massasque suas in profundo frigidissimas reliquerunt. Denique effatum SPONDE, PROPE ADEST PAENITENTIA, quidam de nuptiis dictum intelligunt. Namque nuptiarum conciliatio, apud plerosque Graecos dicitur ἐγγυὴ (sponsio). Dicti autem veritatem confirmat communis vita, in qua plurimae ac magnae propter feminas cientur discordiae. Alii dicunt indignam esse Chilone sententiam; quia nuptiis sublatis, vita stare non potest: paenitentiam autem intelligi aiunt quae accidit ob sponsiones in contractibus quotidianis, et cum se vadem aliquis pro aliorum re familiari offert. Hinc Euripides:

Non spondeo; pernicies est. Eum qui libenter spondet
Admirari me vetant scriptae apud pythium oraculum litterae.

21. Quidam vero neque Chilonis id esse dictum aiunt, neque civile, si videlicet nulli amico in eiusmodi necessitatibus adsis: sed interdici potius firmioribus adseverationibus, et quominus praefracte aliquid spondeamus in humanis rebus ac definiamus. Veluti Graeci fecerunt, quo tempore Xerxem debellarunt: iure enim iurando spoponderunt in urbe Plataeis, se ad omnes posteros odium Persarum transmissuros, quamdiu flumina in mare decurrerent, et humanum genus superesset, et fruges terra gigneret. Ecce autem qui de volubili fortuna firmiter sponderant, brevi interiecto tempore legationem ad Artaxerxem Xerxis filium pro pace bellique societate miserunt.

Chilonium dictum quantumvis breve, omnem complectitur vitae optime in-

(a) Cod. μέγιστοι. (b) Ita cod. Scribe Χίλωνος; nisi mavis interpretari *absurdum esse Chilonem*.

(1) Scholiastes ad odyss. VIII. 80. Πυθοῖ τόπος ἐν Δελφοῖς, ἔνθα ἦν μαντεῖον Ἀπόλλωνος. Ibidem alius: Πυθοῖ πόλις Φωκίδος, ἡ αὐτὴ καὶ Δελφίς.

(2) Incognitus videtur hic Euripidis locus. Nam et vocabuli φιλέγγυος unicum video laudari Strabonem auctorem V. cap. I. 9, cui nunc accedit Euripides; quem quominus accuratius scruter, temporis angustiis excludor.

(3) Formulam ipsam iurisiurandi legesis apud Diodorum nostrum XI. 29, cui sacramento hae particulae iam addendae sunt.

(4) Lege Diodorum XII. 26.

Digitized by Google

ὑποθήκην. ὡς καὶ | τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων βελτίω | ταῦτα τὰ ἀποφθέγματα· | αἱ μὲν γὰρ χρυσαῖ Κροίσου πλίνθοι (1), καὶ τἆλλα | τὰ κατασκευάσματα ἠ|φανίσθη, καὶ μεγάλας ἀφορμὰς παρέσχε τοῖς ἀσεβέσιν εἰς τὸ ἱερὸν | ἐλομένοις· αἱ δὲ γνῶμαι τὸν ἅπαντα | χρόνον σώζονται ἐν ταῖς τῶν | πεπαιδευμένων ψυχαῖς τεθησαυρισμέναι, καὶ κάλλιστον ἔχουσαι θη|σαυρὸν, πρὸς ὃ οὔτε | Φωκεῖς οὔτε Γαλάται προσενεγκεῖν τὰς χεῖρας | σπουδάσειαν (2). 12. 16.

XXII. Ὅτι τῶν Μιτυληναίων διδόντων τῷ Πιττακῷ | τῆς χώρας ὑπὲρ ἧς ἐμονομάχησεν (3) τὴν ἡμίσειαν, οὐκ ἐδέξατο· συνέ|ταξεν δὲ ἑκάστῳ κληρῶσαι τὸ ἴσον, ἐπιφθεγξάμενος ὡς τὸ ἴσον (4) ἐστὶ τοῦ | πλείονος πλεῖον· μέτρων γὰρ ἐπιεικείᾳ τὸ πλεῖον, οὐ κέρδει, σοφῶς (a) | ἐγίνωσκεν· ἐπὶ μὲν γὰρ ἰσότητι δόξαν καὶ ἀσφάλειαν ἀκολουθήσειν, | τῇ δὲ πλεονεξίᾳ βλασφημίαν καὶ φόβον, δι' ὧν ταχίως ἂν αὐτοῦ τὴν | δωρεὰν ἀφείλαντο. 20. 24.

Ὅτι σύμφωνα τούτοις ἔπραξε καὶ πρὸς Κροῖ|σον δίδόντα τῶν ἐκ τοῦ γαζοφυλακείου χρημάτων λαβεῖν ὁπόσα | βούλοιτο· καὶ γὰρ τότε τὴν δωρεὰν οὐ προσδεξάμενον φασὶν εἰπεῖν, | καὶ νῦν ἔχειν ὧν ἠθελε δίπλασια· θαυμάσαντος δὲ τοῦ Κροίσου τὴν | ἀφιλαργυρίαν, καὶ περὶ τῆς ἀποκρίσεως ἐπερωτήσαντος, εἰπεῖν, | ὡς τελευτήσαντος ἄπαιδος ἀδελφοῦ κεκληρονομηκὼς οὐσίαν εἰς | τὴν ἴσην ἣπερ εἶχεν, ἣν οὐχ ἡδέως προσειληφέναι. | 28.

Ὅτι καὶ τὸν ποιητὴν Ἀλκαῖον ἐχθρότατον αὐτοῦ γεγενημένον, καὶ διὰ τῶν | ποιημάτων πικρότατα λελοιδορηκότα, λαβὼν ὑποχείριον, ἀφῆκεν ||| ἐπιφθεγξάμενος ὡς συγγνώμη τιμωρίας αἱρετωτέρα (5). 32.
P 201.

stituendae rationem. Quare et cunctis Delphorum donariis haec effata potiora sunt. Etenim aurei Croesi latercuti atque alia supellex evanuit; immo grandem ansam capiendi templum scelestis suppeditavit. At vero sententiae nullo non tempore manent, in eruditorum animis tamquam conditae, pulcherrimi thesauri instar, cui neque Phocenses neque Galli inferre manus nitentur.

22. Mitylenaeis Pittaco partem dimidiam soli pro quo singulare certamen pugnaverat attribuentibus, ipse non accepit, iussitque singulis sorte dividi ex aequo; namque aequum pluris esse quam malus: scilicet utilitatem in moduli aequitate non in lucro positam sapienter censebat: et aequabilitati quidem gloriam et securitatem fore comitem; cupiditati autem obtrectationem atque timorem, ne forte paulo post, donum ab se repeterent.

Paria his fecit etiam apud Croesum concedentem ei ut e sua gaza quantum vellet opum sumeret. Nam et tunc munificentia non recepta, dixisse fertur se in praesenti iam duplum possidere quam vellet. Mirante Croeso animum cupiditate tam vacuum, responsique causam rogante; ait Pittacus mortui se fratris liberorum expertis hereditatem adiisse parem ei parti cuius antea potiebatur: itaque haud libenter eam accepisse.

Idem Chilo Alcaeum poetam, qui ei fuerat inimicissimus atque in poematibus acerbissime maledixerat, in suam potestatem redactum dimisit, dicens veniam meliorem esse vindicta.

(a) Cod. σαφῶς.

(1) De his lege Herodotum I. 50.

(2) Intellige Philomeli et Brenni bellum.

(3) Lege Laërtium in Pittaco.

(4) Praeclara lectio ἴσον pro ἥμισυ; in qua explicanda (licet ab Hesiodo videatur sumpta) torquent se Laërtii interpretes loco praedicto.

(5) Hanc sententiam, absque auctore, recitat Diodorus etiam in hoeschelianis eclogis editis Lib. XXI. 8; eademque infra recurrit in vaticanis nostris excerptis.

Digitized by Google

XXIII. Ὅτι μέγα | ἐστὶν οὐ τὸ δύναμιν ὅτου δήποτε σχεῖν, ἀλλὰ τὸ
4. ταύτῃ δέοντως χρῆ|σθαι· ἐπεὶ τί ὄφελος Μίλωνι τῷ κροτωνιάτῃ τὸ μέγεθος τῆς περὶ τὸ | σῶμα ῥώμης;

Ὅτι Πολυδάμας ὁ Θετταλὸς ὑπὸ τῆς πέτρας δι|αῤῥαγεὶς πᾶσιν ἐποίησε φανερὸν, ὡς ἐπισφαλές ἐστιν ἰσχὺν μεγάλην ἔχειν, | νοῦν δὲ μικρόν (1).

Ὅτι τῆς Κιῤῥαίων πολιορκουμένων πολὺν ἤδη | χρόνον, διὰ τὸ τὸ χρη-
8. στήριον ἐπιχειρεῖν σιλᾶν, τινὲς μὲν τῶν Ἑλλήνων | εἰς τὰς πατρίδας ἐπανῆλθον· οἱ δὲ ἐπερωτήσαντες τὴν Πυθίαν ἔ|λαβον χρησμὸν οὕτως (2).

Οὐ πρὶν τῆσδε πόλιος ἐρίθετε (a) πύργον | ἑλόντες,
Πρὶν ἢ (b) ἐν ἐμῷ τεμένει (c) κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης
Κῦ|μα ποτικλύζει (d) κελαδοῦν ἱεραῖσιν ἐπ' ἀκταῖς (e).

12. XXIIII. Ὅτι Περίλαος (3) | ὁ ἀνδριαντοποιὸς Φαλάριδι τῷ τυράννῳ κατασκευάσας βοῦν | χαλκοῦν πρὸς τιμωρίαν τῶν ὁμοφύλων, αὐτὸς πρῶτος ἐπειράθη | τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας· οἱ γὰρ κατὰ τῶν ἄλλων βουλευόμενοι | τὸ φαῦλον, ὡς ἐπίπαν ταῖς ἰδίαις ἐπιθυμίαις εἰώθασιν ἁλίσκεσθαι. |

16. Ὅτι Σόλων ὁ νομοθέτης παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν παρεκάλει τοὺς | Ἀθηναίους καταλύειν τὸν τύραννον, πρὶν τελέως ἰσχυρὸν γενέσθαι· (4) | οὐδενὸς δὲ αὐτῷ προσέχοντος, ἀναλαβὼν τὴν πανοπλίαν προῆλθεν | εἰς τὴν ἀγορὰν γεγη-

23. Haud magnum est viribus quomodocumque pollere, sed his apte uti. Nam crotoniatae Miloni magnitudo sui roboris cuinam usui fuit?

Polydamas thessalus rupis pondere elisus, palam demonstravit, periculose magnas vires haberi cum mente exigua.

Cyrrhaeis iamdiu obsidionem tolerantibus, propterea quod ausi fuissent fanum oraculi diripere, partim iam Graecorum in suas patrias dilabebantur. Atque hi Pythiam consulentes, hoc audierunt vaticinium:

Haud prius huius urbis capta moenia prosternetis,
Quam in agro mihi dicato caeruleae Amphitrites
Fluctus fremat strepens in sacro litore.

24. Perilaus statuarius qui Phalaridi tyranno taurum aeneum fabricavit ad suorum civium supplicium, primus eam poenam immanem expertus est. Qui enim adversus alios pravum quid moliuntur, suis plerumque malis votis irretiri solent.

Solon legumlator in contionem progressus hortabatur Athenienses ad cohibendum, ante quam vires confirmaret, tyrannum. Quum ei nemo morem gereret, sumptis armis processit in forum, senili licet aetate, deosque testatus est se ora-

(a) Codices sive apud Aeschinem sive apud Pausaniam variant ἐρείψετε, ἐῤῥίψετε, ἐρίψατε ἐρίψετε. Priorem lectionem ab ἐρείπω *everto prosterno* in interpretatione secutus sum. (b) Var. lect. γε, τε, καί. (c) Aesch. τεμένη. (d) Paus. Aesch. ποτικλύζῃ. (e) Ita etiam Aesch. Sed apud Pausaniam detarias ἐπὶ οἴνοπα πόντον. E laudatis auctoribus compertum est, regionem Cirrhaeorum ab Amphyctionibus fuisse consecratam, ut sic ipsa alium iam antea sacram attingeret, quae erat maritima; ideoque universa sacra facta mare contingeret.

(1) De Polydamante scripsisse Diodorum affirmaverat Tzetzes chil. II. 459. At Wesselingius T. II. p. 640. nihil eiusmodi apud Diodorum reperiens, lapsum memoria Tzetzem iudicavit, quia de Polydamante loquuntur potius Pausanias VI. 5. et Suidas. Nunc demum vaticanus palimpsestus veracem Tzetzem declarat. Ipsam vero sententiam scribit etiam alibi Diodorus, nempe de Dioxippo pariter athleta loquens lib. XVII. 101.

(2) Lege Pausaniam X. 37; Plutarchum in Solone XI; Polyaenum III. 5; Aeschinem contra Ctes. 112.

(3) *Perillum* scribit Plinius XXXIII. sect. 19. et sic etiam Ovidius atque Propertius. Sed tamen et *Perilaus* aliquando legitur.

(4) Haec paulo aliter dicta fuerunt superius. Eiusmodi repetitiones alibi quoque occurrunt in his vaticanis excerptis. Quum enim Porphyrgenitus Cae-

Digitized by Google

ραχῶς· καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιμαρτυρόμενος, ἔφησεν καὶ | λόγῳ καὶ ἔργῳ τῇ πα- 20.
τρίδι κινδυνευούσῃ βεβοηθηκέναι τὸ κατ' αὐτὸν | μέρος· τῷ δὲ ὄχλων ἀγνο-
ούντων τὴν ἐπιβουλὴν Πεισιστράτου, συνέ|βη τὸν Σόλωνα τάληθῆ λέγοντα παρα-
πέμπεσθαι. Λέγεται δὲ Σόλων | καὶ προειπεῖν τοῖς Ἀθηναίοις τὴν ἐσομένην τυ-
ραννίδα δι' ἐλεγείων. |

Ἐκ νεφέλης πέλεται χίονος μένος ἠδὲ χαλάζης (a), 24.
Βροντὴ δ' ἐκ λαμ|πρᾶς γίνεται ἀστεροπῆς (1).
Ἀνδρῶν ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται· εἰς | δὲ μονάρχου
Δῆμος ἀιδρείῃ δουλοσύνην (b) ἔπεσεν (2).
Λείης δ' ἕξεραντα (c)| ῥαΐδιον ἐστὶ κατασχεῖν
Ὕστερον ἀλλ' ἤδη χρὴ πάντα νοεῖν (d).

Καὶ μετὰ | ταῦτα τυραννοῦντος ἔφη. 28.

Εἰ δὲ πεπόνθατε λυγρὰ δι' ὑμετέραν κα|κότητα,
Μὴ θεοῖσι ταύτην (e) μοῖραν (f) ἐπαμφίεστε.
Αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐ|ξήσατ' ἐρύματα (3) δόντες,
Καὶ διὰ τοῦτο (g) κακὴν ἔσχετε δουλοσύνην.
Ὑμῶν δ' εἰς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει,
Συμπᾶσι δ' ὑμῖν | κοῦφος (h) ἐνέστι νόος. 32.

tione manuque periclitanti patriae pro sua virili parte subvenisse. Sed enim Pisistrati insidias quia populus non sentiebat, Soloni contigit vera licet dicenti negligi. Idem Solon dicitur elegis quoque impendentem tyrannidem Atheniensibus praedixisse.

E nube gignitur nivium vis vel grandinis,
Tonitru fit e splendido fulgure.
A summatibus viris perditur civitas; et in monarchae
Populus imprudenter servitutem decidit.
Facile est praeda (vacuum) continere.
Non postea sed nunc oportet omnia dispicere.

Deinde Pisistrato iam tyrannidem tenente, ait:

Quod si tristia passi estis propter vestram ignaviam,
Ne diis hanc calamitatem imputetis.
Vos enim hos auxistis tutela tradita,
Propterea que malam nacti estis servitutem.
Vestrum quisque vulpis vestigia figit;
Vobis autem universis levis inest mens.

(a) Cod. θαλάττης. (b) Cod. δουλοσύνας. (c) Ita evidenter cod., quod vocabulum non explico. Sed neque ἐξέρασμα satis placebat. (d) Ita laborat in codice versus. (e) Plut. et Laërt. μή τι θεοῖς τούτων. (f) Ita et Laërtius I. 52. At Plut. in Sol. XXX. μῆνιν. (g) Plut. et Laert. ταῦτα. (h) Ita et Laert. At Plut. χαῦνος.

sar diversos homines ad hunc laborem incumbere iusserit, mox eorum schedas in unum colligendas curaverit interdum accidit (incautene an de industria?) ut quaedam excerpta, quae parumper inter se differrent, duplicata retinerentur. Similiter in dionysianis excerptis duo loci mihi occurrebant aliis verbis repetiti. Vide editionem meam Dionysii mediolanensem XVI. 8. XVII. 8.

(1) Extat hoc distychon apud Plutarchum in Solone cap. III.

(2) Legitur alterum hoc distichon apud Diodorum XVIIII. 1, nisi quod pro μονάρχου scribitur τυράννου. Ita etiam apud Laërt. I. 50. Tertium quod sequitur apud neutrum auctorem est, neque in Brunckii analectis T. I. p. 71.

(3) Intellige custodes corporis Pisistrato concessos. Cicer. de rep. I. 44. Plutarch. Solon. XXX.

Digitized by Google

Εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπος αἴολον (a) ἀνδρὸς (1), ||
Εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γινόμενον βλέπετε. P. 202.

Ὅτι ὁ Πεισίστρατος παρεκά|λει τὸν Σόλωνα τὰς ἡσυχίας ἔχειν, καὶ τῇ
4. τῆς τυραννίδος ἀγαθῶν συνα|πολαύειν (2)· οὐδενὶ δὲ τρόπῳ δυνάμενος αὐτοῦ με-
ταθεῖναι τὴν προαί|ρεσιν, ἀλλ' ὀρῶν μᾶλλον ἀεὶ ἐξεγειρόμενον καὶ μετὰ ἀνα-
τάσεως ἀπει|λοῦντα τιμωρίαν ἐπιθήσειν, ἠρώτησεν αὐτὸν τίνι πεποιθὼς ἀντι-
πράτ|τει ταῖς ἐπιβολαῖς αὐτοῦ; τὸν δὲ φασιν εἰπεῖν, τῷ γήρᾳ.

XXV. Ὅτι Κροῖσος | ναυπηγῶν πλοῖα μακρὰ, φασὶν, ἔμελλε στρατεύειν ἐπὶ
8. τὰς νήσους (3)· πα|ρεπιδημοῦντα δὲ Βίαντα παρὰ τὰς νήσους καὶ θεωροῦντα τὴν
ναυπη|γίαν, ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐρωτηθῆναι μή τι νεώτερον ἀκήκοώς εἴη | παρὰ
τοῖς Ἕλλησι γινόμενον; τοῦ δὲ εἰπόντος ὅτι πάντες οἱ νησιῶται | συνάγουσιν ἵπ-
12. πους διανοούμενοι στρατεύειν ἐπὶ Λυδούς, λέγεται τὸν Κροῖσον | εἰπεῖν, εἴθε
γάρ τις πείσειε νησιώτας σὺν ἵπποις παρατάξασθαι Λυ|δοῖς· ὁ δὲ Πιττακὸς ἢ
Βίας ὑπολαβὼν φησίν· εἶτα Λυδοὺς μὲν ἤπει|ρον οἰκοῦντας σπεύδειν ἀποφαίνῃ
λαβεῖν ἐπὶ γῆς νησιώτας ἄνδρας, τοὺς δὲ νῆσον οἰκοῦντας οὐκ οἴει θεοῖς εὔ-
16. ξασθαι λαβεῖν ἐν θαλάττῃ | Λυδούς, ἵν' ὑπὲρ τῆς κατὰ τὴν ἤπειρον τοῖς Ἕλ-
λησι συμβάντων κα|κῶν κατὰ πέλαγος ἀμύνωνται τῶν τοὺς συγγενεῖς καταδε-
δουλωμένων; | ὁ δὲ Κροῖσος θαυμάσας τὸν λόγον, παραχρῆμα μετενόησε, καὶ
τῆς ναυπη|γίας ἀπέστη· τῇ γὰρ Λυδῶν ἱππεύειν εἰδότων, ἐνόμιζε προτερεῖν |
20. αὐτοὺς πεζῇ.

Namque ad linguam volucremque hominis sermonem respexistis,
Factorum autem rationem nullam habuistis.

Pisistratus rogabat Solonem ut quietus ageret, bonisque tyrannidis secum frueretur. Verum ubi sensit non posse Solonem sententia deduci; quin adeo quotidie magis exasperatum videns, sibique imponendas poenas minitantem; interrogavit illum qua re tandem fretus molitionibus suis resisteret? Solonem vero dixisse aiunt, senectute se esse fretum.

25. Croesum fabricatis longis navibus fama est expeditionem adversus insulas fuisse susceptu um. Quumque ad eum venisset Bias, qui insulas circumnavigaverat, vidissetque navium structuram, interrogavit eum rex numquid novi agitari apud Graecos audisset? Illo autem respondente, quod omnes insularum incolae equos compararent eo consilio ut impressionem contra Lydos facerent; fertur Croesus dixisse, utinam aliquis insularibus suaserit, ut cum equestri exercitu Lydos bello lacessant! Tum Pittacus sive Bias respondit: ergone censes gestire Lydos, qui continentem habitant, ut insulares homines in solo capiant; insularum autem incolas haud putas precari a diis ut ipsi Lydos in mari deprehendant, atque ita de malis, quae in continente Graecis acciderint, maritimam vindictam sumant, adversus eos videlicet qui suos necessarios servituti mancipaverunt? Hac Croesus oratione permotus animum repente mutavit, atque a navibus instruendis destitit. Nam quia Lydi equitatu excellebant, putavit eos terrestri bello superiores fore.

(a) Ita et Laërt. At Plut. ἔπη αἰμύλον, quae lectio sumpta videtur ex praecedente Plutarchi capite

(1) Blandos Pisistrati sermones commemorat Plutarchus in Sol. XXVIIII.

(2) Extat hac super re Pisistrati ad Solonem epistula apud Laert. I. 53.

(3) Lege Herodotum I. 27.

Digitized by Google

XXVI. Ὅτι ὁ Κροῖσος μετεπέμπετο τοὺς ἐκ τῆς Ἑλλάδος | ἐπὶ σοφίᾳ πρωτεύοντας (1), ἐπιδεικνύμενος τὸ μέγεθος τῆς εὐδαιμονίας · καὶ τοὺς ἐξυμνοῦντας τὴν εὐτυχίαν αὐτοῦ ἐτίμα μεγάλαις δωρεαῖς · με|τεπέμψατο δὲ καὶ Σόλωνα · ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἦν ἐπὶ φιλοσο|φίᾳ μεγίστην δόξαν ἐχόντων, τὴν ἰδίαν εὐ- 24.
δαιμονίαν διὰ τῆς τούτων τῶν | ἀνδρῶν μαρτυρίας ἐπισφραγίζεσθαι βυλόμενος · παρεγενήθη δὲ πρὸς | αὐτὸν Ἀνάχαρσις ὁ σκύθης (a), καὶ Βίας, καὶ Σόλων, καὶ Πιττακός · οὓς | ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις κατὰ συνέδριον εἶχεν ἐν μεγίστῃ τιμῇ, τόν τε πλοῦτον | αὐτοῖς ἐπιδεικνύμενος καὶ τὸ μέγεθος τῆς τούτου δυναστείας · πα- 28.
ρὰ δὲ | τοῖς πεπαιδευμένοις τῆς βραχυλογίας τότε ζηλουμένης, ὁ δὲ Χροῖ|σος ἐπιδειξάμενος τὴν τῆς βασιλείας εὐδαιμονίαν τοῖς ἀνδράσι, καὶ | τὸ πλῆθος τῶν κεχειρωμένων ἐθνῶν, ἠρώτησεν Ἀνάχαρσιν ὄντα πρε|σβύτερον ἤδη σοφιστῶν, 32.
P. 339. τίνα νομίζει τῶν ὄντων ἀνδρειότατον; ὁ δὲ ||| τὰ ἀγριώτατα ἤδη ζώων ἔφησε. μόνα γὰρ προθύμως ἀποθνήσκειν | ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας · ὁ δὲ Κροῖσος νομίσας ἡμαρτηκέναι αὐτὸν, ἐν τῷ | δευτέρῳ πρὸς χάριν αὐτῷ ποιήσασθαι (b) τὴν ἀποκρισιν ὑπολαβὼν ἠρώ|τησε, τίνα δικαιότερον κρίνει ἤδη ὄντων; ὁ δὲ πάλιν ἀπε- 4.
φαίνετο τὰ | ἀγριώτατα τῶν θηρίων · μόνα γὰρ κατὰ φύσιν ζῆν, οὐ κατὰ νόμους · εἶναι | γὰρ τὴν μὲν φύσιν θεοῦ ποίησιν, τὸν δὲ νόμον ἀνθρώπων θέσιν · καὶ δικαιότερον εἶναι | χρῆσθαι τοῖς τοῦ θεοῦ ἢ τοῖς ἤδη ἀνθρώπων εὑρήμασιν · ὁ δὲ διασύραι βυλό|μενος Ἀνάχαρσιν, ἠρώτησεν εἰ καὶ σοφώτατα τὰ θη- 8.
ρία; ὁ δὲ συλλα|θόμενος ἐδίδασκεν, ὅτι τὴν τῆς φύσεως ἀλήθειαν τῆς τοῦ νόμου φύ|σεως προτιμᾶν ἰδιώτατον ὑπάρχειν σοφίας · ὁ δὲ τούτου κατεγέλασεν | ὡς ἐκ τῆς Σκυθίας καὶ θηριώδες διαλωγῆς πεποιημένου τὰς ἀποκρίσεις. |

XXVII. Ἠρώτησε δὲ τὸν Σόλωνα τίνα τῶν ὄντων εὐδαιμονέστατον ἑώρακεν, 12.

26. Croesus ad se vocabat e Graecia praecipuos sapientia homines, divitiarum suarum copiam ostentans; atque eos qui beatitatem eius praedicarent, magnis donis remunerans. Vocavit et Solonem, simulque alios, quorum ingens erat in philosophia laus, nempe suam studens felicitatem tantorum testimonio virorum quasi sigillo confirmare. Itaque ad eum venerunt Anacharsis scythia, Bias, Solon, Pittacus, quorum synedrium perhonorifice conviviis adhibebat opes suas potentiaeque fastigium eorum oculis exhibens. Cumque apud doctos breviloquentiae studium tunc vigeret, Croesus regni sui beatitatem his hominibus demonstrans, populorumque subiectorum sibi multitudinem, interrogabat Anacharsin sapientium natu maximum, quemnam ex animantibus fortissimum esse putaret? Ille vero ferocissimam quamque beluam: solas enim has alacriter pro libertate mortem oppetere. Croesus existimans errasse illum, speransque fore ut altera saltem vice ad gratiam sibi loqueretur, denuo quaesivit, quemnam animantem iustiorem esse crederet? Ille rursus dixit ferocitate praestantes belluas: solas enim naturae norma, non legum, vivere: esse autem naturam, Dei opus; leges, hominum compositionem: porro aequius esse ut Dei quam hominum inventis utamur. Ille exagitare Anacharsin volens, quaesivit num sapientissimae quoque ferae essent? Hic autem admuens demonstrabat, quod naturae veritatem legi praeferre, maxime proprium sapientiae sit. Tum Croesus Anacharsin irrisit, ceu qui e scythico ferinoque vitae genere responsa illa protulisset.

27. Quaerebat etiam a Solone, quemnam felicissimum viventium vidisset? ex-

(a) Cod. σκύθες. (b) Malim περιστῆσαι.

(1) Confer Herodotum I. 29. Aliud est septem sapientium convivium, quod item in dialogo coniecit Plutarchus.

Digitized by Google

ὡς | τοῦτο (a) γε πάντως ἀποδοθησόμενον ἑαυτῷ· τοῦ δὲ εἰπόντος, ὡς οὐδένα | δικαίως ἂν εἰπεῖν ἔχοι διὰ τὸ μηδενὸς πω ὄντων ἑωρακέναι τὸ τέ|λος τοῦ βίου, οὗ χω-
16. ρὶς οὐδεὶς ἂν προσηκόντως μακάριος νομίζοιτο· | πολλάκις γὰρ οἱ τὸν ἔμπροσθεν πάντα βίον εὐδαίμονες δόξαντες | εἶναι, πρὸς αὐτῇ τῇ τοῦ βίου καταστροφῇ μεγίσταις περίπεσον συμφο|ραῖς· ὁ δὲ βασιλεὺς, οὐδὲ πλουσιώτατον ἄρά με κρίνεις ἔφη; καὶ ὁ | Σόλων τὴν αὐτὴν ἀπόκρισιν ποιησάμενος, ἐδίδασκεν
20. ὡς οὐ τοὺς | πλείστα κεκτημένους, ἀλλὰ τοὺς πλείστης ἀξίαν τὴν φρόνησιν ἠ|σκημένης νομιστέον πλουσιωτάτους· ἡ δὲ φρόνησις οὐδενὶ πω ἄλλων | ἀντίρροπος οὖσα, μόνους ποιεῖ τοὺς αὐτὴν περὶ πολλοῦ ποιουμέ|νους, μέγιστον καὶ βε-
24. βαιότατον ἔχειν πλοῦτον. Ἠρώτησε καὶ τὸν | Βίαντα, πότερον ὀρθῶς ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν ὁ Σόλων, ἢ διήμαρτεν; ὁ δὲ ὑπειπὼν, ὀρθῶς ἔφη· τὰ γὰρ ἐν σοὶ βούλεται θεωρήσας ἀγαθὰ διαγνῶναι· | νυνὶ δὲ τὰ παρὰ σοῦ μόνον ἑώρακεν· εἶναι δὲ δι' ἐκεῖνα μᾶλλον ἢ ταῦτα | τοὺς ἀνθρώπους εὐδαίμονας· ὁ δὲ
28. βασιλεὺς, ἀλλ' εἰ τὸν (b) πω χρημάτων | ἔφησε πλοῦτον μὴ προτιμᾷς, τό γε πλῆθος τῶν φίλων ὁρᾷς τοσοῦτον | ὑπάρχον, ὅσον οὐδενὶ πω ἄλλων· ὁ δὲ καὶ τοῦτον ἀπεφήνατο τὸν | ἀριθμὸν ἄδηλον εἶναι διὰ τὴν εὐτυχίαν. Πρὸς δὲ Πιττακὸν εἰπεῖν φασὶν, ποίαν | ἑώρακας ἀρχὴν κρατίστην; τὸν δὲ ἀποκριθῆναι, τὴν τῶ
32. ποικίλου ξύ|λου, διασημαίνοντα τοὺς νόμους (1).

XXVIII. Ὅτι Αἴσωπος κατὰ τοὺς αὐτοὺς || χρόνους συνήκμαζε τοῖς ἑπτὰ P. 340.
σοφοῖς (2), καὶ εἶπεν ὡς οὐκ οἴδασιν οὗτοι | ὁμιλεῖν δυνάστῃ· καὶ γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖν ἢ ὡς ἥδιστα συμβιοῦν τοῖς τοιού|τοις (3)· αὐτὸς δὲ πεπλασμένως ἔλεγεν, τὴν
4. μὲν γὰρ νίκην ἀρετῇ καὶ οὐ | πολυπληθίᾳ χειρῶν περιγίνεσθαι (4)·

pectans hanc sibi laudem tributum iri. Quumque ille diceret, neminem se posse nominare, quia nullus mortalium vitae suae finem prospicit, qua sine re nemo iure beatus reputari potest; saepe enim eos qui in superiore vita visi erant felices, sub vitae exitum in maximas calamitates incidisse; tibi rex, ne ditissimum quidem, inquit, me iudicas? Tum Solon eodem responso utens demonstrabat, ditissimos habendos esse non qui plurima possiderent, sed qui potiore prudentia essent: prudentiam autem nulli rei comparandam solos eos reddere maximarum firmissimarumque opum dominos, a quibus ipsa plurimi fit. Exin rogabat rex Biantem rectene an secus respondisset Solon? Recte, inquit ille; vult enim ea bona iudicio suo discernere quae in te sunt; nunc autem videt ea sola quae a te: esse autem ob illa magis, quam ob haec, homines beatos. Tum rex, atqui si minus, inquit, opum copiam ceteris rebus praefers, certe amicorum numerum cernis tantum, quantus alii nemini adest. Ille vero hunc etiam incertum esse dicebat propter felicitatem. Pittaco demum dixisse aiunt, quodnam vidisset imperium maximum? illumque respondisse, picti ligni imperium; leges scilicet innuentem.

28. Eadem aetate Aesopus floruit qua septem sapientes; aiebatque nescisse hos rationem cum dynastis versandi: quippe aut rarissime aut quam iucundissime cum his esse vivendum. Ipse autem tectis verbis dicebat victoriam virtute non manuum multitudine adquiri solere.

(a) Cod. τούτῳ. (b) Cod. ἕττον.

(1) Conf. Laërt. I. 77.

(2) Sane Aesopus loquitur in dialogis septem sapientium apud Plutarch. op. cit.

(3) Diodorus etiam XV. 7. scribit hanc sententiam, de Platone apud Dionysium tyrannum versante loquens. Plutarchus autem in Sol. XXVIII. refert etiam Solonis responsum: *nequaquam, Aesope, sed vel rarissime vel optime*.

(4) Sic Euripides Antiop. 77. σοφὸν γὰρ ἦν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας τιθεῖ.

Digitized by Google

Ὅτι ὁ Φάλαρις ἰδὼν περιστε|ρῶν πλῆθος ὑφ' ἑνὸς ἱέρακος διωκόμενον, ἔφη· ὁρᾶτε ὦ ἄνδρες τοσοῦ|το πλῆθος ὑφ' ἑνὸς διωκόμενον διὰ δειλίαν; ἐπεί τοι γε εἰ τολμήσειαν | ἐπιστρέψαι, ῥᾳδίως τοῦ διώκοντος ἂν περιγένοιντο· καὶ ἐκ τούτου | τῦ λόγυ ἀπεβάλετο τὴν δυναστείαν, ὡς γέγραπται ἐν τῷ περὶ διαδοχῆς | 8.
βασιλέων (1).

Ὅτι Κροῖσος ἐπὶ Κύρον τὸν πέρσην ἐκστρατεύων, ἐπύθετο τοῦ μαντείυ. ὁ δὲ χρησμός·

Κροῖσος Ἅλυν (2) διαβὰς μεγάλην | ἀρχὴν καταλύσει (3).

Ὁ δὲ τὸ ἀμφίβολον τῦ χρησμοῦ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ | προαίρεσιν ἐκδεξάμενος, 12.
ἐδυστύχησεν.

XXVIIII. Ὅτι πάλιν ἐπήρωτησεν | εἰ πολὺν χρόνον ἕξει τὴν δυναστείαν. εἶπεν δὲ τὰ ἔπη ταῦτα·

Ἀλλ' ὅ|ταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται,
Καὶ τότε Λυδὲ ποδάβρε πολυ|ψηφίδα παρ' Ἑρμὸν
Φεύγειν μηδὲ μένειν μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι (4). |

Ὅτι ἡμίονον τὸν Κύρον ἔφη διὰ τὸ τὴν μητέρα αὐτοῦ μηδικὴν εἶναι, | 16.
τὸν δὲ πατέρα αὐτοῦ πέρσην.

Ὅτι Κῦρος ὁ τῶν Περσῶν βασι|λεὺς παραγενηθεὶς μετὰ πάσης δυνάμεως εἰς τὰ τῆς Καππαδοκίας | στενὰ, ἀπέστειλε κήρυκας πρὸς τὸν Κροῖσον, τήν τε δυναστείαν αὐ|τοῦ κατασκεψομένης, ἢ δηλώσοντας ὅτι Κῦρος αὐτὸν ἀφίησιν 20.
τῶν | πρότερον ἁμαρτημάτων, ἢ Λυδίας καθίστησι σατράπην, ἂν ἐπὶ θύ|ρας γενόμενος ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ὁμολογῇ δοῦλος εἶναι· πρὸς οὓς | ὁ Κροῖσος ἀπε-

Phalaris observato columbarum globo, quem unus accipiter persequebatur, videte, viri, inquit quanta multitudo timiditatis suae causa ab uno vim patitur: quum si illa converso agmine adversari auderet, persequentem facile opprimeret. Hoc dicto Phalaris dominatum suum evertit, uti scripsimus in titulo de regum successione.

Croesus in Cyrum persam arma commovens oraculum sciscitatus est, quod fuit huiusmodi:

Croesus Halyn transmittens grande imperium destruet.

Is autem ambiguum oraculum pro suo voto interpretans, malam fortunam expertus est.

29. Idem denuo quaesivit, an diu retenturus esset imporium? Fudit autem hos versus Pythia:

Sed cum mulus Medorum rex erit,
Tunc o Lyde pedibus delicate arenosum ad Hermum
Fuge sine mora, neque te pudeat esse timidum.

Porro mulum dicebat Cyrum, utpote natum matre medica, patre persa.

Cyrus cum universo exercitu ad Cappadociae angusta loca delatus, legatos ad Croesum misit qui regnum eius explorarent, simulque certiorem Croesum facerent, superiorum quidem culparum Cyrum ei gratiam facere, eumque Lydiae satrapen constituere, si certe ad portas occurrens obsequentem se cum ceteris fateretur.

(1) Notemus hunc deperditum excerptorum titulum *de regum successione*, cuius nec Valesius nec Hoeschelius meminerunt. Obiter autem observo Sotionem, cuius Heraclides epitomen fecerat, scripsisse olim *de successionibus* uti, narrat Laertius V. 79.

(2) Quippe Halys fluvius Croesi imperium a medico discernebat. Herodot. I. 103.

(3) Euseb. praep. V. 20. et alii auctores.

(4) Herodot. I. 55.

Digitized by Google

κρίθη, διότι προσηκόντως ἂν Κῦρος καὶ Πέρσαι Κροί|σῳ δουλεύειν ὑπομένοιεν (1). ἐκείνους μὲν γὰρ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον | διατετελεκέναι Μήδοις δουλεύοντας, αὐτὸν δὲ οὐδέποτε πεποιη|κέναι τὸ προσταττόμενον ὑφ' ἑτέρου.

Ὅτι οἱ πονηροὶ κἂν αὐ|τίκα παρὰ τῶν ἀδικηθέντων τὴν τιμωρίαν ἐκκλί-
28. νωσιν, ἥ γε ἐλα|σφημία δι' αἰῶνος τηρουμένη, καὶ τελευτήσαντας αὐτοὺς κατὰ τὸ | δυνατὸν μετέρχεται.

XXX. Ὅτι φασὶ τὸν Κροῖσον πρὸ τοῦ πρὸς Κῦρον | πολέμου πέμψαι θεωροὺς εἰς Δελφοὺς ἐπηρωτήσοντας, πῶς οὖν ὁ | υἱὸς αὐτοῦ δύναιτο φωνὴν προέσθαι· τὴν δὲ Πυθίαν εἰπεῖν.

32. Λυ|δὲ γένος πολλῶν βασιλεῦ μέγα νήπιε Κροῖσε,
Μὴ βούλευ πολύευκτον ||| ἴαν κατὰ δῶμ' ἀκούειν P. 249.
Παιδὸς φθεγξομένου, τὸ δέ σοι πολὺ λώιον· ἀμφὶς
Ἔμμεναι, αὐδήσει γὰρ ἐν ἤματι πρῶτον ἀνόλβῳ (2).

Ὅτι δεῖ τὴν | εὐτυχίαν μετρίως φέρειν, καὶ μὴ πεποιθέναι ταῖς ἀνθρωπί-
4. ναις εὐπραξίαις | ἐν μικρᾷ ῥοπῇ μεγάλας μεταβολὰς λαμβανούσαις.

Ὅτι μετὰ τὸ | γενέσθαι αἰχμάλωτον Κροῖσον, καὶ τὴν πυρὰν σβεσθῆναι, ἰδὼν | τὴν πόλιν διαρπαζομένην, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις πολὺν ἀργύριόν τε καὶ |
8. χρυσὸν διαφορούμενον ἐπηρωτῆσαι τὸν Κύρον τί ποιοῦσιν οἱ στρατι|ῶται; τοῦ δὲ μετὰ γέλωτος ἀποκριθέντος ὡς τὰ σὰ χρήματα διαρ|πάζουσι, μὰ Δία μὲν οὖν εἰπεῖν, ἀλλὰ τὰ σά· Κροίσῳ γὰρ ἴδιον οὐκέτι | οὐδὲν ὑπάρχει· ὁ δὲ Κύρος θαυμάσας τὸν λόγον, εὐθὺ μετενόησε, καὶ τοὺς | στρατιώτας ἀνείρξας τῆς
12. διαρπαγῆς, εἰς τὸ βασιλικὸν ἀνέλαβε | τὰς τῶν Σαρδιανῶν κτήσεις (3).

Quibus Croesus respondit : immo Cyrum Persasque pati posse ut Croeso serviant, qui videlicet superiore aetate in Medorum potestate fuissent : se vero numquam imperata cuiusvis fecisse.

Scelesti homines etsi forte ultionem eorum, quibus iniurii sunt, in praesenti declinent ; attamen infamia in perenne aevum illos etiam mortuos, quantum fieri potest, persequitur.

30. Aiunt Croesum ante bellum cum Cyro susceptum misisse oratores Delphos rogatum, quanam ratione filius suus loquelae usum adquirere posset ; Pythiamque respondisse :

Lyde soboles multorum regum, valde inscie Croese,
Ne velis exoptatam vocem domi audire
Nati loquentis, sine qua longe melius tibi
Foret : namque is infelici die loqui incipiet.

Modeste felicitas ferenda est, neque humanis prosperitatibus confidendum, quae horae momento magnas patiuntur conversiones.

Postquam Croesus captus fuit, et rogi flammas incolumis evasit, videns urbem diripi, atque inter cetera multam argenti aurique vim hac illac comportari ; quaesivit e Cyro, quidnam agerent milites ? quo respondente non sine risu, opes scilicet tuas diripiunt ; non per Iovem, inquit ille, sed tuas : Croesi enim nihil iam est. Tum Cyrus dictum demiratus, sententiam ilico immutavit ; cohibitisque a praeda militibus, opes Sardianorum in regiam ad se recepit,

(1) Herodot. I. 102.
(2) Herodot. I. 85.
(3) Legesis Xenophontem Cyrop. VII. 2, qui summa in re cum Diodoro nostro conspirat ; quamquam ille narrationem aliter digerit, neque tam sapiens dictum Croeso tribuit.

Digitized by Google

XXXI. Ὅτι Ἅρπαγος (1) κατασταθεὶς ὑπὸ Κύρου τῷ πέρσῃ ἐπὶ τῆς θαλάσσης στρατηγὸς, οἳ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν | Ἑλλήνων πρὸς Κύρον διαπρεσβευομένων συνθέσθαι φιλίαν, εἰπεῖν | πρὸς αὐτοὺς ὅτι παραπλήσιόν τι ποιοῦσιν τῶν πρότερον ἑαυτῷ συμ|βάντων· οἳ γάρ ποτε γῆμαι ἐθελόμενον, αἰτεῖσθαι παρὰ τοῦ 16.
πατρὸς τὴν | κόρην· τὸν δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἄξιον κρίναντα τοῦ γάμου, δυνα|τωτέρῳ κατεγγυῆσαι, μετὰ δὲ ταῦθ' ὁρῶντα αὐτὸν ὑπὸ τοῦ βασιλέ|ως τιμώμενον, δοῦναι τὴν θυγατέρα· αὐτὸν δὲ ἀποκριθῆναι, διότι | γυναῖκα μὲν 20.
οὐκέτι ἀνέσχοι αὐτήν, παλλακίδα δὲ συγχωρῆσαι λα|βεῖν· διὰ δὲ τῶν τοιούτων λόγων ἐδήλου τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι Κύρου πρό|τερον ἀξιοῦντος γενέσθαι Περσῶν φίλους, οὐκ ἐβουλήθησαν· νῦν | δὲ ἐκ μεταβολῆς ἐκείνων σπευδόντων συνάψαι φιλίαν, ὡς μὲν πρὸς | συμμάχους οὐ ποιήσεται τὰς ὁμολογίας, ὡς δὲ δούλους εἰς τὴν τῶν | Περσῶν πίστιν ἑαυτοὺς παραδιδόντας προσδέξεται. | 21.

Ὅτι Λακεδαιμόνιοι πυνθανόμενοι τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνας | κινδυνεύειν, ἔπεμψαν πρὸς Κύρον, ὅτι Λακεδαιμόνιοι συγγενεῖς ὄν|τες τῶν κατὰ τὴν 28.
Ἀσίαν Ἑλλήνων ἀπαγορεύουσιν αὐτῷ καταδουλοῦ|σθαι τὰς ἑλληνίδας πόλεις (2)· ὁ δὲ θαυμάσας τὸν λόγον, ἔφη γνώσε|σθαι τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ὅτ' ἂν ἕνα τῶν ἑαυτοῦ δούλων πέμψαι κατα|στρεφόμενον τὴν Ἑλλάδα.

XXXII. Ὅτι Λακεδαιμόνιοι τὴν Ἀρκαδίαν | μέλλοντες καταστρέφειν, ἔλα- 32.
P. 250. βον χρησμόν.

Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς; || μέγα μ' αἰτεῖς, οὔ τοι δώσω·
Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔα|σι,
Οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν· ἐγὼ δέ τοι οὔ τι μιγαίρω.
Δώσω σοι Τεγέαν ποσ|σίκροτον ὀρχήσασθαι,
Καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι (3).|

31. Quo tempore Harpagus a Cyro persa praefectus mari erat, Graecis Asiae incolis legationem ad Cyrum de foedere ineundo mittentibus; Harpagus ait, Graecos similia facere his quae sibi olim accidissent: etenim ipse nubendi cupidus, postulaverat a parente puellam; qui primo quidem haud satis dignum suis nuptiis iudicans, potentiori viro puellam despondit: sed cum postea vidisset eum in honore apud regem, filiam ultro obtulit: cui ipse ait, se nunc quidem hanc in uxoris loco non pati, concubinam autem admittere. Hac oratione declarabat Graecis, Cyro olim studente ut amici Persarum fierent, ipsos renuisse: nunc versa vice, sedulam ipsos dare operam ut in amicitiam coirent: sed illum quidem haud foedus sociale initurum; servos autem Persarum fidei semet dedentes recepturum.

Lacedaemonii audito Graecorum qui Asiam incolebant discrimine, miserunt oratores ad Cyrum qui dicerent, Lacaedaemonios Graecorum asiaticorum adfines Cyro interdicere quominus graecas urbes servitio opprimeret. Ille miratus sermonem, tunc se illorum virtutem cogniturum ait, cum de suis famulis aliquem ad perdomandam Graeciam miserit.

32. Lacedaemonii Arcadiae sibi subiciendae cupidi hoc oraculum retulerunt:

Arcadiam a me petis; magnum petis; haud tibi tradam.
Multi in Arcadia glande vescentes viri sunt,
Qui te prohibebunt. Ego vero haud tibi invideo:
Tegeam tibi pedibus ludibundis calcandam dabo,
Bonumque agrum funiculo dividendum.

(1) Harpagus hic Cyrum parvulum Astyagis crudelitati subtraxerat, et strenuam belli operam eidem Cyro exhibuerat. Herodot. I. 111.

(2) Confer Herodotum I. 152.

(3) Herodot. I. 66.

Digitized by Google

4. Ὅτι οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔπεμψαν εἰς Δελφοὺς περὶ τῶν ὀστέων Ὀρέστου | τοῦ Ἀγαμέμνονος, ἐν ποίῳ τινι τόπῳ κεῖνται· καὶ ἔχρησεν οὕτως. |

Ἔστι τις Ἀρκαδίας Τεγέης λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
Ἔνθ' ἄνεμοι πνειοῦσι δύω | κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης,
Καὶ τύπος ἀντίτυπος, καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται. |
8. Ἔνθ' Ἀγαμεμνονίδην κατέχει φυσίζοος αἶα·
Τὸν σὺ κομισάμενος | Τεγέης ἐπιτάρροθος ἔσῃ (1).

Ἦν δὲ χαλκεῖον· ἄνεμος (a) δηλοῖ τὰς φύσας· τύπον | δὲ τὸν ἄκμονα φησὶ & τὰς σφύρας· πῆμα δὲ ἐπὶ πήματος τὸν σίδηρον | ἐπὶ σιδήρῳ· πῆμα γὰρ εἴρηται διὰ τὸ ἐπὶ κακῷ τῶν ἀνθρώπων εὑρῆσθαι. |

12. * Κρεῖττον γὰρ εἶναι τελευτᾶν ἢ ζῶντας ἑαυτοὺς μετὰ τῶν συγγενῶν ἀ|φορᾶν ἄξια θανάτῳ πράττοντας.

XXXIII. Ὅτι καινηφορούσης ποτὲ | τῆς θυγατρὸς Πεισιστράτου, καὶ δοκούσης τῷ κάλλει διαφέρειν, προσελ|θὼν τις τῶν νεανίσκων (2) καταπεφρονηκὼς ἐφίλησε τὴν
16. παρθέ|νον· ἀκούσαντες δὲ οἱ τῆς κόρης ἀδελφοὶ, βαρέως ἤνεγκαν τὴν ὕ|βριν· καὶ τὸν νεάνισκον ἀγαγόντες πρὸς τὸν πατέρα, δίκην ἠξίουν δίδόναι. | ὁ δὲ Πεισίστρατος γελάσας, καὶ τί τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς, ἔφη, ποιήσω|μεν, ἐὰν τοὺς φιλοῦντας τιμωρίαις περιβάλωμεν;

20. Ὅτι αὐτὸς διαπορευόμενος ποτὲ διὰ τῆς χώρας κατενόησεν ἄνθρωπον | κατὰ τὸν Ὕμηττον ἐργαζόμενον ἐν χωρίοις λεπτοῖς καθ' ὑπερβολὴν | καὶ τραχέσι· θαυμάσας δὲ τὴν φιλεργίαν (3), ἔπεμψε τοὺς ἐρωτήσοντας | τί λαμβάνοι τοιαύτην
24. χώραν ἐργαζόμενος; ὧν ποιησάντων τὸ προσ|ταχθὲν, ὁ ἐργάτης ἔφησε λαμβά-

Lacedaemonii missis Delphos oratoribus qui rogarent ubinam ossa agamemnonii Orestis quiescerent, hoc audierunt responsum:

Est quaedam Arcadiae Tegea plana in regione,
Ubi duo venti spirant valida coacti necessitate;
Et forma resistens formae, et noxa supra noxam iacet.
Ibi Agamemnonidem tenet naturae altrix terra;
Quo tu sublato, Tegeae victor eris.

Erat autem fabri officina: ventus folles significat; forma incudem et malleos; noxa supra noxam, ferrum; quod quidem noxa dicitur, quia ad hominum perniciem inventum fuit.

* Quippe mori praestat, quam vita retenta se suosque videre digna leto facientes.

33. Ad Filiam Pisistrati canistrum in sacris ferentem, formaeque decore praecellere visam, accedens quidam adulescens osculum virgini contemptim libavit. Qua re intellecta puellae fratres moleste contumeliam tulerunt; perductoque ad patrem adulescente, animadverti in eum postulabant. At vero arridens Pisistratus, quid inimicis, inquit, faciemus, si amantes supplicio adficimus?

Pisistratus regionem perambulans hominem vidit circa Hymettum macro admodum in solo asperoque operantem: miratusque laboris sedulitatem, quosdam ad eum rogandum misit, quantum caperet ex eius soli laboratione. His imperata facientibus ait rusticus, capere se ex eo agello malos dolores; quos tamen

(a) In cod. pro ἄνεμος est καὶ.

(1) Herodot. I. 67.

(2) Plutarchus apoph. ed Reisk. T. VI. p. 716. *Thrasybulum* hunc adulescentem appellat; eumque ab uxore non a liberis Pisistrati accusatum narrat.

(3) Quippe Pisistratus, teste Theophrasto, legem quoque tulerat adversus otiosos, quo agrum cultiorem redderet. Plutarch. Sol. XXXI.

Digitized by Google

νειν ἐκ τοῦ χωρίου κακὰς ὀδύνας, ἀλλ' οὐθὲν αὐτῷ μέλλειν· τούτων γὰρ τὸ μέρος Πεισιστράτῳ διδόναι· | ὁ δὲ δυνάστης ἀκούσας τὸν λόγον καὶ γελάσας, ἐποίησε τὸ χωρίον ἀ|τελές· κἠ ἐντεῦθεν ἡ παροιμία, ἐς σφακελοὶ ποιοῦσιν ἀτέλειαν (1). |

XXXIII. Ὅτι Σέρουιος Τύλλιος Ταρκυνίῳ ἐπιθεμένῳ, παραγενηθεὶς εἰς τὸ βου|- 28.
λευτήριον καὶ θεασάμενος τὴν καθ' ἑαυτοῦ παρασκευὴν, τοσοῦ|τον μόνον εἶπε· τίς ἡ τόλμα Ταρκύνιε; ὁ δὲ ὑπολαβὼν, ἡ μὲν οὖν | σή φησι τίς; ὡς δουλέκδουλος ὤν, Ῥωμαίων βασιλεύειν ἐτόλμησας, | καὶ τῆς τοῦ πατρὸς ἡγεμονίας ἡμῖν 32.
P. 269. προσηκούσης, παρὰ νόμους ἀφείλω ||| τὴν οὐδὲ καθ' ἕνα σοι τρόπον ἐπιβάλλουσαν ἀρχήν· ταῦτα λέγων, ἅμα | προσέδραμε, καὶ δρεξάμενος τῆς τοῦ Τυλλίου χειρὸς, ἔρριψεν αὐτὸν | κατὰ τῆς κρηπίδος· καὶ διαναστὰς κἠ χωλεύων διὰ τὸ πτῶμα, ἐπεχεί|ρησε φυγεῖν, ἀπεκτάνθη δέ. 4.

XXXV. Ὅτι ὁ Πυθαγόρας μετεμψύχωσιν | εἰσήγαγε, καὶ κρεοφαγίαν ὡς ἀποτρόπαιον ἡγεῖτο, πάντων τῶν ζώων τὰς | ψυχὰς μετὰ θάνατον εἰς ἕτερα ζῷα λέγων εἰσέρχεσθαι· καὶ αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν | ἔφασκεν ἐπὶ τῶν τρωικῶν χρόνων μεμνῆσθαι γεγενημένον Εὔφορβον | τὸν Πάνθου μὲν υἱὸν, ἀναιρεθέντα δὲ ὑπὸ Με- 8.
νελάου (2).

Ὅτι φασὶν | αὐτὸν ἐν Ἄργει ποτὲ παρεπιδημήσαντα καὶ θεασάμενον τῶν τρωικῶν | σκύλων ἀσπίδα προσηλωμένην, δακρύειν· ἐρωτηθέντα δὲ ὑπὸ τῶν | Ἀργείων τὴν τοῦ πάθους αἰτίαν, εἰπεῖν ὅτι τὴν ἀσπίδα ταύτην εἶχεν | αὐτὸς 12.
ἐν Τροίᾳ γεγονὼς Εὔφορβος· ἀπίστως δὲ διακειμένων καὶ μα|νίαν αὐτοῦ καταγινωσκόντων, σημεῖον εὑρεῖν ἔφησεν ἀληθὲς τοῦ | ταῦθ' οὕτως ἔχειν· ἐκ τοῦ γὰρ ἐντὸς μέρους ἐπιγεγράφθαι τὴν ἀσπίδα | γράμμασιν ἀρχαίοις ΕΥΦΟΡΒΟΥ· πάν-

pensi non duceret, quandoquidem horum partem Pisistrato penderet. Haec audiens tyrannus ridensque, immunem agellum fecit. Atque hinc proverbium: etiam sideratione faciunt immunitatem.

34. Servius Tullius, Tarquinio rebellante, venit in senatum, visaque adversus se coitione, tantum hoc dixit: quaenam haec audacia, Tarquini? Cui ille, immo quae tua est? qui servus serva natus Romanorum rex fieri ausus es: et cum patria dignitas ad nos iure manaret, contra fas usurpasti dominationem nullo prorsus modo ad te pertinentem. Atque haec dicens irruit, apprehensaque Tullii manu deiecit eum de gradibus; qui exsurgens et a casu claudicans, dum fugam molitur, interfectus est.

35. Pythagoras metempsychoseos dogmati adhaerens, carnis esum piaculi instar habebat, aiebatque cunctorum viventium animas post obitum in alios animantes ingredi; seque ipsum meminisse affirmabat troicis temporibus fuisse Euphorbum Panthoi filium a Menelao occisum.

Idem Argos fertur aliquando profectus, quum inter troica spolia adfixum scutum vidisset, illacrymavisse. Rogantibus vero Argivis adfectus eius causam, scutum illud ait se habuisse quum Troiae esset Euphorbus: quod quum illi non crederent, insaniaeque eum redarguerent, ait se indicium verum eius rei deprehendisse: namque interiore scuti parte litteris antiquis inscriptum esse EU-

(1) Proverb. Zenob. IIII. 76.

(2) Euphorbi suprema fata spectare licet in tribus ambrosiani codicis a me editi vetustis picturis XLIX. L. LI. Est autem in hoc mendacio exornando abusus Pythagoras memoriae suae praestantia, qua celebris erat. Laërt VIII. 4.

Digitized by Google

16. των δὲ διὰ τὸ παράδοξον εἰπόν|των καθελεῖν τὴν εἰκόνα, συνέβη τὴν ἐπιγρα-
φὴν εὑρεθῆναι. |

Ὅτι Καλλίμαχος (1) εἶπε περὶ Πυθαγόρου διότι τῶν ἐν γεωμετρίᾳ προ|βλή-
ματα τὰ μὲν εὑρετὰ δὲ ἐκ τῆς Αἰγύπτου πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλ|ληνας ἤνεγκεν.
20. ἐν οἷς ὅτ' ἐξεῦρε φρὺξ Εὔφορβος ὅστις ἀνθρώποις τρί|γωνα καὶ σκαληνὰ καὶ κύκλον
ἑπταμήκη δίδαξε (a) νησεύειν τ' ἐμ|πνεόντων, οἱ τάδ' οὐδ' ὑπήκουσαν πάντες.

XXXVI. Ὅτι παρεκάλει | τὴν λιτότητα ζηλοῦν· τὴν γὰρ πολυτέλειαν ἅμα
τάς τε οὐσίας τῶν | ἀνθρώπων διαφθείρειν καὶ τὰ σώματα· τῶν γὰρ νόσων τῶν
25. πλείστων | ἐξ ὠμότητος γενομένων, αὐτὴν ταύτην ἐκ τῆς πολυτελείας γίνε|σθαι·
πολλοὺς δὲ ἔπεισθεν ἀπύροις σιτίοις χρῆσθαι καὶ ὑδροποσί|αις πάντα τὸν βίον,
ἕνεκεν τοῦ ταῦτα θηρᾶσθαι τὰ κατὰ ἀλήθειαν (2). | Τῶν δὲ καθ' ἡμᾶς εἴ τις
28. ἀπαγορεύσειεν ἢ ἑνὸς ἢ δυεῖν ἀπέχεσθαι τῶν | ἡδέων εἶναι δοκούντων ἐπ' ὀλίγας
ἡμέρας, ἀπεῖπον τὴν φιλοσο|φίαν· φήσαντες εὐηθες ὑπάρχειν τἀφανὲς ἀγαθὸν
ζητεῖν, ἀφέντα | τὸ φανερόν· κἂν μὲν δέῃ δημοκοπεῖν ἢ πολυπραγμονεῖν περὶ P. 270.
τῶν | ἀλλοτρίων, σχολάζουσι, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἐμποδίζονται· ἐὰν δὲ γίνεσθαι
32. δέ|ῃ περὶ παιδείαν καὶ τὴν τῶν ἠθῶν ἐπισκευήν, ἀκαιρεῖν φασίν. || ὥστε ἀσχο-
λοῦσθαι μὲν εὐσχολοῦντας, σχολὴν δ' ἄγειν οὐ σχολάζοντας. |

Ὅτι φασὶν τὸν ταραντῖνον Ἀρχύταν τὸν ὄντα πυθαγόριον ἐπὶ μεγάλοις ἀ|δι-
4. κήμασιν οἰκέταις ὀργισθῆναι, καὶ κατεξαναστάντα τοῦ πάθους | εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἂν
ἐγεννήθησαν ἄθῳοι τηλικαῦτα ἁμαρτήσαντες, | εἰ μὴ ἔτυχεν ὀργιζόμενος (3).

PHORBI. Ibi cunctis cum stupore iubentibus ut parmula revelleretur, reapse eiusmodi inscriptio reperta est.

tiam non minorem esse relaturum; conditionibus humaniter admissis Dromichaetes, castella quae Lysimachi exercitus ei ademerat recuperavit; tum Lysimachum diademate ornatum remisit.

Vindictae studium saepenumero omittendum est, atque odio denique valedicendum. Prodest enim aliquando pacem componere, immo et pecunia securitatem emere, atque omnino veniam ultioni anteponere.

(1) Memorantur haec castella in fragmentis editis p. 560.

(2) Haec est communior historicorum sententia: quamquam non desunt qui occisum potius a Thracibus Lysimachum aiunt, ut Polyaenus VII. 25, et Arrianus apud Photium cod. XCII p. 218: sed falso ut arbitror; nam Lysimachus in pugna adversus Seleucum desideratus est.

(3) Confer fragm. ed. p. 494.

Δ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Υ

Ε Κ Λ Ο Γ Α Ι

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΒ.

32. I. Ὅτι ὅτ' ἂν εἰς ἀπο|ρίαν ἔλθῃ στρατιώτης ἀλλόφυλος ἐπὶ πρώτ[ι]ν P. 271.
τ̃ φίλων ||| ἁρπαγὴν ὁρμᾶν εἴωθεν (1).

* Ἔμφυτος γὰρ πᾶσι τοῖς βασιλεῦσιν ἡ τῶ | πλέονος ἐπιθυμία, τοιαύτης
οὐκ ἐφίζεται πόλεως (2). |

DIODORI EXCERPTA

EX LIBRO XXII.

1. Miles extraneus si ad penuriam redactus fuerit, a diripiendis foederatis initium facit.

* Nam quae insita cunctis regibus est habendi cupido, ea hanc urbem non corripiet.

(2) Extat hic locus in excerptis editis p. 494; sed ibi eclogarius generaliter maluit scribere ἄνθρωπος pro στρατιώτης ἀλλόφυλος, id quod a Diodoro dictum fuisse puto de Pyrrhi militibus, qui in Italia sociorum agros vastabant. Lege Dionis vaticana excerpta. Quare eclogarius editus hoeschelianus, videtur sede quoque sua fragmentum dimovisse, quod posuit in XXI. libro; quod mihi verisimilius in XXII. collocandum videtur, in quo Diodorus libro bellum Pyrrhi italicum scripsit

(2) Verba haec pertinent ad orationem vel Appii caeci, vel Fabricii, vel Cineae.

Digitized by Google

Ὅτι Πύρρος ὁ βασιλεὺς πολλοὺς τῶν Ἠπειρωτῶν τῶν συνδιαβεβη|κότων ἀποβεβληκὼς, ἐπεί τις ἠρώτησεν αὐτῶν τὸ ἰδιοξενίων, | πῶς τὰ κατὰ τὴν μάχην ἀπήντησεν αὐτῷ, εἰπεῖν, ἐὰν ἔτι μιᾷ | μάχῃ νικήσῃ τοὺς Ῥωμαίους, οὐδεὶς αὐτῷ τῶν στρατιωτῶν τῶν | συνδιαβεβηκότων ἀπολειφθήσεται. τῷ γὰρ ἀληθείαις ἀπά|σας τὰς νίκας ἔσχεν καδμείας κατὰ τὴν παροιμίαν (1). οἱ γὰρ ἡττη|θέντες οὐδὲν ἐτα- 4. 8.
πεινώθησαν διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἡγεμονίας. ὁ δὲ | νικήσας, τὴν τῶν ἡττημένων βλά|βην καὶ συμφορὰν ἀναδέδεκτο. |

Ὅτι Κινέας πρεσβευτὴς ἀποσταλεὶς παρὰ Πύρρου περὶ διαλύσεως | πρὸς Ῥω- 12.
μαίους (2), οὗτος πιστικὸς ὢν (3) ἐν τῷ πρεσβεύειν, καὶ δῶρα πολυ|τελῆ τοῖς εὐθέ-
τοις ἐδίδου. οἱ δὲ οὐκ ἔλαβον ταῦτα, πάντες δὲ μίαν | καὶ τὴν αὐτὴν ἀπόκρισιν ἔδωκαν αὐτῷ, ὅτι νῦν μέντοι αὐτοῦ πολεμίου, | μηδαμῶς ἁρμόζειν τὴν δωρεάν· 16.
ἐὰν δὲ καταπράξηται τὴν εἰρή|νην, καὶ γένηται φίλος Ῥωμαίων, ἡδέως προσδέ-
ξασθαι τὴν δόσιν | οὖσαν ἀκατηγόρητον.

II. Ὅτι Βρέννος ὁ τῶν Γαλατῶν βασιλεὺς εἰς ναὸν ἐλθὼν (4), ἀργυροῦν μὲν ἢ 20.
χρυσοῦν οὐδὲν εἶλεν ἀνάθημα· ἀγάλματα | δὲ μόνα λίθινα καὶ ξύλινα μεταλαβών, κατεγέλασε ὅτι θεοὺς ἀνθρω|πομόρφους εἶναι δοκοῦντας, ἱστασι τούτους ξυλίνους τε καὶ λιθίνους. |

Ὅτι οἱ ἐν Δελφοῖς ὄντες κατὰ τὴν τῶν Γαλατῶν ἔφοδον, θεωροῦντες | πλησίον 24.
ὄντα τὸν κίνδυνον, ἐπηρώτησαν τὸν θεὸν εἰ τὰ χρήματα, | καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰς γυ-
ναῖκας ἀποκομίσωσιν ἐκ τῶν μαντείων πρὸς | τὰς ὀχυρωτάτας τῶν πλησίον πόλεων.

Postquam rex Pyrrhus multos Epirenses qui secum transmiserant amisit, roganti cuidam ex hospitibus eius, quomodo illi res evenisset in proelio; si una adhuc, respondit, pugna Romanos superavero, nullus mihi miles ex iis quos huc deportavi reliquus erit. Reapse omnes victorias habebat cadmeas, ut in proverbio est: nam victi non deprimebantur propter potentiae magnitudinem; devictorum autem damna et calamitatem victor ferebat.

Cineas legatus a Pyrrho missus de pace facienda ad Romanos, praeter quam quod dexter ad persuadendum orator erat, dona quoque pretiosa idoneis negotio hominibus offerebat, quae nemo recepit: immo omnes uno eodemque responso usi sunt, nempe quod dum Pyrrhus personam hostilem retineret, munera non decerent; sin autem pacem statueret fieretque Romanis amicus, tum se libenter dona accepturos, quae nulli criminationi paterent.

2. Brennus Gallorum rex templum ingressus nullum aureum argenteumve donarium attigit: tantum statuis lapideis ligneisque deiectis, Graecos irrisit quod deos, qui humana specie praediti existimantur, ligneos atque lapideos statuissent.

Cives delphici, quo tempore contigit Gallorum incursio, proximum cernentes periculum, Deum interrogabant, num thesauros et liberos atque uxores e fano ad munitiores in propinquo urbes transferrent? Sed Pythia Del-

(1) Quae sequitur proverbii explicatio extat in excerptis editis lib. XXII. p. 495; sed ea ibi libere convertitur ab eclogario, verbis aliquantulum immutatis, in generalem sententiam; quum tamen Diodorus de Pyrrho Romanisque loquatur, uti docet genuinum hoc fragmentum vaticanum.

(2) Duas Cineae ad urbem legationes memorat Plutarchus in Pyrrho capp. XVIII. XXI.

(3) Eloquentiam Cineae celebrat Plutarchus XIIII, a quo dicitur fuisse Demosthenis auditor.

(4) Diodorum in XXII libro scripsisse Brenni expeditionem in Graeciam, iam constabat ex editis fragmentis p. 497; quibus haec vaticana iam addenda sunt. Porro Diodorus recte res Brenni cum Pyrrhi rebus composuit, quia teste Polybio l. 6 Pyrrhus in Italiam venit anno prius quam Galli in Graeciam.

Digitized by Google

ἡ ἡ Πυθία τοῖς Δελφοῖς | ἀποκρισιν ἔδωκεν · " προστάττειν τὸν θεὸν ἐᾶν τὰ ἀνα-
„ θήματα καὶ τἄλ|λα τὰ πρὸς τὸν κόσμον τὸν θεῶν ἀνήκοντα χώραν ἐν τῷ μαν-
28. „ τεί|ῳ · φυλάξειν γὰρ ἅπαντα τὸν θεόν, καὶ μετ' αὐτὸν τὰς λευκὰς κόρας · „ ὄντων | ἐν
τῷ τεμένει δυεῖν νεῶν παντελῶς ἀρχαίων, Ἀθηνᾶς προ|νάου καὶ Ἀρτέμιδος,
ταύτας τὰς θεοὺς ὑπέλαβον εἶναι τὰς διὰ τῶν | χρησμοῦ προσαγορευομένας λευ-
κὰς κόρας (1).

III. Ὅτι Πύρρος | προτερῆσας περιβοήτῳ νίκῃ, τοὺς τῶν Γαλατῶν θυρεοὺς ἀνέ|-
32. θηκεν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς ἰτωνίδος (a) Ἀθηνᾶς (2) καὶ τῶν ἄλλων λαφύρων || τὰ πολυτε- p. 373.
λέστατα, καὶ ἐπιγραφὴν τήνδε ποιησάμενος (3) ·

Τοὺς θυ|ρεοὺς ὁ μυλοττὸς (b) ἰτώνιδι (c) δῶρον Ἀθηνᾷ (d)
Πύρρος ἀπὸ θρασέων | ἐκρέμασε Γαλατῶν (e),
4. Πάντα δ' Ἀντιγόνου καθελὼν στρατόν · οὐ (f) | μεγα θαῦμα ·
Αἰχματαὶ (g) καὶ νῦν καὶ πάρος Αἰακίδαι.

* Συνῄδότες οὖν | ἑαυτοῖς ἠσεβηκόσι τηλικαῦτα, προσεδόκων εἰκότως τεύ-
ξεσθαι | τῆς ἁρμοζούσης τοῖς ἀνομήμασι τιμωρίας (4).

phiis respondit : " iubere deum, donaria reliquumque deorum ornatum suo
„ loco in fano retineri : haec enim a deo simulque ab albis puellis custoditum
iri „. Porro cum duae aediculae in fano essent perveteres Minervae pro-
naae et Dianae, has deas existimaverunt ab oracuio appellari albas puellas.

3. Pyrrhus insigni victoria potitus, Gallorum clypeos in Minervae itoniae templo obtulit, cum aliis magni pretii manubiis, hoc inscripto epigrammate.

Hos clypeos molossus itoniae donum Minervae
Pyrrhus audacibus ereptos Gallis suspendit ;
Cuncto Antigoni deleto exercitu. Neque id magnopere mirandum est :
Nam bellatores et nunc et antea fuerunt Aeacidae.

* Gnari igitur tantorum criminum suorum, expectabant merito perpeti iu-
stam poenam.

(a) Cod. τριτώνιδος. Vide adnotationes sequentes (b) Pausan. et Plut. et anth. μολοσσός. (c) Cod. τριτώνιδι; sed praeterquam quod violatur metrum, Pausaniae et Plutarchus mendum corrigunt. Porro nihil notius est Minerva itonia. Vide Livium XXXVI. 20; Polybium IIII. 25. XXVI. 5. (d) Pausan. Plut. et anth. Ἀθήνᾳ. (e) Plut. ἐκρέμασεν Γαλατῶν. Sed Pausan. et anth. planud. ἐκρέμασε. (f) Cod. ὧ; quare dicendum esset o *grande miraculum* ; quae sententia infringit epigrammatis acumen : itaque adscivi e Plutarcho οὐ. (g) Pausan. Plut. anth. αἰχμηταί.

(1) Habemus hanc historiam versibus politicis diligenter scriptam, cum ipso oraculo, apud Tzetzem chil. XI. 378. sqq.

(2) Minervae itoniae templum inter Pheras et Larissam extitisse ait Pausanias I. 13.

(3) Extat sequens epigramma apud Pausaniam I. 13. et apud Plutarchum in Pyrrho cap. XXVI. In anthologia vero planudea tribuitur Leonidae auctori

(4) Sermo esse videtur de Gallis, qui fano delphico spoliato poenas a numine vindice expectabant. Reapse ad unum omnes variis cladibus occubuerunt. Diodor. XXII. p. 497.

Digitized by Google

ΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΕΚΛΟΓΑΙ

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΓ.

I. Ὅτι Φοίνικες | καὶ Ῥωμαῖοι ναυμαχήσαντες (1), μὴ ἂν ταῦτα εὐλαβούμενοι τὸ μέγεθος | τοῦ προκειμένου πολέμου, διεπρεσβεύσαντο περὶ τῆς εἰρήνης πρὸς τὴν σύγκλητον | φιλίας· πολλῶν δὲ λόγων ῥηθέντων καὶ τραχυτέροις λόγοις χρωμένων πρὸς ἀλλήλους, οἱ Φοίνικες θαυμάζειν ἔφασαν πῶς διαβαίνειν τολμῶσιν εἰς Σικελίαν Ῥωμαῖοι θαλαττοκρατούντων (2) Καρχηδονίων· φανερὸν γὰρ εἶναι πᾶσιν ὅτι μὴ τηροῦντες τὴν φιλίαν, οὐδὲ νίψασθαι τὰς χεῖρας ἐκ τῆς θαλάσσης τολμήσουσιν· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συμβουλεύειν τοῖς Καρχηδονίοις ἔφασαν μὴ διδάσκειν τὰ κατὰ τὴν θάλασσαν πολυπραγμονεῖν· μαθητὰς γὰρ | τοὺς Ῥωμαίους ἀεὶ ὄντας γίνεσθαι κρείττους τῶν διδασκάλων· τὸ μὲν γὰρ παλαιὸν αὐτοὶ θυρεοῖς τετραγώνοις χρωμένων, Τυρρηνοὶ χαλκαῖς ἀσπίσι φάλαγγα μαχοῦντες, καὶ προτρεψάμενοι τοὺς ὁμοίων | ἀναλαβεῖν ὁπλισμὸν, ἠττήθησαν (3)· ἔπειτα πάλιν ἄλλων ἐθνῶν θυρεοῖς χρωμένων, οἷς νῦν ἔχουσι, καὶ πείραις μαχομένων, ἀμφότερα μιμησάμενοι, ἐγένοντο τῶν εἰσηγησαμένων τὰ καλὰ τῶν παραδείγμάτων· ἔτι δὲ τῶν Ἑλλήνων (4) μαθόντες πολιορκεῖν, καὶ ταῖς μηχαναῖς καταβάλλειν τὰ τείχη, τὰς πόλεις τῶν | 8. 12. 16. 20.

DIODORI EXCERPTA

LIBRI XXIII.

1. Poeni bello maritimo cum Romanis proeliati, postea veriti molem suscepti belli, legationem ad consulem de pace miserunt. Multis autem habitis asperisque utrimque sermonibus, Poeni mirari se aiebant, quod Romani traiicere in Siciliam auderent Carthaginiensibus imperium maris tenentibus: namque omnibus esse exploratum, nisi pacem servarent, fore ut ne manus quidem Romani in mari lavare ausint. Romani vero aiebant, dare se consilium Carthaginiensibus, quominus se docerent rei maritimae studium impendere: etenim Romanos semper evasisse discipulos magistris meliores: siquidem antiquitus quum ipsi quadratis scutis uterentur, Etrusci phalangem eorum parmis oppugnantes, admonuerunt eos ut parem sumerent armaturam; atque ita demum Etrusci victi fuerunt. Deinde quum alii rursus populi iisdem uterentur quibus nunc clypeis, et cuspidibus praeterea pugnarent, utramque rem imitati Romani superaverunt eos a quibus praeclara exempla acceperant. Iam vero a Graecis obsidionalem scientiam edocti, et moenia tormentis quatere,

(1) De bello primo Romanorum cum Poenis Diodorum coepisse scribere libro XXIII, fragmenta edita satis docent.

(2) Populi θαλαττοκρατοῦντες usque ad Xerxis transmissionem recensentur apud Eusebium chron. I. 36. Et quidem optandum esset ut is catalogus continuaretur, non solum usque ad bellum punicum primum, quo Carthaginienses ea dignitate utebantur, verum etiam, si fieri potest, usque ad hodiernos Britannos marium dominos.

(3) Extat hic locus de scutorum mutatione aliis verbis scriptus et imperfectior in excerptis editis libri huius XXIII. p. 501.

(4) Puta a Pyrrho vel a tarentino graeci sermonis populo.

διδαξάντων ἠνάγκασαν ποιεῖν τὸ προσταττόμενον · καὶ νῦν ἂν Καρχηδόνιοι διὰ ταῦτα μαθεῖν αὐτοὺς ναυμαχεῖν , ταχὺ τοὺς μαθητὰς τ διδασκάλων ὄψονται περιγενομένους .

II. Ὅτι τ Καρχηδονίων στρατηγὸς Ἀννίβας (1) ἡττηθεὶς ναυμαχίᾳ , καὶ φοβούμενος μὴ διὰ τ ἥτταν ἀπὸ τ γερουσίας τύχῃ τιμωρίας , τέχνημα ἐποίῃ τοιοῦτον · ἀπέστειλέ τινα τ φίλων εἰς Καρχηδόνα δοὺς ἐντολὰς ἃ ποτε ἔδοξεν αὐτῷ συμφέρειν · ὁ δὲ καταπλεύσας εἰς τ πόλιν , καὶ πρὸς τ γερουσίαν εἰσαχθεὶς , εἶπεν ὅτι προσέταξεν Ἀννίβας ἐρωτῆσαι τ βουλήν , εἰ κελεύει ναυμαχῆσαι διακοσίαις ναυσὶ πρὸς Ῥωμαίων ἑκατὸν εἴκοσι ; τ δὲ ἀναβοησάντων καὶ κελευσάντων , τοιγαροῦν ἔφη ναυμαχήσειν καὶ ἡττήμεθα · ἐκεῖνος δὲ ὑμῶν προσταξάντων ἀπολέλυται δι' αἰτίας · ὁ μὲν οὖν Ἀννίβας εἰδὼς τοὺς πολίτας ἐκ τ ἀπολειτεσμάτων συκοφαντοῦντας τοὺς στρατιώτας , τοιούτῳ τρόπῳ τὰς ἐσομένας κατηγορίας ὑπεξείλατο . P. 167.

* Διαβεβλημένοι γὰρ ἐν τοῖς πρότερον κινδύνοις ὡς ἂν τ ἐλαττωμάτων αἴτιοι γεγονότες , ἔσπευδον διὰ ταύτης ναυμαχίας ἀνακτήσασθαι τὰς περὶ τούτων διαβολάς (2) .

III. * Οὐδὲν δ' οὕτω καταπλήττεται τὰς ψυχὰς τὸ ἡττηθῆναι ὡς τοῖς Καρχηδονίοις · δυνάμενοι γὰρ ῥᾳδίως διαφθεῖραι τ ναυτικὴν δύναμιν τ πολεμίων περὶ τ κατάπλουν , οὐδ' ἐπεχείρησαν τούτοις ἀμύνασθαι · τριάκοντα γὰρ ναυσὶ τ Ῥωμαίων προσφερομένων τῇ χώρᾳ (3), καὶ μή τε τάξεως μή τε συστήματος ἀδροῦ γενομένης , πνεύματος βιαιότερον ἐγκειμένης , χωρὶς κινδύνου παρῆν αἱρεῖν αὐτάν-

urbes magistrorum suorum , ut imperata facerent , coegerunt . Nunc demum Carthaginienses artem Romanis maritimi belli pugnando tradentes , fore ut discipulos suos magistrorum dominos brevi videant .

2. Carthaginiensium dux Hannibal proelio maritimo victus , metuensque ne a senatu poenam cladis suae pateretur , hoc artificiosum commentum excogitavit . Misit nempe e familiaribus quendam Carthaginem cum mandatis prout sibi expedire visum est . Ille autem ad urbem navi vectus , atque in senatum admissus , nunciavit habere se mandata ab Hannibale sciscitandi senatum an eum iuberent committere proelium navibus ducentis contra Romanorum centum viginti ? Succlamantibus illis atque ita fieri iubentibus ; atqui proelium , inquit , iam fecit , victique sumus : ille autem vestro iussu a culpa absolutus est . Sic ergo Hannibal quia sciebat cives suos ex eventibus calumniam instruere militaribus viris solitos , hoc artificio futuras accusationes vitavit .

* Nam cum in superioribus proeliis diffamati fuissent , tamquam ipsi acceptarum cladium culpam sustinerent , dabant sedulam operam ut hoc navali certamine criminationes illas diluerent .

3. * Nulli sic animo commoventur ob acceptam cladem , ut Carthaginienses : qui quum facile possent nauticas hostium vires in cursu labefactare , has ne repellere quidem adgressi sunt . Nam quum Romani triginta naves ad eorum regionem appulissent , et neque ordine neque agmine denso uterentur propter ventum validius flantem , licebat illis sine periculo naves capere cum vectori-

(1) Hannibalem hunc diversum esse et antiquiorem magno Hannibale , nemo non intelligit .

(2) Adhuc loquitur auctor de Carthaginiensibus ; quibus ducum imperitiam exprobrat etiam Polybius l. 31. 32.

(3) Ergo agitur de excensione Romanorum in Siciliam . Nam in Africam quidem trecentis et quinquaginta navibus ingentem exercitum deportavisse , uti narrant Appianus punic. cap. III , et Diodorus fragm. p. 603.

δρα τὰ σκά|φη· εἰ μὲν οὖν καταβάντες εἰς τὸ πεδίον ἐξ ἴσου παρετάξαντο, καὶ 16.
πᾶ|σι τοῖς μέρεσι τῆς δυνάμεως ἐνεργῶς ἐχρήσαντο, ῥᾳδίως ἂν | περιεγένοντο
τ̃ πολεμίων· νῦν ᾗ πρὸς ταύτην μόνον ἀποβλέψαντες ἐρυμνότητα τοῦ λόφου, καὶ
τ̃ χρησίμων τὰ μὲν διὰ τ̃ | εὐλάβειαν προέμενοι, τὰ ᾗ διὰ τ̃ ἀπορίαν ἀγνοήσαν- 20.
τες, | τοῖς ὅλοις ἔπταισαν.

IIII. Ὅτι ἐν ἀθυμίᾳ πολλῇ ὄντων τ̃ Καρ|χηδονίων, τρεῖς ἄνδρας ἡ γερουσία
τ̃ ὑπερανεστάτων ἀπέστειλε πρεσβευτὰς πρὸς τ̃ Ἀτίλιον περὶ εἰρήνης· τούτων ᾗ 24.
Ἄννων | ὁ Ἀμίλκου πρῶτος ὢν τῇ δόξῃ διαλεχθεὶς τοὺς ἁρμόζοντας | λόγους τῷ
καιρῷ, παρεκάλει τ̃ ὕπατον μετρίως αὐτοῖς χρήσασθαι, καὶ Ῥώμης ἀξίως· ὁ
ᾗ Ἀτίλιος μεμετεωρισμένος | τοῖς εὐημερήμασιν, καὶ τύχης (a) ἀνθρωπίνης οὐδε-
μίαν ἔννοιαν | λαμβάνων, τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα προσέταττεν, ὥστε τ̃ συν|τε- 28.
θειμένην εἰρήνην ὑπ' αὐτοῦ μηδὲν διαφέρειν δουλείας· ἐφ' οἷς ὁρῶν σὺν (b) ἀγανακτοῦν-
τας, ἔφησεν αὐτοὺς δεῖν τἐναντίον χά|ριν ἔχειν ἐπὶ τούτοις· μὴ δυναμένων γὰρ
P. 168. αὐτ̃ | μήτε κ̃ γῆν μήτε κ̃ θάλατταν ὑπὲρ τ̃ ἐλευθερίας ἀντιτάξασθαι ||, πᾶν 32.
τὸ συγχωρούμενον ὑφ' ἑαυτ̃ λαμβάνειν ἐν δωρεᾷ· τ̃ ᾗ | δὲ τ̃ Ἄννωνα παῤῥη-
σιαζομένων πρὸς αὐτὸν, ὑπερηφάνως | ἀναλήσας προσέταξεν ἀπιέναι τ̃ ταχίστην,
ὑπομνησθέντος | ὅτι δεῖ σὺν ἀγαθοὺς ἢ νικᾶν ἢ εἴκειν τοῖς ὑπερέχουσιν (1)· ὁ μὲν οὖν 4.
ὕ|πατος οὔτε τὸ τ̃ πατρίδος ἐν τοῖς τοιούτοις μιμησάμε|νος, οὔτε τ̃ ἐκ θεοῦ
νέμεσιν εὐλαβηθεὶς, συντόμως τ̃ ὑπερηφανίας ἀξίαν περίτασε τιμωρίαν (2).

Πάντες μὲν οὖν ἄνθρωποι κ̃ τὰς | ἀτυχίας μᾶλλον εἰώθασι τ̃ δαιμο- 8.
νίαν (c) μνημονεύειν· καὶ πολλάκις ἐν | ταῖς εὐπραξίαις (d) ὡς μύθων πεπλασμένων

bus. Sane si in planum descendentes aciem rectam explicavissent, cunctisque exercitus partibus strenue usi fuissent, facile hostes oppressuri erant: nunc de una cogitantes collis ardui munitione, et quae sibi expediebant partim timore omittentes, partim cum trepidatione de his deliberantes, rem universam pessum dederunt.

4. Carthaginiensibus timore admodum consternatis, senatus viros tres nobilissimos ad Atilium legatos de pace misit. In his dignitate princeps Hanno Hamilcaris filius oratione tempori apta usus, rogabat consulem ut moderate secum ageret, et ex romanae urbis dignitate. Sed Atilius prosperis successibus elatus atque humanae fortunae immemor, tam graves conditiones imperabat, ut pax ab eo proposita servitio non differret. Ad quae exasperatos Carthaginienses videns, aiebat eos contra oportere gratum animum prae se ferre: nam quia libertatem neque terra neque mari tueri possent, quidquid ipse indulgeret, in doni loco esse reponendum. Ibi Hannone audacius respondente, Atilius superbe minitans abire illum protinus iussit, addens, quod egregii homines aut vincere debent aut victoribus obedire. Igitur in his consul neque morem patriae suae imitatus, neque numinis vindictam reveritus, brevi debitas superbiae poenas dedit.

Omnes homines magis solent in calamitatibus memoriam numinis revocare: et cum in prosperis saepe deos tamquam fictas fabulas spernant, ad-

(a) Cod. ψυχῆς. (b) Ita cod. (c) Ed. τοῦ θεοῦ. (d) Ed. ἐν δὲ ταῖς εὐημερίαις καὶ εὐπραξίαις.

(1) Haec sententia ab ὅτι δεῖ usque ad ὑπερέχουσιν extat solitaria etiam in fragm. ed. p. 503. Nunc vero cognoscimus pertinere hanc particulam ad Reguli responsum. Est autem Diodori plagium ex Polybio XVII. 4.

(2) Reguli haec superbia reprehenditur etiam in excerptis editis libri XXIII. p. 504; unde sine dubio cognoscimus vaticanum hunc locum pertinere ad dictum Diodori librum.

Digitized by Google

τῶν θεῶν (a) καταφρο|νοῦντες, κ᾽ (b) τὰς ἐλαττώσεις ἀνατρέχεσιν ἐπὶ τὴν φυσικὴν εὐ|-
12. λάβειαν (1) · μάλιστα δὲ οἱ Καρχηδόνιοι διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπηρτημέ|νων φόβων ἀνα-
ζητοῦντες τὰς ἐκ τῶν πολλῶν χρόνων παραλειφθεμ|μένας θυσίας, ἐπολυπλασία-
ζον τὰς εἰς τὸ θεῖον τιμάς (2) · |

V. Ὅτι Ξανθίππης (c) ὁ σπαρτιάτης συνεβούλευετο τοῖς στρατηγοῖς προά-
16. γειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους · καὶ ταῦτα ἔφησεν αὐτὸν λέγειν οὐχ ἵνα ἐκεί|νους παροξύνας
καὶ παρακαλέσας, αὐτὸς ἐκτὸς ᾖ τῶν κινδύνων, | ἀλλ᾽ ὅπως εἴδωσιν ὅτι πέπεισται
ταῦτα ποιούντων αὐτῶν ῥᾳδί|ως προτερησειν, αὐτός τε καθηγήσασθαι (d) δεῖν μάχης
καὶ πρῶτος | ἐν τοῖς κινδύνοις ἀνδραγαθήσειν.

20. Ὅτι Ξανθίππου κ᾽ | τὸν πόλεμον τῶν σπαρτιάτων παριππεύοντος, καὶ τοὺς
πεφυγό|τας πιέζους ἀναστρέφοντος, εἰπόντος δέ τινος ὅτι ῥᾳδίως | ἐφ᾽ ἵππου
καθήμενος τοὺς ἄλλους εἰς τὸν κίνδυνον παρακαλεῖ, πα|ράκλημα καθαλλόμενος,
24. τὸ μὲν ἵππον τῶν παίδων τινὶ πα|ρέδωκεν, αὐτὸς δὲ πιέζη παρὼν ἐδεῖτο μὴ γε-
νέσθαι δεῖν ἥττης | καὶ δεῖν ἀπωλείας αἰτίους ἅπαντος τοῦ στρατοπέδου.

* Πάντα γὰρ | τῇ συνέσει βάδιμα καὶ δυνατὰ γίνεται, δεῖν τέχνης ἐν πᾶσι
χρεμένης τοῦ βίου. - Καὶ καθάπερ τὸ σῶμα δεῖν ψυχῆς ἐστι δοῦλον, οὕ|τως αἱ με-
28. γάλαι δυνάμεις τῇ τῶν ἡγεμόνων ὑπείκουσι φρονήσει (3). — Τοῦ πρὸς τὸ συμφέρον
βουλευτηρίου πάντα κατισχύοντος (4).

versis casibus pressi relabuntur ad insitam natura religionem. Tum ergo praecipue Carthaginienses ob impendentium terrorum magnitudinem, revocatis sacrificiis iamdiu intermissis, divinos honores augebant.

5. Xantippus laco duces hortabatur ut in hostes signa moverent; idque se facere aiebat, non ut ubi illos exacuisset atque excitasset, ipse discrimine procul fieret; sed uti cernerent, certum sibi esse, ubi id ipsi fecissent, facile hostibus superiores fore: se autem in acie extima pugnaturum, primumque in periculis strenue versaturum.

Quum Xantippus equitans in proelio discurreret, fugientesque pedites retinere conaretur, dicente quodam lepidum illi esse in equo sedenti alios ad periculum subeundum hortari; ipse statim desiliens, equum famulo tradidit; mox pedes adstans orabat ne causa cladis atque exitii universo exercitui fierent.

* Cuncta enim sapientiae pervia ac possibilia sunt; arsque in omnibus prae violentia valet. — Ac veluti corpus animae servit, ita magni exercitus ducum prudentiae obtemperant. - Senatu omnia ad utilitatem corroborante.

(a) Ed. τοῦ θεοῦ. sed est correctio lectionis τῷ θεῷ pro τῶν θεῶν, quae extant ibi in variis lectionibus. (b) Ed. μετὰ; sed placet κατὰ, ut paulo ante scribitur. (c) Ita cod. (d) Malim καθηγήσασθαι.

(1) Locus hic de religione in calamitatibus renascente extat in excerptis editis, sed aliquantulum varians, quia ibi christianus eclogarius nonnulla verba, praesertim ethnica, immutavit.

(2) Loquitur Diodorus de humanis fortasse victimis quas superstitiosi Carthaginienses diis immolabant in maximis calamitatibus, scelere pro remedio utentes; ut narrat Iustinus XVIII. 6 (quem exscribit Orosius IV. 6.) circa ipsum tempus extremum belli punici in Sicilia.

(3) Haec sententia de corpore et anima, itemque sequens de senatus regimine, extat etiam in fragmentis hoeschelianis p. 504. in libro XXIII. Ego vero utramque retinui, ut lectores cognoscerent, has vaticanas reliquias pertinere adhuc ad praedictum librum XXIII. Sententia similis priori. Utraque vero sententia loquitur de Xantippo occurrit etiam in valesianis excerptis p. 576.

(4) Intellige senatum romanum clade Reguli audita minime animis debilitatum.

Digitized by Google

ΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΕΚΛΟΓΑΙ

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΔ.

1. Ὅτι τοὺς φιλαργυρωτάτους ἐπελέξαντο πρὸς τὴν ἐμπρησμὸν | τῶν μηχανημάτων (1) καὶ θρασυτάτους οἱ Καρχηδόνιοι τριακοσί|ους ὄντας τὸν ἀριθμόν. 32.
P 129. τὰ γὰρ πλήθη ταῦτα μάλιστα προτρέπεται ||| θοῦ προχείρους παντὸς καταφρονεῖν κινδύνου. ὡς ἐπὶ πολὺ γὰρ | ἐν ταῖς προσβολαῖς καὶ τραχομαχίαις συνέβαινε θοῦ ἀρίστους | ἀποθνήσκειν, ἑκουσίως προπίπτοντας εἰς κινδύνους δυσβοη|θήτους (2).

* Περικατάληπτος γενόμενος κατέφυγε πρὸς τὴν γῆν, ἐν | ἐλάττονι θέμενος τὴν ἀπὸ τῆς ναυαγίας φόβον, τὴν ὑπὸ τῶν πο|λεμίων κινδύνου (3). 4.

* Οὐδενὶ δηλώσας τὸ βεβουλευμένον (4) · ὑπολάμβα|νε γὰρ τὰ τοιαῦτα τῶν στρατηγημάτων διαδιδόμενα πρὸς θοῦ φί|λους, ἢ τοῖς πολεμίοις γνώριμα 8.
γίνεσθαι διὰ τῶν αὐτομόλων, ἢ | τοῖς στρατιώταις ἐμποιεῖν δέος πρὸς τὸ|κῶσι μέγεθος κινδύνου (5). |

DIODORI EXCERPTA

LIBRI XXIIII.

1. Carthaginienses avarissimum quemque et audacissimum, trecentos numero, incendendis machinis destinaverunt. Populus enim praecipue solet impellere eos qui sunt alacres ad omne periculum flocci faciendum. Sane plerumque accidit ut in aggressionibus atque in moenium oppugnationibus fortissimi quique moriantur, dum se sponte periculis fatalibus obiiciunt.

* Quumque prope abesset ut caperetur, ad litus fugam capessivit; minoris faciens naufragii metum, quam periculum ab hostibus imminens.

* Nemini consilia sua revelavit; probe gnarus, si eiusmodi strategemata differantur inter amicos, ea vel significari hostibus a transfugis, vel militibus creare metum de periculi magnitudine cogitantibus.

(1) Agitur in hoc fragmento de machinis Romanorum obsidionalibus ad Lilybaeum, quas obsessi Poeni post multa tentamenta inflammaverunt; cuius rei mentio est in hoeschelianis quoque Diodori excerptis initio libri XXIIII; unde etiam cognoscimus, vaticanum hoc fragmentum ad eundem librum pertinere. De Lilybaei obsidione legesis etiam valesiana Diodori excerpta initio item libri XXIIII. De machinis operibusque Romanorum incensis consule Polybium I. 45. 48.

(2) Has clades ad Lilybaeum narrat Polybius I. 42. 45. 49. Porro hae sententiae fortasse abruptae sunt.

(3) Valde suspicor loqui Diodorum de rhodio illo homine, qui inspectante romana classe saepe cum uno navigio Lilybaeum urbem obsessam mira dexteritate ingressus, ex eaque digressus est; donec tandem a Romanis captus fuit. Polyb. I. 47.

(4) Loqui arbitror Diodorum de Hamilcare cognomento Barca, qui audaci consilio occupavit in Sicilia Erctem, locum opportunissimum, inter duos Romanorum exercitus situm. Polyb. I. 56. Vel potius intelligitur occupatio urbis Erycinorum per eundem Hamilcarem Polyb. I. 58, Nep. Ham. cap. I; quam nocturno facinore fuisse ab eo captam discimus ex Diodori fragmentis ed. p. 509.

(5) Haec sententia de celandis strategematibus legitur in fragmentis editis libri XXIIII. p.

Digitized by Google

II. Ὅτι τ' Ἀμίλκα διαταξαμένα μὴ διαρπάζειν τοὺ στρατιώτας, Οὐοδόστωρ
12. οὐκ ἐπείσθη, καὶ πολλοὺς ἀπέβαλε τ' στρατιωτ' (1). οὕτως ἐν παντὶ καιρῷ συμβαίνῃ τ' εὐταξίαν γίνεσθαι μεγάλων ἀ|γαθῶν αἰτίαν (2). ὥσθ' οἱ μὲν πεζοὶ προγεγενημένης εὐημερίας | τηλικαύτης, οὐχ ὅτι μόνον ταύτην ἀνέτρεψαν, ἀλλὰ καὶ πάντες ἐ|κινδύνευσαν ἀπολέσθαι· οἱ ἵππεῖς οὐ πλείους διακοσίων ὄν|-
16. τες οὐ μόνον ἑαυτοὺς διέσωσαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις τ' ἀσφά|λειαν παρεσκεύασαν.

Ὅτι Ἀμίλκας ἔπεμψεν κήρυκας περὶ | σ' τ' νεκρῶν ἀναιρέσεως· ὁ δὲ ὕπατος Φουνδάνιος (3) ἐκέ|λευσε τοῖς ἥκουσι μὴ περὶ νεκρους ἀλλὰ περὶ ζῶντας, εἰ νοῦν ἔ|χουσιν, ὑποσπόνδους αἰτεῖσθαι· ὑπερηφάνου μὲν οὖν γενομένης | σ' ἀποκρίσεως,
20. οὗτος οὐ τοῖς τυχοῦσιν ἐλαττώμασι περιέπεσε | εὐθύς· ὥστε πολλοῖς δόξαι τ' μεγαλαυχίαν τετυχέναι σ' ᾧδε· τ' δαιμονίου νεμέσεως.

24. III. Ὅτι τ' Φουνδανίου περὶ σ' | τ' νεκρῶν ταφῆς ἀποστείλαντος κήρυκας, Βάρ|κας πολὺ | κεχωρισμένην σ' προγεγενημένης ἀποφάσιν ἐποιήσατο· φήσας | γὰρ μάχεσθαι μὲν τοῖς ζῶσι, διαλύσθαι δὲ πρὸς τοὺς τετελευτηκότας, συνεχώρησε τ' ταφήν (4).

28. Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ προέβη σ' | ἀνδραγαθίας, ὥστε καὶ τοὺς στρατηγοὺς αὐτοὺς παρ' ἀμφοτέροις | ἀριστεύειν, καὶ τ' κινδύνων προκαθηγεῖσθαι· ἔνθα δὴ συνέβαινε | ἀλογώτατα πάθη τοῖς ἀρίστοις τ' ἀνδρῶν ἐνίοτε· οἱ γὰρ τ' | εὐτυ-

2. Hamilcare praecipiente ne milites praedae indulgerent, Vodostor neglecta obedientia multos amisit. Adeo omni tempore accidit, ut ordinis custodia ingentium bonorum causa fiat! Igitur pedites tam felicem nuper nacti successum, non hunc solum abiecerunt, sed et omnes in summum vitae discrimen venerunt. Equites contra, qui non plus ducentis erant, non solum ipsi incolumes fuerunt, verum et alios tutati sunt.

Hamilcar oratores misit pro mortuis tollendis: consul autem Fundanius iussit qui venerant, siquidem saperent, non pro mortuis sed pro vivis recipiendis inducias petere. Post hoc superbum responsum, brevi Fundanius gravibus cladibus attritus fuit: adeo ut multis superbia eius iustam numinis ultionem experta videretur.

3. Oratores pro mortuis sepeliendis mittenti Fundanio, Barcas valde diversum a superiore responsum dedit, bellum se videlicet cum viventibus gerere, cum mortuis pacem fecisse; atque ut sepelirentur concessit.

Tanta bellum strenuitate gerebatur, ut ipsi utriusque partis duces fortitudine inter se certarent, et primi in periculis essent: quamobrem inopinae prorsus clades praestantium virorum aliquando eveniebant. Nam qui

509. Sed praeter quam quod ibi variat ob eclogarii arbitria, utiliter eam conservavi ob ostendendam horum fragmentorum propriam sedem.

(1) Cladem hanc evenisse puto intra illud biennium, quo ad Erycem pugnatum esse testis est Polybius l. 58. Iam Vodostoris carthaginiensis memoriam nullam inveni.

(2) Sententia haec de militaris disciplinae ordinisque necessitate extat in fragm. editis huius libri XXIIII. p. 509. Nunc cognoscimus dictam fuisse ob Vodostoris cladem.

(3) Consulatum hic gessit anno ante Lutatium, quo demum consule bellum punicum debellatum fuit.

(4) Hamilcaris Barcae, qui pater magni Hannibalis fuit, prudentia et moderatio satis est illustris apud plerosque historicos Diodorum, Polybium, Nepotem.

Digitized by Google

χίαις ὑπερέχοντες τῶν ἀνθεστηκότων, καταδυομένης δὲ ἰδίας νηὸς ἡλίσκοντο (1), τῇ 32.
μὲν ἀρεταῖς οὐκ ἐνδιδόντες, τῷ δὲ || ἀνάγκης ἀβοηθήτῳ κρατούμενοι· τί (2)
P. 130. γὰρ ὄφελος ἀνδρείας, | ὅταν (a) τῆς σκάφης βυθισθέντος, τὸ σῶμα δὲ βάσεως
ἀποστερηθὲν, ὑπὸ δὲ θαλάσσης τοῖς πολεμίοις ἐγχειρίζηται (b); |

IIII. Ὅτι ὁ Βάρκας ἐπειδὴ παρεγενήθησαν πρὸς αὐτὸν οἱ πρέσβεις τῶν | Ῥω- 4.
μαίων μετὰ τοῦ Γέσκωνος (3) καὶ τὰς συνθήκας ἀνεγίνωσκον, μέχρι | μὲν τινὸς ἐτίθασα·
ὡς δὲ ἤκουσε τά τε ὅπλα παραδιδόναι καὶ τοὺς | αὐτομόλους, οὐκ ἐκαρτέρησεν,
ἀλλ' ἐκέλευσεν ἀπιέναι τὴν τα|χίστην· ἕτοιμος γὰρ ἔφησεν εἶναι μᾶλλον ἀποθα- 8.
νεῖν μαχόμενος | , ἢ φιλοψυχήσας προσδέξασθαι πρᾶξιν ὑπονείδιστον· καὶ ταῦτ'
εἰδὼς | τὴν τύχην πρὸς τοὺς ἐγκαρτεροῦντας τοῖς δεινοῖς αὐτομολοῦσαν | καὶ
μεγίστην ἀπόδειξιν τῆς ἀνελπίστου μεταβολῆς παρεσχομένην | τὴν περὶ τὸν Ἀτί- 12.
λιον συμφοράν (4).

iam successu prospero superabant adversarios, mersa nave sua capiebantur; haud sane virtute inferiores, sed insuperabili necessitate domiti. Quid enim prodest fortitudo, quum lembo naufragium patiente, corpus basi subtracta, ab ipso mari hostibus traditur?

4. Barcas quum ad eum venissent Romanorum legati cum Gescone, et foederis tabulas legerent, illatenus siluit donec ad arma transfugasque tradendos perventum est: tum vero haud se continuit, verum iussit legatos quantocius abire; malle quippe se mori pugnantem, quam vitae cupidum admittere conditiones turpissimas: praesertim quia sciebat, fortunam ad eos qui in adversis constanter agunt, solere sponte transvolare; quae reapse maximam fecerat inopinae conversionis demonstrationem in Atilii calamitate.

(a) Male lectum fuit in ed. ὅτ' αὐτοῦ pro ὅταν τοῦς non intellecta differentia litterae υ ab ν. (b) Ed ἐγχειρίζεται.

(1) Videtur sermo esse de ultimo navali proelio inter Hannonem poenum et Lutatium romanum, de quo adi Polybium I. 61.

(2) Sequens sententia de naufragis extat in extremis fragmentis editis huius libri XXIIII p. 509, non sine aliqua varietate.

(3) Gescon carthaginiensis praefectus erat lilybetanae urbis, cum pax coaluit. Polyb. I. 66. Ex hoc autem fragmento cognoscimus Gesconem venisse Lilybaeo cum romanis legatis ad Hamilcarem Barcam qui Erycem tenebat, quique pacis faciendae summus arbiter erat, ut ait Polybius I. 62.

(4) Ergo Romani iniquas conditiones primo obtulerant, cuius rei non facit mentionem Polybius; quibus a Barca repudiatis, mitiores exhibuerunt illas quae sunt in foedere scripto apud Polybium I. 62. Errat ergo Appianus in reb. sicul. cap. II. qui retinet in foedere illam quoque conditionem de tradendis transfugis, quae cur fuerit et quam recte a Polybio et a Zonara VIII. 17. omissa, nunc e Diodori vaticano fragmento cognoscimus. Armorum vero tradendorum nec Polybius nec Appianus neque denique Zonaras meminerunt. Sed ecce tibi belle conspirans cum Diodoro Nepos Ham. cap. I. *Hamilcar in pace concilianda tanta fuit ferocia, ut quum Catulus negaret, se bellum compositurum, nisi ille cum suis qui Erycem tenuerant, armis relictis, Sicilia decederent; succumbente patria, ipse periturum se potius dixerit, quam cum tanto flagitio domum rediret: non enim suae esse virtutis, arma a patria accepta adversus hostes, adversariis tradere. Huius pertinaciae cessit Catulus.* Zonaras denique nescio quibus tabulis fretus, ait Hamilcarem Barcam in foedere solam sub iugum missionem fuisse deprecatum.

Cum bello primo punico desivisse librum Diodori quartum et vigesimum certiores nos faciunt fragmenta edita p. 509. Recte igitur hoc loco retinui vaticanum fragmentum in quo apud Barcam de bello finiendo agitur, componendaque pace, id quod reapse post tot tamque diuturna certamina accidit.

Digitized by Google

Δ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Υ

Ε Κ Λ Ο Γ Α Ι

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΕ.

I. (1) * Διὸ καὶ τοῖς ἀποστά|ταις οὐχ ἧττον πολιορκεῖσθαι συνέβαινεν P. 130.
20. ἢ πολιορκεῖν, διὰ τὸ | σπανίζειν τροφῆς (2).

* Συνέβαινε δὲ ταῖς μὲν τόλμαις αὐτοὺς μὴ | λείπεσθαι τῶν πολεμίων· διὰ δὲ τὰς ἀπειρίας τῶν ἡγεμόνων | μεγάλα βλάπτεσθαι· διὸ καὶ τότε συνιδεῖν ἦν
24. ἐπ' αὐτῆς πείρας | ἡλίκην ὑπερβολὴν ἔχοι στρατηγικὴ (a) σύνεσις ἰδιωτικῆς ἀπει|ρίας καὶ τριβῆς ἀπόνου καὶ στρατιωτικῆς (3)·

* Τὸ γὰρ δαιμόνιον ὡς ἔοικε | ταύτην ἀμοιβὴν τῶν ἀσεβημάτων αὐτοῖς ἐδι|καίωσεν | (4).

Ὅτι τὸν Σπόνδιον (b) ἀνεσταύρωσεν Ἀμίλκας· ὁ δὲ Μάθως Ἀννίβαν
28. εἰς | τὸν αὐτὸν σταυρὸν αἰχμάλωτον λαβὼν προσήλωσεν (5)· ὥστε δοκεῖν τὴν | τύ-

DIODORI EXCERPTA

LIBRI XXV.

1. * Quamobrem rebellibus contigit ut non minus obsiderentur quam obsiderent, propter commeatus penuriam.

* Et hi quidem strenuitate animorum haud erant hostibus deteriores; sed tamen ab inscitia ducum magna detrimenta acceperunt. Quare et tunc ipso experimento cognoscere licuit quantopere praestet imperatoria prudentia privatorum imperitiae aut usui indocto gregalium militum.

* Videtur numen hanc illis impietatis retributionem merito decrevisse.

Spondium Hamilcar in crucem egit; Matho autem Hannibalem captum eadem in cruce fixit. Quare visa est fortuna tamquam de industria largiri

(a) Cod. στρατιωτικὴ. (b) Ita cod. non Σπένδιον, ut vulgo scribitur.

(1) Suprascriptum de Barca fragmentum subsequitur in codice, et quidem in eadem pagina 130. eodemque versu 12-19. locus ille ex Epicuri ratis sententiis, a vocabulo Ἐπίκουρος usque ad συμφορὰς, qui in hoeschelianis fragmentis editis ponitur initio libri XXV. Hinc ergo rursus cognoscimus transitum fieri a libro XXIIII. ad XXV. Et eum quidem locum, utpote editum ego praetermitto; ubi tamen in ed. est v. 1. ἐπὶ ταῖς, codex melius habet ἐν ταῖς; ubi ed. τὴν κακίαν, codex tantum κακίαν; ubi denique ed. καὶ συλλήβδην, codex plenius καὶ αὐτοῖς συλλήβδην.

(2) Pertinet hoc excerptum ad bellum mercenariorum rebellium in Africa adversus Carthaginienses, quod accurate scribit Polybius sub finem primi libri. Diodorus autem sententiam prope ad literam sumit a Polybio I. 84, qui ait rebelles dum obsiderent Carthaginem, vicissim ab Hamilcare Barca, qui agrum incursabat, commeatu exclusos fuisse ac prope obsessos.

(3) Rursum Diodorus repetundarum fit reus, quia scilicet a Polybio loc. cit. hoc fragmentum prope ad litteram exscribit; cuius quidem fragmenti pars posterior extat etiam sub initiis libri huius XXV. in fragmentis editis Diodori p. 510. Porro autem sermo est de mercenariis qui inferiores Poenis erant non pugnandi ferocia sed ducum peritia.

(4) Polybius loc. cit. τοῦ δαιμονίου τὴν οἰκείαν ἀμοιβὴν αὐτοῖς ἐπιφέροντος, τῇ πρὸς τοὺς πέλας ἀσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ. Loquitur de mercenariis qui fame adacti, mutuo vorabant.

(5) Polyb. I. 86.

Digitized by Google

χην ὥσπερ ἐπίτηδες ἐνάλλαξ τὰς εὐημερίας καὶ τὰς ἥττας ἀπονέμειν τοῖς περὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἠσεβηκόσιν (1). 32.

Ὅτι δύω πόλεις (2) οὐδεμίαν ἀφορμὴν εἶχον πρὸς διάλυσιν, διὰ τὸ | μὴ
P. 219 καταλελοιπέναι σφίσιν ἐλέῳ μηδὲ συγγνώμῃ τρόπον τινὰ | | κατὰ τὰς πρώτας ἐπιβολάς. οὕτω κατὰ τὰς ἁμαρτίας μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης, καὶ τὸ μηδὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπιτηδεύειν.

II. Ὅτι οἱ μὲν Κελτοὶ τοῖς πλήθεσιν ὄντες πολλαπλάσιοι καταπεφρονημα|τισμένοι τῷ θράσει καὶ ταῖς ἀλκαῖς, καταπεφρονηκότως διηγωνίζοντο· οἱ δὲ 4.
περὶ τὸν Βάρκαν τὸ τοῦ πλήθους ἐλλιπὲς ταῖς ἐμπειρίαις ἐπειρῶντο διορθώσασθαι· οἱ μὲν οὖν πᾶ|σιν ἔδοξαν ἐμφρόνως περὶ τούτων βεβουλεῦσθαι· ἡ δὲ τύχη παρ' ἐλ|πίδας ἐβράβευσεν τὰς πράξεις, καὶ τὸ δοκοῦν ἀδύνατον εἶναι καὶ | 8.
ἐπικίνδυνον παραδόξως κατώρθωσεν (3).

Ὅτι Ἀσδρούβας | μαθὼν πρακτικωτέραν οὖσαν τῆς βίας τὴν ἐπιείκειαν, προέκρινε τὴν εἰρήνην τοῦ πολέμου (4).

* Διὸ πᾶσα πόλις (5) ἀεὶ τὰ ὠδαγ|γελλόμενα φιλοπευστοῦσα, καὶ ταῖς διαδιδομέναις φήμαις με|τάμιλος οὖσα, πολλῆς ἀγωνίας ἐπληροῦτο. 12.

III. Ὅτι ὁ πρεσβύ|τατος τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης ἐκπεμφθέντων πρεσβευτῶν ἐν

vicissim successum et calamitatem iis qui adversus humanam naturam iniurii fuerant.

Neutra urbs spem ullam reconciliandae pacis retinebat; propterea quod utraque iam inde a defectionis initiis omnem sibi praecluserat misericordiae veniaeque impetrandae aditum. Adeo in peccatis quoque interest moderatio, et nihil extra humanam conditionem committere!

2. Galli quum longe maiore numero essent, audacia viribusque suis elati, contemptim bellum gerebant: Barcas autem numeri defectum virtute et peritia compensare nitebatur. Atque is quidem vulgo credebatur sapienti consilio in his uti; fortuna vero insperatos successus largita est; et quod impossibile plenumque periculo videbatur, feliciter praeter opinionem expedivit.

Hasdrubal efficaciorem expertus violentia mansuetudinem, bello pacem praetulit.

* Idcirco civitas universa rumoribus audiendis semper intenta, pro nuntiorum diversitate animos mutans, multiplici consternatione implebatur.

3. Legatorum Roma missorum natu maximus vestis sinum in senatu punico

(1) Variat verbis, non sententia, Polybius loc. cit.

(2) Utica et Hippo (vel potius Hippagreta Diodor. fragm. p. 567. Polyb. I. 70) veniam desperantes teste Polybio I. 88, cuius heic quoque plagiarius Diodorus est. Nec tamen quisquam putet Polybium potius quam Diodorum occurrere in hac vatic. membrana, et me labi errore, dum alterum suppono alteri. Namque heic revera excerpi Diodorum, testis est tum universus quaternio, tum nominatim materia paginae utriusque 129 et 130, quibus in paginis sunt partes Diodori non dubiae, ut illa ex Epicuro, ut aliae quae iamdiu in fragmentis Diodori editis extant. Et quidem postrema sententia, ab ὥστε ad [illegible], est apud Diodor. fragm. ed. p. 510.

(3) Intellige bella in Hispania ab Hamilcare Barca feliciter confecta, non solum contra Iberos verum etiam contra Gallorum ducem Istolatium; quae congestim narrantur in Diodori fragmentis editis lib. XXV. p. 510. sqq.

(4) Hasdrubal, Hamilcaris in imperio successor, Hispaniam pacifice demum tenuit. Diod. fragm. ed. lib. XXV. 511. Vel intelligitur deditio Numidarum in Africa rebellantium, quibus sub regum missis pepercit Hasdrubal. Diodor. fragm. lib. XXV. p. 510.

(5) Utrum Carthago, pace numidica nondum composita, intelligenda sit, an alia quaevis civitas, non divino.

Digitized by Google

16. τῷ | συνεδρίῳ τῶν Καρχηδονίων δείξας τῇ γερουσίᾳ τὸν κόλπον, οἱ | παρὰ τοῦ πρεσβευτοῦ Ῥωμαίων γενόμενοι πρὸς τὴν γερουσίαν | τῶν Καρχηδονίων λόγοι ἐψήφισαν φέρειν (a) αὐτὸν καὶ τὴν εἰρήνην καὶ | τὸν πόλεμον· ἀπολείψειν οὖν τούτων πότερον ἂν οἱ Καρχηδόνιοι | βεληθῶσιν· τοῦ δὲ τῶν Καρχηδο-
20. νίων βασιλέως εἰπόντος | ποιεῖν αὐτὸν ὁπότερον ἂν βούλοιτο, ἔφη τὸν πόλεμον ἐρίνμι | · τῶν δὲ Καρχηδονίων οἱ πλείους εὐθὺς ἀνεβόησαν δέχεσθαι (1).

IIII. Ὅτι οἱ κατὰ τὴν Οὐικτόμελαν (2) πόλιν ἐκπολιορκηθέντες συνέ|φυγον
24. εἰς τὰς ἰδίας οἰκίας ἐπὶ τέκνα καὶ γυναῖκας, τὴν ἐσχά|την παρ' αὐτῶν λη-ψόμενοι τέρψιν, εἰ δέ τίς ἐστι τέρψις τοῖς ἀ|πολλυμένοις, εἰ μὴ δάκρυα καὶ τὸ τελευταῖον ἐν τῷ ζῆν τῶν συγ|γενῶν ἀσπασμός· ταῦτα γὰρ τοῖς ἀποτυχοῦσιν ἔχειν τινὰ δοκεῖ κου|φισμὸν τῶν ἀκληρημάτων· οἱ μὲν οὖν
28. πλεῖστοι τὰς οἰκίας ἐμπρή|σαντες πανοικὶ, μετὰ τῶν συγγενῶν κατεφλέχθησαν, καὶ τὸν ἐπὶ τῆς ἰδίας ἑστίας τάφρον ἑαυτοῖς ἐπέστησαν· τινὲς δὲ εὐτυχωτάτως (3) | τοὺς ἰδίους προαναλόντες, ἑαυτοὺς ἐπικατέσφαξαν. αἱρετώτε|ρον τὸν αὐτόχειρα θάνατον ὑπολαβόντες τοῦ διὰ τῶν πολεμίων | μετ' ὕβρεως συν-
32. τελεσθέντα (4).

ostendens, verbaque ibidem pro suae legationis munere faciens, pacem dixit se in illo sinu bellumque ferre; atque hinc, quod Poeni mallent, se expositurum. Tum Carthaginiensium rege dicente, alterutrum pro voto faceret; romanus bellum, inquit, emitto: quod pars maior Carthaginiensium se excipere protinus acclamavit.

4. Expugnata Victomela urbe, propugnatores ad lares proprios diffugiebant ad supremum solamen e liberis coniugibusque suis delibandum; si tamen perituris solatio sunt merae lacrymae et extremus consanguineorum ante vitam dimittendam complexus. Haec enim infelicibus habere quoddam videntur infortuniorum levamen. Itaque plurimi laribus subiecto igne, cum universa familia semet incendio absumpserunt, atque in domesticis focis sepulcrum sibi comparaverunt: nonnulli autem longe feliciore exitu utentes, suis ante interfectis, semet insuper interemerunt; melius existimantes manu propria spontaneam necem quaerere, quam contumeliosam ab hostibus expectare.

(a) Cod. φέρει.

(1) Res notissima, veluti apud Appianum hisp. cap. XIII, Polyb. III. 33.

(2) Quaerendum diligentius de hac urbe, cuius nomen ita se habet evidenter in codice; excidium autem pertinet ad belli hannibalici initium. De Sagunto certe non est cogitandum, cuius suprema fata aliter narrantur in editis Diodori fragmentis lib. XXV. fin. Praeter quam quod Sagunti eversio contigit ante bellum secundum denunciatum. Utrum autem haec de capta Victomela narratio ad XXV, an potius ad XXVI librum pertineat, merito dubitandum est.

(3) Contradicunt iure meritoque Polybius XXX. 7, et Cicero de rep. VI. 15, cum aliis auctoribus ibi a me laudatis.

(4) Quaeret fortasse aliquis cur tam brevia horum Diodori librorum excerpta in vaticano codice sint? Atqui is meminisse debet, iam horum librorum alias eclogas extare, quas Hoeschelius et Valesius in aliis codicibus invenerunt, sub aliis titulis. Nunc codex vaticanus, quum ea sola propemodum excerpta habeat, quae pertinent ad titulum *de sententiis*; sequitur ut ea magnae molis esse nequeant. Fieri enim potest, ut in omnibus fere constantiniani operis titulis, qui plus quinquaginta fuerunt, pars aliquantula singulorum librorum conclusa fuerit: atque hinc cognoscimus, cur satis modica vaticano huic titulo *de sententiis* ex unoquoque libro pars obtigerit.

Digitized by Google

Δ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Υ

Ε Κ Λ Ο Γ Α Ι

ΕΚ ΒΙΒΛΙΩΝ Κς. ΚΖ. ΚΗ. ΚΘ. Λ.

P. 320. Ὅτι Ἀννίβας πρὸς τὴν τοῦ δι||κτατωρος Φαβίου σύνεσιν ἀντιμηχανώμενος εἰς παράταξιν | αὐτὸν προύκαλεῖτο, καὶ τοῖς τῆς δειλίας ὀνείδεσιν ἐπειρᾶτο συν|αναγκάζειν εἰς τὴν διὰ μάχης κρίσιν συγκαταβαίνειν (1)· ὡς δὲ οὐκ ἐ|πείθην, ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων ἐβλασφήμει τὸν δικτάτωρα, καὶ | παιδα- 4.
γωγὸν (2) ἐπικαλῶν αὐτὸν ὠνείδιζε τὴν δειλίαν· ὁ δὲ τὴν ὕ|βριν ἀταράχως ⟨καὶ⟩ βαρέως ἤνεγκεν.

Ὅτι φύσει οἱ ἄνθρωποι ταῖς μὲν | εὐημερίαις προστρέχουσι, τῇ δὲ πταισάντων (3) τύχῃ συνεπιτίθενται |.

Ὅτι κατὰ τὴν Καπύην προτεθείσης βουλῆς ἐν ἐκκλησίᾳ κοινῇ | τί πρα- 8.
κτέον εἴη περὶ τῆς ἀποστάσεως, ἐπέτρεψαν οἱ Καπυηνοὶ | γνώμην ἀποφήνασθαι τῷ προσαγορευομένῳ Παγκύλῳ Παύκῳ (4) | · ὁ δὲ ἐκτὸς τῶν φρενῶν γεγονὼς διὰ τὸν Ἀννίβου φόβον, ὤμο|σε τοῖς πολίταις ἰδιότροπον ὅρκον. ἔφη- 12.
σε γάρ· εἰ τῶν ἑκατὸν | ἐλπίδα μίαν εἶχεν ἐν τοῖς Ῥωμαίοις, οὐκ ἂν μετέ-

DIODORI EXCERPTA

L I B R O R U M XXVI. XXVII. XXVIII. XXVIIII. XXX.

1. Hannibal adversus Fabii dictatoris prudentiam dexteritate utens, in aciem eum exciebat, et pusillanimem increpando dabat operam ut ad pugnae experimentum pertraheret. Quod ubi Hannibal Fabio non persuasit, populus quoque romanus dictatori interim obloquebatur, paedagogumque appellando timiditatem illi exprobrabat. Verum is convicia imperturbatus constanterque ferebat.

Homines ita sunt generati, ut rebus prosperis plaudant, pereuntium autem fortunam ultro praegravent.

Capuae proposita in concilio publico deliberatione, utrum facienda esset defectio, Campani civem quendam nomine Pancylum Paucum sententiam dicere iusserunt. Is autem Hannibalis timore consternatus pronunciavit inter cives peculiaris generis iusiurandum. Dixit enim: si spei pars centesima de Romanorum fortu-

(1) Res ab Hannibale in Italia gestas scripsisse Diodorum in XXVI libro, valesiana fragmenta edita nos docent.

(2) Ludebat nimirum populus in significatu vocabuli *dictator*, qui est *magister*. Videsis Ciceronem de rep. I. 40, cum scholiis meis.

(3) Extat brevis haec sententia etiam in fragmentis editis libri XXVI. p. 513, ubi miror tam hoeschelianum codicem quam meum vaticanum habere ῥθασάντων pro πτασάντων.

(4) Hic est, qui apud Livii XXIII. 2. sqq. vulgatum textum dicitur *Pacuvius Calavius*, quemque rectius nonnulli critici scribendum *Pacullum* existimant. Eadem corruptio *Pacuvius* pro *Paculio* vel *Pactulo* irrepsit etiam in Silium XI. 58, observantibus item criticis; sine dubio a librariorum inscitia, quibus notum erat vocabulum *Pacuvius*, ignotum *Pacullus* vel *Pactulus*. Nunc Diodorus exhibet nobis *Pancylum Paucum* pro *Pacuvio Calavio*. Ad rem quod adtinet, hic sane vir Capuam Poenis prodidit, testibus etiam Livio Silioque; sed aliter apud hos narratio fit.

Digitized by Google

στη πρὸς Καρχη|δονίους· νῦν δὲ φανερᾶς οὔσης τῆς τῶν πολεμίων ὑπεροχῆς,
16. καὶ τοῦ κινδύνου ταῖς πύλαις ἐφεστῶτος, ἀναγκαῖον εἶναι ταῖς | ὑπεροχαῖς εἴκειν· τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ πάντων συγκαταθεμέ|νων προστίθεσθαι τοῖς Καρχηδονίοις.

Ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη φύσις τὴν συνήθη (a) τῶν πόνων ἄσκησιν καὶ δίαιταν εὐτελῆ δυσχερὲς (b) | προσίεται, τὴν δὲ ῥαστώνην καὶ τρυφὴν ἑτοίμως (c) διώκει (1).

20. II. Ποικίλη | δέ τις ἀνωμαλία κατεῖχε τὰς πόλεις, ὡς ἂν τῆς ὁμονοίας δεῦ|ρο κἀκεῖσε λαβούσης τὰς ῥοπάς (2).

Ὅτι ταῖς τῶν πραγ|μάτων μεταβολαῖς καὶ τὰς τῶν φίλων εὐνοίας θεωρεῖν ἔστιν συμ|μεταβαλλούσας.

24. Ὅτι αἱ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀρεταὶ κἂν παρὰ | πολεμίοις ἐνίοτε τυγχάνωσι τιμῆς (3).

Ὅτι πολλαὶ γυναῖκες καὶ | παρθένοι καὶ παῖδες ἐλεύθεροι συνείποντο τοῖς Καπυηνοῖς διὰ | τὴν ἀπορίαν τῆς τροφῆς (4)· κὴ γὰρ πόλεμος ἐνίοτε βιάζεται
28. τοὺς | κατὰ τὴν εἰρήνην ἐν πολλῇ σεμνότητι ζῶντας ὑπομένειν ἀνάξι|α τῆς ἡλικίας πάσχοντας (d).

na superesset, haud se defecturum ad Carthaginienses : nunc vero manifesta hostium victoria, periculoque portas pulsante, opus esse superioribus viribus cedere. Atque ita universi ad Carthaginiensium partes accedere decreverunt.

Natura comparatum est ut homines sociam laboris exercitationem cibumque vilem aegre admittant; otium vero et luxuriam alacriter sectentur.

2. Varia quaedam inconstantia urbes tenebat, dum modo hac modo illac foederibus suis inclinarent.

Cum fortunae conversionibus videre est amicorum quoque benivolentias commutari.

Virorum fortium virtutes vel ab ipsis interdum hostibus honorem consequuntur.

Multae matronae et virgines puerique ingenui Campanos sectabantur propter alimoniae penuriam. Quippe bellum aliquoties, eos qui pacis tempore pudice admodum vitam agitabant, indignas aetate contumelias pati cogit.

(a) Ed. ἀνυήθη. (b) Ed. δυσχερᾶς. (c) Male in ed. ὁμοίως. (d) Locutio Diodoro familiaris lib. XVI. 55, et alibi.

(1) Hoc fragmentum, cum aliqua varietate scriptum, habemus etiam in editis fragm. libri XXVI. p. 514; unde cognoscimus iustam eius sedem.

(2) Haud scio an de variis italicarum urbium partibus, modo ad Romanos modo ad Poenos deficientium sermo sit in hoc et sequente fragmento.

(3) Dubitabam loqui auctorem de Magio principe capuano, qui mutare fidem Romanis datam noluit; quemque Hannibal in vincula coniecit, sed interficere non est ausus. Ille autem ad Ptolemaeum tempestate delatus, libertatem a rege ob suam virtutem impetravit. Liv. XXIII. 10.

(4) Adhuc de luxuria Campanorum loquitur auctor; cuius reprehensio fit etiam in extremo fragmento edito libri XXVI. p. 514; unde patet, fragmentum hoc vaticanum ex eodem libro esse decerptum.

Et hoescheliana quidem fragmenta libri XXVI. in praedicta fere Campanorum luxuria cessare scimus. Valesiana autem in Wesselingii editione ex libro XXVI. continuantur indistinctis libris usque ad XXXI, in quo photianae ordiuntur eclogae. Iamvero quia vaticanus codex librorum distinctionem, neque hoc loco neque in aliis plerisque habet; et quia ego ducibus illis, quos hactenus eram secutus destituor, equidem cogor vaticana fragmenta a XXVI. libro ad XXXI. conglobata ponere, quod iam feci in excerptis a VII. ad X, nequid arbitratu meo et sine probabili ratione agere viderer.

Digitized by Google

Ὅτι ἡ τῶν Ῥωμαίων σύγκλητος | ὡς ἤκουσε τὴν Καπύην περιειλημμένην
παντα|χόθεν τείχει | διπλῷ, νομίζουσα τάχιον ἔσεσθαι τὴν ἅλωσιν, ὅμως οὐ
P. 123. διετήρη|σεν ἀμετάθετον τὴν ἔχθραν, ἀλλὰ διὰ τὴν συγγένειαν ἐψηφίσαντο|
πρὸ τακτῆς ἡμέρας τοὺς μεταθεμένους τῶν Καμπανῶν ἀθῴους ||| εἶναι· ἧς δὴ 32.
παραπέμψαντες τὴν φιλανθρωπίαν οἱ Καμπανοὶ, καὶ τὴν | παρ' Ἀννίβᾳ γε-
νομένην βοήθειαν ψυχαγωγούμενοι, τότε μετενόησαν, ὅτ' ἂν οὐθὲν ὄφελος ἦσαν
μεταμελεῖσθαι (1).

III. Ὅτι οἱ Συρακούσιοι διὰ | πενίαν ἀποροῦντες τροφῆς μετὰ τὴν ἅλωσιν, 4.
ἑαυτοὺς ὡμολόγουν | εἶναι δούλους, ὅπως πραθέντες τροφῆς μεταλάβωσι πα-
ρὰ τῶν | ὠνησαμένων· οὕτω τοῖς ἑπταικόσι Συρακουσίοις ἡ τύχη πρὸς τοῖς |
ἄλλοις ἀκληρώμασι τηλικαύτην ἐπέστησε συμφοράν, ὥστε ἀντὶ τῆς | δεδομένης 8.
ἐλευθερίας, ἑκουσίως αἱρεῖσθαι δουλείας (2).

Ὅτι Σκι|πίων τοὺς ὁμήρους ἀπολύσας ἐπεδείξατο ὡς πολλάκις ἑνὸς | ἀνδρὸς
ἀρετὴ προσέταττε συλλήβδην εἰς ἔθνη βασιλεῖς (3). | 12.

Ὅτι Ἰνδιβίλης ὁ κελτίβηρ συγγνώμης τυχὼν παρὰ Σκιπίωνος | , καιρὸν
εὑρὼν ἐπιτήδειον, πάλιν ἐξέκαυσε πόλεμον (4)· οὕτω γὰρ οἱ οὐ|πονηροὺς εὐποι-
οῦντες πρὸς τῷ τὴν χάριν ἀποβαλεῖν, ἀγνοοῦσι | πολεμίους ἑαυτῶν πολλάκις σω-
ματοποιοῦντες (5).

Romanus senatus nuncio accepto, quod iam Capua duplici vallo obsidionali teneretur; etsi existimabat mox fore capiendam, tamen in odio adversus eam non perseveravit; verum habita adfinitatis ratione, decrevit ut quicumque Campani intra certum diem ad se deficerent, ii impunitate uterentur. Verumtamen hac neglecta clementia Campani, sibique de Hannibalis suppetiis blandientes, tum demum resipuerunt, cum nullum paenitentiae fructum relaturi erant.

3. Syracusani post urbem captam ad paupertatem victusque penuriam redacti, ultro se servos esse dictitabant, ut divenditi sustentarentur alimonia a mancipibus. Atque ita devictis Syracusanis fortuna, praeter cetera mala, hanc quoque imposuit tantam calamitatem, ut libertati datae servitutem sponte praeponerent.

Scipio obsidibus libertate donandis palam fecit, ab unius saepe viri virtute reges populis compendiario opere praefici.

Indibelis celtiber veniam a Scipione consecutus, idoneam mox occasionem nactus, bellum denuo conflavit. Sic enim qui improbis bene faciunt, non solum beneficia sua perdunt, verum etiam sibi inimicos saepenumero incauti creant.

(1) Lege Appianum bell. han. cap. XXXVII. Livium XXV. 22.

(2) Subiungendum est vaticanum fragmentum valesiano illi p. 569, ubi Marcellus dicitur, corporibus quidem liberis pepercisse post Syracusas captas, sed tamen opes omnes militi diripiendas attribuisse.

(3) Ob huius loci intelligentiam legendus est Polybius X. 34 - 38, apud quem Scipio maior africanus Hispaniae regulos in fidem recipit, captivos propinquos illis largitur, ipse rex salutatur; et summa foederis egregii est, *ut Hispani Romanos dominos sequantur eorumque iussa facessant*.

(4) Polyb. XI. 26. sqq.

(5) Ab Isocrate ad Demonicum haec sumit fortasse Diodorus. Sed nos meliora Christus Deus docet Matth. V. 45.

Digitized by Google

Ὅτι ὁ Ἀσδρούβας εἰ μὲν καὶ τὴν τύχην ἔσχε συνεπιλαμβανομένην ,
16. ὁμολογουμένως | οὐκ ἂν ἠδυνήθησαν οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς τοῦτον ἅμα καὶ
πρὸς Ἀννίβαν | διαγωνίσασθαι (1) · διόπερ χρὴ τὴν ἀρετὴν τ' ἀνδρὸς ἐξετάζειν οὐκ
ἐκ | τῶν ἀποτελεσμάτων , ἀλλ' ἐκ τῆς ἐπιβολῆς καὶ τόλμης · τούτων μὲν |
γὰρ συμβαίνει τοὺς πράττοντας εἶναι κυρίους , ἐκείνων δὲ τὴν | τύχην ἔχειν
20. ἐξουσίαν (2).

amissorum quum trecenta milia mox fuisse dicantur, ut veritas historiae constet, sciendum est, ante hanc ipsam fatalem pugnam magnum iam amisisse militum numerum Antiochum, teste Iustino XXXVIII. 10, in persicis urbibus, quae commeatuum praebitione et iniuriis militum gravatae, post eius victorias rebellaverant, et hiemantem eiusdem exercitum per insidias passim trucidaverant; ita ut Antiochus cum parte tantummodo copiarum reliqua Arsaci in acie occurrerit. Lege gallum Valentem in Arsacid. hist.

(1) Iustinus loc. cit. *luxuriae non minor apparatus quam militiae fuit: quippe* LXXX *milia armatorum secuta sunt* CCC *milia lixarum*.

(2) Praesto adest Iustinus XLII. 1: *Phrahates cum inferre bellum, in ultionem tentati ab Antiocho parthici regni, Syriae statuisset, Scytharum motibus ad sua defendenda revocatur*. Pergit deinde narrare Iustinus Phrahatis infelix cum Scytis bellum eiusque in proelio caedem.

Digitized by Google

μὴν | ἡ τύχη γε ἐπελάθετο τ῀ ἰδίας φύσεως, ἀλλὰ καθάπερ κοπιῶσα | τῷ
28. ζῆν αὐτὸν συνεχῶς εὐποιεῖν, τηλικαύτ῀ παλίρροιαν | εἰργάσατο τ῀ πολέμου
παντὸς, ὥστε ζῆν εὐημεροῦντας εἰς | τέλος ταπεινῶσαι.

XI. Ὅτι Ἀρσάκης ὁ τ῀ Πάρθων βατιλεὺς | ἀλλοζίως πρὸς Σελευκεῖς διακεί-
32. μενος, κ῍ μνησικακῶν | ἔτι τ῀ ὕβρεσι κ῍ τ῀ τιμωρίαις αἷς ἐχρήσαντο κατ' P. 151.
αὐτοῦ ||| τ῀ στρατηγοῦ· κ῍ τ῀ Σελευκέων ἀποστειλάντων πρέσβεις κ῍ παρα|καλούντων
συγγνώμης τυχεῖν ἔτι τοῖς γεγονόσι, κ῍ βουλομένων αὐτ῀ | ἀπόκρισιν λαβεῖν,
4. ἤγαγε ζῆν πρέσβεις ἔτι τ῀ τόπον οὗπερ Πιτθίδης (1) | τυφλὸς ἐκάθητο ἔτι τ῀
γῆς ἐκτετυφλωμένος· ᾧ προσέταξεν ἀ|παγγέλλειν τοῖς Σελευκεῦσιν ὅτι πάντας
αὐτοῦ δεῖ τὰ αὐτὰ παθεῖν | · οἱ δ῍ φοβηθέντες τ῍ μὲν προγεγενημένων συμ-
φορῶν ἐπελά|θοντο δι' ὑ῀περβολὴν τ῍ προσδοκωμένων δεινῶν· ἀεὶ γὰρ καὶ-|
8. νότης τ῍ κακῶν ἀμαυροῦν εἴωθε τὰς προγεγενημένας ἀτυχίας | τοῖς ἀνθρώ-
ποις.

XII. * Τὸ δ῍ πλῆθος οὐ μόνον λαβόντι τ῀ ἀρχὴν (2), ἀλλὰ κ῍ μετα|πορευομένῳ,
ᾧ πρὸ τ῀ μετιέναι παρηκολούθει· κ῍ καταπλέοντι ἐκ | τ῀ Σαρδόνος ἀπήντα
12. ἐκβάντι (a), μετ' εὐφημίας κ῍ κρότων ἐδέχετο· | τοσαύτη πρὸς αὐτ῀ ἦν εὔνοιας
ὀχλικῆς ὑπερβολή (b).

Ὅτι ὁ Γράκ|χος δημηγορήσας τ῀ καταλύσαι ἀριστοκρατίαν (c), δημοκρα-
τίαν δ῍ | συστῆσαι, κ῍ ἐφικόμενος τ῀ ἁπάντων εὐχερείας τ῍ μερῶν, | οὐκέτι
16. συναγωνιζὰς ἀλλὰ καθάπερ αὐθέντας εἶχε τούτους ὑπὲρ | τ῀ ἰδίας τόλμης.
δεδεκασμένος γὰρ ἕκαστος τ῀ ἰδίαις | ἐλπίσιν ὡς ὑπὲρ ἰδίων ἀγαθῶν τ῍ εἰ-

this faciendo fessa, tantam belli conversionem fecit, ut felices dudum ad extremum depresserit.

11. Arsaces Parthorum rex infensus erat Seleuciensibus, memor videlicet iniuriarum atque cruciatuum quibus quendam e suis ducibus divexaverant. Quare Seleuciensibus ad se oratores mittentibus, ut veniam impetrarent, responsumque flagitantibus; Arsaces oratores eo duxit ubi Pitthides caecus humi sedebat, is cui oculi effossi fuerant: mandavitque Seleuciensibus renunciarent, ad par supplicium ut essent parati. Hi vero perterrefacti iam superiorum calamitatum obliviscebantur, dum poenas adeo graviores expectarent. Semper enim malorum novitas priora infortunia hominibus lenire solet.

12. * Populus autem non solum cum Gracchus dignitatem adiret, verum etiam cum ambiret, et ante quam ipsam deponeret, comitabatur eum: redeuntique e Sardinia occurrit, navi exeuntem cum acclamationibus plausibusque excepit. Tanta erat vulgi erga eum benivolentia!

Gracchus in concione suadens, ut aristocratia sublata, democratia stabiliretur, et consecutus omnium classium favorem, iam habebat universum populum non adiutorem tantummodo, verum etiam auctorem audaciae suae. Unusquis-

(a) Mallem ἐκβάντα. (b) Cod. εὔνοια ὀχλικῆς ὑπερβολῆς. (c) Cod. ἀριστοκράτην.

(1) Quaerendum est de hoc Pitthide. Tum de tyrannide seu saevitia, quam in Seleucienses exercuit Phrahatis satrapa, legendus est Iustinus XLII. 1. et prolog. lib. XLII. et Athenaeus XL 15. Sed enim Diodorus noster in fragm. ed. vocat hunc ipsum Parthorum regem, non praefectum, cuius verba ingeniose quidem, se haud scio an vere emendet Valesius in adnotationibus.

(2) Praetermisit eclogarius *Gracchi* nomen. Et quidem sermo est de Caio Graccho, non de Tiberio. Nam Caii fuit praetura sardoa, lex de iudiciis ad equites transferendis, et alia quae infra dicuntur. Lege Plutarchum in Caio Graccho, et Appianum bell. civ. I.

Digitized by Google

σφερομένων νόμων, ἕτοιμος | ἦν πάντα κίνδυνον ὑπομένειν· τῷ μὲν γὰρ συγκλητικῶν τὸ δικάζειν ἀφελόμενος, καὶ ἀποδείξας οὗτοι ἱππεῖς κριτὰς, τὸ χεῖρον | τῆς πολιτείας τοῦ κρείττονος κύριον (a) ἐποίησεν· καὶ τὴν προϋπάρχουσαν τῷ συνε- 20.
δρίῳ πρὸς τοὺς ἱππεῖς σύμπνοιαν διαστήσας, βαρὺν τὸν ὄχλον κατ' ἀμφοτέρων κατεσκεύασε· διὰ δὲ τῆς πάντων | διχοστασίας ἑαυτῷ δυναστείαν κατασκευάζων, καὶ τὸ κοινὸν ταμεῖον εἰς αἰσχρὰς καὶ ἀκαίρους δαπάνας καὶ χάριτας ἀνα- 24.
λίσκων (1), | εἰς ἑαυτὸ πάντας ἀποβλέπειν ἐποίησε· καὶ τῇ μὲν τοῦ δήμου | τόλμῃ καὶ πλεονεξίᾳ τὰς ἐπαρχίας ἀπορρίψας, ἐπεσπάσατο τοῦτο· | τοὺς ὑπο-
τεταγμένους δίκαιον μῖσος καὶ τὴν ἡγεμονίας· τοῖς δὲ | στρατιώταις διὰ τὴν νό- 28.
μων τὰ τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς αὐστηρὰ καταχωρησάμενος (2), ἀπειθίαν καὶ ἀναρχίαν εἰσήγαγεν εἰς τὴν πολιτείαν· | τὴν γὰρ ἀρχόντων καταφρονήσας κατεξανίσταται καινοτομῶν· ἐκ | δὲ τούτων τὴν ἐθῶν ὀλέθριος ἀνομία καὶ πόλεως ἀνατροπὴ γίνεται. |

XIII. Ὅτι ὁ Γράκχος ἐπὶ τοσοῦτο προέβη δυναστείας καὶ ὕβρεως ὥστε τὸν 32.
P. 152. ὄχλων. || κρινάντων ἐκβαλεῖν τὸν Ὀκτάυιον (b) ἐκ τῆς πόλεως (3), ἀφεῖναι αὐτὸν, εἰπὼν | τῷ δήμῳ, διότι ταύτῃ χάριν δίδωσι τῇ μητρὶ προεντετευγμένος ὑπ' αὐτῆς. |

Ὅτι ὁ Πόπλιος (c) μετὰ δακρύων ὑπὸ τοῦ ὄχλου προεπέμφθη ἐκβαλλόμενος 4.
ἐκ τῆς πόλεως (4)· οὐ γὰρ ἠγνοεῖτο πλῆθος τὸ τῆς ἐκβολῆς | ἄδικον, ἀλλὰ τὴν

que enim propria spe illectus, pro legibus quae ferebantur, tamquam pro bono proprio, quodvis discrimen adire paratus erat. Nam iudiciis senatui ereptis, atque ad equites translatis, potiorem reip. ordinem deterioris potestati Gracchus subiecerat; dissociataque senatorum et equitum concordia, gravem utrique ordini populum effecerat: atque ita ex universali discordia potentiam sibi confirmaverat: tum publicum aerarium in turpes absurdasque impensas lagitionesque exhauriens, ut cuncti ad se unum respicerent satagebat: popularium quoque hominum audaciae atque avaritiae praeturas temere impertiens, iustum provinciarum odium adversus romanum imperium concitabat. Militibus denique severitatem veteris disciplinae legibus suis remittens, licentia atque effreni libertate remp. pervertebat. Nam qui res novas molitur, magistratuum auctoritati cum contemtu adversatur. Porro ex his moribus perniciosa licentia et civitatis exitium gignitur.

13. Gracchus in tyrannidem tantam insolentiamque venerat, ut cum populus suffragiis eiiceret urbe Octavium, ipse eum missum fecerit dicens, hanc se gratiam matri largiri, quae pro illo intercesserat.

Popilius a populo lacrymabundo deducebatur dum urbem damnatus relinqueret: neque enim multitudo ignorabat inflicti exilii iniquitatem; sed largi-

(a) Cod. χεῖρον. (b) Ita cod. Ὀκτάυιον cum υ, non β, quod postremum Graeci facitare solent. (c) Ita cod. pro Ποπίλιος.

(1) Idem reprehendit in C. Graccho Cicero tuscul. III. 20, de off. II. 21.

(2) C. Gracchi lex quaedam militaris recitatur a Plutarcho in eius vita cap. V.

(3) C. Gracchi lege non urbe excludebatur Octavius, sed magistratibus, ut ait Plutarchus cap. IIII, qui intercessionem quoque matris Gracchorum memorat.

(4) Popilius hic Laenas est, lege C. Gracchi (Plutarch. loc. cit.) ad vertendum solum coactus, propterea quod in consulatu amicos Gracchorum damnavisset. Huius expulsi meminit Cicero cum in aliis scriptis, tum de rep. I. 3. Gellius vero lib. XI. 13. etiam de Gracchi quadam in Popilium oratione loquitur.

Digitized by Google

κατ' αὐτὸν δωροδοκίαν δεκαζόμενον ἀπεστέρητο | δ μισοπονηρούσης παῤῥησίας.

Ὅτι ἑπτὰ καὶ δέκα φυλαὶ | τὸν νόμον ἀπεδοκίμαζον, ἄλλαι δὲ ταύταις
8. ἴσαι παρεδέχοντο· | δ δὲ ὀκτωκαιδεκάτης διαριθμουμένης μία ψῆφος ὑπερῆρε | τῶν κυρούντων τὸν νόμον· δ δὲ τὸ δήμου κρίσεως εἰς οὕτω μικρὰν ῥοπὴν συν-
κλειομένης (1), ὁ Γράκχος ἡγωνία ὡς ὑπὲρ τοῦ ζῆν | κινδυνεύων· τῇ δὲ προσθήκῃ
12. μιᾶς γνώμης μαθὼν ἑαυτὸν νι|κῶντα, μετὰ χαρᾶς ἀνεφθέγξατο, τὸ μὲν ξίφος ὑπόκειται τοῖς ἐχθροῖς· | ὡς δὲ τῶν ἄλλων ὡς ἂν δὴ τύχῃ βραβεύσει στέρξομεν.

XIIII. Ὅτι Ἀλέξανδρος μετὰ τὸ ἱεροσυλῆσαι, ἔφευγεν ὅπη τὸ Πισίδιον (2)·
16. εἵπε|το δὲ αὐτῷ, ὡς ἔοικε, τὸ δαιμόνιον ἀόρατον ἐκ ποδῶν διώκον, καὶ | τῇ κατ' αὐτοῦ τιμωρίᾳ σύνεργον γινόμενον συνέκλεισεν εἰς τὸ τυχεῖν δ ἁρμοττού-
σης δίκης· συλληφθεὶς γὰρ ἀνήχθη πρὸς τὸν Ἀντίο|χον εἰς τὴν παρεμβολὴν δυ-
σὶν ἡμέραις ὕστερον δ ἱεροσυλίας· οὕτως ἀνέκφευκτος ἡ τιμωρὸς δίκη μέτεργε-
20. ται τὴν τῶν ἀσεβῶν | τόλμαν· ἐγρηγορυῖαι γὰρ διώκουσι θεῖαι ἀνοσίους ποιναὶ σύν-
τομον | τὴν τιμωρίαν φέρουσαι· ἄρτι γὰρ βασιλεὺς ἦν καὶ τεσσάρων μυρι|άδων στρα-
τοπεδευσεσῶν ἀφηγεῖτο, νῦν (a) δεδεμένος ἐπανήγετο πρὸς | ὕβριν καὶ τιμωρίαν πολεμίων.

tionibus contra illum corrupta eripi sibi libertatem permiserat improbis resistendi.

Septendecim tribus legem excludebant, totidem comprobabant: mox numeratis decimae octavae suffragiis, uno superavit factio eorum qui legem sciscebant. Interim vero dum populi iudicium in tam brevi puncto pendebat, Gracchus quidem summa animi consternatione angebatur, quasi de vitae discrimine dimicaret: mox quum uno adiecto suffragio victorem se cognovit, laetitia elatus, gladius inquit inimicis infixus est; ceteris autem eventibus, quoscumque fortuna obtulerit, contenti erimus.

Alexander post fanum direptum fugit Pisidium: verumtamen pone sequebatur eum, ut videtur, daemon occultus, qui vindictae sumendae factus adiutor, ad incitas eum redegit ut congruum supplicium nancisceretur. Quippe Alexander comprehensus ad Antiochum in castra ducebatur biduo post sacrilegium. Adeo certa supervenit scelestorum audaciae vindex nemesis; vigilesque furiae persequuntur impios non sine celeri poena. Nuper enim rex erat, et quadraginta militum milibus praecerat, nunc autem vinctus ad contumeliam poenamque ab hostibus subeundam trahebatur.

(a) Ita cod.; sed malim νῦν.

(1) Heic plane agitur de lege qua Tiberius Gracchus tribunatum Octavio collegae abrogavit (Plut. in Tib. Gracch. cap. XII.) Quare non explico cur Diodorus res Tiberii post illas Caii collocet quae recentiores fuerunt.

(2) Agitur de Alexandro II, cognomento Zabina, Syriae rege. Iamvero in valesianis quoque fragmentis p. 604. is rex dicitur post sacrilegam direptionem fugisse Pisidium. Igitur valesiano fragmento prorsus subtexendum est vaticanum hoc, in quo narratio supremi fati continuatur, quae res deest in valesianis. Diodorum illustrat Iustinus XXXVIIII. 2: *Alexander victus et inops pecuniae, cum stipendia militibus deessent, templo Iovis solidum ex auro victoriae signum tolli iubet, facetis iocis sacrilegium circumscribens; nam victoriam commodatam sibi ab Iove esse dicebat. Interiectis deinde diebus, cum ipsius Iovis aureum simulacrum infiniti ponderis tacite evelli iussisset, deprehensusque in sacrilegio concursu multitudinis*

Digitized by Google

XV. Ὅτι ἀγομένου δεδεμένου δι᾽ ὅλου | παρεμβολῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως τῆς 24.
Συρίας, τοῦ|το ἄπιστον ἐδόκει τοῖς ἀκούουσιν ἀλλὰ μὴ τοῖς ὁρῶσιν· οἱ | γὰρ
ἐνεργῆσαν τῆς αἰσθήσεως τὸ μηδέποτε γενέσθαι προσδοκη|θὲν τοὐναντίον μᾶλλον
ἐπίστευον· ἐπεὶ δὲ δι᾽ ὅλου τῆς ὁράσεως ἐβε|βαιοῦτο τἀληθὲς, ἅπαντες θαυμάζοντες 28.
ἀπέλυον ἀπὸ τῆς θεας|, οἱ μὲν ἀθρόοις καὶ συμπαθέσι φωναῖς ἐπισημαινόμενοι
τὴν τοῦ δαι|μονίου δύναμιν, οἱ δὲ ποικίλως ἐκφερόμενοι τὸ τῆς τύχης ἄ|στατον,
τὸ παλίντροπον τῶν ἀνθρωπίνων, τὴν ὀξύτητα τῆς παλιρροί|ας, ὡς εὐμετάβολος ὁ 32.
βίος τὶς οὐκ ἂν προσεδόκησεν. |||

P. 353. (1) Ὅτι ὁ Φλάκκος . . . ἔφυγεν (2) . . . ἀνδράποδα . . . [*in margine* περὶ Κορδίσκων (3)] . . . σθαι τῆς

Ὅτι . . . τὴν Ῥώμην ἐπικρατεῖν . . . Ὅτι ἡ φρόνησις . . . τῆς τύχης . . . λῶς . . . πολλάκις ἡ ταύτης . . . τὰς ἁπάντων ἐλπίδας . . . .

Ὅτι ὁ βασιλεὺς τῶν Νομάδων Ἰογόρθας (4) θαυμάσας τὴν ἀνδραγαθίαν τῶν Ῥωμαίων . . . αὐτὸν ἐπαινέσας ἐν τῷ . . . .

φιλοῖς ἀπεφήνατο δὲ ὅτι τούτοις λόγοις . . . ἐπὶ δι᾽ ταύτης τῆς Λιβύης . . .

13. Dum Syriae rex Alexander duceretur per castra vinclis gravatus, videbatur id non audientibus solum verum etiam cernentibus incredibile. Nam qui minime id futurum sibi persuaserant, praesentis sensus vim resprimere nitebantur: sed enim postquam omnino visu veritas confirmata est, omnes admiratione suspensi eo spectaculo consternabantur: et alii quidem frequentibus ac miserantibus vocibus vim adversi genii incusabant; alii varie obloquebantur de fortunae inconstantia, de rerum humanarum volubilitate, de conversionum celeritate, et quod tam variabilem esse vitam nemo speraret.

Flaccus . . . fugit . . . Rex Iugurtha fortitudinem Romanorum miratus . . . .

esset in fugam versus, magna vi tempestatis oppressus, ac desertus a suis, a latronibus capitur; perductusque ad Grypum (Syriae legitimum regem) *interficitur*.

(1) Diodori vaticani quaternio ultimus incommodam lacunam nobis exhibet; nam folii extimi prior pars, paginis duabus 353. 354. constans, ita oblitterata est, ut in recta pagina pauca verba legi possint, in aversa nihil omnino. Posterior folii pars periit, quia avulsa olim fuit ab eo qui codicem rescripsit; ideoque folium, non par sed solitarium mansit. Ergo ut de parte priore utcumque superstite loquar, id sine dubio folium ad hunc postremum quaternionem pertinet, atque eius materia omnino interiacet inter Alexandri Zabinae obitum et Carbonis atque Silani eruentum consulatum. Nam Flacci, sive is Valerius est sive Fulvius, et res Iugurthae, quae in fragmento occurrunt, in id tempus incidunt.

(2) Equidem si agitur de Fulvio Flacco, is in officinam fuga elapsus, iussu Opimii consulis interfectus fuit. Appian. bel. civ. I. 26. Sin de Valerio Flacco, is a Fimbria pariter occisus in Asia fuit, teste Paterculo II. 23, quo in loco Paterculus de Carbonis quoque consulatu loquitur, qui mox in vaticanis excerptis occurrit.

(3) Brevem sermonem de Cordiscis (sive Scordiscis) fuisse in hac pagina a v. 6. ad 10. docet nos inscriptio in margine, quum tamen ipse textus legi nequeat. Erat autem revera hic locus loquendi de Scordiscis, contra quos paulo ante susceptum ingurthinum bellum, Romani malam pugnam pugnaverunt anno urbis DCXL. Florus III. 4: *Saevissimi omnium Thracum Scordisci fuere etc. fusus non modo ab his et fugatus, sed totus interceptus exercitus, quem duxerat Cato*.

(4) Ita scribitur per ο, non per ου, nomen hoc apud Diodorum etiam in fragm. ed. p. 605. 605. qui locus editus extat post Alexandri Zabinae res, uti etiam in vaticanis excerptis. Quare

Digitized by Google

XVI. . . . Κάρβωνος καὶ Σιλανοῦ (1) · τοσούτου ἦν πλήθους ἀνηρημένου, οἱ μὲν P. 245.
υἱοὺς | οἱ δὲ ἀδελφοὺς ἐπένθουν · τινὲς δὲ πατέρων ὀρφανοὶ παῖδες ἀπολε|λειμ-
4. μένοι, τὴν τῶν γονέων ἀπώλειαν καὶ τὴν Ἰταλίας ἐρημίαν | κατωδύροντο · πλεῖσται δὲ
γυναῖκες ἀνδρῶν ἐστερημέναι, χηρείας ἀτυχοῦς ἐλάμβανον πεῖραν · ἡ δὲ συγκλη-
τος μεγαλοψύχως | φέρουσα τὴν συμφορὰν, τά τε πολλὰ πένθη καὶ τὴν ὑπερβο-
8. λὴν | τῶν κλαυθμῶν τὸ πολὺ κατέστελλε, καὶ τὴν ὅλην τῇ συμφορᾷ | λύπην
ἐπικρυπτομένη βαρέως ἔφερεν.

Ὁ Λεύκελλος (2) | ὁ στρατηγὸς πυθόμενος διαβεβηκέναι τὸν πορθμὸν Σερουίλιον |
Γάϊον στρατηγὸν ὑπὸ τὴν διαδοχὴν τῶν πολέμου, τούς τε στρατιώτας ἀπέλυσε,
12. καὶ προῖκάρακας καὶ τὰς κατασκευὰς ἐνέπρησε |, βουλόμενον τὸν διαδεχόμενον τὴν
ἀρχὴν, μηδεμίαν ἔχειν ἀξιόλογον ἀφορμὴν εἰς τὸν πόλεμον · βλασφημούμενος
γὰρ ὅτι τῷ | δοκεῖν τὸν πόλεμον ἄρδην (3), ὑπελάμβανε τῇ τούτου ταπεινώσει | καὶ
ἀδοξίᾳ καὶ τὴν τούτου κατηγορίαν καταλύσειν |.

16. . . . . Carbonis atque Silani. Tanta autem multitudine occisa, alii filios alii fratres lugebant, alii in orbitate relicti liberi, deplorabant parentium exitium et Italiae solitudinem: plurimae vero mulieres viris spoliatae acerumnosam viduitatem experiebantur. Interim senatus excelso animo cladem ferens, multos saepe luctus et ploratuum summam vim reprimebat; quamque ipse ex tam gravi casu tristitiam capiebat, fortiter tolerabat.

Lucullus imperator quum fando audisset Caium Servilium cum imperatoria dignitate iam fretum traiecisse ut sibi belli successor fieret; et milites missione donavit, et vallum munitionesque cremavit, nullum volens imperii successori utile subsidium gerendi belli relinquere. Nam quia Lucullus diffamatus fuerat propterea quod bellum diutius trahere visus esset, dum Servilium deprimit atque inglorium facit, illatam quoque sibi criminationem putabat se repulsurum.

vaticani folii propriam heic esse sedem certo cognoscimus.

(1) Consulatus Carbonis cum Silano scribitur apud antiquum interpretem Ciceronis a me Mediolani editum in prohoemio ad orationem Tullii pro Archia. Iamvero Silanum credendum esse suffectum consulem anno urbis DCLXX, post Cinnae consulis caedem, erudite olim me admonebat vir clari in litteris nominis. Sed ecce obstat Paterculus II. 24, qui narrata Cinnae consulis caede, diserte addit: *Carbo, nullo sufficto collega, solus toto anno consul fuit*. Sed pace Paterculi, Silani certe consulatus in fastos recipiendus est; nullus autem aptior ei locus videtur, quam ea, de qua diximus, post Cinnae caedem suffectio; ita ut Silanus consul fuerit cum Carbone II. Rem fastographi nostri diligentius perpendant, atque ad liquidum deducant.

(2) Hic est Lucius Lucullus, pater illius qui Ciceronis aetate luxu claruit. Lucius bellum servile in Sicilia male gessit, uti satis innuitur etiam in fragmentis Diodori editis libri XXXVI. p. 556, unde etiam constat vaticanum hoc fragmentum pertinere ad eundem librum.

(3) Ita etiam in fragm. ed. sed aliis verbis. Notabile vero est quod idem crimen protracti belli obiectum fuit Lucullo filio adversus Mithridatem pugnanti. Appian. mithr. cap. XC, et Symmach. orat. I. in Valentin. cap. XVI.

Digitized by Google

ΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΕΚΛΟΓΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΛΖ. ΛΗ. ΛΘ. Μ.

I. Ἀφ' ὧν χρόνων αἱ τῶν ἀνθρώπων πράξεις δι' τῆς ἱστορικῆς ἀναγρα- 16.
φῆς | εἰς αἰώνιον μνήμην παρεδόθησαν (1), μέγιστον ἴσμεν πόλεμον τὸ | μαρσικὸν ὀνομασθέντα ἀπὸ Μαρσῶν (2)· οὗτος γὰρ πάντας τοὺς προγεγονότας ὑπερεβάλετο τοῖς στρατηγῶν ἀνδραγαθίαις | καὶ τῷ μεγέθει τῶν πράξεων· τὸ γὰρ ζωϊκὸν πόλε- 20.
μον καὶ τὰς τῶν | ἡρώων ἀρετὰς ὁ διαφανέστατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος εἰς ὑπερ|βολὴν δόξης ἐτραγῴδησεν· ἐν ᾧ δι' Εὐρώπης πρὸς τὴν Ἀσίαν | διαπολεμούσης, καὶ τῶν μεγίστων ἠπείρων ὑπὲρ δι' νίκης διαφι|λοτιμουμένων, τοιαῦται πράξεις 24.
ὑπὸ τῶν ἀγωνιζομένων συνε|τελέσθησαν, ὥστε τοῖς ὕστερον γενομένοις ἀνθρώποις ἐμ- πλησθῆναι τὰ | θέατρα μυθικῶν καὶ τραγικῶν ἀγωνισμάτων· ἀλλ' ὅμως ἐκεῖ- νοι | μὲν ἔτεσι δέκα τὰς ἐν τῇ Τρωάδι πόλεις κατεπολέμησαν· Ῥω|μαῖοι δὲ 28.
ὕστερον χρόνοις μιᾷ παρατάξει νικήσαντες Ἀντίοχον | τὸν μέγαν, καὶ Ἀσίας κύ- ριοι κατέστησαν. Μετὰ δὲ τὰ τρωϊκά, τὴν | Περσῶν βασιλέως στρατεύσαντος ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ δι' ἣν | ὑπερβολὴν τῶν πλήθους τῶν ἀκολουθούντων αὐτῷ στρα-

DIODORI EXCERPTA

EX LIBRIS XXXVII. XXXVIII. XXXVIIII. XL.

I. Ex quo tempore res gestae hominum in historicis scriptis aeternae commendari memoriae coeperunt, illud maximum novimus fuisse bellum, cui marsicum a Marsis nomen est. Hoc enim priora omnia superavit et ducum strenuitatibus et gestarum rerum magnitudine. Troianum quidem bellum heroumque virtutes clarissimus poetarum Homerus ad eximiam gloriam tragice extulit: in quo bello dum Europa cum Asia certaret, duaeque maximae orbis partes victoriae honorem ambirent, ea facinora a bellatoribus patrata fuerunt, quibus apud posteros theatra mythicis tragicisque ludis repleta fuerunt. Atqui heroes illi toto decennio unius Troadis urbes oppugnaverunt: Romani autem recentiore tempore, quum proelio unico superassent magnum Antiochum, Asiae domini facti sunt. Post res troianas, a Persarum rege suscepta contra Graeciam expeditione, quum ob innumeram sequentium eum militum multitudinem perennes flu-

(1) Similis sententia sed aliis verbis expressa lib. XXXIII 1.

(2) Tam in photianis eclogis quam in valesianis bellum marsicum collocatur in XXXVII libro. Ego vero narrationis librique ut arbitror ipsum exordium nunc e vaticano codice edo. Imitatur sane Diodorus Thucydidem qui sic loquitur de peloponnesiaci belli magnitudine. Nequis vero exaggeratam huius belli magnitudinem putet, testis adest Paterculus qui lib. II. 15, ait id bellum amplius CCC milia iuventutis italicae abstulisse.

Digitized by Google

τιωτῆ | ἀναξηραιμένων τῆ ἀεννάων ποταμῶν, ἡ Θεμιστοκλέους || στρατηγικὴ σύν- P. 2 56.
εσις μὴ δ τῆ Ἑλλήνων ἀρετ τοῦ Πέρσας κα|τεπολέμησεν. Κατὰ ὃ τοῦ αὐτοῦ. καιροὺς Καρχηδονίων τρια|κοντα μυριάσιν ὅπι᾽ τ Σικελίαν στρατευσάντων,
4. Γέλων ὁ Συρα|κουσίων ἀφηγούμενος ἑνὶ στρατηγήματι κὴ ἀκαρεῖ χρόνῳ δι|σχιλίας ναῦς ἐνέπρησε· κὴ δέκα πέντε μυριάδας πολεμίων ἐν | ωδὶ τάξει κατακόψας, τὰς ἴσας ἐξώγρησεν (1). Ἄλλ ὅμως οἱ τ | μαρσικὸν πόλεμον διαπολεμήσαντες
8. Ῥωμαῖοι τοῦ ἀπογόνους | τῆ τὰς τηλικαύτας πράξεις ὑπερτελεσαμένων κατεπολέμησαν (2). | Ἑξῆς ὃ Ἀλεξάνδρου τ μακεδόνος ὑπερβαλλούσῃ συνέσει κὴ ἀν|δρείᾳ τῆ Περσῶν τ ἡγεμονίαν κατεπολεμήσαντος, Ῥωμαῖ|οι κὴ τοῦ νεωτερικοὺς καιρούς δορύκτητον ἐποιήσαντο τ | Μακεδονίαν. Καρχηδὼν ὃ ὠδὶ δ Σικελίας
12. ἔτη τέσσαρα κὴ | εἴκοσι πολεμήσασα τῇ Ῥώμῃ, κὴ πλείσας κὴ μεγίσας ἀγωνισα|μένη ωδὶ τάξεις κὴ ναυμαχήσασα, τότε μὲν τῷ βάρει δ τῆ | Ῥωμαίων
16. ἡγεμονίας κατεπολεμήθη· μετ᾽ ὀλίγον ὃ τ ἀννιβι|κὸν (a) κληθέντα πόλεμον συ-στησαμένη, ωδὶ τάξεσι κὴ ναυμαχίαις | κὴ πολλαῖς ωδὶ βοήτοις πράξεσι νικήσασα, στρατηδὸν ἔχουσα | πρωτεύοντα κατ᾽ ἀρετὴν Ἀννίβαν, τελευταῖον ὑπό τε δ
20. τῆ Ῥω|μαίων κὴ δ τῆ Ἰταλῶν ἀνδραγαθίας κὴ δ Σκιπίωνος ἀρετ | κατεπολεμήθη. Κυμβροὺς ὃ τοῦ μὲν ὄψεσι γίγασι παρεμφερεῖς (3) |, τ ὃ ἀλκαῖς ἀνυπερβλήτους· οὗτοι δὲ πολλὰς κὴ μεγάλας | Ῥωμαίων δυνάμεις κατακόψαντες
24. κὴ μυριάσι τεσσαράκοντα (4) τ | ὅπι᾽ Ἰταλίαν στρατείαν στειλάμενοι, τ τ Ῥωμαίων ἀνδραγαθί|αις ἄρδην κατεκόπησαν· διὸ τ πρωτεῖα κὴ τὰς ἐν τοῖς πολέ|μοις

vii siccarentur, Themistoclis imperatoria prudentia et militaris Graecorum virtus Persas debellaverunt. Circa idem tempus quum Carthaginiensium trecenta milia Siciliam invasissent, Gelo syracusanus unico strategemate minimoque temporis puncto ducentas naves incendit, centum quinquaginta hostium milia acie caecidit, totidemque vivorum cepit. At enim qui bellum marsicum debellavere Romani, nepotes eorum vicerunt qui praedicta facinora ediderant. Deinde Alexander macedo miro consilio ac fortitudine Persarum imperium prostravit; Romani autem nuperis temporibus Macedoniam armis subdiderunt. Carthago ob Siciliae possessum quatuor et viginti annis, plurimis maximisque proeliis terra marique consertis, tunc sane viribus romani imperii superata est: pauloque post, bello quod hannibalicum dicitur conflato, multis item ac nobilibus pugnis terra marique superior evasit, cum imperatorem militari virtutem principem haberet Hannibalem; sed ad extremum romana et italica fortitudine, et Scipionis virtute contrita fuit. Cimbri quoque gigantibus aspectu pares et robore eximio praediti, postquam romanos exercitus multos ac numerosos caeciderant, et quadringenta suorum milia in Italiam militatum infuderant, Romanorum strenuis viribus funditus excisi fuere. Quum ergo rerum exitus demonstravisset, bellicae fortitudinis prin-

(a) Ita cod. Et quidem ἀννιβικὸν pro ἀννιβαϊκὸν habent etiam Appiani codices praef. cap. XIIII.

(1) Lege Diodorum nostrum XI. 22.

(2) Siculos nimirum perdomuerunt Romani. Atque hinc cognoscere videmur bellum sociale ad Siculos quoque pertinuisse.

(3) Sic de Cimbris etiam Plutarchus in Mario cap. XXIII ὅσπερ οἱ γίγαντες.

(4) Duplicare videtur Cimbrorum numerum Diodorus, quorum plerique historici ducenta tantum

Digitized by Google

ἀνδραγαθίας ἐκ τῆ ἀποτελεσμάτων κριθέντος ὑπάρχειν | ὧδε Ῥωμαίοις καὶ τοῖς τὴν Ἰταλίαν οἰκοῦσιν ἔθνεσιν, ἡ τύχη καθάπερ ἐπίτηδες τούτους εἰς διάστασιν ἀγαγοῦσα, τὸ ὑπερβάλλοντα τῷ μεγέθει πόλεμον ἐξέκαυσεν. ἐπαναστάντων γὰρ τῆ καὶ τὰ τὴν Ἰταλίαν ἐθνῶν τῆ τῆς Ῥώμης ἡγεμονία, καὶ τῆ ἐξ αἰῶνος | ἀρίστων κεκριμένων ἐλθόντων εἰς αἵρεσιν καὶ φιλοτιμίαν, ὁ γενόμενος πόλεμος εἰς ὑπερβολὴν μεγέθους κατήντησεν, ὃς ὠνομάσθη μαρσικὸς ἀπὸ τῆ ἀρχηγῶν γενομένων τῆς ἀποστάσεως Μαρσῶν (1). ||

P 233. II. Ὅτι Μάρκος Κάτων ἀνὴρ σώφρων καὶ ἀγωνῆ καλῆ διαφέρων ἐν συγκλήτῳ κατηγορῶν τῆς ἐπιπολαζούσης ἐν τῆ Ῥώμη τρυφῆς, ἔφησεν | μόνῃ τῆ πόλει ταύτῃ τὰ μὲν κεράμια τῆ ποντικῶν ταρύχων ὑπάρχειν τιμιώτερα τῆ ζευγηλατῶν, τοὺς δὲ ἐρωμένους (a) τὸ ἀγρῶν (2). |

Ὅτι φησὶν ὁ ἱστορικὸς ΔΙΟΔΩΡΟΣ· μνησθήσομαι τινῶν ὧδε παραδείγματος | ἕνεκα καὶ ἐπαίνου δικαίου καὶ τῷ κοινῷ βίῳ συμφέροντος· ἵν' οἱ μὲν | πονηροὶ τῆ ἀνθρώπων δόξα τῆς καὶ τὸ ἱστορίαν βλασφημίας ἀποτρέπονται τῆς ἀπὸ τῆς κακίας ὁρμῆς, οἱ δὲ ἀγαθοὶ δόξα τοῦ (b) ἐκ | τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐπαίνους, ἀντέχεσθαι τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων ὀρέγονται (3).

Ὅτι τὸ προϋπάρχον εἰς τὴν ἡγεμονίαν μῖσος | ἡ τῶν στρατηγοῦ σύνεσις καὶ ἀρετὴ τοῖς ἐνδεχομένοις βοηθήμασι | διωρθώσαντο (c)· ὧδε μὲν τοῖς εὐερ-

cipatum a Romanis populisque Italiae incolis obtineri ; fortuna , prout sibi libuit , his ipsis invicem discordia commissis bellum sine pari maximum excitavit . Consurgentibus enim contra romanum imperium Italiae populis ; et qui ex omni antiquitate praecipui virtute existimabantur , factionibus et ambitione inter se certantibus, susceptum bellum in incredibilem magnitudinem evasit ; illud videlicet , quod marsicum , propter primos defectionis auctores Marsos , appellatum fuit .

2. M. Cato vir frugi et praeclaris moribus excellens , dum in senatu vituperaret grassantem Romae luxuriam , in hac sola , inquit , urbe ponticorum salsamentorum cadi pretiosiores sunt bobus iugalibus , et delicati pueri agris .

Ait historicus DIODORUS . Commemorabo nominatim aliquos , exempli iustaeque laudis tribuendae causa , quae communi vitae prosit : nempe ut improbi homines ob historiae infamiam a sectanda malitia deterreantur; boni autem ob duraturas perpetuo laudes rectis studiis conentur insistere .

Inveteratum adversus romanum imperium odium prudentia virtusque ducis impertitis in tempore subsidiis extinxit. Quamobrem a beneficio adfectis miros

(a) Cod. ῥωμαίους. (b) Cod. τῆς. (c) Ita cod.

milia perhibent . Sed enim fortasse Diodorus cum Cimbris numerat Tigurinos atque Ambrones , quos alio proelio vicit idem qui Cimbros Teutonasque Marius . Ait vero Orosius V. 17: *in his duobus proeliis* CCCXL *milia Gallorum occisa , et* CXL. *milia capta sunt* , Verum in his quoque variant historici .

(1) Lege Appianum bell. civ. I. 38.

(2) Extat aliis verbis narratiuncula haec lib. XXII. 1. in excerptis vaticanis; sed ibi dicitur Cato in populi concione locutus , heic in senatu. Neque abhorret a more queruli mordacisque senis Catonis , ut rem eandem bis dixerit . Nonne vero ipse Cicero tum in curia tum coram populo , post suum ab exilio reditum, eiusdem ferme sententiae orationem pronunciavit ?

(3) Familiaris Diodoro consuetudo laudibus et vituperationibus aeque indulgendi , quam alibi iam notavimus .

Digitized by Google

γετηθεῖσι τιμῶν ἰσοθέων ἔτυχε|, ὧδε᾽ ἢ τῇ πολιτῇ πολλὰς ἀμοιβὰς τῇ κατορθωμάτων ἀ|πέλαβε (1).

III. Ῥητέον ἢ ἡμῖν καὶ περὶ τῶ ἐκ ταπεινοτέρας μὲν δόξης | ὁρμηθέντων, ὀρεχθέντων ἢ δ᾽ ἑτέρας ἐπιβολῆς τῇ προει|ρημένων· ἐπεὶσης γὰρ τοῖς ἐν ἀξιώμασι μεγάλοις καὶ τοῖς ὑποδε|εστέροις δ᾽ ἀρετὰ ζῆλος ἔγκειται (2).

Ὅτι ἀπειλούσης δ᾽ | συγκλήτῳ πόλεμον τῷ Γράκχῳ δίκα᾽ τῶ μετάθεσιν τῶ κριτηρίων (3), τε|θαρρηκότως οὗτος εἶπε, ὅτι κἂν ἀποθάνω, οὐ δίκαλείψω τὸ ξίφος| ἀπὸ δ᾽ πλευρᾶς τῇ συγκλητικῶν δ᾽ηρημένον· ὁ δὲ ῥηθεὶς λόγος | ὥσπερ τις θεοῦ χρησμὸς ἀκόλυθον ἴσχε τοῖς ῥηθεῖσι τὸ ἀποτέλεσμα· | ὁ γὰρ Γράκχος τύραννον ἑαυτὸ ἀναδεδειχὼς, ἀκρίτως ἀνῃρέθη (4). |

Ὅτι πλεῖστον ἴσχυεν ἡ τῇ Δρούσων οἰκία δίκα᾽ τὴν εὐγένειαν τῇ ἀνδρῶν | δίκα᾽ τὴ πρὸς τοὺς πολίτας ἐπιείκειαν καὶ φιλανθρωπίαν· διὸ καὶ | νόμου τινὸς προκειμένου καὶ προσφάτως κεκυρωμένου, τῇ πολιτῶ τὶς ἐν παιδιᾷ τῷ νόμῳ προσέγραψεν, ὅτι ὅδε νόμος κύριός ἐστι | τῇ πολιτῶ, πλὴν δυοῖν Δρούσων (5).

honores consecutus est; a civibus autem multa recte factorum praemia retulit.

De illis quoque hominibus dicendum nobis est, qui ex humili conditione profecti sunt, et dissimili praedictorum cursu usi. Etenim virtutis studium aeque inest in conspicuis dignitate hominibus atque in obscurioribus.

3. Minitante senatu bellum Graccho, quia iudicia sibi eripuerat, hic audacter ait: etiamsi ego moriar, gladium tamen, quem senatorum lateri impegi, non revellam. Quod effatum, ceu divinitus dictum oraculum, consentaneum habuit verbis exitum: Gracchus enim dum tyrannum se facit, indicta causa interfectus est.

Plurima potentia pollebat Drusorum domus propter virorum nobilitatem, et propter aequabilitatem erga cives ac benivolentiam. Quare et cum lex quaedam ferretur, nuperque scita fuisset; nescio quis civis ludibundus adiecit, legem esse dominam civium, exceptis duobus Drusis.

(1) Incertum est de quo homine locutus hoc loco Diodorus fuerit; namque eclogarius, noxio sane historiae consilio, politica sententia contentus fuit.

(2) Haec apte quadrarent in Marium, nisi is tempore posterior foret.

(3) Agitur de iuniore Graccho, qui tamen triginta annis ante Drusi iunioris res bellumque sociale obierat. Existimo autem huic obiter Gracchi mentionem extraque propositum fieri, ut saepe in historia accidit. Neque enim dubitare licet, quin belli socialis prohoemium a nobis suprascriptum, iusto in loco collocatum fuerit; id quod ratio quaternionis evidenter docet: nam nisi folium isto in loco ponatur, id propter suam cum pompeianarum rerum folio physicam connexionem, post explicitum sociale bellum absurde collocandum esset: tum etiam paginae 250 cum p. 259 nexus, satis probabilis, immo meo iudicio evidens, foret disturbandus. Sed enim et alia excusatio suppetit; mos videlicet in his excerptis non infrequens, atque a nobis saepe notatus, res easdem repetendi; quo vitio fortasse contigit ut hic de Graccho minore tractus extra sedem suam vagetur; uti et ille paulo ante scriptus de Catone maiore.

(4) C. Gracchi potentiam tyrannicam notat etiam Plutarchus in eius vita cap. VI. Erat autem Poplicolae vetusta lex ut tyrannus indicta causa a quovis occideretur. Plut. in Poplic. cap. XII.

(5) Cod. τρόπων; sed enim plane videbatur scribendum Δρούσων. Intelligitur autem Drusus ille qui cum C. Graccho in tribunatu certavit, ut ait Plutarchus; itemque illius filius multo adhuc clarior, qui incognita manu periit anno urbis DCLXIII, oriente bello sociali.

Digitized by Google

IIII. Ὅτι ὁ Δροῦσος (1) δ' συγκλήτου | τοῦ νόμους αὐτοῦ ἀκυρούσης, ἔφη ἑαυτὸ 28.
ἐξουσίαν ἔχοντα | πᾶσαν τὴν νόμων · δυνάμενόν τε ἑαυτὸ κωλύσαι δόγματα | γράφειν, τοῦτο μὲν ἑκουσίως μὴ ποιήσειν, καλῶς εἰδότα τοὺς ἐξαμαρτήσαντας τα-
χὺ τυγχανομένους δ' προσηκούσης δίκης · | ἀκυρωμένων δ' ὑπ' αὐτοῦ (b) γραφέντων 32.
P. 234. νόμων, ἄκυρον ἔ||στεσθαι κἀ τὸ ἐφ' ᾧ τὸν κριτηρίων νόμον (2)· οὗ συντελεσθέντος, τὸ | μὲν ἀδωροδοκήτους βεβιωκότα μηδεμιᾶς τεύξεσθαι κατηγορίας, | τοὺς δ' τὰς ἐπαρ-
χίας σεσυληκότας ἀχθήσεσθαι πρὸς τὰς δ' | δωροδοκίας εὐθύνας · ὥστε τοὺς 4.
δι' φθόνον καθαιροῦντας τὸν | ἑαυτοῦ (c) δόξαν τοῖς ἰδίοις δόγμασι, καθά-
περ αὐτόχειρας κινδυνεύειν.

Ὅρκος Φιλίππου (3)

ὌΜΝΥΜΙ ΤΟΝ ΔΙΑ ΤΟΝ ΚΑΠΕΤΩΛΙΟΝ, ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΣΤΙΑΝ ΤΗΣ | ΡΩΜΗΣ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΑΤΡΩΙΟΝ ΑΥΤΗΣ ΑΡΗΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΓΕΝΑΡ-
ΧΗΝ ΗΛΙΟΝ, ΚΑΙ ΤΗΝ | ΕΥΕΡΓΕΤΙΝ ΖΩΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΦΥΤΩΝ ΓΗΝ, ΕΤΙ 8.
ΔΕ ΤΟΥΣ ΚΤΙΣΤΑΣ ΓΕΓΕΝΗΜΕΝΟΥΣ | ΤΗΣ ΡΩΜΗΣ ΗΜΙΘΕΟΥΣ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΣΥΝΑΥΞΗΣΑΝΤΑΣ ΤΗΝ ΗΓΕΜΟΝΙΑΝ ΑΥ|ΤΗΣ ΗΡΩΑΣ, ΤΟΝ
ΑΥΤΟΝ ΦΙΛΟΝ ΚΑΙ ΠΟΛΕΜΙΟΝ ΗΓΗΣΕΣΘΑΙ ΔΡΟΥΣΩΙ· ΚΑΙ | ΜΗΤΕ ΒΙΟΥ ΜΗΤΕ ΤΕΚΝΩΝ ΚΑΙ ΓΟΝΕΩΝ ΜΗΔΕΜΙΑΣ ΦΕΙΣΑΣΘΑΙ ΨΥΧΗΣ,
Ε|ΑΝ ΜΗ ΣΥΜΦΕΡΗΙ ΔΡΟΥΣΩΙ ΤΕ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΟΡΚΟΝ 12.
ΟΜΟΣΑΣΙΝ · ΕΑΝ ΔΕ | ΓΕΝΩΜΑΙ ΠΟΛΙΤΗΣ ΤΩΙ ΔΡΟΥΣΟΥ (4) ΝΟΜΩΙ,

4. Drusus, leges eius abrogante senatu, ait se omnem habere ferendarum legum potestatem : quumque ipse posset vetare, quominus senatus consulta scriberentur, sponte id negligere, quia probe sciret fore ut peccantes poenam congruam brevi experirentur. Iamvero antiquatis, quae a se scribebantur, legibus, antiquari pariter legem de iudiciis : quo facto, ii qui per omnem vitam donis accipiendis abstinuissent carituros omni criminatione ; qui autem magistratus quaestui habuissent, daturos corruptelae suae poenas. Quare qui ob invidiam legem a se latam senatus consultis abrogarent, manu sua veluti semet confecturos.

Philippi iusiurandum

IURO IOVEM CAPITOLINUM, ET VESTAM ROMANAM, ET PARENTEM CIVITATIS MARTEM, ET AUCTOREM GENERIS SOLEM, ET ALTRICEM ANIMALIUM ARBORUMQUE TELLUREM ; PRAETEREA ROMAE CONDITORES SEMIDEOS, ET PROPAGATORES IMPERII EIUS HEROAS ; ME HABITURUM AMICOS INIMICOSQUE EOSDEM QUOS DRUSUS ; ET NEQUE FACULTATIBUS, NEQUE LIBERIS, NEQUE PARENTIBUS, NEQUE ULLI OMNINO ANIMAE ME PARSURUM, NISI ID DRUSO PROFUERIT NEC NON IIS QUI IN HAEC EADEM VERBA IURAVERINT. QUOD SI CIVITATEM CONSEQUAR EX DRUSI LEGE, PATRIAM ARBI-

(a) Cod. αὐτόν. (b) Cod. ἑαυτῶν.

(1) De hoc Druso filio Plinius XXXIII. sect. 6 : *inter Caepionem et Drusum ex anulo in auctione venali, inimicitiae coepere ; unde origo socialis belli et exitia rerum.*

(2) Quippe is iudicia, quae Gracchus olim abstulerat, nuper senatui restituerat, ut ait auctor de vir. ill. cap. LXVI, itemque Appianus bell. civ. I. 35.

(3) Philippum consulem, post graves adversus Drusum inimicitias, rediisse cum eo in gratiam, satis constat ex iis quae dicit auctor de vir. ill. loc. cit. : *cum Latini consulem in albano monte interfecturi essent, Drusus Philippum admonuit ut caveret.* Nunc vero insignem iurisiurandi formulam, a Philippo inter coniuratos cum Druso propositam, ex inedito Diodoro cum gaudio recitamus.

(4) Drusus Latinis civitatem promiserat, ut historici passim tradunt.

Digitized by Google

ΠΑΤΡΙΔΑ ΗΓΗΣΟΜΑΙ ΤΗΝ ΡΩ|ΜΗΝ, ΚΑΙ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ΔΡΟΥ-
16. ΣΟΝ · ΚΑΙ ΤΟΝ ΟΡΚΟΝ ΤΟΝΔΕ ΠΑΡΑΔΩΣΩ | ΟΙΣ ΑΝ ΜΑΛΙΣΤΑ
ΠΛΕΙΣΤΟΙΣ ΔΥΝΩΜΙ (a) ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ · ΚΑΙ ΕΥΟΡΚΟΥΝΤΙ ΜΕΝ | ΜΟΙ,
ΕΠΙΚΤΗΣΙΣ ΕΙΗ ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ · ΕΠΙΟΡΚΟΥΝΤΙ ΔΕ, ΤΑΝΑΝΤΙΑ (1).

V. Ὅτι συντελουμένων κῆ τύχην ἀγώνων, κὴ τ̃ θεάτρε πεπληρωμένε | τ̃
20. ἐπὶ τ̃ θέαν κατηντηκότων Ῥωμαίων, κωμῳδὸν (b) ἐπὶ τ̃ σκη|νῆς ἀγωνιζόμενον
(c) κατέσφαξαν ἐν τῷ θεάτρῳ, φήσαντες, οὐκ ἀ|κολούθως αὐτ̃ ὑποκρίνεσθαι
τῇ ὥρᾳ σάσει · τ̃ δ' πανηγυρι|κῆς θέας εἰς πολεμικὴν σκυθρωπότητα κὴ φό-
24. βων ὑπερβολὴν | ἐκτραπείσης, ἡ τύχη σατυρικὸν τῷ καιρῷ τούτῳ πρόσωπον
ἐ|πεισήγαγεν · ἦν γάρ τις λατῖνος ὄνομα μὲν Σαυνίων, (2) γελωτοποιὸς ἦ, ☾
χάριτας ὑπερβαλλούσας ἔχων εἰς ἱλαρότητα · οὐ γὰρ μό|νον ἐν τοῖς λόγοις
ἐκίνει γέλωτας, ἀλλὰ κὴ κῆ τ̃ σιωπὴν | κὴ ποίαν σώματος ἐπισροφὴν ἅπαν-
28. τας ἐποίει σὺν θεωμένες | μειδιᾶν, φυσικῆς τινὸς ἐπιτρεχούσης πυθανότη-
τος · διὸ κὴ | ὥρᾳ Ῥωμαίοις μεγάλης ἀποδοχῆς ἐν τοῖς θεάτροις ἐπλη-
ροῦ|το · οἱ δὲ Πικεντινοὶ τ̃ ἀπόλαυσιν κὴ τέρψιν ταύτην τῷ Ῥω|μαίων ἀφε-
32. λέσθαι βυλόμενοι (3), τεύτον διέγνωσαν ἀποκτεῖναι · | ὁ δ' προαισθόμενος τὸ
μέλλον τελεῖσθαι, προῆλθεν ἐπὶ τ̃ | σκηνὴν, κὴ σ τ̃ κωμῳδοῦ (d) σφαγῆς P. 231.
ἄρτι γεγενημένης, ἄνδρες ||| εἶπε θεαταὶ καλλιεροῦμεν · ἐπ' ἀγαθῷ δ' εἴη συν-
τετελεσμένον τὸ κα|κόν · οὐ γάρ εἰμι ῥωμαῖος, ἀλλ' ὅμοιος ὑμῶν ὑπὸ ῥάβδοις
4. τεταγμένος | θεινοστῶ τ̃ Ἰταλίαν, κὴ χάριτας ἐμπορευόμενος ἡδονὰς κὴ | γέ-
λωτας θηρῶμαι · διὸ φείσασθε (e) σ κοινῆς ἁπάντων χελιδό|νος, ᾗ τὸ θεῖον

TRABOR ROMAM, ET BENEFACTOREM MAXIMUM DRUSUM. ATQUE HOC IUSIURANDUM CUM QUAMPLURIMIS POTERO CIVIBUS COMMUNICABO. ET RELIGIOSE QUIDEM MIHI IURANTI, BONA CONTINGANT; PEIERANTI, CONTRARIA.

5. Quum fortunae ludi celebrarentur, stipatumque esset spectatoribus romanis theatrum, comoedus quidam in scena dum fabulam ageret interfectus est ab iis qui aiebant non consentaneam rei praesenti ab eo personam sustineri. Tum autem theatrali spectaculo ad bellicam torvitatem maximumque terrorem converso, fortuna satyricum quendam huic tempori hominem obtulit. Erat enim latinus quidam nomine Samnio scurra, mira ad exhilarandum gratia praeditus: neque enim verbis tantummodo risum excitabat, sed vel tacens qualicumque corporis motu omnes spectatores arridere sibi faciebat, naturali quadam placendi vi: quamobrem Romanis acceptissimus in theatris erat. Picentini autem ut hac Romanos voluptate ac delectatione spoliarent, hominis necem decreverunt. Is vero quod futurum erat praesentiens, progressus in scenam in qua nuper caesus comoedus fuerat; feliciter, inquit, spectatores litemus, beneque vertat quod improbe susceptum est. Neque enim romanus sum, verum ut vos sub fascium imperio Italiam peragro, iocosque nundinans, oblectamenta risumque venor. Quare parcite communi hirundini, cui Deus hoc tri-

(a) Ita cod. (b) Cod. Κόμοδον. (c) Cod. ἀγωνιζομένων. (d) Cod. Κομόδου. (e) Cod. φείσασθαι.

(1) Ergo sectarum et coniuratorum execrandae pactionum formulae, quae nostra quoque tempora conturbant, satis antiqui moris sunt.

(2) Ponendus igitur *Samnio*, vel, ut Graeci pronunciant, *Saunio*, in illustribus scenicae artis apud Romanos nominibus.

(3) Quippe iam socii italici efferati adversus Romanos erant, ita ut ad atrocissimum bellum confestim eruperint.

Digitized by Google

ἔδωκεν ἐν τ ἁπάντων οἰκίαις ἐνεοττεύειν | ἀκινδύνως (1)· οὐ γὰρ δίκαιον ὑμᾶς πολλὰ κλαίειν· οὐκ ὀλίγα ἢ κὴ | ἄλλα πρὸς διάλυσιν κὴ γέλωτα διελθών, κὴ τῇ πιθανότητι κὴ χά|ριτι τ ὁμιλίας τὸ πικρὸν τ τιμωρίας ἐξητιμάσα- 8.
νος | ἀπελύθη τ κινδύνων.

VI. * Τῆς δὲ λείας τοῖς στρατιώταις μετέδωκαν, ὅπως τ ἐκ τοῦ πολέμων ὠφελείας οἱ δηκινδυνεύσαν|τες γευσάμενοι, σὺν ὑπὲρ τ ἐλευθερίας ἀγῶνας ἐθελοντὶ | ἀναδέχωνται (2). 12.

Ὅτι ὁ Μάριος ἤγαγε τ δύναμιν ἐπὶ τὸ Σαυνι|τῶν πεδίον, κὴ τοῖς πολεμίοις ἀντεστρατοπέδευσε· Πομπαίδιος | δὲ τ τ ὅλων ἡγεμονίαν παρειληφὼς ἐξ᾽ τοῖς Μαρσοῖς (3), κὴ | αὐτὸς προῆγε τ δύναμιν· κὴ πλησίον ἀλλήλων γε- 16.
νομένων, τὸ | σκυθρωπὸν τ πολέμου εἰς εἰρηνικὴν μετέπεσε διάθεσιν· εἰς ἐπί|γνωσιν γὰρ ὄψεως ἐλθόντες οἱ παρ᾽ ἀμφοτέροις στρατιῶται, πολλοὺς | μὲν ἰδιοξένους ἐπεγίνωσκον, οὐκ ὀλίγους δὲ συστρατιώτας ἀνε|νεοῦντο, συχνοὺς δὲ οἰκείους κὴ συγγενεῖς κατενόουν, οὓς ὁ τ ἐπι|γαμίας νόμος ἐπεποιήκει κοινωνῆσαι 20.
τ τοιαύτης φιλίας· διὸ κὴ τ συμπαθείας ἀναγκαζούσης πρεσθαι φωνὴν φι-
λάνθρωπον, | ἀλλήλους ἐξ ὀνόματος προσηγόρευον, κὴ παρεκάλουν ἀπέχεσθαι
τ | τῶν ἀναγκαίων μιαιφονίας· τὰς ἢ ἐν προβολῇ πολεμικῶς | δηκειμένας 24.
πανοπλίας ἀποτιθέμενοι, τὰς δεξιὰς ἐξέτεινον | ἀσπαζόμενοι κὴ φιλοφρονοῦντες ἀλλήλοις· ἃ δὴ κατανοήσας ὁ | Μάριος, κὴ αὐτὸς προῆλθεν ἐκ τ ἐξετάξεως· ποιήσαντος | ἢ κὴ τ Πομπαιδίου τὸ ἐξαπλήσιον, διελέχθησαν ἀλ-
λήλοις συγ|γενικῶς· πολλῶν ἢ λόγων γενομένων τοῖς ἡγεμόσι περὶ τ εἰ|ρήνης 28.
κὴ τ ἐπιθυμουμένης πολιτείας, ἔ τοῦ στρατευμάτων ἀμφο|τέρων χαρᾶς κὴ κα-

luit, ut in omnium domibus secure nidificet: neque enim decet, vos diu postea paenitere. Tum et aliis pluribus ad animorum relaxationem risumque dictis, iucunditate et lepore sermonis acerbitatem designatae caedis deprecatus est, seque periculo eripuit.

6. * Praedam cum militibus communicaverunt, ut belli utilitate post discrimen gustata, ad decertandum pro libertate alacres fierent.

Marius copiis in samniticum agrum eductis, hostibus castra opposuit. Pompaedius autem, cui summum imperium a Marsis demandatum erat, ipse quoque copias promovit: cumque inter se appropinquassent, bellica torvitas in pacificam speciem conversa est. Nam usque ad vultuum cognitionem utrimque milites accedentes, multi suos hospites dignoscebant, non pauci commilitones suos recognoscebant, plurimi denique cognatos necessariosque cernebant, quos ius nuptiarum hac inter se familiaritate implicuerat. Mutuis igitur impulsi animorum motibus voces benivolas emittebant, nominatim inter se compellabant, atque ut caedibus necessariorum parceretur invicem hortabantur. Reiectis autem armaturis gravibus quae in concursu bellico praetendi solent, dextris porrectis salutabant, mutuamque benivolentiam significabant. His Marius observatis, ipse quoque extra aciem prodiit; quod idem quum fecisset Pompaedius, familiariter collocuti sunt. Quare inter duces diu protractis de pace et de danda quae optabatur civitate sermonibus, utroque iam exercitu laetitia bonaque

(1) Sic Cicero in Verr. I. 40. 51. ludit in nominibus feminae Chelidonis et sartis tectis, quia hirundo in tectis nidificat.

(2) Sermo est de italica militia, bello sociali iam coepto.

(3) Pompaedii primarii Italicorum ducis multa est apud huius belli historicos mentio.

Digitized by Google

32. λῶν ἐλπίδων πληρεμένων, ἡ πᾶσα σύνοδος | ἐκ πολεμικῆς τάξεως εἰς πανηγυρικὴν διάθεσιν μετέπεσεν· καὶ | τ̄ στρατιῶτ̄ τοῖς οἰκείοις λόγοις ἐπὶ τ̄ εἰρήνην προκαλε|σαμένων, ἅπαντες ἀσμένως τ̄ ἀλληλοφονίας ἀπελύθησαν (1). |

P. 434.

VII. * Οὗτος γὰρ ὁ προγονικὴν δόξαν οὐδ' ἀφορμὴν ἰδίαν ἔχων εἰς πρόοπτῆς | μέγεθος, ὧνδρ δόξως ἦλθεν εἰς ὑπερβολὴν ἀξιώματός τε καὶ δόξης· | ἐπιστρέψειν δὲ εἴωθε ἡ τύχη πρὸς τὸ θεῖον, καὶ οὓς καθ' ἑτέρων ἀδικόν τι | μηχανησαμένους τοῖς αὐτοῖς ἐπιβάλλειν συμπτώμασι· καὶ τὸ | παρὸν ἴσως τυραννοῦσιν, ἀλλ' ὕστερον ὑφέξουσι τὰς τ̄ τυραννικῶν | ἀνομημάτων εὐθύνας (2).

Ὅτι Κρὴς ὁ ἐλθὼν πρὸς Ἰούλιον τ̄ | ὕπατον ἐπὶ προδοσίαν (3) εἶπε, ἂν δι' ἐμοῦ κρατήσῃς | τ̄ πολεμίων, τίνα δώσεις μισθὸν τ̄ εὐεργεσιάς; ὁ στρατηγὸς εἶπε, ποιήσω σε | πολίτην Ῥωμαίων, καὶ ἔσῃ παρ' ἐμοὶ τίμιος· ὁ δὴ Κρὴς ἐξαχυθεὶς ἐπὶ | τῷ ῥηθέντι, πολιτεία φησὶ ὦνδρ' Κρησὶν εὐφημούμενος ἔστι λῆ|ρος· | τρυχόμενοι γὰρ ἡμεῖς ἐπὶ τὸ κέρδος, καὶ πᾶν βέλος ἡμῶν χάριν τ̄ (a) | ἀργυρίου νεμόμενοι πᾶσαν χώραν καὶ θάλατταν (4). διὸ κἀγὼ νῦν ἀργυ|ρίου χάριν

spe pleno, omnis illa multitudo ex bellica acie in sollemnem veluti conventum commutata est. Denique dum milites familiaribus verbis ad pacem inter se cohortantur, cuncti libenter a mutua caede abstinuerunt.

7. * Hic enim neque avita gloria neque suo merito instructus ad magnos successus, praeter opinionem pervenit ad dignitatis gloriaeque apicem. Verumtamen reverti solet ad officium fortuna; et eos qui contra alios iniustum quid moliti sunt, iisdem casibus irretire: ita ut in praesenti quidem tyrannidem fortasse exerceant, daturi paulo post tyrannicorum criminum poenas.

Cres quidam convento Iulio consule ut ei proditionem faceret; si me, ait, favente hostes vinces, quodnam mei beneficii praemium dabis? Faciam te, inquit imperator civem romanum, erisque in honore apud me. Hoc audito Cres subsannans, civitas inquit apud Cretenses splendida ineptia est: nos autem lucro studium impendimus, atque omnem argenti causa lapidem movemus, terram universam ac mare concursantes. Nunc igitur et ego pecuniae causa

(a) Cod. χάριν καί.

(1) Iucundissima sane narratio haec, neque apud alium ut puto historicum obvia. Pompaedium a Domitio placatum ait Diodorus in eclogis editis libri XXXVII. p. 612; sed alia narratio est; et quidem bello nondum aperte suscepto. Plutarchus quoque vaticanum excerptum ignoravit, qui in Marii vita cap. XXXIII, longe diversum et plane hostile scribit Pompaedii Mariique colloquium.

(2) Haec omnia quadrarent in Marium, nisi illud additum esset, quod nempe iste anonymus carebat indole propria ad claritatem nominis consequendam. Ergo de alio quovis seu romano seu italico Diodorus loquitur.

(3) Sextus Iulius Caesar consulatum anno DCLXIII. gerebat, quo tempore sociale bellum exarsit: quamobrem cretensis hominis mentio sine dubio ad huius temporis historiam pertinet. Iamvero Sextus Iulius consul haud equidem in Creta sed in Italia armis praefuit, ut praesens necessitas postulabat, utque tradunt Livius in epitome lib. LXXIII, et Appianus bell. civ. I. 40. sqq. Quare et cres homo in Italia operam suam proditricem Iulio obtulisse credendus est. Iamvero docet nos Livii epitome libri LXXII, externarum quoque gentium auxilia adfuisse Romanis bello sociali; et quidem Memnon apud Photium cod. CCXXIIII. p. 727, copias ex oriente auxiliares memorat, id est ponticas hera, clienses. Pari igitur iure existimo Cretenses quoque auxiliares aliquot Romanis supervenisse, puta sagittarios in exercitibus romanis non incelebres. In his proditor ille fuit.

(4) Cretensium avaritiam et nullius turpis lucri

ἥκω τὰ δὲ π πολιτείας τίμια τοῖς περὶ ταύτης νῦν | διαφερομένοις προέχωρει, οἵτινες αἵματος ἀγοράζουσι λῆρον | περιμάχητον (1). ὡρὸς δν γελάσας, ὁ ἄν- 16.
θρωπος εἶπε, γενομένης ἡμῖν π | ἐπιβολῆς χαρίσομαί σοι χιλίας δραχμάς.

VIII. Ὅτι οἱ δοῦλοι | διά τινος ἐπινοίας οἱ Αἰσερνῖται (2) λιμῷ πιεζόμενοι ἐκ π πόλεως | ἐξήγαγον· πάντα γὰρ ἡ π φυσικάτεως ἰδιότης ἠνάγκαζε πράττειν, | καὶ τῇ τ̄ ἄλλων ἀπωλείᾳ τ̄ ἰδίαν περιποιεῖσθαι σωτηρίαν· οἱ δ' | οἰκέται 20.
δεινῇ καὶ παραλλαγμένῃ συμφορᾷ περιπεσόντες, ἀναχωρήσαντες τὴν τ̄ δεσποτ̄ ὠμότητα τῇ τ̄ πολεμίων ἐπιεικείᾳ διωρθώσαντο.

Ὅτι οἱ κύνας καὶ τἄλλα ζῶα οἱ Αἰσερνῖται ἐσιτοῦντο· πάντα γὰρ ἡ π 24.
φύσεως ἀνάγκη πρὸς τὸ καθῆκον ποιεῖν ἠνάγκαζε, βιαζομένη τ̄ ἀπεγνωσμένην καὶ ἀσυνήθη τροφὴν προσφέρεσθαι.

Ὅτι αἱ ἀνθρωπίναι ψυχαὶ μετέχουσι θείας τινὸς φύσεως, ἐνίοτε προκαταμαντευόμεναι τὰ μέλλοντα, καὶ κατά τινας | φυσικὰς εἰδωλοποιΐας προορῶνται 28.
τὸ συμβησόμενον (3)· ὅπερ | τ̄ τ̄ Πιννητ̄ γυναιξὶ συνέβη γενέσθαι· προκατωδύροντο | γὰρ τ̄ ἐσομένην συμφοράν.

VIIII. Ὅτι τ̄ Ἰταλιωτ̄ τὰ τέκνα | τ̄ Πιννητ̄ πάντα πρὸ τ̄ τειχῶν π πόλεως ἀγαγόντων, καὶ | ἀφλούντων ταῦτα κατασφάττειν, ἐὰν μὴ ἀποστῶσιν ἀπὸ 32.

adsum: civitatis autem honorem iis, qui nunc pro eodem certant, attribue; quandoquidem hi nugas, ceu bello dignas, sanguine emunt. Tum consul arridens, si rem, inquit, nobis conficies, mille te drachmis remunerabor.

8. Servos Aesernini, deliberatione habita, dum fame premerentur, urbe eiecerunt. Nihil enim non cogebat propria necessitas; nempe ut alieno exitio salutem suam quaererent. Servi autem dira atque immani calamitate pressi, translatis sedibus, dominorum crudelitatem clementia hostium emendaverunt.

Aesernini canibus ceterisque eiusmodi bestiis vescebantur. Etenim naturalis necessitas omnia contra manducandi ius fasque cogebat, atque ut abominabilem insolitumque cibum caperent impellebat.

Humanus animus particulam quandam divinae naturae habet, ideoque futura interdum vaticinatur; nempe per physica nescio quae phantasmata id quod eventurum est praevidet. Res haec Pinnensium feminis contigit, quae futuram calamitatem ante tempus deplorabant.

9. Quum Italici liberos omnes Pinnensium ante urbis moenia stitissent, seque hos iugulaturos minitarentur, nisi a Romanis defectio fieret, Pinnenses adversus

detrectans ingenium exagitat Polybius VI. 46. Illi etiam Bolis et Cambylus, qui pecunia accepta regem Achaeum ad supplicium Antiocho dediderunt, cretenses erant. Polyb. VIII. 18. Livius quoque XLIII. 45. ait: *Cretenses spem pecuniae secuti*, illi scilicet qui soli Perseum, a coteris desertum, propter incolumes adhuc thesauros comitati sunt. Cretenses inter latrones collocat Cicero de rep. III. 9. Notae sunt divi quoque Pauli de Cretensibus querelae ad Tit. I. 12, ad quem locum multa congerit Rosenmüllerus quae ad Cretensium obiurgationem pertinent. Haec nos eruditionis gratia scribimus, non odio Cretensium commoti, quorum neminem novimus.

(1) Hinc rursus evidenter cognoscimus narrationem hanc pertinere ad belli marsici seu socialis aetatem: nam socii italici pro impetranda civitate romana cruentissimum bellum tunc gerebant.

(2) Livius epit. LXXII: *Aesernia et Alba coloniae ab Italicis obsessae sunt*. Et quidem Aeserniam fame adactam coperunt Italici. App. bell. civ. I. 41. Liv. epit. LXXIII. Confer etiam Nonium voc. *adesum*. Noster quoque Diodorus in eclogis exlitis libri XXXVII. p. 539, eo translatam ait belli imperiique socialis sedem, post amissam urbem Corfinium.

(3) Hanc ethnicam opinionem suam scribit Diodorus etiam libro XVIII. 1.

Digitized by Google

4. Ῥωμης, ||| οἱ Πιννῆται ἐγκαρτεροῦντες τοῖς δεινοῖς, ἔδωκαν ἀπόκρισιν, ὅτι τέκνων P. 241.
στερηθέντες, ἕτερα ῥᾳδίως ποιήσουσιν, ἐὰν τηρήσωσι τὴ | πρὸς Ῥωμαίους συμμα-
χίαν (1).

Ὅτι οἱ αὐτοὶ Ἰταλιῶται ἀπογνόν|τες τὴ ἐκ τῆ πειθοῦς σίλησιν, ἐπετελέ-
8. σαντο πρᾶξιν ὠμότητι δια|φέρουσαν· προσαγαγόντες γὰρ ἐγγὺς τῶ τείχυς τοῦ
παῖδας, προ|έτατταν τοῖς μέλλουσιν ἀναιρεῖσθαι, δεῖσθαι τῶ πατέρων ἐλεῆσαι
τοῦ | ἐξ αὐτῷ γεγονότας, κὴ τὰς χεῖρας εἰς τὴ οὐρανὸν ἀνατείνοντας ἐπικα-|
λεῖσθαι τὴ πάντων ἐφορῶντα τὸ βίον τῶ ἀνθρωπων ἥλιον, σῶσαι | ψυχὰς νη-
12. πίων παίδων· τοιαῦτα γὰρ ἦν αὐτοῖς τὰ τῆ ψυχῆς | πάθη μάτα κὴ τοῦ
ἀγῶνας, ὥστε μηδεμίαν ὑπερβολὴν ἄλλοις | ὑπολείπεσθαι κὴ τὰς τῶ δεινῶν
ὑπομονάς· πολλαπλασίων δὲ | ὄντων τῶ πολιορκούντων, τὸ τῶ πλήθυς ἐλ-
λείπεις τῆ τῆ ἀρετῆ | ὑπερβολῆ προσανεπλήρων.

X. Ὅτι οἱ μὲν Ἰταλιῶται πολλά|κις ὑπὲρ τῆ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας κίν-
νισμένοι λαμπρῶς, | τότε πρῶτον τῆ ἰδίας κινδυνεύοντες ὑπερέβαλλον τὴ ἀνδρα-
16. γαθίαις | τὰς προγεγενημένας νίκας· οὐδὲ Ῥωμαῖοι πρὸς τοῦ πρότερον |
ὑποτεταγμένυς αὐτοῖς ἀγωνιζόμενοι, δεῖν ἡγοῦντο φανῆναι τῶν ἥττό|νων ἥτ-
τους.

Ὅτι ὁ δὲ Λαμπώνιος ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Κράσσον (2), | ὑπολαμβάνων προσή-
20. κειν μὴ τοῦ πολλοὺς ὑπὲρ τῶν ἡγεμόνων, | ἀλλὰ τοῦ ἡγεμόνας ὑπὲρ τῶ πλή-
θυς διαγωνίζεσθαι.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι κὴ οἱ Ἰταλιῶται περὶ τῶν καρπῶν συγκομιδῆς | ἠγω-
νίζοντο· ἐπιθέσεων δὲ γενομένων κὴ συμπλοκῶν, ἀλληλοκτα|νοῦντες οὐ διέ-

mala animum obdurantes, responderunt: si liberis orbarentur, facile ab se alios creatum iri, servata Romanis fide.

Iidem Italici desperantes oppidum persuasionis vi capere, insignis saevitiae facinus adgressi sunt. Nam pueris ad moenia admotis, iusserunt eos iam morituros obsecrare parentes ut creaturarum suarum miserarentur: tum manibus in caelum sublatis, invocare conspicantem cunctorum hominum vitam solem, ut innocuorum puellorum vitas protegeret. Tantus autem erat animorum ad bellum incitatio, ut a nemine superari se paterentur constantia in adversis: quumque obsidentium multitudine vincerentur, numeri sui exiguitatem excessu virtutis compensabant.

10. Italici, qui saepe pro Romanorum imperio splendide dimicaverant, tunc de suo periclitantes, priores victorias fortibus gestis superabant. Sed nec ipsi Romani, dum contra sibi nuper subditos decertarent, videri volebant minoribus suis minores.

Lamponius procucurrit adversus Crassum, existimans oportere non multitudinem pro ducibus sed pro multitudine duces dimicare.

Romani cum Italicis de frugum collectione digladiabantur; et nunc adgrediendo nunc resistendo a mutuis caedibus non cessabant. Nimirum manu te-

(1) Minas in rem fuisse collatas, puerosque rus in fragmentis editis p. 612. Pinnensium trucidatos, satis innuere videtur Diodo-

(2) Lamponium inter italicos duces, M. Licinium

Digitized by Google

λιπον· μὴ χεῖρας ἔχοντες τὴ θηριζόμενον σάχυν | διεκρίνοντο πρὸς ἀλλήλους 25.
αἵματι ὧν᾽ τ᾽ ἀναγκαίας τροφῆς· | οὐδεὶς δὲ ἀνέμενε παράκλησιν ἡγεμόνος,
ἀλλ᾽ ἡ φύσις αὐτὴ προ|ετρέπετο πρὸς τὴ ἀλκὴν, προβάλλουσα τὴ σ᾽ εὐδείας
ἀνάγκην· | ὑπέμενεν ἕκαστος εὐψύχως τὴ δι᾽ σιδήρου γενομένην τῶ βίου κα|τα- 28.
στροφὴν, δεδιὼς τὴ ἐκ σ᾽ εὐδείας θάνατον.

XI. Ὅτι ὁ Μάριος | εἰς τὸ κάμπον καθημέραν βαδίζων ἐγυμνάζετο πρὸς
τὰς ἐν τῷ πολέμῳ χρείας· ἔσπευδε γὰρ τὴ τῶ γήρους ἀσθένειαν καὶ βραδύτητα | τῇ
καθημέραν ἀθλήσει καὶ φιλοπονίᾳ πρὸς τοὐναντίον διορθώσασθαι (1). | 31.

Ὅτι ὁ ἀμέμπτως ἀνθρώποις πλοῦτος μεγάλαις ἀμβάλλει συμφοραῖς ||
ἐνίοτε δεῦρ᾽ ἐπιθυμήσαντας μεταλαβεῖν· προτρεπόμενος γὰρ εἰς | ἀθήλυς καὶ
ἀθεμίτους πράξεις, καὶ χορηγὸς γινόμενος πάσης | ἀκρατοῦς ἡδονῆς, δεῦρ᾽
ἄφορμας χωρεῖ (a) πρὸς τὰ φαῦλα τὴ ἔργων· | τοιγαροῦν ὁρᾶν ὄξι δεῦρ᾽ το- 4.
σούτους, αὐδεῦρ᾽ μὲν τοῖς μείζοσις ἀκληρή|μασι ἀμπίπτοντας, τὴ ἢ πόλεσι
τὴ ἀτυχημάτων γινομένους | αἰτίους· τοσαύτην ὁ χρυσὸς ἔχει δύναμιν ἐπὶ κα-
κῷ, προτιμώ|μενος ἀφρόνως ἀνθρώποις, οἵ τινες δι᾽ τὴν ὑπερβολὴν
τ᾽ | πρὸς τὸν ἐπιθυμίας παρέκασα προφέρονται τούτους δεῦρ᾽ εἰ|χως τῶν 8.
ποιητῶν·

nentes demessas spicas cruentam pugnam pro necessario victu gerebant: nemoque expectabat ducis adhortationem; verum ipsa natura, dum egestatis angustias menti obiicit, audaciam exacuebat. Unusquisque dum penuria se mori metuit, ferro potius vitam amittere alacriter tolerabat.

11. Marius in campum quotidie descendens ad militare opus semet exercebat: dabatque operam, ut senectae infirmitatem tarditatemque iugi exercitio et laboris patientia corrigeret.

Quae a mortalibus tantopere expetuntur opes, eae saepe amatores suos haud mediocribus infortuniis irretiunt. Nam dum ad impia incertique exitus facinora extimulant, ministraeque omnis intemperantis voluptatis fiunt, inconsideratos homines ad insana opera rapiunt. Quare hos ceruimus in maximas calamitates incidere solitos, tum etiam urbibus malorum causam fieri. Tanta est tamque perniciosa auri vis, quod omni rei stulti mortales praeferunt, et cuius tanta cupiditate tenentur, ut hos poetarum versiculos semper in ore habeant:

(a) Ita cod. pro ὠθεῖ.

Crassum inter consulis romani legatos ponunt Appianus bell. civ. I. 40. aliique historici. Nunc singulare quoque certamen horum cognoscimus; in quo tamen Crassus non periit, sed incendio postea absumptus fuit, ut ait Frontinus strateg. II. 4. 16.

(1) Profligato sociali bello, instabat mithridaticum ad quod proficisci imperator Marius avebat, etsi aetate gravis et viribus debilitatis, ut gloriam et opes immensas in Asia quaereret; ideoque Romae se tamquam tiro in campo exercebat. Plutarchi locus etsi paulo prolixior heic mihi saltem Latine scribendus est, non tam ut breve Diodori fragmentum de Mario illustretur, quam ut lectores intelligant, subsequentem quoque de auri siti sermonem adversus Marium a Diodoro torqueri. Sic ergo Plutarchus in Marii vita cap. XXXV: *atque Marius perquam ambitiose atque pueriliter, senectute et infirmitate dissimulata corporis, descendebat quotidie in campum, et in adulescentium catervа exercens se, agile in armis corpus et equi patiens ostendebat, quamvis non esset ob tumorem ventris in senio expeditus, sed obesus evasisset ac corpulentus. Quae cum faceret placebat aliquibus qui descendentes in campum certationes eius et contentiones spectabant: meliores vero id contemplantes, miseratio subiit avaritiae et cupiditatis gloriae istius, qui ex tenuissimo opulentissimus, atque ex humili factus maximus,*

Digitized by Google

Ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,|
Ὡς οὔτε μῆτηρ ἡδίς (1).

Καὶ πάλιν.

Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν.

Καὶ | τὰ δια' τ̃ μελῶν πεποιημένα.

Ὦ χρυσὲ βλάστημα χθονὸς,
12. Οἷον | ἔρωτα βροτοῖσι
Φλέγῃς· πάντων κράτισε, πάντων
Τύραννε· πολέμεις δ' Ἄρεος
Κρείσσον' ἔχων δύναμιν· πάντα
Θέλγεις· ἐπὶ γὰρ | ὀρφείαις
Μελῳδαῖς εἵπετο δένδρεα
Καὶ θηρίων ἀνόητα γένη,
Σοὶ | δὲ κὴ χθὼν πᾶσα κὴ πόντος
Καὶ ὁ παμνήστωρ Ἄρης.

16. Καί τοι γε πόσῳ κρεῖττόν ἐξιν ἐκφέρεσθαι τ̃ ποιημάτων τὰ τ̃ ἐναντίαν ἔχοντα τούτοις παράκλησιν.

Ποτνία σοφία σύ μοι ἄνδανε.
Ὄλβιε δ' ἐμοὶ μὴ χρυσίω

O aurum mortalibus pulcherrimum donum,
Quo ne mater quidem mellitior est!

Et iterum:

Sine, dum lucrer, appellari me improbum.

Et ea quae melico metro constant:

O aurum terrae germen,
Quanto amore mortales
Incendis! omnibus praevalens, omnium
Tyranne. Tu Marte dimicas
Potiores habens vires. Omnia
Mulces. Et quidem orphicos
Cantus sectabantur arbores
Et ferarum brutum genus;
Te vero tellus universa et pontus
Et rerum omnium Mars desponsor.

Sed enim multo melius erit proferre e poematibus ea quae contrariam his habent sententiam:

Venerabilis sapientia, tu mihi placeas.
Nequaquam vero divitis auri

nullam felicitatis metam scivet; neque in honore esse, et frui praesentibus facultatibus esset contentus; sed quasi omnium rerum egenus, in Cappadociam et pontum Euxinum ex triumphis et gloria aetatem deportaret tam gravem, cum Mithridatis satrapis dimicaturus. Marii avaritiam suggillat Plutarchus etiam cap. II; tum cap. XLV de Mario moriente sic: *annos natus* LXX, *qui censum opesque multis sufficientes regibus possidebat, sortem lamentabatur suam, quasi egenus et expers eorum, quae appetebat, decederet immatura.* Idem vitium peioremque exitum notant in Crasso iuniore historici, et tullianus interpres a me editus ad or. de rege alex. cap. I. 2.

(1) Extant hi versus duo cum varietate apud Athen. IV. 49; Stob. serm. LXXXIX; Lucian. Timon. ed. Amst. T. I. p. 132; Sext. emp. adv. gram. I. 279; denique latine apud Senec. ep. CXV. Tertius est iambus euripideus Bellerophontis 63, et apud Sen. loc. cit. De reliquis quaerendum superest.

Digitized by Google

Φαννὰν (a) ἀκτῖνα δαίμων δίδοίη
Πάρος σοφίας, ἢ τυ|φαννίδα.
Διὸς ἀπωτάτω κεῖται
Καλὸς θησαυρὸς ὅτῳ προσέβαλε. |

XII. Ὅτι ἀπεσάλησαν πρεσβευταὶ πρὸς τὴν Κίνναν Ῥωμαίων περὶ συλλύσεως· | οἷς ἀπόκρισιν ἔδωκεν, ὁ ὕπατος ὀξελιλυθὼς ὡς οὐ προσεδέξα|το τὴν ἐπάνοδον ἐν ἰδιώτου σχήματι ποιήσασθαι (1).

Ὅτι ὕστερον τὴν | Μετέλλου (2) μεθ' ἧς εἶχε δυνάμεως πλησιάσαντος τῇ Κίννα παρεμ|βολῇ, καὶ συνελθόντος εἰς λόγους, συνεφώνησεν ὥστε στρατηγὸν εἶ|ναι τὸν Κίνναν· καὶ πρῶτος ὁ Μέτελλος ἠσπάσατο στρατηγόν· ἀμφότε|ροι δὲ ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι κατηγορίας ἠξιώθησαν· ὁ μὲν γὰρ Μάριος | καὶ πρόσωπον γενόμενος ἔφησε δεῖν σχεδὸν ἤδη νενικηκότα μὴ | καταλύειν τὴν δεδομένην αὐτοῖς ὑπὸ θεοῦ ἐξουσίαν· ὁ δὲ Μέτελλος | ὡς ἀνέκαμψεν, εἰς μεγάλην ἦλθε διάστασιν πρὸς Ὀκταύιον, προ|δότης ὢν τῆς τε ὑπάτων καὶ τῆς πατρίδος· ὁ δὲ Ὀκταύιος οὐδε|νὶ τρόπῳ συγχωρήσειν ἑαυτὸν ἔφη καὶ τὴν Ῥώμην ὑπὸ τὴν Κίννα | δεσποτείαν· P. 239. καὶ γὰρ ἂν εἰ πάντες αὐτὸν καταλείπωσιν, ὅμως ἑαυτὸν ||| διατηρήσειν ἄξιον τῆς ἡγεμονίας· καὶ μετὰ τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων, | ἐὰν δὲ ἀπογνῷ πάσας τὰς ἐλπίδας, ὑφάψειν μὲν τὴν ἰδίαν | οἰκίαν, συγκαταυκαύσειν δὲ αὐτὸν μετὰ τῆς οἰκείας οὐσίας, καὶ τὸν | μετ' ἐλευθερίας θάνατον εὐγενῶς ἀναδέξασθαι (3).

Splendidum radium mihi Deus obtulerit,
Vel regiam dignitatem prae sapientia.
A Iove longissime abest
Is ad quem pulcher thesaurus accedit.

12. Quum ad Cinnam legati de pace facienda missi fuissent, ille respondit: non posse re unde consul exiverat, eodem privatum reverti.

Ad extremum Metellus copiis suis prope Cinnae castra locatis, venit in colloquium, consensitque ut imperatoriam dignitatem Cinna retineret; primusque Metellus imperatorem eum salutavit. Sed enim ob id factum uterque vituperatus est. Nam Marius coram progressus ait, non oportere eum qui iam prope victor esset, consularem a Deo datam potestatem dimittere. Tum et Metellus regressus, gravi discidio cum Octavio disceptavit, quasi consulum patriaeque proditor. Et quidem Octavius numquam vel semet passurum aiebat vel Romam sub Cinnae dominatum venire: nam etsi omnes eum deseruissent, se tamen nihil umquam dignitate sua alienum facturum: tum se cum iis certe qui parem sententiam gererent, si forte omni spe deiectus fuerit, aedes suas inflammaturum, et semet ipsum cum universa substantia ibi absumpturum, mortemque libertate comite fortiter obiturum.

(a) Ita cod.

(1) Notissimum est, Cinnam consulem perniciosas leges ferentem, pulsum urbe a collega Octavio fuisse; tum etiam consulatum eidem abrogatum, substituto Merula. Recusabat ergo Cinna a qua urbe consul discessisset in eandem privatus reverti.

(2) Metellus dux erat copiarum pro consulibus Octavio et suffecto Merula, contra Cinnam et Marium. Appian. bell. civ. I. 68. 69.

(3) Caput Octavio scilicet a Marianis abscissum fuit sedenti in curuli sella cum consulari dignitate. App. cap. LXXI.

Digitized by Google

XIII. Ὅτι ἐπὶ τ | τ πολιτ σφαγαῖς κ τ ὑπὲρ ἄνθρωπον ὠμότητος ταχέως | ἐκ θεῶν τις Κίννᾳ κ Μαρίῳ ἠκολούθησε νέμεσις · Σύλλας γὰρ εἷς | ἐκ τ ἐχθρῶν ὑπολειφθεὶς, ἐπὶ τ Βοιωτίαν τὰς Μιθριδάτου | δυνάμεις κατακόψας (1), κ τὰς Ἀθήνας ἑκπολιορκήσας, εἶτα Μι|θριδάτην σύμμαχον ποιησάμενος (2), κ ὠθροίσαντων αὐτ τ στόλον, ἐπανῆλθεν εἰς τ Ἰταλίαν · ἐν ἀκαρεῖ δὲ χρόνῳ κατακόψας | τὰς ἐπὶ Κίνναν κ Μάριον δυνάμεις, κύριος ἐγένετο πάσης Ῥώμης | κ Ἰταλίας, κ πάντας οὓς μ Κίννα μιαιφονήσαντας ἀπέστρα|ξεν, κ τ μαριανὴν συγγένειαν ἐκ βάθρων ἦρε · διὸ κ πολλοὶ | τ μετρίων ἀνδρῶν τ τ προκαταρξάντων τ μιαιφονί|ας τιμωρίαν, εἰς τ τ θεῶν πρόνοιαν ἀνέπεμπον · κάλλιστον γὰρ | τοῖς ἀσεβῆ βίον αἱρεμένοις πρὸς διόρθωσιν κακίας ἀπελέλειπτο. |

XIIII. Ὅτι ὁ Φιβρῖνος (3) τ ἐπαρχίαν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοσούτοις περιέβα|λεν ἀτυχήμασιν, ὅσοις εἰκὸς ἦν ἐπιβαλεῖν ἐξουσίαν τ πράττειν | ὃ βούλεται τηλικαύτῃ δυσεβείᾳ ἐπιπεποιημένον · τ γὰρ Φρυγίαν | κατασύρων πρηστῆρος τρόπον ἐπὶ τῇ τ ἐπιτεσόντων ἐπιτρο|πῇ ἁπάσης πόλεως κατέσκηπτε · ὁ δ σφήσας ἑαυτ τ ζῆν | μιᾷ τελευτῇ πολλῶν θανόντων ἐχρεοκόπησεν ὀφειλήματα.

Ὅτι Γνάϊος Πομπήϊος καλὰς ἀμοιβὰς τ ἀρετ ἀπενεγκάμε|νος, κ τ πρωτεῖα τυχὼν δι' τ ἀνδρείαν, ἀκολούθως τοῖς ὑ|πηριτημένοις τὰ μ ταῦτα

13. Ob civium patratas caedes atque indigna homine scelera, statim a diis Cinnam et Marium vindicta subsecuta est. Nam Sylla ex inimicorum numero superstes, caesis in Boeotia Mithridatis copiis, captisque Athenis; mox et Mithridate socio sibi adiuncto, acceptoque eius exercitu, in Italiam rediit: brevissimoque tempore trucidatis Cinnae et Marii exercitibus, Romam totamque Italiam occupavit; cunctosque qui cum Cinna clades ediderant interemit, marianasque partes funditus delevit. Quare et multi religiosi homines poenam illorum, qui tot antea se caedibus impiaverant ad deorum providentiam referebant. Sane tunc pulcherrimum monimentum relictum est ad eorum emendationem qui scelestam vitam instituunt.

14. Fibrinus provinciam cui praeerat tantis malis intra breve tempus obruit, quanta ab eo expectanda erant qui potestatem pro suo libito debacchandi, tam gravi scelere adeptus fuerat. Nam dum Phrygiam fulminis instar depopularetur, prout quaeque res vel homo in eius manus varie incidebat, civitatem universam vastavit. Sed ipse ad extremum manus sibi adferens, una nece multorum extinctorum poenas luit.

Cnaeus Pompeius praeclaro fructu virtutis suae relato, et primatum ob fortitudinem suam adeptus; mox tamen ritu obsequentium litteras de incre-

(1) Lege Plutarchum in Sylla cap. XV. sqq.

(2) Plutarchus cap. XXII. sqq.

(3) *Fibrinus* dicitur in his Diodori reliquiis, (in contextu et in margine) qui saepe erat *Fimbria*; errore potius scripturae quam graeci auctoris propria locutione, qui alibi in fragm. ed. Wessel. p. 615. scribit *Fimbriam*. Porro notum est Valerium Flaccum Mario VII. consuli in magistratu morienti suffectum fuisse a Cinna collega et in Asiam contra Mithridatem missum. Hunc Flaccum Fimbria legatus eius sceleste occidit, eiusdemque exercitu occupato imperator appellatus fuit. Tum adventante Sylla, factionis contrariae duce, quum a militibus desereretur, manus sibi attulit, ne syllanam crudelitatem experiretur (Paterculus II. 24; Plutarchus in Sylla cap. XXV; Appianus bell. civ. I. 75.) Fimbriae scelera in asiaticis provinciis recenset ipse Diodorus in fragm. ed. p. 615. Praeterea auctor de viris ill. cap. LXX: *Fimbria saevissimus Cinnae satelles, Ilium, ubi tardius portae patuerunt, incendi iussit. Ibidem militiae principes securi percussit.* Eadem dicuntur in Livii epitome LXXXIII.

ἔπραξε κὴ τ̃ πρὸς αὐτ̃ αὔξησιν | δι' γραμμάτων ἐδήλωσε τῷ Σύλλᾳ (1)· ὁ δ̃ πολλῶν ἄλλων θαυμάσας τ̃ νεάνισκον, τοῖς μετ' αὐτ̃ συγκλητικοῖς ἐπέπληττε παροδύζων ἅμα κὴ προκαλούμενος πρὸς τ̃ ὅμοιον ζῆλον· θαυμάζειν | γὰρ 26.
ἔφησεν ὅτι νέος μὲν παντελῶς τηλικούτων στρατευμάτων πολ|λεμίων ἀφήρπακεν· οἱ δ̃ τῇ τε ἡλικίᾳ κὴ τοῖς ἀξιώμασι πολὺ προέχοντες, οὐδ̃ σὺν ἰδίοις οἰκέτας εἰς συμμαχίαν γνησίαν δεδύνηνται παρέχεσθαι. 32.

P. 2/0. XV. Ὅτι τ̃ Ἀδριανὸν τ̃ στρατηγὸν τ̃ || Ἰτύκης ζῶντα ἔκαυσαν οἱ Ἰτυκηνοί (2)· τὸ δὲ πραχθὲν καίπερ ὂν δει|νὸν οὐκ ἔτυχε κατηγορίας δι' ἃ τ̃ τ̃ παθόντος κακίαν (2). | |

Ὅτι τῷ Μαρίῳ τῷ υἱῷ Μαρίου ὑπατεύσαντι οὐκ ὀλίγοι κὴ τ̃ κ̃ νόμων τετελεκότων τ̃ πρωτείαν ἐθελον, ἣν ἐσπάσαν τ̃ν̃ νεανίσκων κοινω|νῆσαι τ̃ κ̃ τ̃ 4.
πόλεμον ἀγώνων· κὴ πρεσβύτεροι τ̃ ἡλικίαις | ὄντες, ἐνδείξασθαι τοῖς νεωτέροις ὅ τι δύναται πολεμικῶν ἔργων | μελέτη κὴ συνήθεια παρατάξεων κὴ τ̃ ἄλλων τ̃ ἐν πολέμῳ δεινῶν.

* Ἔλεγχοι πικροὶ κὴ κ̃ πόλιν κὴ ἔθνος, κὴ ποικίλαι πεῖραι προσήγοντο | τ̃ γνωσθῆναι πῶς ἔχουσι πρὸς αὐτούς· ἠναγκάζοντο γὰρ δι' ὑ|ποκρίσεως πρὸς ἀμφοτέρους τοῖς προσποιήμασι μετοκλάζειν, κὴ πρὸς | θεὸν ἀεὶ παρόντας ἀπονεύειν· — Κατὰ γὰρ ἀντιπολεμούντων οἱ πρὸς τ̃ | στρατολογίαν ἀποδε- 8. 12.
δειγμένοι, κὴ κ̃ πρόσωπον παρόντες, κὴ πρὸς ἀλ|λήλους διαφιλοτιμούμενοι, τοῖς ἀκριβεστάτοις ἐλέγχοις φανερὰν | ἐποίουν τ̃ τ̃ πολέμων κρίσιν (3).

mentis suis ad Syllam scripsit. Hic autem magnopere adulescentem alioqui suspiciens, eos qui forte aderant senatorios viros increpuit, atque ad illius aemulationem non sine quadam obiurgatione adhortatus est. Mirari enim se aiebat, quod ille plane iuvenculus tot exercitus invicem inimicos sibi vindicavisset; ipsi autem aetate ac dignitatibus longe superiores ne suos quidem famulos germana concordia devincire inter se potuissent.

15. Hadrianum, qui praesidio Uticam tenebat, vivum cives concremaverunt: facinus autem, etsi dirum, non fuit improbatum ob eius, qui occisus fuerat, malitiam.

Mario Marii filio consulatum gerenti haud pauci eorum etiam qui dignitates ex legum norma impetraverant, primatum honoris deferebant; cuius videlicet cum adulescentibus participes esse per certamina bellica satagebant. Quumque ipsi graviore aetate essent, dabant operam ut iunioribus demostrarent quantum valeat bellicorum operum meditatio et proeliorum ceterorumque belli terrorum experientia.

* Acerba experimenta tum urbis tum etiam gentis, multaque tentamenta fiebant, quô demonstraretur, quatenus erga illos essent adfecti. Nimirum cogebantur non sine hypocrisi utrique parti simulanter genua flectere, semperque annuere praesenti. — Nam qui delectibus contra hostes habendis praepositi erant, seu cum coram aderant, seu cum inter se contenderent, iudiciis certissimis portendebant bellorum eventum.

(1) Has litteras vel ex Galliis vel ex Africa a Pompeio scriptas ad Syllam arbitror, quibus in provinciis mandato eiusdem dictatoris naviter pugnavit. Vide Plutarchum in Pomp. VIII. XI.

(2) Cicero in Verr. I. 27: *Hadrianus, quod eius avaritiam cives Romani ferre non poterant, Uticae domi suae vivus exustus est; idque ita illi merito accidisse existimatum est, ut laetarentur omnes, neque ulla animadversio constitueretur.*

(3) Sermo est de factionibus syllana et adversaria per Italiam alternatim praevalentibus, quibus miseri incolae adulari vicissim cogebantur.

Digitized by Google

XVI. Ὅτι Μάριος δι' ἃ τὴν σπάνιν | τῶν ἀναγκαίων ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν καταλέλειπται.

16. μόνος δὲ Μάρκος | Περπέννας ὁ τῆς Σικελίας στρατηγὸς (1) δι' ἃ πεμπομένῳ πρὸς αὐτὸν | Σύλλα, καὶ παρακαλοῦντος μετ' αὐτοῦ τάττεσθαι, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ | πειθαρχεῖν, ὥστε μὴ μόνον διατηρῆσαι τὴν πρὸς Μάριον εὔνοιαν, ἀλλὰ | καὶ μετ' ἀνατάσεως ἀποφῆναι, ὅτι πάντα σθένει διαβὰς ἐκ τῆς Σικελίας ἐξαρπάσει τὸν Μάριον ἐκ τῶν Πραινεστοῦ· ὁ δὲ οὐκ ἐφθασεν πρόσπεσεῖν, ἐπεί τοι γε χάριν τῆς διωκόντων ὠμότητος καὶ πρὸς αὐ|τοῖς ἀδύτοις μιαιφονηθεὶς, ἀπέσβεσεν ἂν τῷ αἵματι τὸ (2) ἀκοιμήτῳ δεισιδαιμονείᾳ τηρούμενον πῦρ ἐξ αἰῶνος (2).

Ὅτι τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔπαινος καὶ αἱ τῶν πονηρῶν βλασφημίαι μάλιστα δύνανται πρὸς τὰ καλὰ τῶν ἔργων τοῖς ἀνθρώποις χειραγωγεῖν.

* Ἄνδρας δυναμένους εὐλεύσασθαι καλῶς, καὶ τὰ κριθέντα ἀγαγεῖν εἰς συντέλειαν.

XVII. Ὅτι ὁ Σπάρτακος ὁ βάρβαρος εὐεργετηθεὶς παρά τινος, εὐχάριστος ἐφάνη πρὸς αὐτόν (3)· αὐτοδίδακτος γὰρ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις ἡ φύσις πρὸς ἀμοιβὴν χάριτος τοῖς εὐεργέταις (4).

Ὅτι ἡ διὰ τῶ ὅ|πλων νίκη κοινὴν ἔχει τοῖς ἡγεμόσι καὶ τοῖς στρατιώταις τὴν εὐημε|ρίαν· τὰ δὲ διὰ τῆς στρατηγικῆς συνέσεως γινόμενα κατορθώμα|τα, μόνῳ προσάπτεται τῷ ἡγεμόνι (5).

16. Marium propter rerum necessariarum penuriam milites deseruerunt. Unus M. Perperna qui Siciliam imperator tenebat, quum Sylla per legatos eum hortaretur ut secum signa coniungeret, adeo non paruit, ut praeter quam quod benivolentiam erga Marium conservavit, cum indignatione etiam dixerit, se cunctis copiis ex Sicilia translatis Marium Praeneste erepturum. Sed enim huic erumpendi tempus non fuit; persequentibus enim crudeliter hostibus in cuniculorum adytis interfectus, proprio sanguine extinxit ignem insomni superstitione perpetuo servatum.

Egregiorum virorum laus et improborum vituperatio plurimum valent ut homines ad praeclara facinora concitent.

* Viros tam ad bene deliberandum quam ad deliberata efficiendum idoneos.

17. Spartacus barbarus beneficio a quodam affectus, gratum animum significavit. Namque ipsa natura barbaros erudit ad referendam bene meritis gratiam.

Victoria quam arma pariunt, communem habet ducibus militibusque gloriam: verumtamen ea quae imperatorio consilio prospere fiunt, ea soli vindicantur duci.

(a) Cod. τῷ.

(1) De Perperna marianae seu carbonianae factionis in Sicilia duce lege Plutarchum in Pomp. X.

(2) Ergone extincto iuniore Mario videtur Romae accidisse prodigium extincti ignis apud Vestales? Ad Diodori locutionem quod adtinet, conferenda est par Ciceronis dictio pro Fonteio XVII: *ne ille ignis aeternus nocturnis Fonteiae laboribus vigiliisque servatus, sacerdotis vestrae lacrymis extinctus esse dicatur.*

(3) Addatur haec Spartaci laus inter multas quas de hoc gladiatore et mox celeberrimo duce praedicant historici.

(4) Dixit hanc sententiam Diodorus etiam de servis siculis p. 101. in excerp. vat.

(5) Haud scio an id quoque de Spartaco dicatur, cuius deliberandi sapientiam non silet Plutarchus in Crasso cap. VIIII.

Digitized by Google

P. 259. * Ἀκατάσχετός γάρ τις ὁρμὴ τοῖς ||| βαρβάροις ἐνέπεσε πρὸς τὴν Ῥωμαίους ἀποστάσεως (1).

Ὅτι ὡς εἰπαν αἱ τῶν ἄλλων συμφοραὶ νουθετοῦσι τοὺς ἐν τοῖς ὁμοίοις κινδύνοις ὑπάρχοντας.

XVIII. Ὅτι περὶ Δαμασκὸν τῆς Συρίας (a) διατρίβοντος Πομπηίου ἦλθε πρὸς αὐτὸν Ἀριστόβουλος ὁ τῶν Ἰουδαίων | βασιλεὺς, καὶ Ὑρκανὸς ὁ ἀδελφὸς, ἀμφισβητοῦντες περὶ τῆς βα|σιλείας (2)· οἱ δὲ ἀποφανέστατοι πλείους ὄντες τῶν δισχιλίων κατήν|τησαν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, καὶ ἀπεφήναντο τοὺς προγόνους ἑαυτῶν (b) | ἀφεστηκότας τοῦ ἱεροῦ περιεστοιβάδην πρὸς τὸ σύγκλητον καὶ παρειληφέναι τὴν προστασίαν τῶν Ἰουδαίων ἐλευθέρων καὶ αὐτονόμων |, οὐ βασιλέως χρηματίζοντος, ἀλλ' ἀρχιερέως προεστηκότος τοῦ | ἔθνους· τούτους δὲ νῦν δυναστεύειν καταλελυκότας τοὺς πατρίους | νόμους, καὶ καταδεδουλῶσθαι τοὺς πολίτας ἀδίκως· μισθοφόρων γὰρ πλήθει καὶ αἰκίαις καὶ πολλοῖς φόνοις ἀσεβέσι περιπεποιῆσθαι | τὴν βασιλείαν· ὁ δὲ περὶ μὲν τῶν ἀμφισβητήσεων εἰς ὕστερον ὑπερεβάλετο καιρόν· περὶ δὲ παρανομίας τῆς Ἰουδαίων καὶ τῆς | εἰς Ῥωμαίους ἀδικημάτων πικρῶς ἐπιτιμήσας τοῖς περὶ τὸν Ὑρκανὸν, ἀξίους μὲν αὐτοὺς ἔφησεν εἶναι καὶ μείζονος καὶ πικροτέρας ἐπιστροφῆς, ὅμως δὲ διὰ τὸ πάτριον ἐπιείκειαν τῆς Ῥωμαίων |, εἰ ἀπὸ τοῦ νῦν πείθονται, συγγνώμης αὐτοὺς ἠξίωσεν.

XVIIII. Ὅτι ὁ Πομπήιος τὰς ἰδίας πράξεις, ἃς συνετέλεσεν ἐπὶ τῆς Ἀσίας, ἀναγράψας ἀνέθηκεν, ὧν ἔστιν ἀντίγραφον τόδε.

* Infrenis enim quidam impetus barbaros corripuerat, ut ad Romanos deficerent.

Aliorum adversi casus plerumque illos erudiunt qui paribus in periculis versantur.

18. Dum Pompeius circa Damascum stationes haberet, Aristobulus Iudaeorum rex, fraterque huius Hyrcanus, de regno inter se contendentes, ad eum venerunt. Nobiles autem plusquam ducenti imperatorem convenientes significabant, maiores horum relicto templo, missisque ad senatum legatis, principatum Iudaeorum impetravisse, qui antea liberi suique iuris fuerant, sine ullo rege, pontifice tantum principatum gentis tenente. Hos autem nunc, invitis patriae legibus, dominari, civesque suos iniusto servitio opprimere. Etenim mercenariorum militum multitudine, saevitia multisque nefandis caedibus, regnum sibi confirmavisse. Pompeius hanc quidem controversiam in aliud tempus reiecit; interim vero de Iudaeorum contumacia et de iniuriis, quibus Romanos laeserant, Hyrcanum acerbe increpuit, dignosque eos maiore atque asperiore animadversione ait: nihilominus pro clementiae romanae ritu, si deinceps paruerint, veniam consecuturos.

19. Pompeius res a se in Asia gestas, in tabula, quam dedicavit, perscripsit. Est autem exemplar hoc.

(a) Cod. Τυρίας. (b) Ita cod.

(1) Brevior sententia est, quam ut ex ea subiectam verbis historiam cognoscere possimus.

(2) Ergo in quadragesimo ideoque ultimo Diodori libro versamur: in hac enim extremitate bellum Pompeii iudaicum conclusum fuit, cuius exordium reapse in quadragesimo libro legebat Photius in eclogis ed. Wessel. p. 542. Porro Aristobuli et Hyrcani disceptationem coram Pompeio apud Damascum diligenter scribit Iosephus antiq. XIIII. 5; qui tantopere cum Diodoro, si minus verbis, certe

Digitized by Google

ΠΟΜΠΗΙΟΣ · ΓΝΑΙΟΥ · | ΥΙΟΣ · ΜΕΓΑΣ · ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ · ΤΗΝ · ΠΑ-
ΡΑΛΙΟΝ · ΤΗΣ · ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ · ΚΑΙ · ΠΑΣΑΣ · | ΤΑΣ · ΕΝΤΟΣ · ΩΚΕ-
ΑΝΟΥ · ΝΗΣΟΥΣ · ΕΛΕΥΘΕΡΩΣΕΝ · ΤΟΥ · ΠΕΙΡΑΤΙΚΟΥ · ΠΟΛΕΜΟΥ · |
24. Ο · ΡΥΣΑΜΕΝΟΣ · ΠΟΤΕ · ΠΟΛΙΟΡΚΟΥΜΕΝΗΝ · ΤΗΝ · ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥ ·
ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ · | ΓΑΛΑΤΙΑΝ · ΕΤΙ · ΚΑΙ · ΤΑΣ · ΥΠΕΡΚΕΙΜΕΝΑΣ · ΧΩΡΑΣ ·
ΚΑΙ · ΕΠΑΡΧΙΑΣ · ΑΣΙΑΝ · ΒΙ|ΘΥΝΙΑΝ · ΥΠΕΡΑΣΠΙΣΑΣ · ΔΕ · ΠΑΦΛΑΓΟ-
ΝΙΑΝ · ΤΕ · ΚΑΙ · ΤΟΝ · ΠΟΝΤΟΝ · ΑΡΜΕΝΙΑΝ · | ΤΕ · ΚΑΙ · ΑΧΑΙΑΝ (3) ·
ΕΤΙ · ΔΕ · ΙΒΗΡΙΑΝ · ΚΟΛΧΙΔΑ · ΜΕΣΟΠΟΤΑΜΙΑΝ · ΣΩΦΗΝΗΝ · ΓΟΡ-|
28. ΔΥΗΝΗΝ · ΥΠΟΤΑΞΑΣ · ΔΕ · ΒΑΣΙΛΕΑ · ΜΗΔΩΝ · ΔΑΡΕΙΟΝ · ΒΑΣΙΛΕΑ ·
ΑΡΤΩ|ΛΗΑ · ΙΒΗΡΩΝ · ΒΑΣΙΛΕΑ · ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΝ · ΙΟΥΔΑΙΩΝ · ΒΑΣΙ-
ΛΕΑ · ΑΡΕΤΑΝ · | ΝΑΒΑΤΑΙΩΝ · ΒΑΣΙΛΕΑ · ΑΡΑΒΩΝ · ΚΑΙ · ΤΗΝ · ΚΑΤΑ ·
ΚΙΛΙΚΙΑΝ · ΣΥΡΙΑΝ · | ΙΟΥΔΑΙ|ΑΝ · ΑΡΑΒΙΑΝ · ΚΥΡΗΝΑΙΚΗΝ · ΑΧΑΙΟΥΣ ·
32. ΙΟΖΥΓΟΥΣ · ΣΟΛΝΟΥΣ · ΗΝΙΟΧΟΥΣ · | ΚΑΙ · ΤΑ · ΛΟΙΠΑ · ΦΥΛΑ · ΜΕ-
ΤΑΞΥ · ΚΟΛΧΙΔΟΣ · ΚΑΙ · ΜΑΙΩΤΙΔΟΣ · ΛΙΜΝΗΣ · || ΤΗΝ · ΠΑΡΑΛΙΟΝ · P. 26 b.
ΚΑΤΕΧΟΝΤΑ · ΚΑΙ · ΤΟΥΣ · ΤΟΥΤΩΝ · ΒΑΣΙΛΕΙΣ · Θ · ΤΟΝ · ΑΡΙΘ-
ΜΟΝ · | ΚΑΙ · ΠΑΝΤΑ · ΤΑ · ΕΘΝΗ · ΤΑ · ΕΝ · ΤΟΙΣ · ΤΗΣ · ΠΟΝΤΙΚΗΣ ·
ΚΑΙ · ΤΗΣ · ΕΡΥΘΡΑΣ · ΘΑΛΑΣΣΗΣ · ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΑ · ΚΑΙ · ΤΑ ·
4. ΟΡΙΑ · ΤΗΣ · ΗΓΕΜΟΝΙΑΣ · ΤΟΙΣ · ΟΡΟΙΣ · ΤΗΣ · ΓΗΣ · | ΠΡΟΣΒΙΒΑ-
ΣΑΣ · ΚΑΙ · ΤΑΣ · ΠΡΟΣΟΔΟΥΣ · ΡΩΜΑΙΩΝ · ΦΥΛΑΞΑΣ · ΑΣ · ΔΕ · ΠΡΟ-
|ΣΑΥΞΗΣΑΣ · ΤΟΥΣ · ΤΕ · ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣ · ΚΑΙ · ΤΑ · ΛΟΙΠΑ · ἈΦΙ-
ΔΡΥΜΑΤΑ · ΤΩΝ · ΘΕΩΝ | · ΚΑΙ · ΤΟΝ · ΛΟΙΠΟΝ · ΚΟΣΜΟΝ · ΤΩΝ ·
ΠΟΛΕΜΙΩΝ · ΑΦΕΛΟΜΕΝΟΣ · ΑΝΕΘΗΚΕ · ΤΗΙ · ΘΕΩΙ · | ΧΡΥΣΟΥΣ ·
ΜΥΡΙΟΥΣ · ΚΑΙ · ΔΥΣΧΙΛΙΟΥΣ · ΕΞΗΚΟΝΤΑ · ΑΡΓΥΡΙΟΥΣ · ΤΑΛΑΝ-
ΤΑ · $\overline{\text{Τ}}$ · $\overline{\text{Ζ}}$ · | (2)

POMPEIUS . CNAEI . FILIUS . MAGNUS . IMPERATOR . LITORA . ORBIS . CUNCTASQUE . INTRA . OCEANUM . INSULAS . PIRATICO . BELLO . LIBERAVIT . IDEM . EXPEDIVIT . OBSESSUM . IAMDIU . ARIOBARZANIS . REGNUM . GALATIAM . PRAETEREA . ET . SUPERIORES . REGIONES . AC . PRAEFECTURAS . ASIAM . BITHYNIAM . DEFENDIT . ETIAM . PAPHLAGONIAM . PONTUM . ARMENIAM . ET . ACHAIAM . INSUPER . IBERIAM . COLCHIDEM . MESOPOTAMIAM . SOPHENEM . GORDYENEM . SUBEGIT . AUTEM . MEDORUM . REGEM . DARIUM . IBERORUM . REGEM . ARTOLEUM . IUDAEORUM . REGEM . ARISTOBULUM . NABATAEORUM . REGEM . ET . ARABUM . REGEM . TUM . CILICIAE . PROXIMAM . SYRIAM . IUDAEAM . ARABIAM . ET . CYRENAICAM . SATRAPIAM . ACHAEOS . IOZYGOS . SOLNOS . HENIOCHOS . CETEROSQUE . POPULOS . INTER . COLCHIDEM . ET . PALUDEM . MAEOTIN . QUOTQUOT . AD . MARE . PERTINGUNT . ET . HORUM . REGES . NOVEM . OMNES . ITEM . POPULOS . QUI . CIRCA . PONTICUM . RUBRUMQUE . MARE . INCOLUNT . FINES . IMPERII . AD . ORBIS . TERMINOS . PROMOVIT . ROMANORUM . VECTIGALIA . CONSERVAVIT . PARTIMQUE . AUXIT . STATUAS . ET . CETERA . SIMULACRA . DEORUM . RELIQUUMQUE . HOSTIUM . ORNATUM . DIREPTUM . DICAVIT . DEAE . AURI . PONDO . DUODECIM . MILIA . SEXAGINTA . ARGENTI . TALENTA . CCCVII.

rebus congruit, ut plane dicerem expilatum a Iosepho Diodorum, nisi arbitrarer iudaeum hominem res suas gentiles a domesticis potius monumentis quam ab externis historicis desumpsisse.

(1) En *Achaia* non solum urbs, verum etiam provincia est, quam rem haud scio an satis innuat Stephanus byzantinus.

(2) Praeclaram enimvero et ineditam inscriptio-

Digitized by Google

XX. Ὅτι Λεύκιος Σέργιος, ὁ ἐπικαλούμενος Κατιλίνας, κατάχρεως γεγο-
νὼς | ἀποστασιν ἐμελέτησεν· ὁ δὲ Μάρκος ὁ Κικέρων ὁ ὕπατος λόγον δι|ετίθετο 8.
περὶ τῆς προσδοκωμένης ταραχῆς· καὶ κληθέντος Κατιλί|να, καὶ τῆς κατηγορίας
κατὰ πρόσωπον γινομένης, ὁ Κατιλίνας | κατ' οὐδένα τρόπων (a) ἔφησεν ἑαυτὴν 12.
καταγινώσκεσθαι φυγὴν ἑκούσιον ἄκριτον· ὁ δὲ Κικέρων ἐπηρώτησε τοὺς συν-
κλητικοὺς εἰ δο|κεῖ μεταναστῆναι τὸν Κατιλίναν ἐκ τῆς πόλεως; σιωπώντων δὲ |
πολλῶν διὰ τὸ κατὰ πρόσωπον ὀκνεῖσθαι, δι' ἑτέρου τρόπου | καθάπερ ἐλέγξαι 16.
τὸ σύγκλητον ἀκριβῶς βουλόμενος, τὸ δεύτερον | ἐπηρώτησε τοὺς συνέδρους, εἰ
κελεύουσι Λεύκιον (b) Κατιλίναν ἐκ τῆς | Ρώμης μεταστῆσαι; μιᾷ δὲ φωνῇ πάν-
των ἀναστησάντων, νὴ δι|εῖν, καὶ δυσχεραινόντων ἐπὶ τῷ πάλιν ῥηθέντι ἐπὶ
τὸν Κατιλίναν, | ἔφησεν, ὅτ' ἄν τινα μὴ νομίσωσιν (c) εἶναι ἐπιτήδειον φυγῆς, 20.
μεθ' ὅσης | κραυγῆς ἀντιλέγουσιν· ὥστε εἶναι φανερὸν ὅτι διὰ τῆς φωνῆς ὁμο|λο-
γοῦσι φυγήν· ὁ δὲ Κατιλίνας εἰπὼν ὅτι βουλεύσεται καθ' ἑαυτὸν, ἀ|νε-
χώρησε.

Ὅτι καὶ τὴν παροιμίαν, τῷ πλείονι πολέμιον κα|θίσαται τοὔλαττον (1). 24.

20. Lucius Sergius cognomento Catilina aere alieno gravatus coniuravit. Marcus vero Cicero consul orationem de imminenti tumultu habuit; citatoque Catilina atque in faciem accusato, Catilina nullo pacto ait semet ipsum indicta causa ad voluntarium exilium esse damnaturum. Tum Cicero senatores rogavit, utrum Catilina videretur eis urbe pellendus? Ibi silentibus multis, dum praesentem hominem reverentur; alia utens formula Cicero, ceu omnino senatus sententiam pro dignitate explorare volens, denuo senatores rogavit iuberentne ut Lucius Catilina urbe excederet? Tum unanimi voce cunctis consurgentibus, seque id decernere dicentibus, et geminatam de Catilina interrogationem aegre ferentibus; consul ait, siquando aliquem senatus minime dignum exilio iudicat, magno clamore reclamare solet: nunc autem vocibus suis se exilium decernere declaravit. Tum Catilina se rebus suis consulturum dicens, curia excessit.

Potiori, ut dicitur in proverbio, id quod deterius est, adversatur.

(a) Ita cod. pro τὸν τρόπον. (b) Cod. Κόϊντον. (c) Cod. νομήτωσιν.

nem graecam nanciscimur; diversam plane a breviario, quod recitat Plinius VII. sect. 26, qui sic ait „ Hos Pompeius honores urbi tribuit in delubro Mi„ nervae, quod ex manubiis dicabat. *Cn. Pompeius magnus imp. bello* ·XXX· *annorum confecto, fusis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis hominum centies vicies semel* LXXXIII ·*M. depressis aut captis navibus* DCCCXLVI· *oppidis, castellis* MDXXXVIII *in fidem receptis: terris a Maeotis lacu ad rubrum mare subactis, votum meritum Minervae*. „ Hoc est breviarium eius ab oriente. „ Triumphi vero, quem duxit, praefatio haec fuit: *cum oram maritimam a praedonibus liberasset, et imperium maris populo romano restituisset; ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudaeis, Albanis, Iberia, insula Creta, Basternis, et super haec de regibus Mithridate atque Tigrane triumphavit*. Inscriptionem memorat, sed non recitat, etiam Gellius x. 1, ceteroquin is perperam ait positam in aede Victoriae pro in aede Minervae, ut iam critici observarunt. De his Pompeii honoribus confer Plutarchum in Pomp. XLV, Parterculum II. 40, Zonaram X. 5. Imitatus est autem hac inscriptione faciendi Pompeius Hannibalem, cuius victoriarum titulum ab ipsomet scriptum legit Polybius III. 33· Iam ἀργυρίους τάλαντα pro ἀργυρίου τάλαντα habet Diodorus, de alia re loquens, etiam in fragm. ed. p. 515, quam lectionem editores immerito fortasse mutaverunt in ἀργυρίου. Videsis in Wessel. ed. not. 98. Porro aurea talenta ad rationem argenteorum revocat Diodorus lib. XVII. 71.

(1) Num de Catilina sermo adhuc est qui aere alieno pressus, divitibus infensus erat; ideoque, ut plerumque fit, coniuraverat? An potius de invidia verba fiant, quam in historiae extremitate deprecatus videtur Diodorus?

Digitized by Google

XXI. Ὅτι τ̃ βίβλων τινὲς (1) πρὸ τ̃ διορθω|θῆναι κ̀ τ̃ ἀκριβῆ συντέλειαν λαβεῖν κλαπεῖσαι προεξεδόθησαν, | οὕτω συνευαρεστουμένων ἡμῶν τῇ γραφῇ ἃς ἡμεῖς ἀποποιούμεθα· | ἵνα ᾖ αὐταὶ φανεραὶ γεγομέναι μὴ λυμαίνωνται τ̃ ὅλην
28. ἐπι|βολὴν τ̃ ἱστορίας, ἐκρίναμεν δεῖν τ̃ ἐλέγχοντα λόγον τ̃ ἄγνοιαν | ἐκθέσθαι· ἐν τεσσαράκοντα γὰρ βίβλοις παρειληφότες τὴν | πραγματείαν, ἐν μὲν τ̃ πρώταις ἀνεγράψαμεν τὰς πρὸ τ̃ τρωϊκῶν | πράξεις τε κ̀ μυθολογίας (2)· κ̀ τοὺς χρόνους
32. τούτους, ἐπ' ἀκρι|βείας οὐ διορισάμεθα; διὰ τὸ μηδὲν παράδειγμα περὶ τούτων παρεῖ|||ναι * * * (3)

21. Libri aliquot prius quam emendarentur atque iis manus ultima esset imposita, ante tempus furtim vulgati fuerunt, quum nondum nos scriptura nostra declarassemus quosnam ex iis libris improbaremus. Ergo ut ii nominatim innotescant, ne forte universo historiae corpori nocent, operae pretium facturos nos iudicamus, si ambiguitatem hanc manifesto sermone dispellamus. Quum ergo quadraginta libris universam historiam comprehenderimus; in prioribus quidem res ac fabulas ante Troiam captam scripsimus: atque illa tempora nequaquam exactis calculis supputavimus, propterea quod eorum satis certum documentum nullum suppetebat * * *

(1) In margine scribitur ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ, *de universa Diodori siculi historia*.

(2) Hoc ipsum dixerat Diodorus in prohoemio edito cap. V; ibidemque addiderat se historiae suae finem fecisse ante annum primum olympiadis CLXXX, qui est urbis conditae annus DCXCIV. Atqui vaticanum Diodori excerptum penultimum versatur in Catilinae rebus, cuius coniuratio deprehensa anno DCXCI, oppressa sequente anno DCXCII. Tum ibidem praecedit (quamquam subsequi debuit) Pompeii triumphus, qui ductus est Pisone et Messala coss., ut ait Plinius VII. sect. 26, anno DCXCIV. Ergo reapse vaticana excerpta a septimo Diodori libro usque ad expletum quadragesimum, id est usque ad historiae finem, pertingunt.

(3) Folium ultimum quaternionis huius periisse iam diximus p. 110. n. 1. Atqui minimam partem vaticanorum Diodori excerptorum nos in hoc lacuna amisisse mihi exploratum est; nam postremum hoc excerptum ex ipsa diodorianae historiae clausula seu epilogo desumitur, ut lectores facile sentiunt. Existimo igitur in amissi folii priore omnino pagina, et fortasse intra paucos versus desivisse Diodori vaticana excerpta; ita ut mox inceperint in eadem pagina aut certe folio diversi a Diodoro historici excerpta alia ad Prophyrogeniti aeque collectionem pertinentia. Sed enim gratulandum profecto est, quod pars saltem postremi huius excerpti exitium evaserit. Hinc enim commode discimus primo quidem revera finem fieri Diodori excerptorum; tum ipsam historiae clausulam utcumque videmus; tum denique iudicium auctoris de suis libris cognoscimus, quorum sex prioribus fidem certam ac severam derogat, propterea quod tempora nimis antiqua et documentis carentia contineant. Unde rursus intelligimus quam facile quantoque iure negligere liceat homines illos, qui ut divinis Mosis libris illudant, barbarorum populorum insanas antiquitates clamitant. Et quidem Cicero de divin. I. 19. gravi testimonio chaldaicas antiquitates iamdiu damnavit, quas vel stultorum hominum vel vanorum vel imprudentium commenta appellat. Nuper vero aegyptiacorum quoque monumentorum multo accuratius studium et eruditius, satis coarguit nihil esse sincere historicum aut monumentis comprehensum apud Aegyptios, quod Abrahami aetatem excedat; a qua scilicet christianus Eusebius, non religioso praeiudicio, sed rei verae scientia ductus, chronicas tabulas suas exorditus est.

FINIS EXCERPTORUM DIODORI SICULI.

Digitized by Google

DIODORI

EXCERPTORUM ORDO CHRONICUS.

Romanae urbis annos historiarum veterum editionibus adiungere valde utile est; idque institutum cum alii historiarum editores, tum ego quoque secutus sum, quum in marginibus reliquiarum Dionysii Halic. quas Mediolani edidi, singula tempora scribenda curavi. Atque idem in praesenti faciendum erat in his vaticanis graecorum historicorum excerptis: sed quoniam, dum prima Diodori folia imprimerentur, tempora adiungere oblitus fui; nunc eadem iuncta in latereulo scribam, liberiore tamen ratione; tum quia multarum historiae particularum divinari tempora non queunt, tum quia non chronologiam condere volo, sed aetates tantummodo praecipuarum rerum, omni omissa controversia vel subtilitate, indicare. En igitur quis fere cuique Diodori mei paginae ac versui annus conditae urbis adscribendus sit.

P. 1. *v.* 1. . . . *ante urb. cond. an.* 67.
p. 4. *v.* 11. . . *ante urb. cond. an.* 19.
p. 5. *v.* 1. . . *urbis conditae an.* 1.
p. 6. *v.* 1. . . . . *an.* 30.
p. 6. *v.* 1. . . . . *an.* 30.
p. 7. *v.* 5. . . . . *an.* 31.
p. 8. *v.* 18. . . . . *an.* 46.
p. 10. *v.* 7. . . . . *an.* 51.
p. 11. *v.* 7. . . . . *an.* 62.
p. 12. *v.* 14. . . . . *an.* 69.
v. 16. . . . . *an.* 71.
p. 13. *v.* 1. . . . . *an.* 124.
p. 14. *v.* 5. . . . . *an.* 196.
p. 16. *v.* 3. . . . . *an.* 197.
p. 25. *v.* 1. . . . . *an.* 202.
v. 6. . . . . *an.* 207.
v. 18. . . . . *an.* 210.
p. 29. *v.* 5. . . . . *an.* 221.
v. 13. . . . . *an.* 222.
p. 33. *v.* 6. . . . . *an.* 225.
v. 12. . . . . *an.* 232.
p. 34. *v.* 1. . . . . *an.* 241.
v. 10. . . . . *an.* 244.
p. 34. *v.* 8. . . . . *an.* 245.
p. 36. *v.* 20. . . . . *an.* 246.
p. 37. *v.* 5. . . . . *an.* 246.
v. 15. . . . . *an.* 252.
p. 38. *v.* 11. . . . . *an.* 264.
p. 39. *v.* 11. . . . . *an.* 274.

[*Omittitur pars Diodori olim edita.*]

p. 42. *v.* 1. . . . . *an.* 453.
p. 43. *v.* 5. . . . . *an.* 454.
p. 44. *v.* 7. . . . . *an.* 462.
p. 46. *v.* 1. . . . . *an.* 474.
v. 8. . . . . *an.* 475.
v. 14. . . . . *an.* 476.
p. 47. *v.* 7. . . . . *an.* 480.
p. 48. *v.* 1. . . . . *an.* 493.
p. 49. *v.* 4. . . . . *an.* 497.
v. 17. . . . . *an.* 498.
p. 51. *v.* 5. . . . . *an.* 499.
p. 52. *v.* 1. . . . . *an.* 504.
p. 53. *v.* 8. . . . . *an.* 511.
v. 17. . . . . *an.* 512.
p. 54. *v.* 5. . . . . *an.* 513.

Digitized by Google

p. 55. v. 1. . . . . an. 514.
p. 56. v. 3. . . . . an. 516.
v. 13. . . . . an. 534.
v. 17. . . . . an. 535.
p. 58. v. 1. . . . . an. 539.
p. 60. v. 1. . . . . an. 543.
p. 61. v. 1. . . . . an. 547.
7. . . . . an. 549.
p. 62. v. 3. . . . . an. 551.
p. 63. v. 5. . . . . an. 553.
p. 67. v. 5. . . . . an. 554.
p. 68. v. 6. . . . . an. 562.
p. 69. v. 14. . . . . an. 564.
p. 70. v. 1. . . . . an. 571.
p. 71. v. 8. . . . . an. 573.
v. 13. . . . . an. 576.
p. 72. v. 3. . . . . an. 583.
p. 73. v. 11. . . . . an. 585.
p. 74. v. 18. . . . . an. 586.
p. 75. v. 6. . . . . an. 586.
p. 79. v. 1. . . . . an. 586.
p. 82. v. 13. . . . . an. 587.
p. 86. v. 5. . . . . an. 591.
p. 87. v. 7. . . . . an. 592.
p. 89. v. 1. . . . . an. 601.
p. 90. v. 11. . . . . an. 604.
p. 91. v. 7. . . . . an. 607.
p. 92. v. 9. . . . . an. 608.
p. 94. v. 1. . . . . an. 608.
p. 97. v. 5. . . . . an. 609.
p. 98. v. 17. . . . . an. 615.
p. 99. v. 11. . . . . an. 616.
p. 100. v. 1. . . . . an. 619.
p. 104. v. 5. . . . . an. 621.
p. 105. v. 16. . . . . an. 625.
p. 109. v. 10. . . . . an. 630.
p. 110. v. 14. . . . . an. 643.
p. 112. v. 1. . . . . an. 663.
p. 115. v. 11. . . . . an. 663.
p. 122. v. 6. . . . . an. 666.
p. 124. v. 5. . . . . an. 667.
p. 125. v. 1. . . . . an. 668.
v. 13. . . . . an. 669.
p. 126. v. 10. . . . . an. 672.
p. 127. v. 13. . . . . an. 681.
p. 128. v. 5. . . . . an. 690.
p. 130. v. 1. . . . . an. 691.

Digitized by Google

DIODORI

ORDO FOLIORUM RESTITUTUS.

Palimpsestorum folia omnia sus deque a librariis, qui membranas rescripserunt, fuisse perturbata, iampridem ab iis qui haec studia tractant patefactum est. Igitur vaticanus quoque historicorum graecorum rescriptus codex eodem incommodo laborat, cuius folia a me editore nuper ad priscam normam ordinata fuerunt. Et curavi equidem ut in libri mei marginibus de neoterica rescribentis perturbatione lectores perpetuo admonefacerem; nunc vero tabella etiam proponenda est, quae doceat quanam ego ratione, restitutis priscis quaternionibus, materiam historicam ad suas iustas sedes revocaverim: quod cum facerem, materiae tantummodo nexum sequi potui; nam quaternionum notae nullae in codice erant.

Q. I. p. 255. 256 ‿ 249. 250.
325. 326 ‿ 339. 340.
207. 208 ‿ 201. 202.
345. 346 ‿ 347. 348.

Q. II. p. 269. 270 ‿ [267. 268.
247. 248 ‿ 257. 258.
253. 254 ‿ 251. 252.
279. 280 ‿ 289. 290.]

Pars olim edita, ideoque nunc omissa.

Q. III. [p. 307. 308 ‿ 293. 294.
183. 184 ‿ 193. 194.
235. 236 ‿ 237. 238.
229. 230 ‿ 243. 244.]

Quaternio olim editus, ideoque nunc omissus.

Pars olim edita, ideoque nunc omissa.

Q. IV. [p. 221. 222 ‿ 219. 220.
119. 120 ‿ 129. 130.
177. 178 ‿ 167. 168.]
265. 266 ‿ 271. 272.

Q. V. p. 123. 124 ‿ 125. 126.
331. 332 ‿ 333. 334.
211. 212 ‿ 197. 198.
295. 296 ‿ 305. 306.

Q. VI. p. 161. 162 ‿ 151. 152.
169. 170 ‿ 175. 176.
213. 214 ‿ 227. 228.
135. 136 ‿ 145. 146.

Q. VII. p. 353. 354 ‿ . . . . .
245. 246 ‿ 259. 260.
233. 234 ‿ 239. 240.
231. 232 ‿ 241. 242.

Paginae codicis Diodori ineditae sunt LXXX; *lectae omnes, praeter unam* 353, *in qua pauca verba leguntur, et alteram* 354 *prorsus oblitteratam.*

Digitized by Google

Δ Ι Ω Ν Ο Σ

Ρ Ω Μ Α Ι Κ Η Σ Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α Σ

Ε Κ Λ Ο Γ Α Ι

I. ***(1) [Ἀνέγνωκα] πάντα ὡς εἰπεῖν τὰ περὶ αὐτῶν τισὶ γεγραμμένα. P. 195. συνέγραψα δὲ οὐ πάν|τα, ἀλλ' ὅσα ἐξέκρινα· μὴ μέν τοι μηδ' ὅτι καλλιε- πημένοις, ἐς ὅσον | γε κἀγὼ τὰ πράγματα ἐξεπέζευσε, λόγοις κέχρημαι, ἐς τὴν ἀλήθειαν αὐ|τῶν βλέπ' ἔστο τις ὑποπτεύσῃ, ὅπερ ἐπ' ἄλλων τινῶν συμβέβη- κεν. | ἐγὼ γὰρ ἀμφότερα, ὡς οἷόν τε ἦν, ὁμοίως ἀκριβῶσαι ἐσπούδασα (2)· ἄρξομαι (3) | ἡ ὅθεν περ τὰ σαφέστατα τῶν περὶ τήνδε τὴν γῆν, ἣν κατοι- κοῦμεν, | συμβῆναι λεγομένων παρελάβομεν, ἐς χώραν ταύτην ἐν ᾗ τὸ τῶν | Ῥωμαίων ἄστυ πεπόλισται (4).

Ex prohoemio historiae Dionis.

D I O N I S

HISTORIAE ROMANAE

E X C E R P T A

AB URBE CONDITA USQUE AD PUGNAM CANNENSEM.

1. *** *Legi* cuncta propemodum quae de Romanis nonnulli scripserunt; non tamen omnia in commentarios meos retuli, sed delecta. Nec quia ego pompatica, quantum res tulerunt, oratione sum usus, idcirco aliquis de veritate dictorum dubitet; quod aliis interdum accidit: ego enim utramque rem, veritatem scilicet et elegantiam, pari conatu sectatus sum. Ordior autem ab iis temporibus, quibus res in hac quam incolimus terra gestae, perspicua in luce versantur; in hac, inquam regione, in qua romana urbs condita est.

(1) Primus hic Dionis vaticanus quaternio integer est, ut foliorum a me ordinatorum tabula, quam postea scribam, manifeste demonstrabit. Primum autem quaternionis dicti fragmentum ab extremo Dionis deperdito prohoemio decerptum esse, nemo non videt. Atqui fieri non potest, ut eclogarius Porphyrogeniti ita excerpta Dionis exorditus fuerit, ut ne auctoris quidem nomen titulumve operis scripserit: praetereaque credibile est, non unum sed plura ex Dionis prohoemio excerpta fecisse. Ergo satis apparet, ante hunc quaternionem, partem aliquam excerptorum Dionis fuisse, quae temporis iniuria perierit. Pars tamen ista satis exigua fuit, quia scilicet intra prohoemii fines continebatur. Porro ego nuper docui, quaternionem Diodori extremum caruisse folio ultimo, in quo non nisi pars minima Diodori esse potuit: ergo non immerito suspicor, reliquam eius folii amissi partem occupatam fuisse a Dionis nomine, titulo collectionis constantinianiae, et prioribus hoc, quod superest, Dionis excerptis. Ergo, si recte auguror, Diodorum in vaticano codice subsequebatur Dio; ita ut in illo, quod periisse folio dixi, pars simul ultima Diodori exstiterit et prima Dionis.

(2) Notandum est Dionis hoc de historiae suae stilo iudicium.

(3) Imitatur Dio Dionysium halic. I. 8: ἄρχομαι οὖν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῶν παλαιοτάτων etc.

(4) Ita edidi, ut dictio esset continua, sensusque loci, uti nunc se habet, coacinnior. Sed

II. Ὅτι ὠδὲ τῆ Τυρσηνῶν (a) φησὶν ὁ ΔΙΩΝ. | Ταῦτα γὰρ καὶ προσῆκεν ἐνταῦθα τῷ λόγῳ ὠδὲ αὐτῆ γεγράφθαι· καὶ ἀλλ' ὅτι καὶ αὖθις αὖ ἕτερον ὑτῷ ποτ' ἂν διέξοδος ἢ συγγραφῆς | τὸ λιπαρὸν εὐζεπίζουσα προσύχῃ, καὶ καιρὸν εἰρήσεται· τὸ δ' αὐτὸ | τοῦτο καὶ ὠδὲ τῆ ἄλλων τῆ ἀναγκαίων ἀρκούντως ἔχοντες, τὰ μὲν | γὰρ τῆ Ῥωμαίων πάντα καθ' δύναμιν ἐπέξειμι, τῆ δὲ λοιπῶν | τὰ προσφορὰ αὐτοῖς μόνα γεγράψεται. 12.

* Οὐ γάρ ἐστιν οὔτε προιδέσθαι | πάντα ἀνθρώπῳ ὅτι, οὔτ' ἀποτροπὴν τῆ ἀναγκαίως ἐσομένων εὑρεῖν· * | τιμωρός τινας δὲ ἀδικίας αὐτοῦ ἐκ δὲ κόρης ἐκείνης γεννη|θῆναι (1). 16.

Ὅτι σασιάσαντες πρὸς ἀλλήλες Ῥέμος καὶ Ῥώμυλος (2) *. Ἔκδημον ἐποίησαν.

Ὅτι τινὲς καὶ πάνυ ἀσφαλέστερον οὐκ κινδύνες | τῆ εὐτυχιῶν συνδιαφέρουσιν.

* Καὶ αὐτοί τε ἐξέμαθον καὶ οὓς ἄλλες | ἐξεδίδαξαν. 20.

Ὅτι οὔθ' οἱ τιμωρούμενοι τινὰς, κατορθοῦσι πάντως, | ὅτι προκινδύνευται. οὔθ' οἱ πρῶτα τῶν χρειττόνων ἀπαιτοῦντες τινὰ, | ἀπολαμβάνουσιν αὐτά, ἀλλὰ πολλάκις καὶ τὰ λοιπὰ προσαπολλύ|ουσιν.

III. Ὅτι ἡ Ἐρσιλία καὶ αἱ ἄλλαι ὁμόφυλοι γυναῖκες τηρή|σασαι ποτὲ 24.

2. De Etruscis ait DIO. Haec et presenti sermonis mei loco congruebant, et alibi etiam scripta fuerunt: immo rursus quidvis aliud historiae contextus rerum copiam recte ordinans postulabit, suo tempore dicetur. Atque hac moderatione in aliis quoque necessariis utemur. Nam romanas quidem res pro viribus cunctas narro; ceterorum vero populorum eas tantummodo, quae ad praedictas referentur.

* Porro autem non licet homini cuncta ante videre, neque ab se averruncare quae necessario eventura sunt. Ecce enim vindices quidam iniustitiae eius ex illa puella geniti sunt.

Romulus et Remus inter se dissidentes *. Extorrem fecerunt *.

Nonnulli plane tutius pericula quam felicitates ferunt.

* Et ipsi didicerunt et alios simul eruditos fecerunt.

Neque ii qui de aliquo poenas vindices sumunt, bene omnino rem gerunt; quandoquidem ipsi damnum antea passi sunt. Neque ii qui a fortioribus aliquid reposcunt, id accipiunt; sed ceteraque quoque saepenumero amittunt.

3. Hersilia ceteraeque eius populares feminae, observatis aliquando utriusque

(a) Ita cod. τυρσ. pro τυρρ. F vel autem priori scripturae Dionysius habet, I. 26. qui sit *Tyrrhenos* (ergo dicendum Τυρρηνῶν) ita appellatos a τυρσις *aedificiorum munitorum*, quod primi hi populi extruxerunt.

tamen valde arbitrabar, statuendam esse pausam post προσῆκεν. Tum ordiendum a capite τὴν χώραν τοῦτον etc. ita ut hoc revera sit initium historiae Dionis post prooemium, quamquam eclogarius nonnisi imperfectum comma conservaverit. Ac Dio rursus imitari Dionysium mihi videbatur, qui cap. IX. post suum prooemium orditur sic: τὴν δὲ ἐμὴν γῆς καὶ θαλάσσης ἀρχὴν, πόθεν ἤρξατο καὶ ὅπως ηὐξήθη Ῥωμαίοις, Verum ut Dionysius fabulosa et vieta colligere non recusavit, ita Dio his omissis, videtur historiam suam a Tyrrhenis seu Etruscis huius terrae incolis exorsus fuisse.

(1) Loquitur Dio de Amulio qui Rheam invitam caelibatui addixit; ex qua nihilominus sceleris vindices nati sunt.

(2) Haec et sequentes dictiones solitatim ab eclogario delectae fuerunt, non historiae sed sententiae ratione habita.

Digitized by Google

ἀντιδιατεταγμένους σφᾶς, κατέδραμον ἀπὸ τ῀ Παλατίου | μ῀ τ῀ν παιδίων · ἤδη γάρ τινα ἐγεγένητο · κ῀ ἐς τὸ μεσαίχμιον ἐξα|πίνης εἰσπεσοῦσαι πολλὰ κ῀ οἰκτρὰ κ῀ εἶπαν (a) κ῀ ἐποίησαν · ποτὲ μὲν | γὰρ πρὸς τούτους, ποτὲ δ῀ πρὸς
28. ἐκείνους βλέπουσαι, τί ταῦτα, ἔφα|σαν, ποιεῖτε πατέρες; τί ταῦτα ἄνδρες; μέχρι τοῦ μαχεῖσθε; μέχρι τοῦ | μισήσετε ἀλλήλους; καταλλάγητε τοῖς γαμ|βροῖς, καταλλάγητε τοῖς | πενθεροῖς · φείσασθε πρὸς τ῀ Πάνος τ῀ν τέκνων · φείσασθε | πρὸς τ῀ Κυρίνου (1) τ῀ν ἐκγόνων · ἐλεήσατε τὰς θυγατέρας, ἐλεή-
32. σατε | τὰς γυναῖκας · ὡς εἴ γε ἀκαταλλάκτως ἔχετε, καί τις ὑμᾶς βα||σκη- P. 196.
πὸς (b) μανίας εἰσπεσὼν οἰστρεῖ, ἡμᾶς τε δι' ἃς μάχεσθε προ|πωκτείνετε, κ῀ τὰ παιδία ταῦτα τέμνετε προαποσφάξατε, | ἵνα μηδὲν ἔτι μήτε ὄνομα μή
4. τε σύνδεσμον συγγενείας πρὸς ἀλλή|λους ἔχοντες, κερδάνητε τὸ μέγιστον τ῀ν κακῶν, τὸ τούς τε πάπ|πους τ῀ν παίδων, κ῀ οὗτ' πατέρας τ῀ν ἐκγόνων φο-
νεύειν (2)· ταῦ|τα γε ἔλεγον, ἅ τὰ ἱμάτια καταῤῥηξάμεναι, τούς τε μαστοὺς
8. κ῀ | τὰς γαστέρας γυμνώσασαι, αἱ μὲν αὐτοῖς ξίφεσι, ὑφ' ὧν ἐνέ|χριμπτον, αὐτάς τε κ῀ τὰ παιδία αὐτοῖς προσέῤῥιπτον (c) · ὥστε ἐκεί|νους κ῀ ἐξ ὧν ἐώρων κλαῦσαι, κ῀ τ῀ς μάχης ὀπι|σχεῖν · κ῀ ἔλεγον αὐτ῀ ὥσπερ εἶχον ἐν τῷ κομιτίῳ δι' αὐτὸ τ῀|το | κληθέντι (3) · κομίρε γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ συνελθεῖν καλοῦσι.
12. IIII. * Πολὺ γὰρ διαφέρει ἐκ καινῆς τινὰς κα|τασταθῆναι, ἢ κ῀ πρότε-
τερον οὔσας ὀνομασθῆναι (4).

populi in procinctu aciebus, discurrerunt e Palatio cum filiolis; nam aliquot iam nati erant; atque in medium repente irruentes miserabilia multa dixerunt atque fecerunt, nunc ad hos nunc ad illos conversae. Quid ita, facitis patres? quid ita viri? quousque pugnabitis? quousque odia exercebitis? redite in gratiam cum generis, redite in gratiam cum soceris: parcite per Panem liberis, parcite per Quirinum nepotibus: miseremini filiarum, miseremini uxorum. Quod si inexpiabili odio flagratis, vosque deus aliquis Fascinus stimulat; nosmet eia ipsas, quarum causa certatis, in primis occidite, atque hos puerulos prius caedite atque mactate; ut nullo iam seu nomine seu vinculo cognationis reliquo, malum maximum lucremini, nempe ut vos Romani avos filiorum, vos autem Sabini occidatis nepotum patres. Haec inclamantes, simulque vestem dilacerantes, sinumque ac ventrem nudantes; gladiis, inter quos versabantur, semet ac liberos obiiciebant: ita ut exercitus his auditis atque visis illacrymarent, proelioque absisterent. Quieverunt autem, ubi tum forte insistebant, in comitio; quod ipsum a coeundo tunc nomen sortitum est.

4. * Multum interest utrum res aliqua primitus constituatur, an iam antea existens nomine proprio denotetur.

(a) Ita cod. (b) Ita cod. pro βάσκανος, unde *Fascinus* Romanorum deus. (c) Cod. προστέβριπτον.

(1) Utrum *Quirinus* intelligendus sit Mars, an alius quidam Martis honores sortitus deus, disputat Dionysius halic. II. 48.

(2) Videtur Dio prae oculis habere Ennium in Sabinis, cuius deperditi operis fragmentum profert Iulius Victor nuper a me editus rhet. cap. VI. 6. " Ennius Sabinis: *cum spolia generi* (vel *generis*) *detraxeritis, quam inscriptionem dabitis*? Sed et ipsum Dionem professione fuisse oratorem et in causis agendis satis nobilitatum novimus.

(3) Cod. κληθέντι συνελθεῖν, ceteris verbis praetermissis. Locum ergo ex Plutarcho restitui in Romul. cap. XIX, a quo auctore Dionem nonnulla sumpsisse, iamdiu critici docuerunt.

(4) Num agitur de romanis curiis φυλαῖς? quibus utrum nomina a sabinis feminis acciderint nec ne, lis est apud dictum Plutarchum cap. XX.

Digitized by Google

U. C. 39. Ὅτι ὁ Ῥώμυλος | πρὸς τὴ γερυσίαν τραχύτερον διέκειτο καὶ τυραννικώτερον αὐτῇ | προσεφέρετο, καὶ οὐδὲν ὁμήρους τοῖς Οὐηΐοις [ἀπέδωκε] καθ ἑαυτὸ καὶ οὐκ ἀπὸ | κοινῆς γνώμης (1) · ὥσπερ τὰ πολλὰ ἐγίγνετο, ἀγανακτήσαντες τε (a), ὅπι | τούτῳ ἀχθόμενος ἄλλα τε ἐπαχθῆ καὶ τέλος εἶπεν, ὅτι 16.
ἐγὼ ὑμᾶς | ὦ πατέρες ἐξελεξάμην οὐχ ἵνα ὑμεῖς ἐμοὶ ἄρχητε, ἀλλ' ἵνα ἐγὼ ὑμῖν | ὑπιτάττοιμι.

Post an. 40. * Ἐπειδὴ γὰρ ἐνηπίστατο τούς τε πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων τὸ | μὲν ὁμοφυὲς σφισὶ καὶ σύννομον ἐν ὀλιγωρίᾳ, ὡς μηδὲν βελτίον | ἑαυτῷ ὂν ποιου- 20.
μένους (2), τὸ δὲ ἀφανὲς καὶ ἀλλοῖον ὡς καὶ κρεῖσσον πίσει (b) τῶν θείων θεραπεύοντας, χωρίον τε τι τῶν μούσαις ἱέρωσεν (3). |

Post an. 84. V. Ὅτι ὁ Τοῦλλος καὶ ὁ Μέττιος οὐδέτεροι συνεχώρουν τῷ μετανάσασιν, ἀμφότεροι δὲ τὰ σφέτερα φιλοτιμούμενοι · ὅ τε γὰρ Τοῦλλος πρός τε | τὴν φήμην τὴν περὶ Ῥωμύλου (4) καὶ πρὸς τὴν δύναμιν τὴν παροῦσαν (5), | καὶ ὁ Φυφήτιος 24.
πρός τε τὴν ἀρχαιότητα τῆς Ἄλβης, καὶ ὅτι καὶ μητρόπολις ἄλλων τε πολλῶν | καὶ αὐτῆς δὴ Ῥωμαίων (6) ἦν, ἐπαιρόμενοι, | μικρὸν οὐδὲν ἐφρόνουν · διὸ οὖν ταῦ-

Romulus erat exasperato adversus senatum animo, tyrannique ritu cum eo se gerebat: quare etiam obsides Veientibus reddidit, proprio tantum arbitrio usus, senatu non consulto sicuti in plerisque facere solebat. Quae quum crebro fierent, illique aegre ferrent; Romulus ira percitus cum alia acerba dixit, tum ad extremum addidit: ego vos, patres, conscripsi, non ut mihi vos praesitis, sed ut ego vobis imperem.

* Quia noverat, vulgo homines rem apud se natam ac familiarem neglectui habere, ceu nullatenus se potiorem; quidquid autem invisibile est ac peregrinum, opinione quadam divinitatis ceu sibi superiorem colere, locum quemdam Musis consecravit.

5. Tullus atque Mettius loco invicem non cedebant, sed suum uterque ius tuebatur: Tullus quidem fama Romuli praesentique potentia fretus; Fulletius autem, praeter Albae vetustatem, illud quoque iactabat quod metropolis tum aliarum complurium coloniarum tum ipsorum Romanorum esset. His elati con-

(a) Ita cod. Praetermisisse autem videtur eclogarius verba aliquot. Dubitabam etiam de interpunctione, et de sententiae divisione. (b) Ita mihi legere videor in obscurata valde pagina.

(1) Plutarch. in Romulo cap. XXVII.

(2) Sermo est de arcanis Numae in Egeriae valle religionibus, et de eius familiaritate cum Musis. Ad sententiam quod adtinet, Fronto quoque laud. fumi et pulveris: *sacerdos si aput fanum desertum et avium sacrificet, religiosus est.*

(3) De Numae erga Musas cultu Plutarchus in eius vita cap. VIII. Atqui nihil id aliud fortasse erat, quam mansuetudinis mitiumque morum studium, quod ut significarent, Graeci aiebant se Musis et Gratiis sacrificare. Plutarch. in Mario cap. II.

(4) Intelligit, ut puto, auctor Romuli fundatoris gloriam. Sed enim hoc loco Tullus suam quoque fortasse cum Romulo cognationem iactat. Namque, ut ego ad Cic. de rep. II. 17. demonstravi, Romuli nepos Tullus erat, atque ob hanc praecipue sanguinis adfinitatem adeptus regnum fuerat. Sive enim Tulli mater, Hersilii filia erat, sive eius Herziliae quae cum Romulo in matrimonio fuit; satis apparet et Hersilios cum Romuli familia coaluisse; et Tullum ex illa Romuli adfine gente natum, recte se in Romuli posteris connumerasse.

(5) De Tulli viribus bellicis lege Ciceronem de rep. II. 17; Virg. aen. VI. 815. De lauto patrimonio Horat. od. IV. 7. 15.

(6) Albanorum colonias ante Romam recenset Virgilius aen. VI. 773 *Nomentum, Gabios, Fidenas, Collatiam, Pometiam, Castrum Inui, Bolam, et Coram.* Postrema Albanorum colonia Roma fuit.

Digitized by Google

τα δ' ἀμφισβητήσεως ἐκεί|νης ἀπήντησαν, ἐφ' ᾗ δ' ἡγεμονίας διενήχθησαν· ἀσασίαστοι | γὰρ ὅπῃ τοῖς ἴσοις ἀσφαλῶς συμβιοῦν σφᾶς ἐώρων. — Τὸν δὲ ἐμφύ|τῳ τοῖς ἀνθρώποις πρός τε τὸ ὅμοιον φιλανθρωπίας, καὶ πρός τε ἄρχειν ἑτέρων | ὑπεριμίας. — Πολλάς τε καὶ ἐφ' τούτῳ δικαιώσεις ἀλλήλοις προσή|νεγκον εἴ πως ἐκείνης γε οἱ ἕτεροι ὁπότεροι οὖν ἐθελούσιοι || τοῖς ἑτέ- P. 155.
ροις ἐξαχωρήσειαν, οὐδὲν ἐπέρανον, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῆ ἀγωνί|σασθαι συνέθεντο.

VI. Ὅτι συνεὶς (1) ὁ Μάρκιος ὡς τοῖς βουλομένοις εἰ|ρηνεῖν οὐκ ἐξαρκεῖ τὸ U. C. 115.
μηδὲν ἀδικεῖν, οὐδὲ ἔστι τὸ ἄπραγμον ἄνευ (a) | τοῦ σωτηρίου δραστήριον (2), ἀλλ' ὅσῳ τις αὐτῆ ὀριγνᾶται, εὐπαθετώτε|ρος τοῖς πολλοῖς γίγνεται, μετεβάλετο· οὐ γὰρ τὸ ὑπεύθυμον ἡσυχί|ας ἰσχυρὸν προφυλακῆς ἄνευ τῷ πρὸς τὸ πόλεμον παρασκευ|ῶν ἑώρα ὄν· καὶ τὸ τερπνὸν δ' ἀπραγμοσύνης τάχιστα καὶ ῥᾷον | τοῖς (b) πέρα δ' καιροῦ σπουδάζουσιν αὐτὴ ἀπολλύμενον ᾐσθάνετο· διὰ ταῦτα καὶ καλλίω καὶ ἀσφαλεστέραν καὶ παρασκευὴν καὶ φροντίδα | δ' εἰρήνης τὸ πόλεμον νομίσας εἶναι, πάνθ' ὅσα παρ' ἑκόντων | τῶν Λατίνων μηδὲν σφᾶς ἀδικῶν οὐκ ἠδυνήθη κομίσασθαι, τοῦτο | ἀκόντων στρατεύσας ἀπέλαβεν (3). Post an. 221.

VII. Ὅτι Λεύκιος Ἰούνιος ἀδελφῆς | Ταρκυνίου παῖς (4), φοβηθεὶς ἐπὶ τὸν τε πατέρα ἀπεκτόνει, | προσέτι καὶ τὰς οὐσίας αὐτῷ ἀφῄρητο, μωρίαν προσ-

siliis, nihil modicum cogitabant; atque adeo ad contentionem illam exarserunt, qui servata aequitate securi se vitam agitare videbant. — Insitam hominibus erga homogeneam naturam caritatem, simulque dominandi aliis cupiditatem. — Multis invicem argumentis hac super re prolatis, quo alterutri sponte alteris cederent, nihil profecerunt; donec rem bello definire decreverunt.

6. Marcius intelligens pace frui cupientibus haud sufficere si ab iniuriis abstineant; neque otium sine saluto magnopere valere; sed quo magis aliquis otium sectatur, eo facilius multorum incursionibus esse obnoxium; mentis propositum immutavit. Neque enim pacis studium ad tutelam conferre sine belli apparatu cernebat. Et quidem ab otii dulcedine perquam cito ac facile pessumdari eos sentiebat, qui praeter idoneum tempus studiosi eiusdem fuissent. Ideirco pulchriorem tutioremque pacis conciliationem bellum esse iudicans, quaecumque sponte a Latinis, iuste licet postulata, non impetraverat, vi ab iisdem, bello suscepto, abstulit.

7. Lucius Iunius sorore Tarquinii natus, post parentem a tyranno occisum remque familiarem ablatam, terrore correptus insaniam simulavit, ut quan-

(a) Videtur inserendum vocabulum ὅπλων, atque interpretandum *neque quietem sine armis salutem parere*. (b) Cod. τοὺς.

(1) Zonaras VII. 7. ad Dionem respiciens συνεὶς δ' ὁ Μάρκιος εἰρήνης εἶναι τὸν πόλεμον αἴτιον.

(2) Spem regni pacifici aluisse principio Ancum Marcium mitis Numae nepotem, sed mox bello studere coactum, ait etiam Dionysius III. 37.

(3) Ancus scilicet res ablatas incassum repetiverat a Latinis; quos deinde bello devicit. Lege Livium I. 32; Cic. de rep. II. 18; Dionys. III. 37.

(4) Ergo Diodorus in vaticanis excerptis p. 36 reciproco sensu dixit Tarquinium ἀδελφιδοῦν Bruti. Erat enim Tarquinius frater eius feminae unde natus Brutus; id est avunculus; non vice versa.

Digitized by Google

ἐποιήσατο, εἴ | πως αὐτός γε ὠφελήσοιτο· καὶ γὰρ εὖ ἠπίστατο ὅτι πᾶν τὸ 16.
ἔμφρον, | ἄλλως τε καὶ ὅτ' ἂν ἐν λαμπρότητι γένους ᾖ, δι' ὑποψίας τοῖς
τυραν|νοῦσι γίγνεται· ᾗ ἐπειδή γε ἄπαξ ὥπτο ὥρμησεν, ἀκριβέστατα |
αὐτὰ ὑπεκρίνετο, ᾗ δι' ὃ καὶ Βροῦτος ἐκλήθη· σὺν γὰρ εὐήθεις | οὕτω πῶς
οἱ Λατῖνοι προσηγόρευον· τῷ τε Τίτῳ καὶ Ἀρροῦντι ὡς | τι ἄθυρμα συμπεμφ- 20.
θεὶς, βακτηρίαν τινὰ ἀνάθημα τῷ θεῷ φέρειν | ἔλεγεν, μηδὲν μέγα ὡς γε
ἰδεῖν ἔχουσαν (1).

Ὅτι τὸ Βρούτου τό τε | δῶρον τούτοις τὴν βακτηρίαν ἔσκωπτον· καὶ ὅτι τὴν
θεοῦ τοῖς θεωροῖς ὠφελι|μὸν τὴν παροῦσαν βασιλείας, ὅστις αὐτὴν διαδέξεται ἐπε-
ρωτήσασι, θεσ|πίσαντος τὸν πρῶτον τὴν μητέρα φιλήσαντα, τὸ κράτος τὸ τῶν Ῥω- 24.
μαί|ων ἕξειν, τὴν γῆν ὡς καὶ καταπεσὼν ἄλλως κατεφίλησε, νομίσας | αὐτὴν μη-
τέρα ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων εἶναι.

VIII. Ὅτι οἱ ὅμιλοι πάντες | τὰ πράγματα πρὸς σφᾶς μεταχειρίζον-
τας αὐτὰ κρίνουσι· καὶ οἵους | ἂν τούτους αἰσθάνωνται ὄντας, τοιαῦτα καὶ 28.
ἐκεῖνα νομίζουσιν εἶναι (2). |

Πᾶν (a) γάρ τις τὸ ἀπρόοπτον πρὸ τοῦ κατεγνωσμένου προσαίρεται, | με-
γάλην ἐς τὸ ἄδηλον ἐλπίδα θεὶς τοῦ μεμισημένου ποιούμενος. |

* Πᾶσαι γὰρ μεταβολαὶ σφαλερώταται εἰσὶ, μάλιστα δὲ αἱ ἐν τοῖ | πολι- 32.
P. 156. τείαις· πλεῖστα δὲ καὶ μέγιστα καὶ ἰδιώτας καὶ πόλεις βλάπτουσι· διὸ || οἱ
νοῦν ἔχοντες ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ, κἂν μὴ βέλτιστα ᾖ, ἀξιοῦσιν ἐμμένειν, | ἢ
μεταλαμβάνοντες ἄλλοτε ἄλλα (b) ἀεὶ πλανᾶσθαι (3).

tum poterat vitae suae consuleret. Probe enim noverat, tyrannis sapientiam omnem esse suspectam, praesertim cum generis nobilitate coniunctam. Hoc igitur suscepto consilio, bene ac naviter personam huiusmodi agebat: unde et Brutus vocabatur: id enim nomen fortasse erat fatuis apud Latinos. Tum etiam Tito atque Arunti in legationem profectis, ludibrii gratia adiunctus, virgam se Deo donum ferre aiebat, nihil serium ut videbatur habentem.

Bruti donum, virga scilicet, a legatis irridebatur. Porro his Deus de paterni regni successione rogantibus quum respondisset, fore ut is Romanis imperaret qui primus matrem oscularetur; Brutus terram, ceu temere prolapsus, osculatus est; cunctorum hominum ipsam existimans esse matrem.

8. Populi mos est ut de rebus ex illarum auctoribus iudicium faciat: qualesque hos esse compererit, tales item res opinatur.

Omnis homo rem vel ignotissimam, ei quam expertus improbavit praeoptat; spem magnam scilicet in incerto prae quam in odioso collocans.

Omnes conversiones periculosae admodum sunt, praesertim vero politicae: plerumque enim privatis aeque ac publicis rebus perquam noxiae sunt. Quare qui sapiunt, in eodem semper statu, etiamsi optimus non sit, manere malunt, quam mutatis rebus hac illac circumferri.

(a) Ita cod., non πᾶς. (b) Cod. ἀλλά.

(1) Livius I. 56: *aureum baculum inclusum corneo cavato ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sui.*

(2) Sic praeclare Cicero de rep. I. 31: *talis est quaeque resp., qualis eius aut natura aut voluntas qui illam regit.*

(3) Sine dubio has protulit sententias Dio de Tarquinio superbo loquens. De reip. mutationibus ob Tarquinii vitia legendus est Cicero de rep. II. 23. 25. nec non I. 45.

Digitized by Google

4. Ὅτι καὶ τὰ βουλή|ματα καὶ τὰς ἐπιθυμίας πρὸς τὰς τύχας ἕκαστοι κτῶνται· καὶ ὁποῖ|α ἂν τὰ παρόντα αὐτοῖς ᾖ, τοιαῦτα καὶ τὰ σώ|ματα λαμβάνουσιν.

VIII. Ὅτι τὸ δ' βασιλείας πρᾶγμα οὐκ ἀρετῆ μόνον ἀλλὰ καὶ ἐπιστήμης καὶ | συνηθείας, εἴ τις τι ἄλλο, πολλῆς δεῖται· καὶ οὐχ οἷόν τέ ἐστι ἄνευ ἐκεί|νων ἁψάμενον τινὰ σωφρονῆσαι· πολλοὶ γοῦν ὥσπερ ἐς ὕψος τι μέγα | 8. παράλογον ἀρθέντες, οὐκ ἤνεγκαν τὴν μετεώρισιν, ἀλλ' αὐτοί τε κατα|πεσόντες ὑπ' ἐκπλήξεως ἔπταισαν, καὶ τὰ τῶν ἀρχομένων πάντα | συνηλόησαν (1).

* Καὶ ὅσοι τῶν μελλόντων ἐξ ὧν ἔπραξαν τεκμήρασθαι, ἀλλὰ | μὴ ἐξ 12. ὧν πλάττωνται ἱκετεύοντες, [οὐκ] ἀπατηθῆτε· τὰ μὲν γὰρ ἀόσια ἔρ|γα ἀπὸ γνώμης ἀληθοῦς ἑκάστῳ γίνεται, συλλαβὰς δ' ἄν τις εὑπρε|πεῖς συμπλάσειε· καὶ δι' ἃ τοῦτ' ἀφ' ὧν ἐποίησέ τις, ἀλλ' οὐκ ἀφ' ὧν φησὶ | ποιήσειν, κρίνεται (2).

X. Ὅτι Οὐαλέριον τὸν συνάρχοντα (a) Βρούτου, καίπερ δημο|τικώτατον U. C. 245. 16. ἀνδρῶν γενόμενον, ὅμως αὐτοεντίᾳ μικροῦ ὁ ὅμι|λος κατειργάσατο· ἐπιθυμεῖν γὰρ αὐτὸν μοναρχίας ὑπετόπησαν (b)· καὶ ἐφόνευσαν ἄν, εἰ μὴ σφᾶς δι' ταχέων φθάσας ἐθώπευσεν· εἰσπη|δήσας γὰρ ἐς τὴν ἐκκλησίαν, τάς τε ῥάβδους ἔκλινεν, 20. ὀρθοῖς πρότερον | ταύταις χρώμενος· καὶ οὓς πελέκεις οὓς συνδεδεμένους σφι|σὶ φέρειν ἐώθει· σχηματίσας ἢ ἐπὶ τούτοις ἑαυτὸν ἐς τὸ ταπεινότατον, ἐπὶ πολὺ μὲν

Voluntates et cupidines pro sua quisque fortuna habet : et qualis cuique fortuna adest, tales etiam animi conceptus sibi creat.

9. Regnanti non martiali solum virtute verum etiam scientia, atque in primis experientia, opus est. Neque fieri potest ut quisquam eiusmodi dignitate praeditus, si his dotibus careat, modeste se gerat. Multi igitur tamquam ad culmen quoddam insperatum evecti, non tulerunt eam excelsitatem; verum et ipsi attoniti corruerunt, et subditorum pariter rem omnem pessum dederunt.

* Quid ab eis in posterum expectandum sit, ex ante factis non ex iis quae inter supplicandum simulant, coniectura non dubia adsequemini. Namque impia opera ex deliberata sententia cuique fiunt; verba autem venusta facili negotio nemo non nectit. Igitur ex praeteritis factis non ex his quae acturum se dicit de unoquoque ferendum iudicium est.

10. Valerium Bruti in consulatu collegam, quamquam popularis apprime factionis hominem, plebs nihilominus parum abfuit quin proprio marte interficeret. Etenim ipsum de monarchia adfectata suspectum habuit; saneque occidisset, nisi ille cito praeoccupans ad blanditias confugisset. Nam progressus in contionem, fasces submisit quos antea rectos gerebat, et inligatas in his secures abstulit; seque ad humilem plane speciem componens, maestus admodum et

(a) Cod. ἄρχοντα. (b) Ita cod.

(1) De Tarquinio Cic. rep. II. 25: rex ille *integra mente non erat, et cum metueret ipse poenam sceleris summam, metui se volebat* etc.

(2) Haec dici videntur contra Conlatinum, quem etsi verbis libertatem populo spondentem, tamen urbe expulerunt Romani ob tyrannidis suspicionem quia Tarquiniorum cognatus erat. Vel potius querela est de ipso Poplicola, qui Brutum tyrannorum expulsorem in funere diserte laudaverat; ipse tamen, ut ait in eius vita Plutarchus, regiam potestatem prae se ferre videbatur. Vel denique incertus ob interruptionem locus Dionis est.

Digitized by Google

ἐσκυθρώπασε καὶ κατεδάκρυσεν · ἐπεὶ δὲ ἐφθέγξατο ποτὲ, σμικρᾷ καὶ δεδυΐᾳ τῇ φωνῇ ὑποζέμων εἶπεν (1). ΠΙΘΕΙ | ΤΙΤΛΟΝ ΠΕΡΙ ΔΗΜΗΓΟΡΙΩΝ (2).

Ὅτι τὸ κρύφιον τῶν βουλευμάτων καὶ τὸ καίριον τῶν πράξεων, τό τε ἰδιο- 24.
βουλεῖν τινά, καὶ τὸ μήτ' ἀναχώρησιν ἐς μηδένα ἄλλον μηδεμίαν | ἔχειν, καὶ τὸν συμβαινόντων αὐτὸν ἐφ' ἑκάτερα τὴν αἰτίαν λαμ|βάνειν, μέγα μέρος ἐς τὸ κατορθωθῆναί τι συμβάλλεται.

V. C. 270. ΧΙ. * Πρὸς πάσεις (a) | ἐξάπαντο · αἴτιον δ' ὅτι οἵ τε ἰσχύοντες τοῖς χρήμασιν ἐν πᾶσι | τῶν κατεδεεστέρων, ὡς ἐν βασιλεύοντες σφῶν, προέχειν 28.
ἐβούλοντο · καὶ οἱ ἀσθενέστεροι (3) οὐδὲν αὐτῶν οὐδὲ σμικρὸν, ὡς καὶ ἰσονομούμενοι, πειθαρχεῖν ἤθελον· ἀλλ' οἱ μὲν ἄπληστοι δὴ ἐλευθερίας ὄν|τες, καὶ δὴ οὐσίας ἐπιθύμων (b) · οἱ δὲ ἀκράτως δὴ τιμήσεως ἔχοντες, καὶ τοῖς σώμασι 32.
P. 217. τοῖς τούτων ἐχρῶντο · καὶ οὕτως ἐξ ὧν || πρότερον τὰ πρόσφορα ἀνθυπουργοῦντες ἀλλήλοις συνεφρόνουν, | καταλύσαντες οὐκέτι τὸ οἰκεῖον ἀπὸ τῆς ὁμοίας διέκρινον· ἀλλὰ τό | τε μέσιον ἀμφότεροι ὑπερορῶντες, καὶ τὸ ἄκρον οἱ μὲν δὴ ἐπιτάξεως, οἱ δὲ δὴ οὐκ ἐθελοδουλίας προτιμῶντες, οὔτε ἐκεῖνα κα|θειργάσαντες, καὶ πολλὰ καὶ ἄτοπα, τὰ μὲν ἀμυνόμενοι, τὰ δὲ ἐκ | προκαταλαμβάνοντες, ἀλλήλους ἔδρασαν · ὥς' αὐτοῖν ἐπὶ πλεῖ|στον ἀνθρώπων, πλὴν ἐν

lacrimabundus erat ; et cum denique verba facere coepit, tenui trementique voce utebatur. PONE TITULUM DE CONCIONIBUS.

Ad rem bene gerendam valde haec conferunt : consiliorum arcanum, operae tempestivitas, deliberatio propria, ita ut praeter te neminem consulas, et sive boni sive mali successus in te causam recipias.

11. * Seditiones agitare coeperunt. Causa rei fuit, quod locupletes ubique tenuioribus, regum instar, praestare satagebant : infirmiores autem ne perpusillum quidem, utpote qui pari iure utebantur, obtemperare volebant. Et hi quidem meracae libertatis sitientes, facultatibus quoque divitum inhiabant ; isti autem censum suum mordicus retinentes, corporibus etiam pauperum abutebantur. Atque ita quibus rebus antea sese invicem adiuvantes causa concordiae erant ; nunc iis omissis, haud iam domesticos ab externis discernebant ; sed utrimque mediocritate contempta, dum hi imperium, illi libertatem, sine limite affectant ; neque suum quisque propositum attingebant, et absurda multa faciebant, partim repellentes, partim invicem praeoccupantes. Quam ob rem

(a) Cod. τάσεις. (b) Cod. ταῖς οὐσίαις ταῖς ἐκείνου.

(1) Valerii Poplicolae orationem commemorat etiam Cicero de rep. II. 31 : *fasces primus demitti iussit, cum dicere in contione coepisset*. Eloquentem fuisse Poplicolam inde etiam apparet quod Brutum in funere laudavit. Porphyrogeniti vero eclogarius scriptam a Dione orationem posuerat in titulo *de concionibus*, qui adhuc desideratur. Amisimus igitur praeclarum eloquentiae specimen, quoniam certe Photius cod. LXXI, Dionis conciones apprime admiratur, atque hunc Thucydidis aemulatorem dicit. Ibidem generatim commendat Photius Dionis vernustum stilum. Nos porro invento praefationis fragmento Dionem ipsum de elocutionis elegantia plaudentem sibi demonstravimus. Lege de stilo Dionis Reimarus in commentario cap. XIX.

(2) Arbitror dicendum potius ζήτει ἐν τῷ περὶ ἐκκλησιῶν, *quaere in titulo de concionibus*, ut loquitur eclogarius in Polybii excerptis ed. Vales. p. 80.

(3) Ἀσθενέστεροι, non *valetudinarii*, sed *inopes*. Dictionem graecam imitatur latina *infirmus* apud Lactant. de opif. D. cap. III, et epitom. cap. LV, sive apud Cic. de rep. III. 7.

Digitized by Google

τοῖς πάνυ κινδύνοις, οὓς ἐκ τοῦ ἀεὶ πολέμων | δι' αὐτὰ ταῦτα μάλιστα ἔσχον, διχοστατῆσαι· ὅθεν περ συχνοὶ τῶν πρώ|των καὶ ὀξεωτίτηδες σφᾶς πολλάκις παρεσκεύασαν· ἀφ' ἐκείθεν | ἀρξάμενοι πολλῷ (a) πλείω κακὰ πρὸς ἀλλήλων ἢ τῶν ἀλλοφύλων ἔπα|θον· καί μοι καὶ τὸ μαντεύσασθαι ὀξ αὐτοῦ ἐπέρχεται, ὅτι οὐκ ἔστιν ὅπως | ἄλλως εἴτ' ἂν τὸ δυνάμεως εἴτ' ἂν τὸ ἀρχῆς στερηθεῖεν, εἰ μὴ δι' | ἀλλήλων σφαλείεν (1).

* Ἄλλως τε γὰρ ἐδυχέραινον ὅτι μὴ τὰ αὐτὰ δεόμενοι | σφῶν οἱ βελτίωται, καὶ τυχόντες ἐφρόνουν· ἀλλ' ἐν μὲν τῷ κινδύνῳ πολλὰ | καὶ μεγάλα αὐτοῖς ὑπέσχοντο, σωθέντες δὲ οὐδὲν οὐδὲ τοῦ ἐλαχίστων | ἐποίησαν (2).

* Ἵνα γὰρ δὴ μὴ καθ' ἓν μαχόμενοι, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ οἰκείας χωρὶς [V. C. 278.
ἕκαστοι ἀγωνιζόμενοι, εὐχειρωτότεροι σφισὶ γένωνται, διεῖλον τὴν στρατείαν (3).

XII. Ὅτι ὁ δῆμος ἰδιωτεύσαντος τὸν Οὐαλερίου τὸν δικτάτωρος (4) (b) [V. C. 261.
κάλλιστα ἐστασίασεν, ὥστε καὶ τὴν πολιτείαν νεοχμῶσαι (5)· οἱ γὰρ ἐν | τῇ εὐπορίᾳ ὄντες τὸ πάνυ ἀκριβοῦς ὠφεῖ τὰ συμβόλαια ἀν|τεχόμενοι, καὶ μηδοτιοῦν αὐτῶν παριέντες, καὶ ἐκείνης διήμαρτον καὶ | ἄλλων πολλῶν ἐστερήθησαν· οὐ γὰρ ἔγνωσαν ὅτι ἥ τε πενία ἡ ἄκρατος | βιαιότατον κακόν, ἥτε ὀξ αὐτῆ

pars maxima civium discidiis distrahebatur, exceptis temporibus periculorum summorum, quibus ob id ipsum per bella perpetua obnoxii erant. Quare et multi primates sponte se ad has contentiones comparabant: atque ex eo deinceps tempore multo plura a se mutuo quam ab externis populis mala perpessi sunt. Mihi vero ex his divinare subest, fieri non posse ut aliter Romani potentia sua imperioque spolientur, nisi in mutuum excidium ruant.

* Praeterea moleste ferebant, quod senatores iam non amplius earum rerum, quas impetraverant, indigi adversus plebem superbe se gererent: et in periculis quidem multa et praeclara huic sponderent; mox metu liberi, ne in minimis quidem fidem servarent.

* Scilicet ne una acie, sed ut pro sua quisque re seorsim pugnarent, atque ita illi fierent superabiliores, exercitum diviserunt.

12. Postquam Valerius dictator ad privatam vitam redierat, populi exarsit seditio acerrima, ita ut politicum statum innovaverit. Quippe locupletes dum nimis rigide debitam sibi pecuniam exigunt, nihilque omnino remittunt, nec illam obtinuerunt, et multis aliis praerogativis exciderunt. Neque enim cogitabant, extremam pauperiem violentissimum esse malum; consequentemque ex egestate vesaniam, praesertim ubi plebem corripuerit,

(a) Cod. πολλοπλείω. (b) Cod. δικάτωρος.

(1) Totus hic tractus loquitur de primo Romae ob aes alienum tumultu, coss. Lartio et Clelio, qua super re Dionysius V. 63. sqq. Postremam sententiam exprimit Livius II. 44 sic: *aeternas opes esse romanas, nisi inter semet ipsi seditionibus saeviant.*

(2) Querelae plebis sunt, quae post praestitam belli operam, nihil ab optimatibus iam securis in pace impetrabat. Confer Livium II. 28.

(3) Num loquitur Dio de pugna Romanorum ad lacum Regillum, ubi spes denique Tarquiniorum decollavit? In eo proelio Postumio dictatori Tarquinius oppositus fuit, Aebutio equitum magistro dux Latinorum Mamilius. Lege Livium II. 19.

(4) Intellige Manium Valerium Volesi filium. Liv. II. 30. Nimirum hic quum a faeneratoribus ludibrio et se et plebem inopem haberi vidisset, nullamque aeris alieni remissionem fieri, postquam id ipsum in contione questus fuit, dictatura se abdicavit. Tum denique plebs omni patrocinio destituta, ad manifestum tumultum secessionemque processit. Liv. II. 31.

(5) Creatis videlicet tribunis plebis; quae potestas magnum consulatui vulnus adtulit itemque senatus auctoritati. Cic. de rep. II. 33.

Digitized by Google

ἀπόνοια, ἄλλως τε καὶ πλῆθος προσλαβοῦσα, δυσμαχώτατον ἐστί (1)· καὶ οὐκ 24.
ὀλίγοι τῶν τὰ πολιτικὰ πρασσόντων, ἐθελοντεῖς τὸ ἐπιεικὲς πρὸ τοῦ σφόδρα δικαίου προαιροῦνται· | τοῦτο μὲν γὰρ δή τε ἀνθρωπείας φύσεως πολλάκις ἥττᾶται, καὶ ὅτι | ὅτε παντελῶς καταλύεται· ἐκεῖνο δὲ σμικρόν τι αὐτοῦ καταθραῦσαν, | τὸ γοῦν λοιπὸν μεῖζον ὂν σώζει (2)· πλείστων γοῦν δεινῶν τοῖς Ῥω- 28.
μαίοις | αἰτία ἡ τοῦ δυνατωτέρου ἐς τὸν ὑποδεεστέρους ἀκρίβεια ἐγένετο· ἄλλα | τε καὶ πολλὰ καθ' ἡμῶν ὑπερημέρων αὐτοῖς ἐδέδοτο· καὶ εἴ δή τινες πλεί|- 32.
P. 218. ους δεδανεικότες ἔτυχον, χρεωργηδὸν αὐτοῦ τὸ σῶμα πρὸς τὸ μέρος ὢν | ὤφει- λε ἐξουσίαν εἶχον κατανέμεσθαι (3)· καὶ τοῦτο μὲν εἰ καὶ τὰ μάλιστα || ἐνενόμι-
ζο, ἀλλ' οὔ τι γε καὶ ἔργῳ ποτὲ ἐγεγόνει· πῶς γὰρ ἂν πρὸς τόσαν | τοῦ ὠμότητα προεχώρησαν, οἱ καὶ τοῖς ἐπ' ἀδικήματι τινὶ διά|φευξιν ἐπὶ σωτηρίᾳ πολλάκις δόντες (4), τοῖς τε ἀπὸ τοῦ πετρῶν | τοῦ Καπιτωλίου ὠσθεῖσι ζῆν, εἰ ἐκφεύ- 4.
γοιεν, ἐπιβόητοντες (5); |

U. C. 261. XLII. Ὅτι οἱ χρεωστοῦντες τὰ δανεῖα κολωνόν τινα κατέλαβον, καὶ Γάϊόν (6) τινα | προσηράμενοι, τὴν τροφὴν ἐκ τῆς χώρας ὥσπερ ἐκ πολεμί|ας ἐλάμβανον· κἀκ τούτου τούς τε νόμους τοῦ ὅπλων, καὶ τὸ δίκαι|ον τῆς ἀπονοίας σφῶν ἀσθε- 8.
νέστερα ἀπέφηναν· οἱ δὲ βουλευταὶ | φοβηθέντες μὴ ἐπὶ πλεῖον πολεμηθῶσι,

nullis viribus retundi posse. Multi igitur publicarum rerum rectores ultro indulgentiam praefracto iuri anteferunt. Nam ius quidem saepe succumbit humanae naturae, immo ab hac aliquando prorsus antiquatur: indulgentia vero dum aliquantulum de suo imminuit, reliquam maioremque partem conservat. Ergo potentiorum adversus infirmiores rigor, multorum causa malorum apud Romanos fuit. Atqui et alia multa adversus debitores per leges Romae licebant. Nam siquis pluribus foenore obnoxius fuisset, ius erat creditoribus corpus debitoris, pro rata aeris alieni parte, frustatim secandi. Attamen hoc, quamquam a legibus diserte concessum, numquam reapse factitatum fuit. Quomodo enim ad tantam crudelitatem prorupissent, qui in criminibus quoque effugium ad salutem saepe dederunt; quique deiectos etiam capitolina rupe, siqui forte fortuna superessent, sinebant vivere?

13. Foenore oppressi collem occupaverunt, et Caio quodam sibi praefecto, victum ex agro tamquam ex hostico sibi capiebant. Atque ita leges armis, ius vesania sua, minus valere demonstrabant. Tum senatus veritus ne hi gravius bellum forte denunciarent, et ne finitimos praesenti occasione sibi adiunge-

(1) Expilat hunc manifeste locum Zonaras VII. 15; quem Dionis nostri spoliis ditescere solitum satis novimus.

(2) Sic plane Cicero de rep. II. 31.

(3) Gellius XX. 1. horrificam hanc adversus debitores legem recitat: "*tertiis*, inquit, *nundinis*, „*partis secanto. Si plus minusve secuerunt, se* „*(sine) fraude esto.*„ *Nihil profecto immitius*, pergit dicere Gellius; *nisi, ut re ipsa apparet, eo consilio tanta immanitas poenae denuncinta est, ne ad eam umquam perveniretur*. Sic ibidem loquuntur in scholiis Fabius etiam ac Tertullianus. Sane et Livius I. 28. gloriatur nulli gentium mitiores quam Romanis placuisse poenas.

(4) Notissima est romanorum iudiciorum consuetudo, ut reo ante sententiam latam in spontaneum exsilium secedere liceret. Hanc romanarum legum clementiam celebrat Cicero pro Caecina XXXIII, qui id perfugium esse mavult quam exsilium; et late Polybius lib. VI. 14.

(5) Lege Senecam controv. I. 3. apud quem Vestalis praecipitata evasisse dicitur, et rhetorum orationes de illa habentur. Cardo quaestionis in eo verti potest, utrum damnati hominis poena sit deiici an perire.

(6) Nempe Caium Sicinium, quem seditionis auctorem dicunt Livius II. 33, et Dionysius VII. 33.

Digitized by Google

καὶ οὕτω προῄεσαν πρὸς | τὰ παρόντα συνεπιθῶνται σφίσι, διεκηρυκεύσαντο αὐτοῖς, | πάνθ' ὅσα καθ' ἡδονὴν ἤλπιζον ἕτεσθαι προτείνοντες· οἱ δὲ τὸ
12. πρῶ|τον ἐθρασύνοντο, θαυμασίῳ δή τινι τρόπῳ κατέσησαν· ἐπειδὴ γὰρ ἀτάκτως διεβόων, Ἀγρίππας εἷς τῶν πρέσβεων μύθου τινὸς ἐ|πακοῦσαι σφᾶς ἠξίωσε (1)· καὶ τυχὼν εἶπε, ὅτι πρὸς τὴν γαστέρα πο|τὲ τἄλλα μέλη τῶν ἀνθρώπων
16. ἐστασίασε, λέγοντα αὐτὰ μὲν καὶ ἄσιτα καὶ | ἄποτα πονεῖν καὶ ταλαιπωρεῖν, ἅτε καὶ ἅπαντα αὐτῇ διακονούμενα (a)· | ἐκείνην δὲ οὔτε τινα πόνον ἔχειν, καὶ τὴν τροφῆς μόνην ἐμπί|πλασθαι· καὶ τέλος ἐφρόντισαν μηκέτι μή τε τὰς χεῖρας τῷ στόματι | προσφέρειν, μήτε ἐκεῖνο λαμβάνειν, ὅπως ὅτι μάλιστα ἡ
20. γαστὴρ | ἐνδεὴς καὶ σίτου καὶ ποτοῦ γενομένη φθαρείη· ὡς δὲ ἔδοξε ταῦτα | οἱ ἐγένετο, τὸ μὲν πρῶτον ἐξισχνάνθη τὸ σῶμα σύμπαν· ἔπειτα | ὑπέδωκε καὶ ὑπέκαμε· πονήρως οὖν τὰ μέλη σφῶν ἔχοντα, | συνέγνω τε ἐκεῖ (b) καὶ τὴν σφε-
24. τέραν σωτηρίαν εἶναι, καὶ ἀπέδωκεν | αὐτῇ τὴν τροφήν· ἀκούσαν δὲ τούτων τὸ πλῆθος συνῆκεν ὅτι καὶ τὰ | τῶν πενήτων αἱ τῶν εὐπόρων οὐσίαι ἀνέχουσι· καὶ διὰ τοῦτ' ἠπι|ώτεροι ἐγίνοντο καὶ κατηλλάγησαν, ἄφεσιν τῶν τε δανειστάντων καὶ τῶν | ὑπερημερίων εὑρόμενοι· ταῦτα μὲν οὖν καὶ πρὸς τὸ βουλῆς ἐψηφίσθη (2). |

XLIII. * Καὶ ἐδόκει μήτ' ἀπὸ τῶν ἀνθρωπείων εἶναι, καὶ πολλοῖς καὶ ἄλλοις (c),
28. τοῖς | μὲν ἑκοῦσι τοῖς δ' ἀκουσίοις (3).

rent, missa legatione quidquid illis libitum foret, largiturum promittebat. Illi vero primo quidem efferatis animis erant, mox tamen miro quodam modo ad quietem redierunt. Quippe dum illi incondite vociferarentur, Agrippas legatorum unus, ut fabulam quandam audirent, eos rogavit; nactusque audientiam, ait. Contra ventrem quondam cetera hominis membra seditionem fecerunt, aiebantque se sine cibo potuque laborare et atteri, dum ei omnia ministrant: at illum nullo incommodo adfici, atque unum cibo repleri. Ad extremum decrevere ne deinceps vel manus quicquam ad os adferrent, vel hoc admitteret: ita ut venter esculentis poculentisque destitutus contabesceret. Ubi id definitum et re confirmatum fuit; primo quidem corpus universum delluit, deinde concidit viribusque defectus est. Membra igitur quum male se haberent, cognovere demum suam quoque salutem illic contineri, cibumque denuo suppeditarunt. Plebs his auditis intellexit, facultatibus locupletium inopes quoque sustentari; ideoque mitior effecta in gratiam rediit, usurarum aerisque alieni remissione impetrata: quam rem decreto senatus confirmavit.

14. * Res haudquaquam humanitus accidisse videbatur; multis vero et aliis, partim quidem volentibus, partim invitis.

(a) Cod. αὐτῷ διανενεμημένοις. (b) Cod. ἐκεῖνοι. (c) Ambigo num in codice sit ἄλλως *aliter* an ἄλλοις *aliis*; sed illud videtur potius.

(1) Variat quidem verbis in seditionis fabulaeque narratione Zonaras VII. 14, non ita tamen ut eum Dionis immemorem esse putemus.

(2) Zonaras loc. cit. Ἐντεῦθεν ὑπώτεροι γενόμενοι κατηλλάγησαν, κουρισμὸν τῶν ὀφειλῶν καὶ τῶν ὑπερημεριῶν ἄφεσιν τῆς βουλῆς ψηφισαμένης αὐτοῖς.

(3) Post Agrippae fabulam sedatumque populi motum, sine dubio scripserat Dio primam tribunorum plebis creationem. Id quum ipsa temporis historia nobis suadet, tum evidenter demonstrat Zonaras Dionis assecla, nec non eae quae apud nos subsequuntur Dionis ipsius sententiae. Haec ta-

Digitized by Google

Ὅτι ὅταν πολλοὶ καθ' ἓν γενόμενοι | πλεονεκτήσωσι βιασάμενοι, πρᾶγμα μὲν ὁμολογίᾳ τινὶ ἐπι|εικεῖ θρασύνονται, διχαλυθέντες ὁ ἄλλος κατ' ἄλλην πρόφασιν | δικαιοῦνται (1). 32.

P. 315. * Κατά τε τὸ φύσει τοῖς πλείοσι πρὸς σοῦ συνάρχοντας ||| διάφορον (2) · χαλεπὸν γὰρ πολλοὺς ἄλλως τε καὶ ἐν δυνάμει τινὶ συμφρονῆσαι (a). | Πᾶσα αὐτῆς ἡ ἰσχὺς διεσπᾶτο καὶ κατετέμνετο · οὐδὲν γὰρ ὄφελος ὡς | ἐγίγνωσκον ἦν, εἰ καὶ εἷς σφῶν ἀντεῖπεν (3) · τῷ γὰρ τὴν ἀρχὴν αὐσοῦ | μὴ ἐπ' ἄλλο τι ἢ τοῖς βιαζομένοις τινὰς ἐναντιοῦσθαι λαμβάνειν (4), | ἰσχυρότερος ὁ κωλύων τι πραχθῆναι τῶν σπευδαζόντων αὐτὸ ἐγίγνετο. | 4.

U. C. 265. * Οὐ γάρ ὅτι ῥᾴδιον οὔτε ἐν πᾶσί τινὰ ἰσχὺν ἔχειν, οὔτε ἐν ἑκατέροις ἅμα | τοῖς τε πολεμικοῖς καὶ τοῖς εἰρηνικοῖς πράγμασιν ἀρετὴν ἔχειν (5) · οἵ τε | γὰρ τοῖς σώμασιν ἐγχειριζόμενοι ἀνοητάνουσιν ὡς πλήθει · καὶ τῷ ἀθρόῳ εὐτυχήσαντα, οὐκ ἐπὶ πᾶν ὡς ἐπὶ πολὺ ἀνθεῖ · δι' οὖν ταῦτ' εἰς τὰ πρῶτα ποθ' 8.

* Cum multi conspiratione facta per vim superiores fiunt, principio quidem pio quodam inter se consensu audaciam prae se ferunt : mox dissociati, alii aliis obtentibus factum purgant.

* Propter insitam a natura plurimis adversus imperii collegas inimicitiam, difficile est multos, praesertim aliqua potestate praeditos, concordiam tueri. Quamobrem vis omnis tribunicia distracta quodammodo erat, et frustatim caesa. Nihil enim omnes effecturos apparebat, siquidem vel unus ex eorum numero contradixisset. Nam quia tribunis idcirco tantummodo dignitas datur, ut vim facientibus resistant, validior evadit is qui aliquid fieri vetat, quam qui illud studet efficere.

Difficile est quemquam ad omnia valere ; et belli domique virtutem prae se ferre. Nam et corpore validi, animo plerumque insaniunt : sicuti illa quae tumultuaria felicitate proveniunt, haud usquequaque florere solent. Idcirco

(a) Cod. συμφρονῆται. Sed recte emendat Zonaras.

men particula, etsi omnino interiacet inter factam pacem creatosque tribunos, nimia sua brevitate fit sensus ambigui, neque ei Zonaras lucem affundit.

(1) Agitur de populi timore, ne coitione dissociata suas singuli res agerent, neque invicem opem ferrent adversus patricios ; quod ne accideret tribunos plebis creavit. Zonaras VII. 15: φοβηθέντες δέ, μὴ σκεδασθείσης αὐτοῖς τῆς συστάσεως, ἃ τὰς συνθήκας οὐκ ἐπιτελεῖς ἔξουσιν, ἢ κακωθῶσι διαλυθέντες, καὶ ἄλλος κατ' ἄλλην πρόφασιν κολάζοιτο συνεχόμενος. Omnino totum illud Zonarae capitulum ad Dionem fere credendum est pertinere, cum interpolationibus aliquot. Quamobrem Dionis editores futuri iustam eius rationem habebunt.

(2) Dionis hoc loco sententiae sunt ab eclogario delectae, subductis ut puto nonnullis intermediis. Loquitur vero auctor de tribunorum inter se discordia, quam eorum adversarii studiose inflammabant, ut sacrosancti magistratus formidandam potentiam debilitarent. Quippe si unus tribunus adversus collegas intercessisset, tota illa tribunicia auctoritas inhibebatur. Eu ut Zonaras Dionem libere expilat vel potius nobis restituit: φόβῳ γὰρ ὥσπερ, ῥᾳθύμῳ δὲ μᾶλλον, ἀλλήλοις οἱ συνάρχοντες διαφέροντες · καὶ χαλεπὸν πολλοὺς, ἐν δυνάμει μάλιστα ὄντας, συμφρονῆσαι · ἅμα δὲ καὶ οἱ ἄλλοι δικαιοῦν τὴν αὐτῶν μηχανώμενοι δύναμιν, ὅπως ἀσθενέστεροι διχογνωμονοῦντες ὦσιν, ἐστασίαζον · καὶ οἱ μὲν τοῖσδε οἱ δὲ τοῖσδε προσετίθεντο · εἰ δὲ καὶ εἷς σφῶν ἀντεῖπε, τὰς τῶν ἄλλων διαγνώσεις ἀπράκτους ἀπέφαινε.

(3) Lege Livium IV. 48. VI. 35.

(4) Ita prorsus Livius III. 9.

(5) Agitur de Coriolano, qui belli praestans, domi haud aeque rem bene gessit.

Digitized by Google

ὑπὸ τῆς πολιτῶν ἀρθεὶς, εἶτα πρὸς αὐτῆς οὐ πολλῷ ὕστερον ἐξέπεσεν · ὁ τὴν
12. πόλιν τὴν τῶν Οὐόλσκων τῇ παρῴδῳ δηλώσας, | τὴν οἰκείαν ἂν μετ' ἐκείνων εἰς πᾶν
κινδύνου κατέστησεν .

XV. Ὅτι ὁ αὐτὸς | στρατηγῆσαι (a) θηβήσας καὶ μὴ τυχεσθεὶς, ἠγανάκτησε τῷ U. C. 263.
ὁμίλῳ · καὶ ἐκ | τούτου καὶ τοῖς (b) δημάρχοις πολὺ δυναμένοις βαρύνεσθαι παρὰ τὴν|-
16. σίαν πλείονι πρὸς αὐτὰ τὰ δέοντα καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὁμοίοις οἱ ἐκ τῶν | κατειργασμέ-
νων ἐχρῆτο (1) · καὶ λιμοῦ (2) γιγομένου ἰσχυροῦ, καὶ Νώρβης πόλε|ως ἀποικίζεσθαι
βουλομένης (3), τὸ πλῆθος ἐπ' ἀμφοτέροις αὐτοῖς τοῦτο | δυσχερῶς ἠτιάσατο, ὡς
καὶ δι' ἐκείνους καὶ ὑπὸ ζοφῆς σπειρόμενοι, καὶ εἰς τοῦτο πολέμους ἐπίτηδες ἐπ' ὀλέ-
20. θρῳ προὔπτῳ ἐκδιδόμενοι · | ὅταν γὰρ εἰς ὑποψίαν τινὲς ἀλλήλων ἔλθωσι, |
πάντα καὶ τὰ ὑπὲρ σφῶν | γιγνόμενα, ἀλλοίως πῃ τὸ σασιωτικὸν λαμβάνουσι ·
καὶ ὁ Κοριολανὸς | ἄλλως τε ἐν ὀλιγωρίᾳ αὐτοῦ ἐποιήσατο, καὶ σίτου πολλαχό-
24. θεν κομι|σθέντος ; καὶ τὴν γε πλείστην προῖκα τὰ ἐν Σικελίᾳ βασι|λέων (4)
πεμφθέντων, οὐκ ἐπέτρεψε σφισὶ δίχα λαχεῖν αὐτὴν ὥσπερ ἦν|την · οἱ οὖν δή-
μαρχοι, οὓς περ καὶ τὰ μάλιστα καταλύσαι ἐγλίχετο, | τυραννίδος αὐτὸν ὑπὸ
τοῦ πλήθους ἀγαλόντες ἐξήλασαν (5) · καί τοι πάν|των βοώντων (6) καὶ δίχην ποιουμέ-
28. νων ὅτι καὶ περὶ σφῶν τὰ τοιαῦτα | κρίνειν ἐτόλμων .

itaque Coriolanus ad summa munera favore civium subvectus , haud multo post iisdem trudentibus depulsus est : et qui Volscorum urbem patriae subiecerat , mox suam simul et illorum patriam in extremum discrimen adduxit .

15. Idem quum praeturam ambiret , neque impetravisset , populo irascebatur . Exin adversus tribunos quoque maiore audacia utebatur ; qui quidem valde incumbebant ad eum deprimendum , non secus ac ceteros paris factionis dignitatisve cives . Iam in fame vehementi quum in urbem Norbam colonia deducenda esset , plebs duplici crimine potentes insimulabat , nempe quod horum culpa victum desideraret , et quod de industria bellis prorsus exitiosis obiiceretur . Quippe ubi homines mutuas suspiciones contrahunt , quidquid etiam pro illorum salute fit , abalienato atque hostili animo accipiunt . Porro Coriolanus iamdiu plebem negligere solitus , frumentum quoque saepe Romam advectum , et quidem partem maximam a Siciliae regibus gratis submissam , vetuit ne cives congiarii ritu prout optabant acciperent . Tribuni igitur , quos ipse in primis abolere studebat , de adfectata tyrannide postularunt eum apud plebem , exsilioque multaverunt : reclamantibus licet omnibus indignitatemque rei queritantibus quod tale de senatoribus iudicium ferre non extimuissent .

(a) στρατηγός . Sed bene Zonaras στρατηγῆσαι σπεύδων καὶ μὴ τελεσθείς . Est autem sollemne Dionis verbum στρατηγεῖν pro *fungi praetura* . Immo idem Zonaras VII. 19, ait usque ad annum CCCV, appellatos fuisse praetores , qui postea consules dicti sunt. (b) Cod. καὶ ἐκ τούτου pro καὶ τοῖς .

(1) Ita evidenter in codice legitur; qui locus mihi certe aliquantulum est obscurus . Quare mea quoque interpretatio historiam magis quam verba sequitur. Κατειργασμένων quidem aliud significat. Mihi autem , operis urgentibus , ad alia properandum est.

(2) Ita cod. Sed tamen Dionysius VII. 13. hoc tempore Romae non solum famem verum etiam pestem λοιμὸν saevisse ait.

(3) Coloniam norbanam memorant Dionysius VII. 13 , Livius II. 34.

(4) De uno tyranno loquitur Dionysius VII. 1, qui erat Gelo syracusanus. Sed de pluribus Livius IV. 52.

(5) Lege Zonaram VII. 16.

(6) Patricii scilicet reclamabant , quod ita de senatore plebs decrevisset . Livius II. 35.

Digitized by Google

XVI. Ἐκπεσὼν οὖν, πρὸς τοὺς Οὐόλσκους καίπερ ἐχθίστους | ὄντας ὀργῇ τῆς συμφορᾶς ἦλθε, καὶ ἑαυτὸν ἔκ τε τῆς ἀνδρείας | ἐπεπείρατο, καὶ ἐκ τοῦ θυμοῦ τοῦ πρὸς τοὺς πολίτας ἀσμένως δέχεσθαι | προσεδόκησεν, ἀντίπαλα ἢ καὶ μείζω δι' αὐτὸ τοῦτο Ῥωμαίους ὧν ἔ|παθον δράσειν ἀντιβωσίας· ὑφ' ὧν γὰρ ἄν τις 32.
P. 316. σφόδρα κακοπαθῇ, || πρὸς τοῦτ' αὐτὸν καὶ εὖ πείσεσθαι, βουλομένων γε καὶ δυναμένων | τι ποιῆσαι, οὐκ ἐλάχιστα πιστεύει (1).

* Πάνυ γὰρ ὠδιθύμως ἔφερεν | ὅτι καὶ ὠδὶ τοῦ οἰκείας κινδυνευόντος μηδ' ὡς τῶν ἀλλοτρίων ἀφίσαν|το (2). ὡς οὖν καὶ ταῦτα ἀπηγγέλθη σφίσιν, οἱ μὲν ἄνδρες 4.
οὐδὲν μᾶλλον ἐκινήθησαν· οὕτω πως κακῶς ἐσασίαζον, ὥστε μηδ' ὑπὸ τοῦ
V. C. 266. κιν|δύνων καταλλαγῆναι (a).

XVII. Αἱ δὲ γυναῖκες ἥ τε | γαμετὴ τοῦ Κοριολανοῦ Βολυμνία καὶ ἡ 8.
μήτηρ Βετυρία ἀθροίσασαι | καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐπιφανεστάτας ἦλθον πρὸς αὐτὸν εἰς τὸ στρατόπε|δον τά τε παιδία αὐτοῦ ἄγουσαι· καὶ ἐποίησαν αὐτὸν μὴ ὅτι ἐπὶ τῇ χώρᾳ | μηδὲ ἐπὶ τῇ καθ' ἑαυτὸν καταλύσασθαι· προσήκατο γὰρ αὐτὰς εὐθὺς | ἐπειδὴ τάχιστα παρούσας ἤκουσε, καὶ λόγους σφίσι 12.
μετέδωκεν· ἐπράχθη | τε ὧδε· αἱ μὲν ἄλλαι σιωπῶσαι ἔκλαον (b)· ἡ δὲ Βετυρία τί θαυμάζεις, | ἔφη, τέκνον; τί δὲ ἐκπέπληξαι; οὐκ ἠτομολήκαμεν,

16. Exsul itaque ad Volscos, quamquam inimicissimos, dolore sui casus venit. Quippe cum ipse fortitudinis suae documenta edidisset, tum vero propter suum erga cives odium, libenter se exceptum iri expectabat, spe iniecta fore ut ob eam rem paria damna vel etiam maiora Romanis inferret, quam nuper ab his Volsci passi fuissent. Etenim homo a quibus maxime mala perpessus fuit, ab iisdem sibi tantumdem boni eventurum, si modo velint queantque, sperat.

* Omnino stomachabatur (Coriolanus), quod de sua patria periclitantes, ne sic quidem ab aliena re abstinere vellent. Ubi haec Romam nunciata sunt, viri nihilo magis permoti fuerunt: tanto enim discidio flagrabant, ut ne in mediis quidem periculis de reconciliatione cogitarent.

17. Feminae autem, uxor scilicet Coriolani Volumnia et mater Veturia, cum aliarum generosarum comitatu, venerunt ad eum in castra liberosque ipsius adduxerunt. Neque tamen permoverunt eum ut vel patriae reconciliaretur vel redeundo operam daret. Ceteroquin ille matronas statim ac adesse audivit coram admisit, copiamque dicendi fecit. Res autem ita transacta est. Ceterae quidem mulieres taciturnae flebant; Veturia vero quid mira-

(a) In codice cum varietate repetitur ab eclogario: ὅτι οὕτω κακῶς ἐστασίαζον οἱ περὶ τὸν Κοριολανόν, ὥστε μηδ' ὑπὸ τῶν κινδύνων καταλλαγῆναι. (b) Ita cod., non ἔκλαιον.

(1) Hinc, ut puto, fabula de Achillis hasta. Unde Ovidius trist. II. 19:

Forsitan ut quondam teuthrantia regna tenenti,
Sic mihi res eadem vulnus opemque feret.

(2) Scilicet Coriolanus stomachabatur, quod alienum agrum Volscis Romani, se iubente, reddere nolent, qui iam obsessi de suo periclitarentur. Particula haec vaticana extat prope ad verbum in continua oratione apud Zonaram sic: ὁ δὲ περιθύμως ἤνεγκεν, ὅτι καὶ περὶ τῆς ἑαυτῶν κινδυνευόντες, οὐδ' οὕτως τῶν ἀλλοτρίων ἀφίσταντο· καὶ τούτων δὲ ἀγγελθέντων αὐτοῖς, οὐδ' ἔτι κεκίνητο, οὐδ' ὑπὸ τῶν κινδύνων οἱ ἄνδρες τοῦ στασιάζειν ἐξίσταντο· αἱ δὲ γυναῖκες etc. Nimirum retinentibus pertinaciam viris, feminae ob curandam pacem legatione functae sunt.

Digitized by Google

ἀλλ' ἡμᾶς ἤ τε | πατρὶς ἔπεμψε σοὶ, εἰ μὲν πείθοιο, μητέρα καὶ γυναῖκα καὶ
16. τέκνα· εἰ δὲ μή, λάφυρα· ὡς εἰ καὶ νῦν ἔτι ὀργίζῃ, πρώτας ἡμᾶς ἀπόκτεινον· τί δ' ἀκούεις; τί δ' ἀποστρέφῃ (a); ἢ ἀγνοεῖς ὅπως τ' ἂν τῇ πόλει ἡμεῖς αἴ ἄρτι ὀδυρόμεναι (b) ἐπαυσάμεθα ἵνα σε ἴδωμεν; καταλλάγηθι γοῦν
20. ἡμῖν, καὶ μηκέτι ὀργίζου τοῖς πολίταις τοῖς φίλοις τοῖς ἱεροῖς τοῖς τάφοις· | μηδ' ἐπεμπέσῃς ἐς τὸ ἄστυ θυμῷ πολεμίῳ· μηδ' ἐκπολιορκήσῃς | τὴν παῖδά σε ἣ καὶ ἐγεννήθης καὶ ἀνεθράφης καὶ τὸ μέγα τοῦτο ὄνομα Κοριόλαις ἐγένετο· πεί-
24. σθητί μοι παιδίον, μηδέ με ἄπρακτον | ἀποπέμψῃς, ἵνα μὴ καὶ νεκράν με ὑπ' αὐτοχειρίας ἴδῃς (1).

XVIII. Ταῦτ' εἰποῦσα ἀνέκλαυσε, καὶ τὴν ἐσθῆτα καταῤῥηξαμένη, καὶ σὺν
28. μαστοῦ | προσείξασα, ἅ τε γαστρὸς ἀφαμένη, ἰδοῦ ἔφη, τέκνον, αὕτη σε τέτοκεν, οὗτοι σε ἐξέθρεψαν· εἰπούσης δὲ αὐτὰ ταῦτα, καὶ ἡ γαμετὴ αὐτῷ | τά τε παιδία καὶ αἱ ἄλλαι γυναῖκες συνεθρήνησαν (2). Ὥστε καὶ ἐκεῖνον ἐς | πένθος ἐμβαλεῖν· μόλις τε ποτὲ ἀνενεγκὼν ἀφείστυξε τὴν μητέρα, | καὶ φιλῶν ἅμα αὐτὴν,
32. ἴσθε, ἔφη, μῆτερ πείθομαί σοι· σὺ γάρ με νικᾷς, καὶ | σοὶ δὴ ταύτῃ τὴν χάριν καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐχέτωσαν· ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἰδεῖν | αὐτοὺς ὑπομένω, οἵτινες τηλικαῦτα ὑπ' ἐμοῦ εὐεργετηθέντες, τοιαῦτα | μετέδρασαν· οὐκοῦν οὐδ' ἀφίξομαι ποτὲ ἐς τὴν πόλιν· ἀλλὰ σὺ μὲν καὶ || ἀντ' ἐμοῦ τὴν παῖδα ἔχε, P. 317.
4. ἐπειδὴ τοῦτο ἠθέλησας· ἐγὼ δὲ ἐκ τοσῶνδε ὑμῖν ἀπαλλοτριώσομαι· ταῦτ' εἰπὼν ἐπανέστη· τῷ τε γὰρ δέει τῷ τῆς ὁμίλου | καὶ τῇ αἰσχύνῃ τῶν ὁμοίων, ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν ἐπ' αὐτοὺς ἐπεστράτευσεν, οὐκ | ἀνεκτὸν διδομένου οἱ (c) ἐδέξατο,

ris, ait, fili? cur obstupescis? Haud equidem huc transfugimus, sed nos patria ad te misit: si flecteris, matrem et uxorem et liberos; si secus, praedam. Quare si iram retines, nos primas occidito. Cur haec audiens vultum avertis? an nescis, nos nuper intermisisse urbanum luctum, ut te videremus? Nobiscum igitur in gratiam redi; neque diutius civibus, necessariis, templis, sepulchris denique, irascaris; neque hostili animo adversus urbem feraris; neque patriam oppugnes, in qua natus et alitus, atque hoc magnum nomen de Coriolis adeptus es. Morem mihi gere, fili; neque me re infecta dimittas, ne forte manu mea me extinctam videas.

18. Haec dicens flebat, vestemque scindebat; papillasque ostendens, ventremque tangens; en, inquit, fili, hic te peperit, hae te aluerunt. Quae dum ab ea dicerentur, uxor eius parvique liberi et mulieres reliquae simul lamentabantur, in tantum ut ipse quoque ad luctum commoveretur. Iamque vix ferens, matrem complexus atque osculatus, en ait, mater, cedo tibi: tu enim me vincis, tibique hanc gratiam a ceteris omnibus haberi aequum est. Ego quidem cernere illos non sustineo, qui olim a me beneficiis adfecti, eiusmodi facta rependerunt. Numquam igitur in urbem postliminio redibo: tu autem mei quoque loco patriam obtineto, quandoquidem ita vis. Ego interim procul vobis ibo. His dictis consurrexit, tum circumstantis turbae metu, tum pudore civium contra quos expeditionem susceperat: neque reditu oblato usus

(a) Num hendiadys pro ἀκούων ἀποστρέφῃ? (b) Cod. αἱ ἄρτι ὀδυρόμενοι. (c) Cod. οἱ, ut alibi.

(1) Contraxit aliquantulum hanc adlocutionem Zonaras: reliqua item de Coriolano; verbis idemtidem variatis. Multo verbosior est Dionysius VIII. 45. sqq.

(2) Videtur mihi Dio studiose Homerum imitari iliad. XXIV. 746. ὡς ἔφατο κλαίουσ'· ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.

Digitized by Google

ἀλλ' ἐς τὸν Οὐόλσκους ἀναχωρήσας, | ἐνταῦθα ἐξ ἐπιβουλῆς ἢ καὶ γεράσας ἀπέθανεν (1).

U. C. 269. XVIIII. Ὅτι Κάσσιος (2) τὸν Ῥωμαί|ους εὐεργετήσας, ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων ἐθανατώθη· ὥστε καὶ ἐκ | τούτου δῆλον εἶναι ὅτι πιστὸν οὐδὲν ἐν τοῖς πλήθεσιν ἐστίν, ἀλλὰ καὶ τὸν | πάνυ σφισὶ προκειμένους οὐχ ἧττον τῶν τὰ μέγιστα ἀδικούντων 8.
ἀπολ|λύουσι· πρὸς μὲν γὰρ τὸ αἰεὶ παρὸν μεγάλους τοὺς αἰτίους τῶν ὠφελη|μάτων ἄγουσιν· ἐπειδὰν δὲ σφᾶς ἐκκαρπώσονται, οὐδὲν ἧττον αὐτοῦ οἰ|κειοτέρους τοῦ ἐχθίστων νομίζουσι· τὸν γὰρ Κάσσιον καὶ εὐεργετοῦ|μενον σφισὶν, ὅμως ἐφ' αὐτοῖς οἷς 12.
ἐσεμνύνετο ἀπέκτειναν· καὶ ἐκδηλόν γε ὅτι ζηλοτυπηθεὶς ἀλλ' οὐκ ἀδικήσας τι ἀπώλετο (3).

XX. * Οἱ γὰρ ἐν τοῖς | πράγμασιν ἀεὶ γιγνόμενοι, ἐπειδὴ μηδένα ἄλλον τρόπον κατέχειν σφᾶς | ἐδύναντο, πολέμους ἐκ πολέμων ἐξεπίτηδες ἐκίνουν, ὅπως πρὸς | ἐκείνους ἀσχολίαν ἄγοντες, μηδὲν περὶ τῆς γῆς πολυπραγμονῶσιν (4). 16.

U. C. 274. * Οὕτω γοῦν ὑφ' ἑκατέρου παρωξύνθησαν, ὥστε καὶ τὴν νίκην ἑναρκτον τοῖς | στρατηγοῖς ὑποσχέσθαι· πρὸς γὰρ τὴν αὐτίκα ὁρμὴν, κύριοι καὶ τῆς τύχης | εἶναι ἐνόμισαν (5).

est ; sed in Volscos regressus , ibidem sive ex insidiis sive senio confectus obiit .

19. Cassius qui bene Romanis fecerat , ab iisdem supplicio traditus fuit . Quamobrem hinc quoque perspicuum fit , nihil esse fidum in multitudine : quae quidem summos favitores suos , non secus quam criminum maximorum reos , exitio dat . Eos enim pro re praesenti mactat honoribus , qui praecipua causa utilitatum sunt : mox eorum beneficentia exhausta , nihilo eos amiciores habet quam inimicissimos . Itaque Cassium nuper civibus gratificantem , nihilominus ob eum ipsum titulum quo insignis evaserat interfecerunt . Quippe compertum est hominem hunc invidia non suo aliquo crimine fuisse oppressum .

20. * Semper enim qui magistratus gerebant , quandoquidem populum nullo modo cohibere poterant , bella bellis dedita opera nectebant , ut his occupatus nihil in patria moliretur .

In tantum ab utroque (consule) exacuti fuerunt , ut etiam iureiurando victoriam ducibus sponderent : pro suo enim praesenti impetu dominos quoque fortunae sese existimabant .

(1) Coriolani hanc historiam ex Dione , quem nominatim appellat , sumit Tzetzes , atque in politicos versus coniicit chil. VI, hist. 60.

(2) Universam de Sp. Cassio narrationem Zonaras praetermisit .

(3) Placet haec Sp. Cassii defensio ; semper enim a bonis viris alienae famae et incolumitati consulendum est. Et quidem plebem romanam paenituisse quod Cassium damnasset , ait Dionysius VIII. 82. Sed vulgo eius fama, ut de tyrannico ambitu rei, deprimitur apud Livium , Dionysium , Ciceronem aliosque .

(4) Ut ager scilicet viritim dividoretur plebs postulaverat . Dionem expilat Zonaras VII 17 . sic: οἱ γὰρ δυνατοὶ μὴ ἄλλως κατέχειν αὐτοὺς δυνάμενοι , πολέμους ἐκ πολέμων ἐξεπίτηδες ἐκίνουν , ἵν' αὐτοὶ ἀσχολούμενοι , μηδὲν περὶ τῆς γῆς πολυπραγμονῶσι .

(5) Hoc et sequens fragmentum pertinet ad bellum quod Fabio Manlioque consulibus gerebatur contra Veientes atque Etruscos . Avebat pugnare miles romanus ; consules impediebant , ut eum magis acuerent ; novo scilicet strategemate sed naturae humanae accommodato, quae nititur in vetitum, ad imperatum torpet : donec milites se omnino victores fore coram consulibus iurarunt . Lege Livium II. 45.

Digitized by Google

20. Ὅτι ἔοικε τὸ πλεῖστον τῆ ἀνθρωπίνῃ πρὸς μὲν | τὸ ἀνθιστάμενον καὶ ὠθοῦν᾽ τὸ συμφέρον φιλονικεῖν, τοῖς δ᾽ ὑπείκουσι | καὶ ὠθοῦν᾽ δύναμιν ἀνθυπουργεῖν.

XXI. Ὅτι οἱ Φάβιοι ἐπὶ τῷ γένει καὶ τῷ πλούτῳ ὅμοια τοῖς ἀρίστοις φρονοῦντες, ὡς τάχιστα αὐτοὺς ἀθυμοῦντας εἶδον(1)· | ὅταν γάρ τινες εἰς πολλὰς U. C. 277.
24. ἅμα καὶ δυσχερεῖς πράξεις ἐμπέσωσιν, οὔτε | τι βούλευμα πρός τε τὸ πλῆθος καὶ πρὸς τὸ ἀθρόον τοῦ κινδύνων ἐξευρεῖν δύνανται, καὶ τὸ ἔργον καὶ τὰ πάνυ ῥᾴδια ἀπογινώσκουσι· κἀκ τούτου | τό τε γνώμαις καὶ ὠθοῦν᾽ τὸ εἰκὸς τῇ δόξαις ἀναιροῦντες· καὶ τὰ πράγμα|τα ἐκόντες ὡς καὶ μάτην πονήσαντες προΐενται· καὶ
28. τέλος ἐπιτρέ|ψαντες (a) σφᾶς τοῖς ἐκ τοῦ δαιμονίου ὠθαλόγοις, ἀναμένουσι πάνθ᾽ | ὅσα ἂν ἡ συντυχία ἐνέγκῃ.

Ὅτι οἱ Φάβιοι ἓξ καὶ ζιακόσιοι ὄντες ὑπὸ | Τυρσηνῶν ἀνῃρέθησαν· καὶ γάρ πως τὸ δι᾽ ἀνδρείαν πίσιν ὀγκούμενον, ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ θράσους πολλάκις φθει-
32. ρεται· τό τε δι᾽ εὐτυχίαν αὐχοῦν, εἰς τοὐναν|τίον ἐκφρονῆσαν ἐκπίπτῃ (2).

XXII. Ὅτι οἱ εὐπατρίδαι φανερῶς μὲν οὐ πάνυ, || πλὴν βραχέων, P. 318.
ὀλιθριάζοντες τινὰ ἀντέπραττον, λάθρα δὲ συχνοὺς | τῶν θρασυτάτων ἐφό- U. C. 281.
νευον (3).

Solent plerique homines resistentibus sibi vel cum proprio detrimento adversari; cedentibus autem, obliti etiam virium suarum, indulgere.

21. Fabii pro suae prosapiae divitiarumque numero quum heroicos spiritus gererent, brevi se exanimatos senserunt. Nam cum aliqui in multa ac difficilia negotia incidunt, neque ullum consilium pro multitudine et cumulo periculorum explicare queunt; etiam id quod facillime praestare possent desperant; atque ita animis praeter quam opus esset fiduciaque excidunt: rerumque gerendarum curam, ceu si frustra hactenus laborassent, abiiciunt: semet denique caecis fati casibus permittentes, ultro expectant quidquid forte fortuna obvenerit.

Fabii sex supra trecentos ab Etruscis interempti fuerunt. Namque interdum qui sibi ob fortitudinem nimis tribuit, ab ipsa sua confidentia subvertitur: et qui fuerat felicitate subvectus, in contrarium statum ob suam dementiam delabitur.

22. Patricii palam quidem raro, certis adhibitis exsecrationibus, resistebant; clam vero permultos ex audacissimis occidebant.

(a) Cod. ἐπιθριάζοντες.

(1) Scilicet cum se circumventos a Veientibus cognoverunt. Liv. II. 50.

(2) Satis apparet tum hoc tum praecedens Dionis fragmentum et alia passim ab eclogario delecta fuisse ob sententias, quibus ceu clavi aliqua vel fibula, ut Fronto loquitur, terminantur. Sunt autem hae Dionis sententiae gravissimae atque perutiles, non illae ineptae quas vituperat divus Hieronymus epist. LXVI. 9: *nec more puerorum argutas sententiolas in clausulis struis.*

(3) Postquam induciae in annos quadraginta Veientibus datae fuerunt, Romae tempestates tribuniciae recruduerunt, populo adversus patricios certante. Ea contentio tanta fuit, ut unum saltem tribunum a patribus clam strangulatum Livius II. 54. memoret; nunc vero a Dione cognoscimus plebeios multos ferocia insignes, quod pronum creditu est clandestino patrum facinore fuisse interceptos. Haec autem anno ante consulatum Pinarii et Furii acciderunt, teste Livio loc. cit. Ab

Digitized by Google

Post an. Chr.

Ἐνέα γὰρ ποτὲ δήμαρχοι (1) πυρὶ ὑπὸ τῶν δη|μοτῶν ἐδόθησαν· ἀλλ' οὔτε τοῦτο τοὺς λοιποὺς ἐπέσχεν· ἐπ' ἄλλα πλείονα μὲν | ἐλπίδα οἱ μὴ ταῦτα ἀεὶ 4.
δημαρχοῦντες ἐκ τῆς ἑαυτῶν φιλονικείας, | ἢ δέους ἐκ τῶν ἐκείνων συμφορᾶς λαμβάνοντες, οὐχ ἡμβλύ|νοντο ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μᾶλλον ὑπ' αὐτῶν τούτων ἐθρασύνοντο· τούς τε γὰρ ἀμπολλυμένους ἐς δικαίωμα τῆς ὑπὲρ ἑαυτῶν τιμωρίας προεβάλλοντο· καὶ αὐτοὶ μεγάλην ἡδονὴν ἐκ τοῦ καὶ ὧδε δύξαν ἀκινδύνως | 8.
ὠφελέσθαι νομίζειν προσετίθεντο· ὥστε καὶ τῶν εὐπατριδῶν τινὰς, | ἐπειδὴ μηδὲν ἄλλως ἴσχυον, ἐς τὰ τῶν πλήθους νομίσματα μεταχωρῆσαι· | τὴν γὰρ ταπεινότητα αὐτῶν πολὺ (a) πρὸς τὰς τῶν δημαρχικῶν ἰσχύων | ὠφελιμίας, τῶν τῆς 12.
σφετέρων καλλωπισμάτων ἀσθενείας ἐνόμιζον εἶναι· καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ δεύτερον καὶ τρίτον, ὅπερ πλεῖόν τε ἔτι καὶ περ | κωλυθὲν τό τινα τὴν ἀρχὴν λαμβάνειν, συχνοὶ καὶ ἐφεξῆς ἐδημάρχουν.

XXIII. Ὅτι ἐς τοῦτο ὅμιλος ὑπ' αὐτῶν τῶν εὐπατριδῶν προήχθη· ὁ γάρ τοι ὑπὲρ | ἑαυτῶν ἡγοῦντο ποιεῖν, τὸ πολέμους τινὰς ἀεὶ ὠδασκευά- 16.
ζειν σφίσιν, ὅπως ὑπό γε τῶν ἔξωθεν κινδύνων σωφρονεῖν ἀναγκαῖον, καὶ | τοῦτο θρασυτέρους αὐτοὺς ἀπεργάζετο· οὔτε γὰρ στρατεύειν εἰ μὴ λάβοι|εν ὧν ἑκάστοτε ἐπωρέγοντο βουλόμενοι, καὶ προθύμως ὅποτε ἐξέλθοιεν ἀγωνιζόμενοι, 20.

Novem aliquando tribuni flammis a populo consumpti fuerunt; neque idcirco tamen reliqui sunt cohibiti; sed qui deinceps tribunatum petebant maiorem ex sua pervicacia, quam metum ex alienа calamitate sumpserunt; eventu hoc audaciam illis augente, nedum spiritus infringente. Nam et occisorum supplicium ceu quoddam ius sibi obtendebant, quo se ulciscerentur: et ipsi magnam laetitiam prae se ferebant, quod praeter opinionem, extra periculum salvi consisterent. Hinc accidit ut nonnulli etiam patricii, quandoquidem aliter nihil proficiebant, ad plebeias gentes transirent. Nam plebis humilitatem multo utiliorem esse credebant tribuniciae potestatis impetrandae cupiditati, quam patricii splendoris infirmitatem. Praesertim quia et iterum et tertio, quamquam eam potestatem plus una vice obtinere non esset fas, multi et quidem continenter tribuni fiebant.

23. Ad haec consilia plebs ab ipsis patriciis impulsa fuit. Nam quod hi existimabant ex suarum partium utilitate facere, bellis nempe perpetuis plebem implicando, ut ob externa pericula modeste se gereret, id inquam efferatiores plebeios reddidit: qui iam neque militare, nisi vota omnia impe-

(a) Videtur deesse vocabulum, v. gr. ἰσχυοτέραν.

hoc consulatu usque ad pacem faliscam, nempe ex annorum prope LXXX historia nihil excerpsit eclogarius praeter pauca de civilibus discordiis capita, quarum sane motibus diutissimis Roma per id intervallum concussa fuit. In haec enim tempora incidit lex Valeronis de plebeiis magistratibus creandis, Caesonis Quinctii iudicium, universa illa decem virorum legibus scribundis historia, tribunorum militarium consulibus substitutio, lex de conubiis patrum et plebis, Spurii Melii ambitio et supplicium, turbae agrariae, et alia eiusmodi, quae apud historicos leguntur, discidia.

(1) Equidem si de tribunis plebis agitur, eorum numerus anno CCXCVII ita ampliatus est, ut essent decem, atque ita cautum ut postea crearentur. Liv. III. 30. (Sed qui fieri potuit ut suos tribunos plebs concremaret?) Sin agitur de militaribus consulari potestate tribunis, ii quidem tres primo creati fuere anno urbis CCCX, teste Livio IV. 7. tum anno CCCXXVIII quatuor.

Digitized by Google

πάνθ' ὅσ' ἤθελον ἔπραττον· καὶ τούτῳ καὶ ἀληθῶς οὐκ ὀλίγοι τῶν πλησιοχώρων σφίσι, τῇ ἐκείνων διχοστασίᾳ | πλεῖον ἢ τῇ ἑαυτῶν δυνάμει θαρσοῦντες ἐνεωτέριζον.

Ὅτι καὶ τὰ ἐν τοῖς στρατοπέδοις καὶ τὰ ἐν τῷ ἄστυ ἐταράχθη· οἵ τε γὰ-
24. στρατευόμενοι φιλονεικίᾳ τοῦ μηδὲν τοῖς πρὸ δυνασείαν ἔχουσι | προσχαρῆσαι, καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ οἰκεῖα ἐθέλοντα προΐεντο· καὶ ἐκεῖνοι οὐχ ὅτι τοῖς ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀπολλυμένοις σφῶν ἔχαιρον, | ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πολλοὺς τῶν στρα-
28. τηρίων τῶν τε τοῦ πλήθους πραττόντων ἐκ βόπτε δή τινος ἐπιτηδείως ἔφθειρον· καὶ τούτῳ σάσις οὐ | σμικρὰ σφῶν συνεπέχθη (1).

XXIII. Ὅτι πρὸς Φαλίσκους οἱ Ῥωμαῖοι πολλὰς μάχας μαχεσά- U. C. 360.
μενοι, καὶ πολλὰ καὶ παθόντες καὶ δράσαντες, τῶν | μὲν πατρίων ἱερῶν ὠλιγώ-
32. ρησαν, πρὸς ἃ τὰ ξενικὰ, ὡς καὶ ἐπαρκέσοντα σφίσιν ὥρμησαν (2)· φιλεῖ γάρ πως τὸ ἀνθρώπειον ἐν τοῖς ||| συμφοραῖς τοῦ μὲν συνήθους κἂν θεῖον ᾖ καταφρονεῖν, τὸ δ' ἄπειρατον θαυμάζειν· παρ' ἐκείνοις μὲν γὰρ ἅτε μηδὲν εἰς τὸ παρὸν ὠφελεῖσθαι | νομίζοντες, οὐδὲ εἰς τὸ ἔπειτα χρηστὸν οὐδὲν προσδέχον-
4. ται· τοῦτο δὲ δὴ | τοῦ ξένου πᾶν ὅσον οὖν ἐθέλησωσιν, ὑπὸ τοῦ καινοτομίας ἐλπίζουσιν. P. 223.

Ἐς γὰρ τοῦτο φιλοτιμίας καὶ τούτῳ καὶ φιλονεικίας ἀλλήλοις ἀφίκοντο, ὥστε μηκέτι καθ' ἓν πάντας, ὥσπερ εἰώθεσαν, ἀλλ' ἐκ περιτροπῆς ἰδίᾳ
8. ἕκαστον αὐτῶν ἄρχειν· ἀφ' οὗ οὐδὲν χρηστὸν ἐγίγνετο· τό τε | γὰρ οἰκεῖον οὐ

trarent, volebant; et segniter, siquando educerentur, pugnabant; et suo denique se arbitrio regebant. Reapse interim finitimi multi, discordia potius Romanorum quam suis viribus freti, res novas moliebantur.

Publica res tum in castris tum in urbe turbata est. Nam et qui in exercitu erant, studio perciti nulla in re gratificandi iis qui magistratus gerebant, communes aeque ac privatas utilitates pessum ultro dederunt. Urbani vero magistratus non solum laetabantur eorum nece qui ab hostibus occidebantur; verum et ipsi multos actuosiores, qui rem populi sustentabant, oblata occasione, de medio tollebant. Hinc seditio haud modica exarsit.

24. Romani multis adversus Faliscos proeliis patratis, multisque detrimentis tum acceptis tum etiam illatis, ad extremum patria sacra negligere atque ad externa, ceu sibi praesidio futura, confugere coeperunt. Est enim hoc apud homines in more positum, ut in adversis casibus, rem consuetam etiamsi divina sit, contemnant, incognitam admirentur. Ab illa enim, quia se minime iuvari in praesenti credunt, ne in posterum quidem boni aliquid expectant: a re vero peregrina omne suum libitum propter novitatem expletum iri sperant.

In tantum ambitionis propterea discordiae venerant, ut non simul universi, uti ante mos erat, sed ex ordine singuli imperarent: unde nihil boni fie-

(1) Si forte adhuc Dio in anno urbis CCLXXXIII, quod vix credo versatur, historiam hic habemus refractarii sub Appio consule exercitus, quam graphice scribit Livius II. 58.

(2) Camilli votum Iunoni veientanae satis novimus, itemque deae statuam post Veios captos Romam translatam. Porro Falisci auxiliares Veientium erant. Videtur igitur Dio ad praedictas religiones respicere, praesertim quia paulo post excisos Veios pax cum Faliscis secuta est.

Digitized by Google

τὸ κοινὸν ἑκάστῳ αὐτῷ σκοπούντων, καὶ βλαβῆναι μᾶλλον τὸ | δημόσιον ἢ τὰ συνάρχοντα εὐδοκιμῆσαι ἐθέλοντος, πολλὰ ἂν (a) | δυσχερῆ συνέβαινεν (1).

XXV. Ὅτι δημοκρατία ἐστὶν οὐ τὸ πάντας τοὺς αὐτοὺς ἁπλῶς τυγχά- 12.
νειν, ἀλλὰ τὸ κατ' ἀξίαν ἕκαστον φέρεσθαι (2).

U. C. 365. * Οὕτω γὰρ αὐτῷ οὐ τὸ πλῆθος μόνον, οὐδ' ὅσοι φιλοτιμίαν τινὰ πρὸς τὴν ἀξίωσιν | αὐτῷ εἶχον, ἀλλὰ καὶ οἱ πάνυ φίλοι συγγενεῖς τε αὐτῷ ὄντες ἐβάσκαινον, | ὥστε μηδ' ἀποκρύπτεσθαι· δεομένῳ γὰρ αὐτῷ τοῖς μὲν καὶ συναγωνίσασθαι, | τοὺς δὲ τήν γε ἀπολύσασαν θέσθαι, ἄλοντι δ' αὐτῷ χρημάτων τε τίμησιν καὶ τὴν καταδίκην συνεκτίσειν ὑπέσχοντο· ἔξω μὲν δὴ ταῦτα εὐ|χήν 16.
τε ὑπὲρ γῆς ἐποιήσατο (b) χρείαν αὐτῷ τὴν πόλιν σχεῖν· καὶ πρὸς οὖν Ῥετούλους πρὶν κατηγορηθῆναι μετέστη (3).

U. C. 365. XXVI. Ὅτι τοῖς Ῥωμαίοις δεξα|μένοις τοὺς Γαλατὰς ἔφοδον, οὐδ' ἀναπνεῦσαι ὑπῆρξεν· ἀλλ' αὐθή|μερον ἐς τὴν μάχην ἐκ τῆς πορείας ὥσπερ εἶ- 20.
χον κατασάντες, ἔπται|σαν· πρὸς γὰρ τὸ ἀδόκητον τῆς ἐπιστρατείας αὐτοῖς, καὶ τὸ πλῆθος καὶ | τὸ μέγεθος τῶν σωμάτων τήν τε φωνὴν ξενικόν τε τι καὶ φευκῶδες | φθεγγομένων ἐκπλαγέντες, τῆς τε ἐμπειρίας ἅμα τῆς τακτι|κῶν 24.
ἐπελάθοντο (4)· καὶ ἐκ τούτου καὶ τὰς ἀρετὰς προήκαντο· πλεῖστον | γάρ τοι πρὸς

bat. Dum enim suam quisque utilitatem non publicam spectat, mavultque remp. potius damno adfici quam collegam honore mactari, multa incommoda proveniebant.

25. Democratia non in eo versatur ut universi homines paria temere habeant, sed ut quisque digna meritis impetret.

Adeo Camillo non vulgus solum, vel ii qui dignitatem eius ambiebant, verum etiam familiares ac necessarii invidebant, ut id palam iam appareret. Nam Camillo roganti partim ut sibi patrocinarentur, partim ut suffragio iuvarent; ipsi nihil aliud quam pecuniam ad dissolvendem multam conlaturos se promiserunt. Atque ea propter ipse imprecatus est, ut urbs aliquando Camilli indigeret: tum ad Rutulos ante latam sententiam migravit.

26. Romanis qui Gallorum adventui occurrerunt, ne respirare quidem licuit: sed eodem die ex itinere in aciem progressi consertoque proelio, devicti sunt. Nam propter insperatum Gallorum incursum, corumque multitudinem, corporumque molem, et vocem peregrinum quiddam tremendumque sonantem, timore correpti, disciplinae prudentiam obliti sunt, ideoque virtutem quoque bellicam abiecerunt. Namque ad fortitudinem plurimum confert scientia; quae

(a) Vel post πολλὰ deest vocabulum, vel καὶ supervacaneum videtur. (b) Cod. ἐποιήσαντο.

(1) Agitur de tribunorum discordia. Quod si liceret de consulum potius cogitare discidio; consulatus quidem haud ante annum CCCLXI. restitutus fuit, neque ultra CCCLXII mansit. Profecto inter pacem faliscam et Romam anno CCCLXIV. captam nonnisi duo consularia collegia occurrunt.

(2) Placuit haec sententia eclogario, quam in illis perpetuis plebis et senatus contentionibus pronunciatam fuisse puto. Hanc autem egregie amplificero de rep. lib. I.

(3) Camilli exsilium describitur; de quo, praeter Livium, lege Dionysii excerpta ambrosiana lib. XIII. 5. 6.

(4) Sermo est de clade fugaque Romanorum ad

Digitized by Google

ἀνδρείαν ὄπισθεν φέρει, ὅτι καὶ παροῦσα τισὶ τὰ ῥώμῃ τῆς | γνώμης σφῶν
28. βεβαιοῖ, καὶ ἐλλείπουσα καὶ ἐκείνῳ προσδιαφθείρει. | πολλῷ (a) μᾶλλον ἢ εἰ μηδὲ τὰ ἀρχὴν αὐτῆς προσαπῆλθεν· ἀπειρίᾳ μὲν γὰρ | πολλὰ θυμῷ βιαίως κατορθοῦσιν· οἱ δὲ δὴ τῆς εὐταξίας ἣν ἂν μάθωσι ἁμαρτάνοντες, καὶ τὰ τῆς φρονήματος ἰσχὺν προσαπολλύουσιν· ὑφ' ὧν Ῥωμαῖοι ἐσφάλησαν.

XXVII. Ὅτι ὁ Καπιτωλῖνος κατεκριμ|νήσθη ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων· οὔ- U. C. 370.
32. τως οὔτ' ἄλλο τι τῶν χώραν ὡς πλήθει τοῖς ἀνθρώποις μένει· καὶ εὐπραγίαι συχνοὺς ἐς συμφορὰς ἀντιῤῥόπως προάγουσιν· || ὀξείρυσται γὰρ αὐτῶν πρὸς P. 224.
τὰς ἐλπίδας τῶν ὁμοίων, ἥ τε πλείονος | ἀεὶ ποιοῦσιν ἐπορέγεσθαι, καὶ ἐς τὸ ἐναντιώτατον σφαλέντας καταβάλλουσι.

Ὅτι ἡ Ῥούφου γυνὴ (1) χιλιαρχοῦντος καὶ πραττοντος ἐν τῇ ἀγορᾷ δημόσι- U. C. 377.
4. ον, ἐπειδὴ ἐκ τινὸς ἀφίκετο, καὶ θύραν ὁ ῥαβδοῦχος κατά τι ἔθος ἀρχαῖον (b) ἔκρουσεν (2), ἐξεταράχθη πρὸς τοῦτο, οὔπω πρότερον τοιούτου | τινὸς πεπειραμένη, καὶ διεστοήθη· γέλωτος οὖν ἐπ' αὐτῇ συχνοῦ καὶ ὠθισμὸς | τῶν
8. ἀδελφῆς καὶ τῶν ἄλλων γενομένου, καὶ σκωφθεῖσα ὡς ἰδιῶτις τὰ | ἀρχικῶν πραγμάτων, διὰ τὸ τὸν ἄνδρα αὐτὴν μήποτε ἐν ἡγεμονίᾳ τινὶ | ἐξητᾶσθαι, οὖσα (c), δεινὸν ἐποιήσατο οἷα πω ἄλλως τε καὶ τὴν γυναῖκα ἐκ μι|κροψυχίας συμβαίνειν

si adsit vim mentis roborat; si deficiat, vim quoque praedictam solvit, multo magis quam si principio mens hac caruisset: nam alioquin homines si imperiti sint, multa ex animi impetu fortiter faciunt; verum ii qui a disciplina, quam didicerant, desciscunt, consilii quoque vim corrumpunt. Atque hac de causa Romani cladem passi sunt.

27. Capitolinus a Romanis deiectus de saxo fuit. Sic videlicet nihil fere apud homines in sua dignitate graduve manet: prosperique eventus multos mortales coniiciunt in contrarias calamitates. Felicitas quippe in aliis spectata ad spem parium bonorum homines erigit, semperque maiorum appetentes facit, donec deceptos ad omne prorsus contrarium trudit.

Licinii Stolonis uxor, quum tribunatum gereret Rufus (*sororis vir*) et in foro munus publicum administraret; quumque is paulo post domum se reciperet, ac lictor more quodam vetere fores virga percussisset; expavit illa, quia nondum quicquam huiusmodi moris noverat, atque animo consternata est. Coorto autem plurimo adversus eam risu et sororis et praesentium aliorum, illudentium ei ceu rerum ad magistratus pertinentium ignarae, quia nondum vir eius in suprema aliqua dignitate versatus fuerat, mire queritari coepit, ut alioqui perpusillus feminarum animus solet; neque ante turbas facere

(a) Cod. πολλά. (b) In cod. repetitur ῥαβδοῦχος. (c) Refertur ad superiora, id est ὡς ἰδιῶτις οὖσα.

Alliam flumen; unde urbs in Gallorum potestatem mox venit.

(1) Nomina perturbat eclogarius; seu certe brevitatis studio necessaria omittit. Fabius patricius filiam alteram Licinio Stoloni plebeio desponderat, alteram Rufo patricio. Apud ergo patricii coniugem dum forte versaretur plebeii uxor. Rufus domum suam e foro rediit; tumque accidit ut Stolonis uxor exterreretur. Non igitur heic scribi debuit ab eclogario Ῥούφου γυνὴ, sed Στόλωνος γυνή. Dionis nostri locum expilat Zonaras VII. 24.

(2) Nimirum lictores strepitu voce manu virga gradienti magistratui viam patefaciebant; et quidquid obstaret, sollemni officii formula, submovebant.

πέφυκεν· καὶ οὐ πρότερον ἀνῆκε δυσκολαίνουσα | πρὶν πᾶσαν τὴν πόλιν θερα- 12.
πεῦσαι (a), ὡς που σμικρὰ καὶ τὰ τυχόντα πολλῶν τισι καὶ μεγάλων κακῶν
αἰτία γίγνεται (1), ὅτ' ἂν φθόνῳ τε τις αὐτὰ καὶ | ζηλοτύπως λαμβάνῃ.

XXVIII. Ὅτι δεινὸν ἐν κακοῖς προσδοκία σωτηρίας ἀνα|πεῖσαι τινὰ
πιστεῦσαι καὶ τοῖς ὠφελίμοις.

* Ἀεὶ γὰρ τί που καὶ πολιτείας | κόσμου στασιάζοντες παρέλυον· ὥστ' ὑπὲρ
ὧν σὺν πολέμῳ πρὶν σὺν | μεγίστῃ ἀνηροῦντο, ταῦτ' ἐν τῷ χρόνῳ συμπαν- 16.
τα ὡς εἰπεῖν οὐκ ἀσα|σιάστως μέν, οὐ μέντοι καὶ χαλεπῶς, καταστήσασθαι (2).

Ὅτι ΔΙΩΝ φησί· | διόπερ που, καίπερ οὐκ εἰωθὼς ἐκβολαῖς τοῖς λόγοις
χρῆσθαι (3), ἄλλως | τε ἐπεμνήσθην αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀλυμπιάδα προσέγρα|ψα, ἵν' ἐπει-
δὴ λανθάνει | σὺν πολλοὺς ὁ χρόνος μετοικίσεως, ἐκφανέστερος ἐξ ἐκεί- 20.
νου γένηται (4).

V. C. 514. XXVIIII. * Ταῦτα τε καὶ ἄλλα τινὰ τοιοῦτῳ τρόπῳ προετείνοντο (5), οὐχ
ὅτι καταπράξειν τι αὐτῶν ἤλπιζον· εὖ γὰρ, εἴπέρ τινες ἄλλοι, τὰ τῶν Ῥωμαίων

desiit, quam universae civitatis studia in se convertit. Ita scilicet parvae res et ignobiles multorum interdum ingentiumque malorum causa fiunt, siquis eas iuvido zelotypoque animo excipiat.

28. In adversis spes salutis magnopere valet ad suadendum ut absurdis quoque confidamus.

* Semper enim aliquid per seditiones de politiae decore deterebant: ita ut quorum antea causa bella maxima suscipiebant, haec isto in tempore non sine tumultu quidem sed tamen non admodum aegre obtinerent.

Ait DIO. Quapropter etsi digressionibus in historia uti non soleo, nihilominus et eius alibi memini, et olympiadem adscripsi; ut quo ille migravit tempus multis ignotum, iam notius inde evadat.

29. Haec et alia huiusmodi prae se tendebant, non quia efficere quicquam sperarent; quippe qui Romanorum elatos animos apprime exploratos haberent;

(a) Num pro θορυβῆσαι, *perturbare*?

(1) Intellige diuturnas illas Romae seditiones, donec post annum decimum impetratum est, ut consul alter de plebe fieret.

(2) Adhuc de seditionibus stolonianis.

(3) Simili egressionum excusatione utitur Livius IX. 17. de Alexandro magno locuturus.

(4) Externas res raro se attingere in sua romana historia, dixit Dio in praefationis fragmento a nobis vulgato. Heic autem de quadam praeter suum propositum digressione loquitur. Quaenam porro illa fuit? Equidem suspicor loqui Dionem de iunioris Dionysii coacta migratione in Italiam e Sicilia pellente Dione Hipparini filio. Sane vix dubito quin rem tantam a cognomine sibi viro patratam, et ab italicis rebus non alienam, noster memoraverit. Tempora certe huic loco conveniunt. Nam Dio anno CCCXCVII in Siciliam navigavit, annoque sequente tyrannum inde exegit. Fieri quoque potest ut noster de Timoleontis loquatur expeditione item sicula anno CCCCIX. Veniebat quoque in mentem Alexandri magni in Asiam transitus anno CCCXX. Denique cogitabam de Alexandri Epiri regis in Italiam adventu, quem in CCCCXIV. anno collocat Livius VIII. 3.

(5) Praecesserat apud Dionem oratio latini legati in senatu romano superbe multa postulantis, quae nullo modo impetrari poterant. Deperditam Dionis orationem sarcit utque Livius VIII. 5: *consulem alterum Roma, alterum ex Latio creari oportere; senatus partem aequam ex utraque gente esse; unum populum, unam remp. fieri* etc. Recusatis, ut par erat, pacis talibus conditionibus, bellum indictum est.

Digitized by Google

φρονήματα ἠπίσαντο, ἀλλ' ὅπως ἀποτυχόντες (2) αὐτῷ, πρόφασιν ἐγκλημά-
24. των | ἀς ἀδικούμενοι λάβωσιν. * Ἦν μὲν δὲ παντὶ καταφανὲς ὅτι σκο-
σκοπήσαντες τὴν ἔκβασιν τῆς τύχης πρὸς τὸ κρατοῦν ἔσησαν (1). Οὐ μὴν ἐξή-
λεγξεν ὁ Τόρκυας, μή τι δούντων σφίσιν ἔτι αὖθις πρὸς σφᾶς Λατίνους πραγμά-
των νεωτερήσωσι· οὐ γάρ τοι τὰ πάντα τραχὺς (2), οὐδ' οἷος ἐς τὸν υἱὸν
28. ἐγένετο καὶ ἐς ἄλλα ἦν.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι καίπερ ἀχθόμενοι | τῷ Τορκυάτῃ, διά τε τὸν υἱὸν αὐτοῦ
οὕτως, ὥστε τὰ χαλεπώτατα | τῶν ἔργων μαλλιανὰ (3) ἀπ' αὐτοῦ ὀνομάσαι, καὶ
διότι καὶ τὰ θρίαμβα τεθνηκότος μὲν ἐκείνου, τεθνηκότος δὲ καὶ τοῦ συνάρχον-
32. τος ἐώρτασεν· ὅμως | ἐπείξαντος ποτὲ ἑτέρου σφᾶς πολέμου, καὶ αὖθις αὐτὸν ἐς
τετάρτην || ὑπατείαν προεχειρίσαντο· οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖνος ἄρξαι ἑαυτῷ ἐθέ- P. 157.
λησεν, | ἀλλ' ἐξωμόσατο εἰπών, ὅτι οὔτ' ἂν ἐγὼ ὑμῶν ἀνασχοίμην, οὔθ' ὑμεῖς ἐμοῦ (4). |

ΧΧΧ. Ὅτι φησὶν ὁ ΔΙΩΝ, θαυμάζομαι· εἰ γὰρ ὁ θάνατος αὐτοῦ Δε- U.C. 514.

sed ut his sibi denegatis, querelarum occasionem tamquam laesi nanciscerentur. * Satis igitur demonstrabant, se fortunae ad victorem inclinationem circumspectare. Neque tamen eos Torquatus obiurgavit, ne forte per latini belli occasionem rebus novis studerent. Quippe Torquatus haud semper animi duritiam prae se gerebat, neque talis erga res ceteras erat qualis adversus filium extiterat.

Romani quamquam adeo filii causa infensi Torquato erant, ut etiam saevissimum quodque facinus MANLIANUM ab eius nomine appellarent; praesertim quia non filio solum sed etiam collega extincto triumphum duxerat; nihilominus alio urgente bello, rursus eum consulatu quarto exornarunt: qui tamen imperium suscipere noluit, verum eo eiurato ait, neque ego vos paterer, neque vos me.

30. Ait DIO. Miror equidem; nam si revera Decii ipsius mors fortunam

(2) Cod. ἐπιτυχόντες.

(1) Sine dubio in his fragmentis de Laviniensibus vel etiam de Samnitibus Dio loquitur, qui arcano quidem foedere cum Latinis rebellantibus conspiraverant, sed tamen pugnae eventum expectabant. Lege Livium VIII. 11, et Dionysium XV. 9. 11. ed. Mediol.

(2) Cod. τρυφῆς; sed manifestum codicis mendum belle corrigitur in Dionis reliquiis editis, ubi pauca haec verba οὐ γὰρ etc. occurrunt ed. Reimar. fragm. XXXIV; quae res vaticanorum fragmentorum Dionem auctorem satis demonstraret, nisi id iam aliunde, nempe ex nomine Dionis inscripto et sexcentis aliis indiciis palam esset.

(3) Cod. μαλλιανί. Livius VIII. 7: *manliana imperia non in praesentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum. Manliana* a T. Manlio Torquato. *Manliana* imperia rursus Livius commemorat ad exemplum papirianae severitatis VIII. 34.

(4) Ingens hoc loco discidium Dionis a Livio. Hic enim XXVI. 22. ab eo demum T. Manlio Torquato, qui hannibalicis temporibus vixit, recusatum consulatum dicit anno urbis DXLIV, quo anno processerunt consules Claudius Marcellus IV. et Valerius Laevinus. Uter historicus ad veritatem conlineat? Videtur mihi potius Dio quam Livius. Hic enim Torquatum renuisse dicit ob oculorum valetudinem: tum centuriis instantibus, respondisse ait: *neque ego vestros mores consul ferre potero, neque vos imperium meum*. Inepta sane haec responsio est, si ad oculorum valetudinem referatur; sed multo aptissima, si ad prisci Torquati severitatem, atque ad odium quo illum romana praesertim iuventus ob interfectum filium prosequebatur. Emendandus igitur ex Dione Livius, cuius errorem hodierni fastorum scriptores gregatim sequuntur.

Digitized by Google

κίνα (1) τὴ μάχλω ἀνώρθωσε, καὶ σὺν μὲν νικῶντας ἥττησε, τοῖς δὲ κρατηθέ- 4.
νοις νίκλω ἐδωκεν, οὐ μὴν καὶ συμβαλεῖν ἔχω δι' ὃ τοῦτ' ἐγένετο (2). ὅταν | μὲν
τὰ πραχθέντα τισὶν ἐπιλέξωμαι, πολλὰ γὰρ ἤδη πολλοῖς τοιαῦτα συνεν|-
εχθέντα ἴσμεν (3), οὐ δύναμαι τοῖς λεγομένοις ἀπιστῆσαι· ὅταν δὲ | τὰς 8.
αἰτίας αὐτῶν ἐκλογίσωμαι, καὶ πάνυ εἰς ἀπορίαν καθίσαμαι· | πῶς γὰρ καὶ πι-
στεύσειέ τις ἐκ τοιαύτης ἑνὸς ἀνδρὸς ἐπιδόσεως τοσοῦτο πλῆθος ἀνθρώπων
ἐς τε τὸ σωτηρίαν ὁμοίως, καὶ ἐς τὴν ἐπικράτησιν μεταβαλέσθαι; καὶ ταῦτα 12.
μὲν ὅπη ποτε, καὶ δι' ἃς αἰτίας οὕτως | ἔχει ζητεῖν ἄλλοις μελλήσει.

U. C. 416. XXXI. Ὅτι ἀνθυπαγόμενοι σὺν Λατῖνες | εἰς εὔνοιαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ
πολιτείαν αὐτοῖς ἔδωκαν (4), ὥστε καὶ τῷ | ὁμοίων σφίσι μεταλαμβάνειν· ὧν γὰρ
ἀπειλοῦσι τὸ πόλεμον οὐ μετέδοσαν, καὶ διὰ τοσούτους κινδύνους ὑπέστησαν,
ταῦτα τότε κρατήσαντες αὐτῷ, αὐτεπάγγελτοι τούτοις ἐψηφίσαντο (a), σὺν 16.
μὲν | τῇ συμμαχίας, σὺν δὲ ὅτι μηδὲν ἐνεόχμωσαν ἀμειβόμενοι.

U. C. 425. Ὅτι διαγνόντες πρὸς Πριβερνάτας ἐποιήσαντο οἱ Ῥωμαῖοι ἐρωτήσαντες
τί παθεῖν τοιαῦτα δρῶντες ἄξιοι εἶεν; οἱ ἀπεκρίναντο θαρσούντως, ὅτι ὅσα 20.
χρὴ σὺν ἐλευθέροις ὄντας τε καὶ ἐπιθυμοῦντας | εἶναι· πυθομένου τε αὖθις τί
ὑπάτου, καὶ τί ποιήσητε ἐὰν τὴν εἰρήνης τύχητε; ἔφασαν. ὅτι ἂν μὲν ἐπὶ με-
τρίοις τισὶν αὐτὴν λάβωμεν, ἡσυχάσομεν· ἂν δὲ ἀφόρητόν τι προσαχθῶμεν,

proelii restituit, victoresque antea depressit, victis victoriam obtulit, haud sane dispicere queo quanam ratione id evenerit. Profecto dum quorumdam hominum facta perlego; multa enim facinora huiusmodi apud multos historicos congesta scimus; non queo narratis fidem negare: cum tamen rerum harum causas considero, prorsus animi anxius fio. Nam quis facile credat, ob unius hominis devotionem tantum hominum numerum salutem pariter ac victoriam fuisse consecutum? Sed enim haec quomodo quasve ob causas ita se habeant, disquirendum alii curabunt.

31. Romani Latinos in suam gratiam denuo receptos civitate donaverunt, ita ut pari iure secum uterentur. Atque ita beneficium, quod minitantibus bellum non concesserant, et cuius rei causa tot pericula Romani adierant, nunc victores ultro ipsi decreverunt; his quidem propter suppeditatas belli suppetias, illis quia nihil per id tempus novaverant.

Deliberationem Privernatibus Romani permiserunt, sciscitantes quidnam se pati dignos post tale facinus existimarent. Illi audacter responderunt, nempe quod liberis hominibus libertatemque tueri cupientibus dignum foret. Iterum rogante consule, quid vero facietis si pacem impetraveritis? si moderatis conditionibus, illi dixerunt, hanc impetrabimus, quieti degemus; sin into-

(a) Haud scio an aliquid hoc desit; nam illi certe Latini qui bellum gesserant, neque societatis neque quietis causa gratiam a Romanis referre potuerunt.

(1) Decius, qui se devovit, consul erat cum Torquato III.

(2) Haud dissimilem sententiam profert Dio de alterius Decii devotione bello epirensi.

(3) Puta Codrum atheniensem; et Lacedaemonios duos, de quibus Herodotus VII. 134.

(4) Latinis cunctis datam civitatem dicit Dio; sed Livius VIII. 13. 14, voluisse id quidem Camillum consulem dicit, verumtamen beneficium a senatu valde imminutum; ac pro rata meritorum parte de aliis aliter civitatibus fuisse decretum.

Digitized by Google

24. πολεμήσωμεν· | θαυμάσαντες δὲ τὴν προθυμίαν οὐχ ὅπως (a) τὰς σπονδὰς πολὺ | βραδίους σφίσι ἔθεσαν (1).

Ἐκ τῆς δημηγορίας τοῦ πατρὸς Ῥούλλου (2).

XXXII. * Ἀλλ' εὖ ἴσθι ὅτι αἱ μὲν | ἀνήκεστοι τοιαύτοις τιμωρίαι αὐτάς τε δεῖ U. C. 429.
28. δικαιουμένας | προσαπολλύουσι δυνητέντας ἂν ἀμείνους γενέσθαι. καὶ δεῖ ἄλλως | οὐδὲν μᾶλλον σωφρονίζουσιν· ἡ γὰρ ἀνθρωπίνη φύσις οὐκ ἐθέλει | ἑαυτὴν πρὸς τὰς ἀπειλὰς ἐξίστασθαι· ἀλλ' ἢ δέους τινὸς ἀνάγκη, | ἢ θάρσους ὕβρει, ἀπειρίας τε θρασύτητι καὶ ἐξουσίας προπετείᾳ, | ἢ καθ' ἑτέραν τινὰ συντυχίαν, οἷα πολλὰ
32. πολλοῖς καὶ παρ' ἐλπίδα συμ|βαίνει, δεῖ μὲν οὐδὲ ἐνθυμουμένους τὴν κολάσεων, ἀλλ' ἀλογίστως αὐτῇ || ἐς τὸ προκείμενον φερομένους, δεῖ δὲ παρ' οὐδὲν P. 158.
αὐτοῦ πρὸς τὸ τυ|χεῖν ὧν ὀρέγονται ποιουμένους, ἁμαρτάνειν ἀναπείθει· αἱ δὲ ἐμ-
4. με|λεῖς φιλανθρωπίαι τἀναντία αὐτῇ πάντα διαπράττουσιν· ὑπὸ γὰρ | τὴν ἐγκαίρου συγγνώμης αὐτοί τε πολλάκις μεταβάλλονται, ἄλλως | τε ὅτ' ἂν ἐξ ἀνδρείας καὶ μὴ κακουργίας, ἐκ φιλοτιμίας καὶ μὴ πονη|ρίας ποιήσωσι (δεινὴ γάρ ἐστι
8. καὶ δηλῶσαι καὶ σωφρονίσαι φρόνη|μα ἡγεμονικὸν ὕλῃ θ' φιλανθρωπία) καὶ δεῖ

lerabile quid imperabitur, bellaturi sumus. Romani erectos animos Privernatium mirati, pacis conditiones multo mitiores quam aliis populis imposuerunt.

Ex oratione patris Rulli.

32. * Sed probe te nosse velim, si intolerandae huiusmodi hominibus poenae imponantur, et ipsos qui puniuntur perdi, quum meliores effici possent; neque ceteros homines exemplo reddi modestiores. Namque humana natura haud se terroribus emendari patitur; sed vel metus alicuius stimulus, vel audaciae protervia, vel imperitiae temeritas, vel virium fiducia, vel alius quilibet eventus, quales multi multis etiam praeter spem accidunt, impellunt ad peccandum homines, partim de impendentibus poenis non cogitantes, immo harum oblitos, dum rem praesentem tantummodo spectant; partim salutis suae plane prodigos, si modo optatam rem consequantur. At suavis humanitas omne id contra facit. Namque ob tempestivam veniam tum ipsi resipiscunt, quibus ignotum fuerit, praesertim si fortitudine animi non malitia, laudis studio non improbitate, aliquid fecerant; (permultum quippe valet ad edomandum temperandumque generosum fa-

(a) Particula οὐχ ὅπως postulat alterum orationis membrum. Existimo autem librarium oscitantem scripto quod mox sequitur ἀλλ', transiliisse ad alterius loci ἀλλ', mediis praetermissis.

(1) Duplex bellum privernas extat apud Livium; alterum lib. VII. 16, anno CCCXCVII; alterum lib. VIII. 19 - 21, anno CCCCXXV. Iamvero consentit cum Dione Livius, qui in posteriore Privernatium bello ponit eam legationem quae audacter apud Romanos locuta est. Dissentit vero Dionysius in ambrosianis fragmentis a me editis lib. XIV. 23, qui in priore bello liberum illud legati responsum scribit. Parem temporum perturbationem supra coarguimus in Livio p. 157. n. 4.

(2) Fabius Rullianus bello samnitico contra iussum Papirii dictatoris pugnare ausus extremum supplicium passurus erat, nisi eum Fabius Rullus pater supplici ad populum provocatione servasset. Liv. VIII. 30. sqq. Huius orationis, quam Dio divite lingua scripserat, nobile fragmentum conservavit nobis vaticanus codex.

Digitized by Google

ἄλλες ἐθέλοντὰς, ἅτε καὶ | σεσωσμένον ὁρῶντας μεταεθμίζουσι· πείθεται γὰρ πᾶς ἡδίον, ἢ | βιάζεται· καὶ ἑκούσιος ἀκούειν τὸν νόμον βούλεται μᾶλλον, ἢ ἀνάγκη· ὅτι | τὸ μὲν αὐθαίρετον ὡς καὶ οἰκεῖον πως δόξει, τὸ δὲ ἐξ ὑπο-
τάγματος ὡς | καὶ ἀνελεύθερον ἀπωθεῖται· ἔτι δὲ μεγίστης καὶ ἀρετῆς καὶ ἐξου- | 12.
σίας ἐστὶν ἔργον οὐ τὸ φονεῦσαι τινὰ, ἥτο μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ τῶν | κακίστων καὶ ἀσθενεστάτων πολλάκις γίγνεται, ἀλλὰ τὸ φείσασθαι τινὸς | καὶ τὸ σῶσαι τινὰ (1), ὃ μηδεὶς ἄλλος ἡμῖν ἀκόντων γέ σου δύναται. Βούλο|μαι μὲν ἤδη πεπαύ- 16.
σθαι ἐλέγχων· τό τε γὰρ ψυχίδιόν μου κέκμηκε, καὶ | τὸ φθέγμα ἐνδίδωσι, τά τε δάκρυα τὴν φωνὴν ἀνίσχει, καὶ ὁ φόβος τὸ στόμα συνδεῖ· ἀλλ' οὐκ ἔχω πῶς ἀλλαγῶ· τὸ γὰρ πάθος ἂν γε μᾶλλον | δόξῃ σοι μὴ δόξ[ει σοι] (a) τὶ προφαινόμενον, οὐκ ἐπιτρέπει μοι σιωπῆσαι· | ἄλλως καὶ θεῖα τοῦθ' ὅτι πό- 20.
σον τελευταῖον εἶπω περὶ σωτηρίας [μοι] τοῦ παιδὸς ἐσομένης, ἀναγκάζει με πλείω ὥσπερ ἐν εὐχαῖς λαλεῖν.

XXXIII. * Τότε γὰρ καὶ τὸ σχῆμα περὶ ἀρχῆς ἧς περιεβέβλητο (2) ὤκνει κατα|λῦσαι· καὶ ἐπειδὴ ἔμελλε δῆτα Ῥούλλῳ (3) φείσασθαι· τοῦ γὰρ σπουδὴν τοῦ δήμου | ἑώρα· ἐκείνῳ τε ὅπως πλείον ἀντισχὼν χαρίσασθαι, καὶ τόπον ἑαυτῷ | ἐπισχέ- 24.
ψαι μᾶλλον, ὥστε ἐξαρκῆ· τῷ αὐτῷ συγγνοὺς ἐθελήσει (b)· τότε | οἷν πρόσωπον ἐπιστρέψας, καὶ τὸν δῆμον δρυμὰ ὑποβλέψας, τὴν φω|νὴν ἐνέτεινε καὶ εἶπε· * (1) Καί σιωπὴ μεγίστη· οὐ μὴν καὶ ἡσύχαζον, ἀλ|λ' οἷον τι φιλεῖ ἐν τοιούτῳ γίγνεσθαι,

stum clementia laudabilis) tum alios quoque haud invitos emendant, qui concessam alicui salutem cernunt. Omnis enim homo facilius suaderi sibi aliquid patitur quam vi obtrudi; spontaneusque mavult legibus auscultare quam coactus: nam quod voluntarium est, id proprium quodammodo iudicat; quod autem iubetur, id tamquam illiberale aversatur. Iamvero summae virtutis potestatisque haud sane officium est quemquam occidere; id quod vel pessimus quisque et infirmissimus saepenumero patrat; sed parcere potius hominemque servare, id quod nemo nobis, te invito, praestare potest. Et querelarum quidem finem facere vellem, nam et animula mihi defessa est, et loquela me deficit, et vocem lacrimae impediunt, et metus os occludit: neque tamen exitum orationis invenio. Nam dolor, nisi tua mihi sententia faustum aliquid portendat, haud me conticescere patitur: praesertim quia quidquid extremum pro implorata filii mei salute dico, rursus me incitat ut plura, ceu fit in sacris precibus, addam.

33. *Tum enimvero insignia etiam imperii quibus erat exornatus, a vepia retardabant. Sed quoniam Rulli gratia ignoturus erat; etenim populi favorem videbat; Rullo quidem, quominus gratificaretur, diu obstitit, sibi spatium deliberandi sumpsit quantum sufficeret ad demostrandam veniae libertatem. Ad extremum converso vultu, populum severe spectans, intendit vocem dixitque. * Erat autem latum silentium: neque tamen quieta plebs perstabat; sed ut in

(a) Ita mihi videbar legere. (b) Quae mihi legere videor, scribo. Est enim pagina valde dilacerata.

(1) Satis apparet eclogarium hoc conservasse partem hanc orationis propter contentas in ea sententias. Titulo autem *de concionibus* integram puto orationem reservavit.

(2) Loquitur iam Dio de dictatore Papirio, qui veniam morosissime daturus erat.

(3) Hinc videmus *Rulli* agnomen a Dione tribui Fabio patri; quum alii filium potius Fabium *Rullianum* (Plutarchus in Fabio cap. I. Pomp. cap. XII. etiam *Rullum*) dicant.

(4) Suppressit eclogarius molesto nobis consilio, Papirii dictionem adversus rei Rulli patrem; quam tamen (diversam ne an similem?) exhibet Livius VIII. 34.

Digitized by Google

αὐτῷ τε ἐπιξένοντες, καὶ πρὸς ἀλλήλους τονθορύζοντες, ἓν μὲν οὐδὲν λαλοῦντες ἐξηκούοντο, σωθῆναι | ᾗ δὴ τὸ ἱππαρχον ἐπιθυμεῖν ὑπωπτεύοντο· ἰδὼν ταῦθ' ὁ Παπίριος, καὶ φοβηθεὶς μὴ (a) νεοχμώσωσί τι, τό τε πάνυ ἀρχικοῦ, ὅπερ | ἐς ἐπανόρθωσιν αὐτῷ ἐπὶ μεῖζον τὸ καθήκοντος προσεπεποίητο, ὑφῆκε, καὶ τὰ λοιπὰ μειζιάζων ἔς τε φιλίαν ἑαυτῷ καὶ προθυμίαν ||| αὖθις ἀντεκατέστησεν· ὥστε συμβαλόντες τοῖς ἐναντίοις ἀνδρίσασθαι (1). P. 181.

XXXIIII. * Πολλὰ μὲν δὴ οὖν καὶ ἄλλα τὰ ἀνθρωπίνων γένους | θαυμάσειεν ἄν τις, οὐχ ἥκιστα δὲ τὰ τότε γιγνόμενα (2)· οἱ γὰρ Ρωμαῖοι ὑπεραυχήσαντες, ὥστε μή τε κήρυκα ἔτι ἐπ' εἰρήνῃ πρὸς Σαυνίτας | προσδέχεσθαι ψηφίσασθαι (3), καὶ προσγωίσαι καὶ αὐτομαχεῖ (4) πάντας | αὐτοὺς αἱρήσειν, δι' ἓν ἔπεσον, καὶ ἐν αἰσχύνῃ οἵα οὔπω ποτὲ ἐγένοντο· καὶ ἐκεῖνοι ἄλλως τε ὑπερδείσαντες καὶ ἐν μεγάλῃ συμφορᾷ τὸ μὴ σπείσασθαι ποιησάμενοι, πανσυδίᾳ τε τὸ στρατόπεδον ἐζώγρησαν, καὶ πάντας ὑπὸ τὸν ζυγὸν ὑπήγαγον· | εἰς τοῦτο γὰρ αὐτοὺς ἡ τύχη ἤγαγεν. U.C. 433.

XXXV. Ὅτι αἱ διαφοραὶ εὐεργεσίαις | παύονται· καὶ ὅσῳ ἄν τις ἐπὶ μεῖζον ἔχθρας ἐλθὼν σωτηρίας ἀντὶ τιμωρίας παρὰ δόξαν τύχῃ, πολὺ μᾶλλον ἐκείνου τε ἐκὼν καταλύει, καὶ ταύτης ἀσμένως ἥττηται· ὅσῳ τε τῆς ἄλλως πως διενηνεγθέντων τοι ἐκ φιλίας εἰς ἔχθραν χωρήσαντες μισοῦσιν ἀλλήλους, | τόσῳ πλείων καὶ τῆς ἄλλως πως εὐεργετηθέντων, οἱ ἐκ διαφορᾶς εὐπαθόντες φι-

ciusmodi casibus evenire solet, et reo ingemiscebat, et inter se mussabat: et nihil quidem loquebatur; ceteroquin optari a turba salutem magistri equitum apparebat. Quibus observatis Papirius, timensque nequid forte novarent, imperii demum severitatem, quam plus debito ob publicam emendationem simulaverat, remisit: ac deinceps benignior factus, vulgi militaris benivolentiam ac studium sibi iterum conciliavit, ita ut cum hostibus strenue pugnatum fuerit.

34. Multos licet humani generis mirari casus, quos inter illum qui per id tempus obtigit. Etenim Romani tanto tumore elati, ut ne pacis quidem praeconem a Samnitibus recipere decrevissent, quia nimirum freti viribus propriis quominus eos universos debellarent non dubitabant, in calamitatem gravissimam ignominiamque inciderunt, qualem numquam experti fuerant. Contra Samnites summo iam pavore correpti, et quod pacem non impetrassent grandis instar calamitatis habentes, universum simul hostium exercitum sine caede ceperunt, et sub iugum miserunt. In istam quippe conditionem fortuna eos deduxit.

35. Inimicitiae beneficiis extinguuntur. Et quanto quis inimicior salutem pro vindicta praeter spem nanciscitur, multo lubentius odium omittit, seque benefactis victum ultro fatetur. Scilicet ut illi qui ab amicitia ad discidium transiliunt, gravius invicem oderunt; ita ii qui post discordiam beneficia accipiunt, multo impensius benefactores amant, quam qui nulla praevia offensa

(a) Cod. καὶ pro μὴ.

(1) Posteriorem Papirii comitatem erga milites, et victoriam de Samnitibus, legimus quoque apud Livium VIII. 36.

(2) Romana ignominia ad furcas caudinas celeberrima narratur.

(3) Lege de Romanorum adversus humiles Samnites superbia Livium VIII. 39. VIIII. 1.

(4) Notemus vocabulum.

Digitized by Google

λοῦσι σφῶν πεποιηκότας · καὶ Ῥωμαῖοι οὖν βούλονται | ἂν καὶ ἅμα πολέμῳ κρατιστεύειν, προστίθεσθαι δὲ δὴ καὶ ἀρετὴ τιμῶσι, | καὶ φιλοτιμίαν ἀσκοῦσι, σπουδάζοντες ἀεὶ τὰ ὅμοια | τοῖς ὁμοίοις καθ' ὑπερβολὰς ἀμύνεσθαι. * Ὅτι πεφύκασι 20.
πάντες ἄνθρωποι πλέον ἀλγεῖν ὧν ἀτιμασθῶσιν ἢ χαίρειν ἐφ' οἷς εὐεργετηθῶσι · καὶ ῥᾷον γε ἐπεξέρχονται τοῖς τε λυπήσασι σφᾶς, ἢ ἀνθυπουργοῦσι τοῖς εὐποιήσασι · τὴν δὲ κακοδοξίαν ἢ τὴν σώσαντα | μὴ δι' εὐνοίας ποιήσασθαι, παρ' 24.
οὐδὲν πρὸς τὰ συμφέροντα αὐτῷ τιθέμενοι, καὶ τῷ θυμουμένῳ ἐκ τοῦ λυσιτελοῦν σφῶν χαριζόμενοι. – Τοιαῦτα αὐτοῖς παρά τε τὴν ἐμφυοῦς φρονήσεως καὶ τοῦ γήρως ἐμπειρίας (1), οὐ τὸ αὐτίκα κεχαρισμένον, ἀλλὰ τὸ ἔπειτα 28.
ἀλγεινὸν, προσκοπεῖν παρήνεσεν.

XXXVI. Ὅτι οἱ Καπυηνοὶ τῶν Ῥωμαίων ἡττηθέντων καὶ ἐς Καπύην ἐλθόντων, οὔτ' εἶπόν αὐτοῖς (a) δεινὸν μηδὲν οὔτ' ἔπραξαν, ἀλλὰ καὶ τροφὴν καὶ ἵππους αὐτοῖς ἔδωκαν, καὶ ὡς κεκρατηκότας ὑπεδέξαντο (2)· οὓς γὰρ οὐκ ἂν ἐβού- 32.
P. 182. λοντο ἐφ' τὰ προγεγονότα σφίσιν ὑπ' αὐτῶν (3) νενικηκέναι, τούτοις || κακοτυχήσασιν ἐλέησαν· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ὡς τὰ πεπραγμένα ἤκουσαν, | ἄποροι παντα-
χόθεν ἐγένοντο, μήθ' ὅπως ἡσθῶσι τῇ τῶν σφετιστῶν σωτηρίᾳ, μήθ' ὅπως ἀχθεσθῶσιν ἔχοντες · πρὸς μὲν γὰρ τὸ ἡδεῖον | καὶ αἰσχύνης ὅπερ ἤλγυν ἀπα- 4.
ξιοῦντες, ἄλλως τε τοῦτο καὶ ὑπὸ τῶν Σαυνιτῶν πεπονθέναι, καὶ ἐβούλοντο ἂν πάντας αὐτοὺς ἀπολωλέναι · ἐκλογιζόμενοι δὲ ὅτι εἴ περ τι τοιοῦτον συμβεβήκει

gratiam obtinent. Porro et Romani tum bello superiores esse student, tum etiam virtuti honores tribuunt, tum denique ambitione gloriae certant; par pari semper, et quidem cumulate, referre studentes. * Natura comparatum est ut omnes homines offensa magis doleant, quam beneficio laetentur; faciliusque molestos ulciscantur, quam beneficis gratiam referant. Quare infamiam ex neglectu benefactoris manantem flocci faciunt propter praesentes utilitates; iracundiaeque suae, etiamsi forte minime sibi expediat, indulgent. – Sic ille suos, et insita mentis prudentia et senili experientia edoctus, admonebat; ne scilicet quod in praesenti iucundum erat, sed futuram molestiam, prospectarent.

36. Capuani adversus Romanos victos, cum Capuam venere, nullum convicium fecerunt, neque eis ullo modo molestiam crearunt; immo et victu et equis oblatis, quasi a victoria redirent exceperunt. Nimirum quos ob suarum cladium memoriam haud vincere voluissent, nunc victos miserebantur. Qui vero Romae erant cives, re audita, prorsus animis fluctuabant: nam neque laetari poterant de militum salute, neque dolere. Et infamiae quidem maculam maesti exsecrabantur, praesertim quia imposita a Samnitibus fuerat: quare et suos maluissent

(a) Ita cod. heic et infra αὐτοῖς, non αὐτοῦς.

(1) Hinc apparet recitatas hactenus fuisse particulas ex oratione quam senex Herennius Pontius pater imperatoris Samnitium in castris habuit, cum de Romanis interceptis deliberatio fieret. Scilicet Herennio visum optimum consilium fuerat, ut Romani dimitterentur inviolati omnes, quo cum potentissimo populo per ingens beneficium perpetua firmaretur pax atque amicitia. Liv. VIII. 3.

(2) Lege Livium VIII. 6.

(3) Capua bello nupero latino a Romanis rebellans cladem passa fuerat, et deinde a victoribus agro mulctata. Liv. VIII. 10. 11.

Digitized by Google

8. σφίσι, | καὶ ὧδε λοιποῖς ἅπασιν ἐκινδύνευσαν, οὐκ ἀκεσίως ἔχουσιν | ὅτι ἐσώθησαν.

Ὅτι δὲ σωτηρίας δὲ ἑαυτῆ πᾶσιν ἀνθρώποις | καὶ ἀναγκαῖον καὶ ἀνεμέσητόν ἐστι προνοεῖσθαι· κἂν ἐν κινδύνῳ τινὶ κα|τασῶσι, πᾶν ὁτιοῦν σωθῆναι πράττειν (1).

Ὅτι συγγνώμη καὶ θεῶν καὶ ἀνθρώπων δίδοται τοῖς ἀκουσίως τι πράξασιν.

12. XXXVII. Ὅτι οἱ Σαυνῖται ὁρῶντες μήτε τὰς συνθήκας σφίσι τηρωμένας, μή|τε ἄλλῳ χάειν ἀναδιδομένῳ, ἀλλ' ὀλίγως ἀντὶ πολλῶν εἰς θεραγωγὴν | τῶν ὅρκων ἐκδιδομένης, δεινῶς ἠγανάκτησαν, [ἐπωνόμ]αζόν τε τινὰς | σφῶν θεοὺς ἐπι-
16. βοῶμενοι, καὶ τὰς πίστεις αὐτῶν προφερόμενοι, καὶ ἀπήτουν σφῶν ἄλοντας, ἐκέλευόν τε αὐσφῶν εἰς αὐτὲ ζυγὸν γυμνοὺς | εἰσφθεῖν οὕτωπερ ἐληθέντες ἀφείθησαν, ἵνα καὶ τῷ ἔργῳ [δοκῶ]|σι τοῖς ἅπαξ ὁμολογηθεῖσιν ἐμμένειν· καὶ ἀπέ-
πεμψαν σφῶν ἐκδοθέντας, εἴτ' οὖν ὅτι οὐκ ἠξίωσαν σφᾶς μηδὲν ἠδικη-
20. κότας ἀπολέσαι, | ἢ ὅτι τῷ δήμῳ τὴ ἐπιορκίαν προστάψαι ἠθέλησαν· καὶ μὴ δι' ὀλίγων ἀνδρῶν κολάσεως σφῶν ἄλλους ἀπολῦσαι· ταῦτ' ἔπραξαν | ἐλπίσαντες ἐκ τούτων ἐπιφκές τι εὑρήσασθαι (2).

XXXVIII. Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τοῖς Σαυνίταις οὐχ ὅτι χάειν τινὰ δὲ γῶν V. C. 451.
24. τῷ ἐκδοθέντων | σωτηρίας ἔσχον, ἀλλ' ὥσπερ τὶ δεινὸν ἐκ τούτου παθόντες ὀργή τε | τὸ πόλεμον ἐποιήσαντο· καὶ κρατήσαντες, τὰ αὐτὰ αὐτοῖς ἀν|τειργάσαντο· τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἐκ τὸ ὁμοίου τῷ νομιζομένῳ καὶ | ἐν τοῖς ὅπλοις

cunctos interisse: sed tamen reputantes, si id accidisset, reliquam quoque rem publicam periclitaturam fore, non inviti audiebant eos esse incolumes.

37. Cunctis hominibus necessarium citraque invidiam est saluti propriae consulere; et quum in periculum aliquod inciderint, quidvis ut evadant facere.

Venia et a diis et ab hominibus datur his qui invito animo aliquid fecerunt.

Samnites ubi viderunt neque foedera sibi servari, neque aliam gratiam haberi, sed paucos pro multis ad sacramenti illusionem sibi dedi; mirifice excanduerunt, et deos nescio quos inclamantes appellabant, datamque fidem praetendentes, captivos repetebant, iubebantque eos ad iugum nudos redire unde clementer emissi fuerant, ut opere ipso demonstrarent se rem promissam constanter tueri. Remiseruntque deditos, sive quia aequum non putarent hos innocuos interficere; sive quia romano populo periurii crimen inhaerere volebant; non autem paucorum supplicio ceteros absolvere. Atque haec faciebant sperantes partem aliquam aequitatis impetrare.

38. Romani nedum ullam gratiam pro conservata deditorum salute Samnitibus habuerunt, quin immo ceu novum gravemque iniuriam passi, iracunde bellum gesserunt; et post relatam victoriam, poenam eandem Samnitibus inrogaverunt. Nimirum ius haud pari modo legibus atque armis plerumque dicitur: neque

(1) Hoc et sequens fragmentum pertinent ad Romanorum excusationem de pace caudina. Hinc illud effatum, *omnis honesta ratio est expediendae salutis*; quod dictum cum mica salis accipiendum erit, ne forte honestas aliquando ab honestate iniurtam patiatur.

(2) Livius VIIII. 11.

ὡς πλήθει κρίνεται · οὐδ' ἀνάγκη τίς ἐστι νικᾶν τὸν ἀδικούμενος, ἀλλ' ὁ πόλεμος αὐτοκράτωρ ὢν, τά τε ἄλλα πρὸς τὸ | τοῦ κρατοῦντος συμφέρον τίθε- 28.
ται, καὶ τὰ τοῦ δικαίου νόμισιν ἐς | τοὐναντίον πολλάκις μεθίστησιν.

V. C. 434. Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι Σαυνιτῶν | κρατήσαντες οὐκ αἰχμαλώτους ὑπὸ τὸν ζυγὸν ἀν-
P. 133. θυπάτους, ἐξαρ|κεῖν σφίσι νομίσαντες τὴν ἴσην ὁμοίας αἰσχύνης ἀνταπόδοσιν ||| (1). 32.
οὕτω μὲν ἡ τύχη πρὸς τἀναντία τοῖς ἀμφοτέροις εἰς βραχύτατον | μεθίστα-
σα, καὶ οὐκ Σαυνῖται ὑπ' αὐτῆς τῆς ὑβρισθέντων τὰ αὐτὰ | ἀντιποιήσασα,
δὶς δ' ἐξ καὶ ἐν τούτῳ τὸ ὅλον αὐτὴ δυναμένη. |

XXXVIIII. Ὅτι ὁ Παπίριος στρατεύσας ἐπὶ τοὺς Σαυνίτας, καὶ κατασήσας
αὐτοὺς | εἰς πολιορκίαν, προσέδρευε σφίσι · κἀν τούτῳ ὀνειδίσαντός τινος 4.
αὐ|τῷ ὅτι οἴνῳ πολλῷ ἐχρῆτο (2), ἔφη, ὅτι τὸ μὲν μὴ εἶναί με μεθυσικὸν πάν-|
τί που δῆλον ἔκ τε τῆς πρωϊαίτατά με ὀρθρεύεσθαι, καὶ ἐκ τῆς ὀψιαίτατα κα-
ταδαρθάνειν ἐστίν · διὰ δὲ τὸ κοινὰ ἀεὶ μεθημέραν καὶ νύκτωρ | ὁμοίως ἐν 8.
φροντίδι ποιεῖσθαι, καὶ ὑπὸ τῆς μὴ δύνασθαι ῥᾳδίως ὕπνε | λαχεῖν, τὸν οἶνον κα-
ταχοιμήσαντά με προσλαμβάνω. |

Ὅτι αὐτὸς ἐφοδεύων ποτὲ τὰς φυλακὰς, καὶ μὴ εὑρὼν τὴν Πραινεσι|νῶν
στρατηγὸν ἐν τῇ τάξει ὄντα, ἠγανάκτησεν · εἶτα μεταπεμψάμενος | αὐτὴν, ἐκέ- 12.
λευσε τῷ ῥαβδούχῳ τὴν πέλεκυν προχειρίσασθαι · ἐκ|πλαγέντος τε αὐτῆς πρὸς
τοῦτο καὶ καταδείσαντος, τῷ τε φόβῳ αὐτῆς | ἠρκέσθη, καὶ οὐδὲν ἔτι δεινὸν
αὐτὴ ἔδρασεν, ἀλλὰ ῥίζας τινὰς τῶν τὰ | σκηνώματα οὔσας ἐκκόψαι τῷ
ῥαβδούχῳ, ἵνα μὴ τοὺς παριόντας | λυπῶσι, προσέταξεν (3). 16.

hi victoriam sine dubio obtinent qui damnum iniuria passi fuerant, sed bellum praepotens cum alia ad praevalentis utilitatem decernit, tum etiam iuris ritum in contrarium saepe vertit.

Romani Samnitium victores, captivos eorum sub iugum vicissim miserunt; satis sibi factum existimantes, quod parem infamiam retribuissent. Sic quidem fortuna erga utrumque populum contrario cursu intra brevissimum tempus usa, parique iniuria Samnitibus per eosdem qui dehonestati fuerant repensa, in hoc etiam omnipotentiam suam declaravit.

39. Papirius cum Samnitibus belligerans, quum eos obsidione cinxisset, castra ibidem habebat. Per id tempus convitiante ei quodam quod vino multo uteretur, ait: ebriosum me non esse prorsus constat, tum quia summo mane consurgo, tum quia concubia iam nocte dormitum me recipio. Sed propter diurnas nocturnasque publicae rei curas, propterque somni capiendi difficultatem, vinum quo consopiar sumo.

Idem quum inviseret aliquando excubias, neque ducem Praenestinorum in statione reperisset, moleste rem tulit; eoque ad se vocato, lictorem expedire securim iussit. Ibi cum homo terrore esset attonitus, metu eius Papirius contentus fuit, neque gravius quicquam ei fecit, sed lictori mandavit ut radices aliquot prope tabernacula extantes exciderent, ne praetereuntibus essent incommodae.

(1) Livius VIIII. 15.

(2) Criminationem defensionemque Papirii silet Livius VIIII. 16; tantummodo dicit fuisse cum cibi vinique capacissimum; eosdem scilicet quos Dio historiae fontes secutus.

(3) Livius loc. cit.

Digitized by Google

XL. Ὅτι αἱ εὐπραγίαι οὐ πάνυ τοῖς πολλοῖς παραμένουσιν, ἀλλὰ καὶ συχνοὺς ἐς ἀφυλαξίαν παραγάγουσαι φέρουσιν.

Ὅτι Ἄππιος ὁ τυφλὸς καὶ ὁ Βολούμνιος διεφέροντο πρὸς ἀλλήλους, ἀφ' U. C. 457.
οὗπερ Βολούμνιος τὸν Ἄππιον προενεγκόντος ποτὲ αὐτῷ ἐν ἐκκλησίᾳ ὅτι σο-
φώτερος ὑφ' ἑαυτοῦ γεγονὼς οὐδεμίαν οἱ χάριν εἴσατο, αὐτὸς μὲν καὶ γεγενῆσθαι
οὕτω σοφώτερος ὁμολογεῖν τοῦτ' ἔφη· ἐκεῖνον δὲ μηδὲν πρὸς τὰ τοῦ πολέ-
μου πράγματα ὑπηδεδωκέναι (1).

Ὅτι ὁ ὅμιλος ἐπὶ μαντείας παραχρῆμα μὲν οὔθ' ὅπως πιστεύσῃ U. C. 459.
οὔθ' ὅπως ἀπιστήσῃ αὐτῷ εἶχεν· οὔτε γὰρ ἐλπίζειν πάντων ἐβούλετο, ὅτι μηδὲ
γενέσθαι πάντα (a) ἤθελεν· οὔτ' ἂν ἀπιστεῖν ἄπασιν ἐτόλμα, ὅτι νικᾶσθαι ἐπι-
θύμει· ἀλλ' οἷα ἐν μέσῳ τῆς ταραχῆς καὶ τοῦ φόβου ὤν, χαλεπώτατα διῄρει·
συμβάντων δ' αὐτῷ ὡς ἑκάστων καὶ τὰ ἑρμηνεύσιν σφίσιν ἐκ τῶν ἔργων πείρας ἐφή-
μωσαν· καὶ αὐτὸς σοφίας τινὰ δόξαν ἐς τὰ ἀφανοῦς τε πρόγνωσιν προσποιεῖ-
σθαι ἐπεχείρει (2).

XLI. Ὅτι οἱ Σαυνῖται ἀγανακτήσαντες ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, καὶ ἀπα- U. C. 461.
ξιώσαντες ἐπὶ πολὺ ἡττᾶσθαι, πρὸς ἀποκινδύνευσιν καὶ πρὸς ἀπό- P. 134.
νοιαν ὡς ἔ-

40. Felicitas haud plerisque perpetua comes est, immo multos incautos reddit.

Appius caecus atque Volumnius discordias exercebant. Quamobrem Volumnius, quum ei Appius in concione obiecisset, quod sapientior ab se redditus nullam gratiam retulisset; sane se sapientiorem factum respondit, idque admodum confiteri: iterum vero Appium nullum in arte militari progressum fecisse.

Ilico plebs ad vaticinium quod adtinet, utrum homini arrogaret fidem an derogaret, ambigebat: nam neque sperare omnia volebat, quia cuncta fieri non optabat: neque diffidere audebat, quia victoriae studebat. Quamobrem in perturbatione metuque, mira cum anxietate, versabatur. Sed quum ea deinde singula evenissent, prodigiorum quoque interpretationem ex ipsa rerum experientia vulgus conformabat. Homo vero ille sapientiae quandam speciem ex incognitorum praesensione captavit.

41. Samnites indignati malis successibus, et se diutius vinci moleste ferentes, summum insanumque discrimen ceu vel victuri vel funditus perituri adire de-

(a) Cod. γενέσθω πάντων.

(1) Consulum Volumnii et Appii iurgium etrusco in bello narrat pluribus verbis Livius X. 18. 19.

(2) Mutilum exhibet eclogarius locum, sed cum fere redintegrat Zonaras VIII. 1. qui deperditum nunc Dionem ad verbum sine dubio exscribebat: οἱ Ῥωμαῖοι μαθόντες, ἐς ἅδος κατέστησαν· καὶ σημείων πολλῶν αὐτοὺς ἐναγόντων εἰς τοῦτο· ἐν γὰρ τῷ Καπιτωλίῳ ἐκ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τρισὶν ἡμέραις μιᾷ μὲν αἷμα, μιᾷ δὲ μέλι καὶ ἐν ἑτέρᾳ γάλα θρυλλεῖται ἀναδοθῆναι, εἰ ταῦτα πιστά· Καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ νίκης τε ἄγαλμα ἱδρυμένον ἐπὶ βάθρου λιθίνου, αὐτομάτως εὐρέθη κάτω ἑστὸς ἐπὶ γῆς. Ἐνύγχανε δὲ ἐκεῖ ἀποβλέπων. ἔθαν οἱ Γαλάται ἤδη ἐπῆσαν· Ταῦτ' οὖν καὶ ἄλλως ἐξεράβει τὸν δῆμον, πλέον δ' ὑπὸ τῶν μάντεων κεκριμένα ἀπαίσια· Μάνιος δέ τις τυρσηνὸς τὸ γένος, ἐθάρσυνεν αὐτούς, εἰπών, τὴν τε νίκην, εἰ καὶ κατέβη, ἀλλ' εἰς τὸ πρόσθεν προτχωρήσασαν, καὶ βεβαιότερον ἐπὶ τῆς γῆς ἱδρυθεῖσαν, ὅτι κρείττους σφίσι προβάλοιτο τοῦ πολέμου· κἀκ τούτου καὶ θυσίας πολλὰς γενήσεσθαι τοῖς θεοῖς· τοὺς γὰρ βωμοὺς, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, ἐν ᾧ τὰ νικητήρια θύουσιν, ἐν ταῖς εὐπραγίαις αὐτῶν, ἀλλ' οὐκ ἐν ταῖς συμφοραῖς κατ' ἔθος αἱμάττεσθαι· Ἐκ μὲν οὖν τούτων ἀγαθόν τε ὁρᾶς ἔπεσε προτδοκᾶν· ἐκ δὲ τοῦ μέλιτος νῦν, ὅτι αὐτοῦ οἱ κάμνοντες ὀνίστανται. καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος λιμόν. ἐς γὰρ τοσαύτην σιτοδείαν ἀφίξεσθαι, ὥστε καὶ τὴν αὐτόχθονον, τήν τε αὐτόνομον ζητῆσαι τροφήν. ὁ μὲν οὖν Μάνιος οὕτω τὰ τῶν σημείων ἑρμήνευσε· καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων δ' ἐς ὕστερον τῆς αὐτοῦ μαντείας ἐκβάσης, τοσαύτη ἐκομίσατο δόξα καὶ προγνώσεως. Prodigiorum huius anni meminit quoque Livius X. 31, tum etiam Dionysius (in fragmentis ed. Mediol. XVI. 1.) quamquam aliter extraque locum suum, ut me in adnotationibus demonstrare memini.

Digitized by Google

τοι κρατήσοντες ἢ παντελῶς ἀπολούμενοι ὥρμησαν· | καὶ τήν τε ἡλικίαν πᾶσαν ἐπελέξαντο, θάνατον μὲν προειπόντες ὅσις | ἂν αὐτῷ οἴκοι καταμένοι, καὶ ὃ ποιοῖς σφᾶς φοικώδεσι πιστωσάμενοι | μήτ' αὐτῷ τινα ἐκ μάχης φεύξεσθαι, καὶ τὸ ἐπιχειρήσοντα τοῦτο ποιῆσαι φονεύσειν (1).

V. C. 465. Ὅτι οἱ σὺν τῷ Ἰουνίῳ στρατιῶται ἅμα τῷ Ποστουμίῳ (2) ὀχθήσαντες καὶ ὁδὸν τε ἐνόσησαν· καὶ ἐδάκνων ὅμα τὸ | τὸ ἄλσος τομὴν ποιεῖσθαι· ἐπεὶ οὖν τοῦτο ἀνακληθεὶς ἐν ὀλιγω|ρίᾳ κἀνταῦθα αὐτὸν ἐποιήσατο λέγων [ὅτι ἡ βουλὴ] τῷ ἰδιωτῶν | ἀλλ' [οὐ τῷ ὑπάτων ἄρχει·] καὶ . . . ἀφθονώτε|ρον μὲν . . ἀνδρῶν πολλ . . . ἐπὶ φιλοτιμί|ᾳ . . . Φαβρίκιο . . . | τὰ πράγματα . . . τήν τε ἄλλην ἀρετ . . . καὶ προ| . . . ἐστὶν ὑπὸ τῆ πολίτευ . . . ἢ ὑπὸ | τῶν πολεμίων συλλειχθῆναι.

V. C. 464. XLII. Ὅτι Κούριο (3) . . . τὰ πεπραγμένα μοι | . . ἔφη . . σε κατὰ . . .

V. C. 468. . . . εἰσηγουμένων τῶν δημάρχων (4) . . . πολλάκις . . . | . . . βουλομένων· τῷ δὲ . . . δυνατοῖς ἢ τῶν . . . | . . . καὶ ἐκείνους οὖν . . . | ετες ἰκονίσασθαι· καὶ ἐν μὲν τῷ παραχῶμα οἵ τ' ἀσθενέστεροι ἦ|σαν . . . καὶ τῶ παντὸς ἁμαρτήματο . . . προσ— ἐκ . . . | τὸ· καὶ οἱ εὐπορώτεροι θαρσήσαντες ὡς οὐδέτερον ἀναγκασθήσονται | ἤχθρ . . . ἐπειδὴ ᾔ ἐνίσχειν τὸ μεταξάντι ἔμελλε, ἐς τοὐναντίον | ἀμφοτέροις αὐτοῖς ὠθιέσθη· τοῖς τε γὸ ὀφείλουσιν οὐδέτερον | ἔτ' αὐτῷ ὠφέρκησε, καὶ τοῖς δυνατοῖς ἀγαπητὸ εὐδοκεῖν . . εἰωθ . . | καὶ τῷ ἀρ— χαίων στερηθεῖεν· οὔτ' οὖν ἐν τῷ παρόντι . . . | διεκρίθη· καὶ μοῦ τούτων ἐπὶ μακρότερον ἐς τὸ . . . | συνέβαλλεν ἀλλήλοις· οὐκ ἀλλοῖον ἢ ἐν

creverunt. Universam igitur armis idoneam aetatem conscripserunt, capitale sancientes siquis huiusmodi domi maneret; horrendis praeterea sacramentis unumquemque devinciebant, neque se pugnam fuga deserturum, et quemvis id facere audentem interfecturum.

Milites qui cum Iunio Postumioque in expeditionem iverant, in itinere aegrotaverunt: cuius rei causa a laboribus in caedendo saltu exantlatis repetebatur. Ob id igitur postulatus a senatu Postumius, is tum etiam auctoritatem illius neglexit, cum diceret privatis senatum non consulibus imperare.

42. Curius . . . facta sua narrans ait . . . . . .

(1) De Samnitibus qui sacramentis et exsecrationibus milites suos ad bellum sine refugio debellandum adegerunt, adi Livium X. 38.

(2) Est hic Postumius Megillus, de quo Livius in epitome libri XI: *L. Postumius consularis, quoniam quum exercitui praeesset, opera militum in agro suo usus erat, damnatus est.* Exin Dio fit adhuc pretiosior, quoniam a Livio deserimur cuius nihil praeter epitomem ab XI ad XX. superest. Dionysii item nonnisi fragmenta restant. Superbum Postumii responsum non silet Dionysius in fragmentis valesianis ed. Mediol. XVI. 16.

Exin pagina in colice magnam partem oblitterata est, quam etsi saepe conatus sum legere, oleum tamen et operam me denique perdere agnovi.

(3) Nomen Curii, sequensque vocabulum ἔφη sufficit mihi ut sine ulla dubitatione definiam, scripsisse heic Dionem celebratum illud Curii Dentati effatum, quod est apud auctorem de viris ill. cap. XXXIII: *Marcus Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphavit, quos usque ad mare superum perpacavit. Regressus, in concione ait: tantum agri cepi, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepissem; tantum porro hominum cepi, ut fame perituri fuissent, nisi tantum agri cepissem.*

(4) Haec verba edocent me, quanam ratione Dio e Zonara VIII. 2. nobis recuperandus sit: μετὰ

τῷ καθεσῶτι προ|στώπῳ ἐποίουν · τελευτῶντες οὖν οὐδ'. ἠθέλοντων τῷ δοῦ|στῶν (a) πολλῷ πλείω τῷ κατ' ἀρχὰς ἐλπισθέντων σφίσιν ἀφεῖναι , | συνειλλάγησαν · ἀλλ' ὅσῳ μᾶλλον εἴκοντας αὐτοὺς ἔβλεπον , ἐπὶ πλέ|ον, ὡς καὶ δικαιώματι τινὶ προσγινόμενοι , ἐθρασύνοντο · καὶ διὰ τοῦ | ταῦτα τε ἀεὶ συγχωρούμενα αὐτοῖς , ὡς ἐν ἀναγκαίᾳ | παρὰ μικρὸν | ἐτίθεντο , καὶ ἑτέρων ἐπωρέγοντο , ἐπιβασίαν ἐς αὐτὰ τινῶν ἤδη | τετευχηκέναι ποιούμενοι (1) .

P. 185.

XLIII. Ὅτι ὡς εἶδον οἱ ἐνάντιοι (2) καὶ ἕτερον | στρατηδὸν ἐληλύθοτα, τοῦ P. 186. m.
μὲν κοινοῦ τῆς στρατείας σφῶν ἐμέλησαν , | τὰ δὲ ἰδίαν ἕκαστοι σωτηρίαν διεσκόπουν , οἷα πᾶ φιλοῦσι ποιεῖν | οἱ μήτε ἐξ ὁμοφύλων συνιόντες, μήτ' ἀπὸ κοινοῦ ἐγκλημάτων (b) στρατεύ|οντες. μήτ' ἄρχοντα ἕνα ἔχοντες · ἐν μὲν γὰρ ταῖς εὐπραγίαις | συμφωνοῦσιν , ἐν δὲ ταῖς συμφοραῖς τὸ καθ' ἑαυτὸν · ἕκαστος | μό|νον προσορᾶται (3) · ἐπεὶ ὥρμησαν ἐς φυγὴν ἐπειδὴ συνεσκότασε, μηδὲν | ἀλλήλοις ἐπικοινωνήσαντες · ἀθρόοι μὲν γὰρ οὔτ' ἂν βιάσασθαι οὔτ' ἂν | λαθεῖν τὴν ἀπόδρασιν ἐνόμισαν · ἂν δὲ αὐτοὶ ἰδίᾳ ἕκαστοι καὶ ὡς | ἕοντο μόνοι [ποίη|σωσι] ῥᾷον πᾶ [διαπεσεῖ · ὅθεν καὶ οὕτω] τῷ οἰκείῳ | ἕκαστος αὐτῶν [δόγ|ματι (c) ὅτι ἀσφαλίστατον] τὴν φυγὴν ποιησάμενοι · |

Ad extremum quamquam optimates tenuioribus vellent multo plura , quam initio speraverant , concedere, haud hi tamen ideirco reconciliati sunt : sed quo magis illos cedentes cernebant , eo vehementius , tamquam iure quodam suo potiti , audaciam attollebant . Quare et ea privilegia , quorum ipsis iugis copia fa ta fuerat , tamquam rem sibi debitam parvi pendebant, atque ulterioribus inhiabant , ad quae iter sibi munitum putabant , propterea quod iam alia quaedam impetraverant .

43. * Ubi hostes alterum quoque imperatorem advenientem viderunt , communis utilitatis propter quam bellum susceperant obliti , privatam singuli salutem respectare coeperunt : quod iis nimirum solet usuvenire exercitibus , qui neque ex uno populo constant, neque ob communem querelam bellum gerunt , neque unicum ducem habent . Quippe hi quoad prosperitas est , consentiunt ; ubi adversitas ingruerit, suam quisque utilitatem tantummodo spectat . Ergo statim ac tenebrae sese intenderunt , fugae se commiserunt , nullo inter se communicato consilio . Etenim si turmatim abirent , neque viam sibi vi patefacturos neque occultam fugam fore sperabant : verum si unusquisque singillatim atque ut credebant solitatim exirent , facilius rem successuram . Sic igitur ex suo quisque mentis decreto , quod tutissimum putabant , fugae se mandaverunt .

(a) Ita cod., non δυνατῶν , ut supra . (b) Ita cod. (c) Cod. videtur habere δόξουσι . Et quidem haec quoque pagina adeo oblitterata in codice est , ut quod eam demum utcumque legerim, ipse mirer . Ceteroquin dubias aliquot lectiones ac desperatas uncis inclusi .

δὲ ταῦτα δημάρχων τινῶν γραῶν ἀποκοπὴν εἰσηγησαμένων , ἐπεὶ μὴ καὶ παρὰ τῶν ὀκνούντων αὐτὴ ἐδίδοτο. ἐστασίασε τὸ πλῆθος · καὶ οὐ πρότερον τὰ τῆς στάσεως κατηυνάσθη , ἕως πολέμιοι τὴν πόλιν ἐπῆλθοσαν .

(1) Plebs scilicet Ianiculum insedit , unde nonnisi aegre ab Hortensio dictatore deducta fuit atque ad lares remissa . Liv. epit. XI.

(2) Triennio illo , quod inter pacem urbanam ianiculensem et discordiam cum Tarentinis inceptam intercessit , bella Romani cum Volsiniensibus , Lucanis , et Senonibus Gallis gesserunt , quorum ficinorum memoria, deperditis historiis, perpusilla superest (Liv. epit. XI. XII.) Igitur et Dionis hoc fragmentum , in quo de foederatorum adversus Romanos hostium fuga et dissolutione agitur , cuinam e praedictis bellis adscribendum sit non definio.

(3) Harum scilicet sententiarum causa celocarius noster fragmentum Dionis excerpsit et conservavit .

U. C. 472. XLIIII. Ὅτι οἱ Ταραντῖνοι, καίπερ τὸν πόλεμον αὐτοὶ παρασκευάσαντες, ἔμως | ἐν [σκέπῃ φιλίας (a)] ἦσαν (1)· οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ἠσθάνοντο μὲν τὰ πραττό|μενα ἀπ' αὐτῶν, οὐ μὲν [κακῶς] ἐποιοῦντο διὰ τὰ παρόντα σφίσι· με|τὰ δὲ δὴ τοῦτο, νομίσαντες γὰρ μὴ διαρκεῖν ἢ πάντως λανθάνειν | ὅτι μηδ' 20.
ἔγκλημα ἐλάμβανον, ἐπὶ πλεῖον ἐξύβρισαν, καὶ ἀκόντας | αὐτοῖς τοὺς Ῥω-
μαίους ἐξεπολέμησαν· ὥστε καὶ ἐπαληθεῦσαι ὅ|τι καὶ εὐπραγίαι ἐπειδὰν ἔξω τῶν
συμμέτρων τισὶ γένονται, συμφορᾶς | σφίσιν αἰτίαι καθίσταντο· προαγάγεσαι 24.
γὰρ αὐτοὺς ἐς τὸ ἐκφορὰν | τῷ χαύνῳ συνεῖναι, σφάλλουσιν· ὥσπερ που καὶ
ἐκεῖνοι περ ἀν|θήσαντες, ἀντίπαλον τῆς εὐπραγίας κακοπραγίαν ἀντελα-
βον.

XLV. Ὅτι Ποσούμιος τῶν Ταραντίνων τὴν ἐσθῆτα αὐτῶν κατακηλιδώ|των ᾗ ἀνὰ 28.
παιστά (b) τινα γενομένων τῶν τε κρότων καὶ τῶν ἐπαίσεως, ταῦτ' ἔφη· γελᾶτε ἐπεὶ ἔξεστιν
ὑμῖν· κλαύσεσθε γὰρ ἐπὶ μακρότατον, ὅταν τὴν ἐσθῆτα ταύτην τῷ αἵματι ὑμῶν
ἀποπλύνητε (2)· ἀκούσαντες τοῦτ' ἐκεῖνοι, τῶν μὲν σκωμμάτων ἐπέσχον, ἐς ᾗ
παραίτησιν | τῶν ὑβρίσματος οὐδὲν ἔπραξαν· ἀλλ' ὅτι γε σῶς αὐτοὺς ἀφῆκαν, ἐν || 32.
P. 186. εὐεργεσίας μέρει ἐτίθεντο.

Ὅτι Μέτων (3) ὡς οὐκ ἔπεισε Ταραντίνους | τῶν μὴ Ῥωμαίοις ἐκπολεμωθῆναι,

44. Tarentini quamquam bellum ipsi conflaverant, nihilominus in amicitiae specie perseverabant: quia videlicet Romani, etsi illorum facta non ignorabant, nondum tamen noxii erant, propterea quod aliis interim bellis distinebantur. Postea vero quum iam Tarentini in eo rerum statu permanere non possent, neque sua crimina clam fore sperarent, iniurias cumulaverunt, Romanosque invitos ad arma pertraxerunt: atque illud effatum verum esse docuerunt, quod nimirum felicitas si cui forte immodica accidat, fit ei calamitatis occasio: postquam enim hunc fortuna ad elationem vanumque tumorem extulit, tunc destituit. Et sic Tarentinis contigit, qui quum florido statu uterentur, felicitatem cum infortunio commutaverunt.

45. Postumii vestem quum Tarentini inquinassent, atque inter haec iocularia plausus concursusque fieret; legatus quamdiu, inquit, vobis licet, ridete: diu enim postea plorabitis, cum hanc vestem vestro sanguine perluetis. His auditis minis, illi quidem ludibriis abstiterunt; ceteroquin ob deprecandam contumeliae ultionem nihil praestiterunt; tantum quod incolumes dimiserunt legatos, beneficium sibi deberi arbitrati sunt.

Meton postquam Tarentinis frustra suaserat ne adversus Romanos bellum

(a) Cod. videtur habere Φαβρίου. (b) Ita scribo, non ἀνάπαιστα; quamquam dubitans, quia locus hic aegerrime in codice legitur. παιστὰ, ut arbitror, pro παιστικά. Sed nihil tamen propter difficilem lectionem definio.

(1) Zonaras VIII. 2. principio Dionem expilat, mox in alia abit: οἱ δὲ Ταραντῖνοι, καί τοι αὐτοὶ τὸν πόλεμον παρασκεύασαντες, ὅμως οὔπω πρὸς μάχην ἀντικατέστησαν φανερῶς.

(2) Legantur Dionysii halic. excerpta ed. Mediol. XVII. 7. sqq; Valer. Max. II. 2. 5. Et quidem non omittendus Zonaras qui lib. VIII. 2. sqq. Dionem nostrum in Pyrrhi praesertim bello scribendo libenter sectatur. Et saepe quidem verbis a Dione Zonaras discrepat; saepe longe contractior est: verumtamen ubi ad litteram congruit, nunc demum perutile cognitu est, verba esse Dionis, quae ante hanc diem Zonarae esse credebantur.

(3) Confer Dionysium halic. XVII. 13, et Plu-

Digitized by Google

ἐκ τε τῆς ἐκκλησίας ὑπεξῆλθε | καὶ στεφάνους ἀνεδήσατο, συγκωμαστάς τε τι-
4. νὰς καὶ αὐλητρίδα | λαβὼν ὑπέστρεφεν· ᾀδόντος δὲ αὐτοῦ καὶ κορδάζοντος, ἐξέστησαν | τῆ προκειμένων καὶ ἐπεβόων καὶ ἐπεκρότουν, οἷα ἐν τῷ τοιούτῳ φι-
λεῖ γίγνεσθαι· καὶ ὃς σιγάσας αὐτοὺς, νῦν μὲν καὶ μεθύειν ἔδει (a) καὶ κω|μάζειν ἔξεστιν ἡμῖν· ἂν δ' ὅσα βουλεύεσθε ἐπιτελήσητε, δουλεύσομεν (b). |

8. XLVI. Ὅτι Πύρρος ὁ βασιλεὺς δ' Ἠπείρου τό τε φρόνημα πολλῷ μεῖζον ἴσχεν | U. C. 572.
ἅτε καὶ ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων ἀντίπαλος τοῖς Ῥωμαίοις εἶναι νομιζό|μενος, καὶ
ἐν τύχῃ οἱ ἠγήσατο ἔσεσθαι τοῖς τε πρὸς αὐτὸν καταφυγοῦ|σιν, ἄλλως τε καὶ
12. Ἕλλησιν οὖσιν, ἐπικουρῆσαι· καὶ ἐκείνους σὺν προφάσει | τινὶ εὐπρεπεῖ προκατα-
λαβεῖν πρίν τι δεινὸν ὑπ' αὐτῶν παθεῖν | · οὕτω γάρ πως καὶ τῆς εὐδοξίας αὐ-
τῷ ἔμελεν, ὥστε ἐκ πολλοῦ | χρόνου Σικελίας ἐφιέμενος, ἐς τὰ τῶν Ῥωμαίων
16. ὅπη χειρώ|σαιτο διασκοπῶν, ὀκνεῖν τῆς πρὸς αὐτοὺς ἔχθρας, ἐπειδὴ μη|δέν ἠδίκητο προκατάρξασθαι (1).

Ὅτι Πύρρος πέμψας ἐς Δω|δώνην ἐμαντεύσατο περὶ τῆς στρατείας· καὶ οἱ χρησμοῦ ἐλθόντος | ἂν ἐς τὴν Ἰταλίαν περαιωθῇ, Ῥωμαίους νικήσειν, συμβαλὼν
20. αὐτὸν | πρὸς τὸ βούλημα, δεινὴ γὰρ ἐξαπατῆσαι τινὰ ἐπιθυμία, τουτέστιν (c) | οὐδὲ τὸ ἔαρ ἔμεινεν (2).

susciperent, contione se subduxit: coronisque sibi circumpositis, et comissatoribus aliquot stipatus cum psaltria, ad illos reversus est: qui mox ei canenti et cordacem saltanti, omissis suis deliberationibus succlamabant, ut in his lusibus fieri solet, atque plaudebant. Tum Meton silentio indicto, nunc quidem nobis, ait, crapulae indulgere ludoque licet: verum ubi consilia, quae nunc capitis, in rem contuleritis, tunc serviemus.

46. Pyrrhus Epiri rex multo maiores spiritus sumpserat, quia ab exteris populis adversarius Romanorum idoneus iudicaretur: sibique bene eventurum putabat, quod confugientibus ad se, praesertim Graecis, opitularetur; quodque Romanos cum specioso praetextu ante invaderet, quam molestum aliquid ab iis pateretur. Namque in tantum sua quoque fama curae ipsi erat, ut etsi iamdiu ad Siciliam oculos cupiditatis adiecerat, ditionique Romanorum siqua foret occasio imminebat; nihilominus a spontaneo adversus hos bello retardabatur, a quibus nulla fuerat iniuria laesus.

Pyrrhus missis Dodonam oratoribus, oraculum de sua expeditione consuluit: cumque ei responsum esset, si in Italiam traiecisset, Romanos vincere posse; id ipse ad suam voluntatem trahens (facile enim sua cuique cupiditas fucum facit) ne ver quidem expectavit.

(a) Ita cod. Sed malim ἦρι. Alioqui quod sequitur ἔξεστιν redundat. (b) Cod. δουλεύσωμεν. (c) Malim scribere ἐστὶν, virgulamque transferre.

tarchum in Pyrrho cap. XIII.

(1) Iure quodam ob uxorem suam Lanassam Agathoclis filiam, Siciliae possessionem optabat Pyrrhus. Idem Romanis propter bella cum Illyriis pro Corcyra infensus erat. Nam Corcyram Pyrrhus post Agathoclem dotis uxoriae nomine tenuit.

(2) Hinc hyberna tempestate iactatus multos in mari milites amisit Pyrrhus, et ipse natans naufragium aegre evasit. Zonar. VIII. 2. Plut. in Pyrrh. XV.

U. C. 475. XLVII. Ὅτι ὁ Δέκιος ὁ φρούραρχος τοὺς Ῥηγίνους | ἀποσφάξας, φιλίαν πρὸς Μεμερτίνους ἐσπείσατο, νομίζων αὐτοὺς | ἐκ τ̃ ὁμοιοτρόπου τ̃ τολμημάτων (1) πιστωτάτας σφίσι συμμά|χους ἔσεσθαι · ἅτε καὶ εὖ εἰδὼς ὅτι συχνοὶ τῶν ἀνθρώπων ἰσχυροτέ|ραις δή τισιν ἀνάγκαις ὑπὸ τοῦ τῶν ὁμοίων τι ϖ̃δανομῆσαι (a) τοῦ τε κα|τὰ νόμους ἑταιρικοῦ καὶ τοῦ κ̃ γένους οἰκείου συνίστανται . 24.

Ὅτι | διαβολὴν ἀπ' αὐτῶν οἱ Ῥωμαῖοι τινὰ ἔσχον (b) , μέχρι οὗ ἐπεξῆλ|θον αὐτοῖς · πρὸς γὰρ τὰ μείζω καὶ πρὸς τὰ μᾶλλον κατεπειγόμενα (c) ἀσχολί|αν ἄγοντες , παρὰ μικρὸν τισὶν αὐτὰ ποιεῖσθαι ἔδοξαν (2) . | 28.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι μαθόντες ἥξειν τὸν Πύρρον , κατέδεισαν , ἐκεῖνον τε | αὐτὸν εὐπόλεμον εἶναι μαθόντες , ϗ δύναμιν πολεμικὴν ϗ ἀνανταγώ|νιστον ἔχειν · οἷα συμβαίνει περί τε | τῶν ἀγνώστων φησὶ καὶ περὶ τῶν διὰ πλείστου μάλιστα ὄν- 32.
P. 287. των θρυλλεῖσθαι πυνθανομένοις (d) . |||

Ὅτι ἥ τε φιλοτιμία κ̃ ἡ ἀπιστία ἀεὶ τοῖς τυράννοις πάρεστιν , ἐξ ὧν ἀνάγκη | μηδένα αὐτοὺς ἀκριβῆ φιλίαν ἔχειν · ἀπιστούμενος γὰρ καὶ φθονούμενός τις , οὐδένα ἂν καθαρῶς ἀγαπήσειε · πρὸς δ' ἔτι καὶ ἡ τῶν τρόπων ὁμοι|ότης , ἥ τε τοῦ βίου ἰσότης , καὶ τὸ τὰ αὐτά τισι καὶ σφαλερὰ καὶ σωτήρια 4.
εἶναι | , καὶ ἀληθεῖς καὶ βεβαίους φίλους μόνα ϖοιεῖ · ὅπου δ' ἂν τούτων τι ἐνδε|ήσῃ , ϖροσποίητον μὲν τὸ σχῆμα ἑταιρίας ὁρᾶται , ἔρμα δ' οὐδὲν αὐτῆς | ἐχέγγυον εὑρίσκεται (3) .

47. Decius praesidii romani praefectus, caesis Rheginis, foedus cum Messanensibus fecit, existimans eos ob scelerum similitudinem fidelissimos sibi socios futuros : probe nimirum sciens saepenumero homines maiore necessitudine inter se constringi ob paria crimina, quam ob legitimam amicitiam vel generis adfinitatem .

Romani passi aliquamdiu sunt de se illos (Rheginos) expostulare, donec tandem suppetias tulerunt. Namque maioribus gravioribusque curis intenti, visi sunt nonnullis facinus illud negligere.

Romani audito proximo Pyrrhi adventu , timore angebantur ; quoniam exaudierant et eum esse bello strenuum, copiasque multas et invictas habere . Sic enim usuvenit iis qui hominum incognitorum diuque et multum celebratorum famam audiunt.

Ambitio atque suspicio perpetuae tyrannorum comites sunt : quare necesse est nulla eos vera uti amicitia : nemo enim , cui diffiditur et invidetur , candide amabit . Praeterea tum morum similitudo , tum vitae aequalitas , tum damnorum aeque ac bonorum communio solae stabiles amicos efficiunt : ubi vero quicquam eiusmodi deest , ibi simulatam amicitiae speciem nulloque fideli fulcro nixam videre est .

(a) Cod. παρανομῆσαι. (b) Cod. ἔσχατον. (c) Cod. κατεπεγγύαι. (d) Cod. πυνθανόμενοις.

(1) Polyb. I. 7; Dionys. XVIII. 1; Diodor. XXII. 2 p. 494. et 561. ed. Wessel.

(2) Sermo est de Romanis qui suppetias Rheginis in decennium distulerunt dum aliis bellis occuparentur. Liv. XXVIII. 28, Polyb. I. 7.

(3) Loquitur fortasse Dio de Pyrrho qui neque Tarentinis neque Siculis amicum se vel comem sed dominum acerbum praebuit. Invectionis in Pyrrhum vestigia sunt etiam in Diodori excerptis vat. lib. XXII. 1.

Digitized by Google

8. XLVIII. Ὅτι στρατηγία ἂν μὲν ᾖ δυνάμεις ἀξιοχρέας | λάβῃ, πλεῖσον ᾖ πρὸς σωτηρίαν σφῶν καὶ πρὸς ἐπικράτησιν φέρει· αὐ|τὴ καθ' ἑαυτὴν οὐδενὸς ἐν μέρει· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄλλη τις τέχνη χωρὶς | τῶν συμπραξόντων καὶ συνδ.οικησόντων αὐτῇ ἰσχύει (1).

Ὅτι τοῦ Μεγα|κλοῦς τελευτήσαντος καὶ τὸ Πύρρου τὸν πῖλον ἀπορρί-ψαν- U. C. 474.
12. τος, ἐς τὸ | ἐναντίον ἡ μάχη περιέστη (2)· τοῖς μὲν γὰρ ἡ σωτηρία αὐτὸ πολὺ πλεῖον ἐκ | τοῦ πάθους τὴν ἐλπίδα σφῶν αὐτὸν περιεῖναι, ἢ εἰ μηδ' ἀρχὴν τεθνηκέ|ναι ἐνενόμιστο, θάρσος ἐνεποίησεν.

* Οἱ δὲ ἀπατηθέντες δεύτερον, οὐδὲν | ἔτι πρόθυμον ἔσχον· κολουσθέν-
16. τες τε αὖθις τὸ μάτην θαρσῆσαν· καὶ ἐκ | τῆσδ' ὀλίγου μεταβολῆς σφῶν ἐς τὴν χείρονος δόκησιν, οὐθ' ὕστερον | ποτὲ αὐτὸν θαρσήσεσθαι ἐλπίσαντες (3).

Ὅτι συγχαιρόντων τινῶν | τῷ Πύρρῳ τῆς νίκης, τὴν μὲν δόξαν τοῦ ἔργου ἐδέχετο· εἰ δὲ δὴ καὶ αὖ|θις ποτὲ ὁμοίως κρατήσειεν, ἀπολεῖσθαι ἔφη (4).
20. Καὶ τοῦτο ἔτ' αὐτοῦ φε|ρόμενον ἐστίν, καὶ ὅτι τοὺς Ῥωμαίους καί τοι νικηθέντας ἐθαύμασε | καὶ προέκρινε τῶν ἑαυτοῦ στρατιωτῶν εἰπών, ὅτι τὴν οἰκουμένην | ἂν ἤδη πᾶσαν ἐχειρωσάμην εἰ Ῥωμαίων ἐβασίλευον (5).|

XLVIIII. Ὅτι Πύρρος λαμπρὸς ἐπὶ τῇ νίκῃ ἦν, ᾧ ὄνομα ἀπ' αὐτῆς μέγα
24. ἴσχεν, | ὥστε πολλοὺς μὲν τῶν ἐκ τοῦ μέσου καθημένων προσχωρῆσαι, πάν|τας δὲ τοὺς περιορωμένους τῶν συμμάχων ἀφικέσθαι (6)· οὐ μὴν | οὔτε ἐμφανῆ ὀργὴν αὐ-

48. Ars imperatoria, si administros idoneos nacta fuerit, plurimum ad salutem eorum nec non ad victoriam confert: nihil vero ipsa per sola potest. Scilicet nec alia quaevis ars est, quae sine hominum opera ac ministerio quicquam valeat.

Megacle extincto, Pyrrhoque pileum abiiciente, pugnae fortuna rediit. Regis enim salus multo maiorem spem audaciamque suis iniecit post periculum, quam si antea non fuisset creditus obiisse.

* Illi denuo decepti iam amplius non confidebant, postquam sibi rursus audacia praecisa fuerat: atque ob eam subitam sui ipsorum transitionem ad peioris fortunae imminentem metum, ne in posterum quidem resumptum iri ab illo audaciam sperabant.

Dum Pyrrho victoriam nonnulli gratularentur, is rei quidem gloriam non respuebat; sed tamen periturum se aiebat, si pari modo iterum vinceret. Illud praeterea fertur eius dictum, Romanos quantumvis victos se admirari. Immo illos suis quoque militibus ante tulit cum ait, si Romanorum rex essem, iam universum orbem subiugavissem.

49. Pyrrhus illustris victoria factus est, magnumque ab ea nomen consecutus: ita ut multi qui in neutra parte fuerant, ad eum accesserint, cunctique segniores socii cum eo arma coniunxerint: quibus ipse haud apertam iram | si-

(1) Sermo item fortasse est de Pyrrho, qui quum a militibus post victoriam *aquila* appellaretur; *vestris*, inquit, *armis velut alis subvectus aquila sum*. Plut. Pyrrh. cap. X.

(2) Expilat haec prima verba Zonaras VIII. 3. Confer autem Dionysium XVIII. 4. Sed rem accuratius narrat Plutarchus Pyrrh. XVII, Pyrrhum scilicet ut falsam opinionem metumque necis suae militibus eriperet, capite aperto discurrisse per aciem, seque Pyrrhum viventem inclamavisse.

(3) Puto loqui Dionem de Pyrrhi sociis italicis, quorum lusam antea spem Pyrrhus deinde aegre suscitabat. Plutarch. XXI. Quod si forte sermo est de Siculis, paria fere habes apud Dionysium XIX. 6. 7.

(4) Plutarch. Pyrrh. XXI.

(5) Zonaras VIII. 3; Florus I. 18.

(6) Plut. XVII.

τοῖς ἐποιήσατο, οὔτ' αὖ παντελῶς τὴν ὑποψίαν ἀπεκρύψατο, ἀλλ' ὀλίγα σφίσιν ἐπὶ τῇ διαμελλήσει ἐπιτιμήσας, ἔδεισεν μηδ' εἰς φανερὰν αὐτοὺς ἀλλοτρίωσιν προσαγάγῃ· καὶ ἐκ τοῦ μηδὲν | ἐνδείξασθαι ἐνόμισεν ἤτοι καταγνωσθῆναι ὑπ' αὐτῶν ἐυήθειαν, ὡς | οὐ συνιεὶς ὧν ἔπραξαν, καὶ ὑποπτευθήσεσθαι ὀργὴν κρυφαίαν ἔχειν, καὶ | ἀπ' αὐτῶν καταφρόνησιν ἢ μῖσος πρὸς ἐπιβουλήν τε | ἐς αὐτὸν ὅπως μὴ προπάθωσί τι ἐγγενήσεσθαι σφίσι προσεδόκησε· δι' οὖν || P. 288. ταῦτα πρᾴως τε αὐτοῖς διελέχθη, καὶ τῶν σκύλων τινὰ ἔδωκεν (1). | 28. 32.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἐν ἀπόρῳ γενόμενοι διὰ τοὺς ἐλέφαντας ἅτε μὴ πώ|ποτε τοιοῦτο θηρίον ἰδόντες, ἦ μέν τοι θνητὴν φύσιν ἐνθυμούμε|νοι (2), ἔ ὅτι θηρίον οὐδὲν ἀνθρώπου κρεῖττόν ἐστιν, ἀλλὰ πάντα δὴ πάντως ἦν, | εἰ καὶ μὴ κατ' ἰσχὺν, ταῖς γοῦν σοφίαις σφῶν ἐλαττοῦντα, ἐθάρσυν. | 4.

U. C. 475. L. Ὅτι ἔ οἱ στρατιῶται οἱ τοῦ Πύῤῥου ἅτε οἴκοθεν καὶ οἱ (a) σύμμαχοι δεινῶς | πρὸς τὰς ἁρπαγὰς, ὡς ἔ ἑτοίμως καὶ ἀκινδύνως σφίσιν οὔσας | ἠπείγοντο. 8.

Ὅτι οἱ Ἠπειρῶται τὴν φιλίαν (ἀγανακτήσει ὅτι | ἐπὶ μεγάλαις δή τισιν ἐλπίσιν στρατεύσαντες, οὐδὲν ἔξω τῶν πραγ|μάτων εἶχον) ἐλυμαίναντο· ἔ πάνυ γε ἐν καιρῷ τούτῳ τοῖς Ῥω|μαίοις ἐγένοντο· συνεστάμενοι γὰρ πρὸς αὐτὸν οἱ τὴν Ἰταλίαν οἰκοῦν|τες, ἀνεκόπησαν, ἐξ ἴσου τὰ τῶν συμμάχων καὶ τῶν πο- 12. λεμίων προ|θοῦντας αὐτοὺς ὁρῶντες· τὰ γὰρ ἔργα αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τὰς ὑποσχέ|σεις ἐσκόπουν.

Ὅτι ὁ Πύῤῥος ἐφοβήθη μὴ καὶ πανταχῶς | ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐν χωρίοις

gnificavit, neque tamen nullum suspicionis indicium dedit; verum iis leviter de tarditate increpitis, ne ad manifestam defectionem eosdem impelleret, cavit. Nam si nullum indignationis signum dedisset, existimabat ipsos vel damnaturos eius imprudentiam, quia facta illorum ignoravisset, vel de occulta eius ira suspicaturos; ideoque eum vel contemptui vel odio habituros, ac porro aliquid adversus eum molituros, priusquam ultionem aliquam experirentur. Idcirco leniter illos est adlocutus, et parte quoque praedae impertivit.

Romani ab elephantis perterrefacti, quia numquam huiusmodi beluam viderant; tamen considerata illorum mortali natura, et quod nulla belua potior homine est; immo omnes, si minus viribus certe sollertia inferiores sunt; bono animo esse coeperunt.

50. Pyrrhi milites tum suopte ingenio tum quia militiam socialem exercebant magnopere praedae indulgebant, utpote facili et extra periculi aleam positae.

Epirenses amicam regionem populabantur, indignati scilicet quia magnorum spe bonorum invitati, nihil praeter molestias percipiebant. Ea vero res ad Romanorum utilitatem prorsus conspirabat: etenim Italiae incolae, quominus ad Pyrrhi partes accederent, deterrebantur; dum ab eius exercitu agrum aeque hosticum atque socialem diripi cernerent. Quippe ad Pyrrhi magis opera quam ad promissa respiciebant.

Pyrrhus metuens ne undique a Romanis locis incognitis concluderetur, re-

(a) Num pro οἷα? sic certe interpretatus sum. Alioqui dicendum erat *et socii*. De re confer Diodori excerpta vat. lib. XXII. 1.

(1) Hanc Pyrrhi politicam prudentiam ad exemplum proponi aequum est. Paucis autem verbis caput hoc conclusit Zonaras VIII. 3. Dionem contrahens.

(2) Florus in bello epirensi I. 18. *Caius Minucius, quartae lecionis hastatus, unius proboscidis de abscisso mori posse belua ostendit.*

Digitized by Google

ἀγνώστοις ἀπολῃφθῆ (1)· χαλεπῶς δ' εἰ|πὶ τούτῳ τ̃ συμμάχων αὖτ̃ ἐρρόντων, εἶπε σφίσιν ὅτι σαφῶς | ἐξ αὐτῆς τῆς χώρας ὁρῶῃ ὅσον τῶν Ῥωμαίων διαφέ|ρουσι· τὴν μὲν | γὰρ ἐκείνων ὑπήκοον καὶ δένδρα παντοδαπὰ καὶ ἀμπελουργίας καὶ | γεωργίας κατασκευὰς, τῶν ἀγρῶν πολυτελεῖς ἔχειν· τὰ δὲ δὴ τῶν | ἑαυτοῦ φίλων οὕτω πεπορθῆσθαι, ὥστε μηδ' εἰ κατωκήθη πώτε γι|γιώσκεσθαι.

LI. Ὅτι ὁ αὐτὸς ἐπειδή γε ἀναχωροῦντι αὐτῷ (2), ὡς | τὸ στράτευμα τ̃ Λαβ.|νίου πολλῷ πλεῖον τοῦ πρόσθεν εἶδεν, ὕ|δρας ἔφη δίκην τὰ στρατόπεδα τῶν Ῥωμαίων κοπτόμενα ἀνα|φύεσθαι· οὐ μέν τοι παιὰ τοῦτ' ἀγαθὴν ( ) ἐθάρσησεν· ἀντεπαρετάξατο | μὲν, οὐκ ἐμαχέσατο δέ.

Ὅτι τ̃ Φαβρικίου (3) αὐτὸ τοῦτο μόνον εἰ|πόντος ὅτι Ῥωμαῖοι ἡμᾶς ἔπεμ|ψαν, τούς τε ἁλωκότας ἐν τῇ μά|χῃ κομιουμένους, καὶ λύτρα ἀντ' αὐτῶν ἀντιδώσοντας, ὅσα ἂν ἀμ|φοτέροις ἡμῖν συμβῇ, διεπορήθη τε ὅτι μὴ περὶ τῆς εἰρήνης | πρεσβεύειν ἔφη· καὶ μεταστησάμενος αὐτοὺς, ἐβουλεύετο μετὰ τῶν φί|λων ὧν (b) περ εἰώθη, τὸ μέν τοι καὶ περὶ τῆς ἀντιδόσεως τῶν αἰχ|μαλώτων, τὸ δὲ δὴ πλεῖστον περί τε τοῦ πολέμου καὶ περὶ τῆς | διαχειρίσεως αὐτοῦ, εἴτε κατὰ τὸ ἰσχυρὸν, εἴτε καὶ ἄλλως πως αὐτὸν ||| . . .

* * *

LII. . . (4) μεταχειρίσασθ ἐς μάχας ἢ διατάξεις ἀσταθμήτως ἀναβί|βασαι· ὥστε | πεισθεὶς, ὦ Μίλων, ἐμοὶ καὶ τῷ παλαιῷ λόγῳ, μὴ δὲ ἐς ἄλλο

ceedebat: sociisque id aegre ferentibus aiebat, satis se vel ex agri specie cognoscere quantopere ipsi a Romanis differrent: nam regionem his subiectam arboribus omnigenis et vitibus aliisque optimis agriculturae operibus esse instructam; suorum autem sociorum agrum tantopere esse vastatum, ut ne habitatus quidem fuisse umquam videretur.

51. Idem recedens, quum Laevini exercitum multo maiorem quam antea vidisset; instar hydrae, inquit, Romanorum caesi exercitus repullulant. Quare adversus Laevinum iam ducere non sustinuit; et aciem quidem instruxit, a conserenda tamen pugna abstinuit.

Quum Fabricius hoc unum dixisset, Romani nos miserunt, ut captos in proelio recuperaremus, pretio pro his soluto, quantum inter nos teque convenerit; Pyrrhus anxius animo erat, quia non pro pace se Fabricius missum dixisset. Remotis ergo legatis, capita contulit cum amicorum familiari consilio, tum de captivorum permutatione, tum multo magis de bello deque eius administratione, et num summis viribus id esset prosequendum, an alia quavis ratione *finiendum* . . .

52. *Pax utique potior est quam* dare operam ut in proelia ac dimicationes incerti exitus coniiciamur. Quamobrem mihi crede, Milo, priscoque

(a) Cod. τοῦθ' ἥγαγεν. Porro apud Zonaram desunt verba ab οὖ usque ad ἐδόκησεν. (b) Ita cod. ἂν, non ὡς.

(1) Zonaras VIII. 3. id accidisse narrat, dum Pyrrhus per Etruriam contenderet Romam. Negant vero critici Pyrrhum attigisse Etruriam. Ego tamen vix dubito, quin Zonaras a Dione rem sumpserit.

(2) Recedenti ab Etruria vicinisque urbi locis ut ait Zonaras loc. cit.

(3) Tarentum regressus audivit Pyrrhus Romanorum legationem, ut ait Zonaras loc. cit.

(4) Desideratur in codice folium, intimum quaternionis secundi, id est paginae quatuor. Quid tamen in hoc loco amiserimus docet nos praeclare Zonaras VIII. 4; Pyrrhi nempe militarem consultationem cum familiaribus suis, utrum bellum persequendum esset an pax facienda. In ea vero deliberatione quum duae

Desi[illegible] tur pa[illegible] quatuo[illegible]. P. 214.

τι βίᾳ μᾶλλον | ἢ σοφίᾳ, ὅπως γε ἂν ἐνδέχεται, χρήσῃ (1)· ἐπεὶ Πύρρος γε πάντα
τὰ πρα|κτέα οἶδε ἀκριβῶς οἶδε, καὶ οὐ τῶν αὐτῶν δεῖται παρ' ἡμῶν μαθεῖν· 4.
ταῦτ' | εἶπε, καὶ πάντες ὁμογνώμονες ἐγίνοντο· καὶ μάλισθ' ὅτι ἐκ μὲν τού|-
των οὔτε ζημιωθήσεσθαι οὔτε κινδυνεύσειν, ἐκ δὲ τῶν ἑτέρων | ἑκάτερον πείσεσ-
θαι ἔμελλον· καὶ ὁ Πύρρος οὕτω φρονῶν εἶπε πρὸς | τοὺς πρέσβεις· οὔτε πρό- 8.
τερον ἐκὼν ὑμῖν ὦ Ῥωμαῖοι ἐπολέμησα | , οὔτε ἂν νῦν πολεμήσαιμι· φίλος τε
γὰρ ὑμῶν γενέσθαι περὶ παντὸς | ποιοῦμαι· καὶ διὰ τοῦτο τούς τε αἰχμαλώτους
πάντας ἄνευ λύτρων | ἀφίημι, καὶ τὴν εἰρήνην σπένδομαι· καὶ ἰδίᾳ τούτοις ἐθε-
ράπευεν | ὅπως μάλιστα μὲν τὰ ἑαυτοῦ ἂν θέλωνται, εἰ δὲ μή, τήν γε φιλίαν | 12.
οἱ πρυτανεύσωσιν.

LIII. Ὁ δὲ Πύρρος τούς τε ἄλλους προσηταιρίσατο, καὶ | τῷ Φαβρι-
κίῳ διελέχθη ὧδε· Ἐγὼ ὦ Φαβρίκιε (2) πολεμεῖν μὲν ὑμῖν | οὐδὲν ἔτι δέομαι·

effato ne quicquam vi potius quam sapientia, cum utrumque licet, efficere velis. Sed enim Pyrrhus quid sit faciendum, numquam non optime novit, neque ut id discat, nostri eget. Haec ait, atque in eius sententiam cuncti pedibus iverunt: praesertim quia a pacificis consiliis neque detrimentum neque periculum, a contrariis autem alterutrum vel utrumque erant passuri. Tum Pyrrhus hac suscepta sententia, sic legatos adlocutus est: neque antea vobis, Romani, sponte mea bellum intuli, neque nunc persequi velim: vestram quippe amicitiam in primis adpeto: quam ob rem captivos omnes sine pretio vobis remitto et pacem sancio. Deinde vero seorsim unumquemque officiis coluit, ut sui apprime studiosos faceret, vel ut ii certe pacem sibi romanam curarent.

53. Itaque Pyrrhus cum alios sibi conciliare studuit, tum nominatim ad Fabricium haec verba fecit: mihi, o Fabrici, proeliari diutius adversus vos

contrariae orationes habitae fuerint, codex quidem mutilus vaticanus posterioris tantummodo. (quae fuit disertissimi oratoris Cineae contra Milonem satis notum in Pyrrhi ducibus) partem extremam retinet; prorsus ut in codice Dionysii ambrosiano lib. XVIII. 20. pars tantummodo (etsi multo amplior) orationis Fabricii ad eundem Pyrrhum extitit. Sed iam Zonarae verba ponamus, ut lacunam ingentem tenui saltem supplemento deminuamus: Πύρρος ἰδίᾳ μετὰ τῶν φίλων ἐβουλεύετο, ὡς εἰώθει, περὶ τῆς τῶν αἰχμαλώτων ἀποδόσεως, καὶ περὶ τοῦ πολέμου, καὶ ὅπως τοῦτον μεταχειρίζεται· ὁ μὲν οὖν Μίλων μή τε τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδόσθαι, μή τε σπείσασθαι συνεβούλευεν, ἀλλ' ἤδη τῶν Ῥωμαίων ἡττημένων, καὶ τὰ λοιπὰ πολέμῳ προσκατεργάσασθαι· ὁ δὲ Κινέας τοὐναντίον ἅπαν αὐτῷ συνεβούλευε· τούς τε γὰρ αἰχμαλώτους πρῶτα ἀποδοῦναι συνῆγε, καὶ πρέσβεις εἰς Ῥώμην καὶ χρήματα πέμψαι τῆς εἰρήνης ἕνεκα καὶ σπονδῶν· οὗ τῇ γνώμῃ καὶ οἱ λοιποὶ συνετίθεντο· οὕτω δὲ φρονῶν καὶ ὁ Πύρρος ἐτύγχανε· καλέσας οὖν τοὺς πρέσβεις κ. τ. λ. *Pyrrhus seorsim, ut solebat, cum amicis, de reddendis captivis deque bello administrando deliberavit, Milone autem suadente ut neque captivos redderet, neque pacem faceret, sed Romanis iam victis, belli extremas reliquias persequeretur; Cineas plane contrarium censuit. Nam et captivos gratis esse reddendos et legatos cum pecunia Romam mittendos, pacis et foederis impetrandi causa: cui sententiae cum ceteris et ipse Pyrrhus assensus, legatis accersitis* etc. Sane Zonaras in prohoemio historiae satis professus erat, se conciones praesertim dialogi more scriptas praetermissurum. Sed enim ne ab eclogario quidem nostro in amissis quatuor paginis positas fuisse integras puto, verum eorum tantummodo sententiosas partes. Milonis igitur Cineaeque orationes a Dione copiosissime, ut auguror, scriptas ii demum proferent qui titulum constantinianum *de concionibus*, si Deo placebit, invenient.

(1) Nimirum Cineas versantem adhuc in regno Pyrrhum ad otium pacemque fovendam, frustra licet, cohortatus fuerat. Plut. cap. XIIII.

(2) Alia est Pyrrhi ad Fabricium adlocutio quae legitur apud Dionysium XVIII. 8. Item differt Fabricii responsio dionysiana ab ea Dionis quae sequitur. Nec mirum; siquidem conciones huiusmodi mero historicorum ingenio finguntur. Ego interim litteris nostris gratulor, quandoquidem et dionysia-

Digitized by Google

16. ἀλλὰ καὶ ὅτι τὴν ἀρχὴν τοῖς Ταραντίνοις ἐπείσθην | καὶ δεῦρο ἦλθον, μεταγι-
νώσκω, καίπερ πολὺ ὑμᾶς ἐν τῇ μάχῃ κρατή|σας· φίλος δὲ δὴ καὶ πᾶσι μὲν
Ῥωμαίων ἡδέως ἂν ἐγενόμην, μά|λιστα δὲ δὴ σοί· πάνυ γάρ σε καὶ ἀγαθὸν
ἄνδρα ὁρῶ ὄντα· | τήν τε οὖν εἰρήνην συμπρᾶξαί σέ μοι ἀξιῶ (1), κἢ προσέτι κἢ
20. οἴκαδέ τε | καὶ ἐς τὴν Ἤπειρον ἐπισπέσθαι· ἐπί τε γὰρ τὴν Ἑλλάδα στρατευ-
σείω, | καὶ συμβούλου στρατηγοῦ τε σου δέομαι.

LIIII. Ὁ οὖν Φαβρίκιος, ἐπαινῶ μέν | σε εἶπεν ὅτι καὶ ἐπὶ τῇ στρα-
τείᾳ μεταγινώσκεις, καὶ τῆς εἰρήνης ἐπιθυ|μεῖς, καί σοι πρὸς αὐτὴν, εἴ
24. γε συμφέρει ἡμῖν, σπουδάσω· οὐ γάρ που | καὶ κατὰ τῆς πατρίδος τι
πρᾶξαι με ἀγαθὸν ὡς φῂς ἄνδρα ὄντα, | ἀξιώσεις· σύμβουλον δὲ δὴ καὶ
στρατηγὸν μηδένα ποτὲ ἐκ δημοκρα|τίας θαλάβῃς· ἐμοί γ' οὐ δή τι σὺν
σχολή· οὐ μήν τοι | οὐδὲ τούτων τι λάθοιμι (a)· ὅτι οὐ προσήκει τὸ παράπαν
28. πρεσβευτὴν δωροδοκεῖν | (2)· πυνθάνομαι γοῦν πότερον ἀλλόγιμόν (b) τε ὡς ἀληθῶς
νομίζεις (c) ἄνδρα | εἶναι ἢ οὔ; εἰ μὲν γὰρ φαῦλος εἰμὶ, πῶς με δώρων ἄξιον κρί-
νεις; εἰ δὲ | χρηστὸς, πῶς με λαβεῖν αὐτὰ κελεύεις; εὖ τοίνυν ἴσθ' ὅτι ἐγὼ
32. μὲν | ἐκ πάνυ πολλὰ ἔχω, ἐκ οὐδὲν δέομαι πλειόνων· ἀρκεῖ γάρ μοι τὰ | ὄντα,
κοὐδενὸς τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμῶ· σὺ δ' εἰ καὶ σφόδρα πλουτεῖν || νομίζεις, P. 282.
ἐν πενίᾳ μυρίᾳ καθέστηκας· οὐ γὰρ ἂν οὔτε τὴν Ἤπειρον, οὔτε | ἄλλα ὅσα κέκτη-
σαι καταλιπὼν, δεῦρ' ἐπεραιώθης, εἴ γε ἐκείνοις τε | ἤρκου, καὶ μὴ πλειόνων
4. ὠρέγου (3)· ὅταν γάρ τις ταῦτα πάσχῃ καὶ μηδένα ὅ|ρον τῆς ἀπληστίας ποιῆται,

non est opus; immo quod initio Tarentinis auscultans huc venerim, paenitet me, quamvis magna vos victoria devicerim. Libenter autem tum universis Romanis amicus fierem, tum praecipue tibi, quem omnino virum egregium esse video. Ergo ut mihi pacem conficias te rogo; praetereaque ut domum me in Epirum subsequaris: quum enim in Graeciam expeditionem moliar, te consiliario ac duce indigeo.

5 4. Ad haec Fabricius: laudo te, inquit, quod suscepti belli paenitet te pacemque optas; tibique in ea impetranda, si eum nostra utilitate fieri poterit, suppetias feram: neque enim quicquam contra patriam facere me, quem virum egregium dicis, voles. Ceteroqui neque consiliarium neque ducem e libero populo tibi delegeris. Mihi certe ad id munus otium non est. Neque ego quicquam ex his quae offers recipio: non enim decet legatum cum donis abire. Quaero igitur abs te, verene me arbitreris virum frugi an non? nam si malus homo sum, cur me donis dignum censes? sin bonum, cur me haec recipere iubes? Scias ergo velim, me satis multa habere, neque plurium indigere, cui videlicet quae adsunt sufficiunt, neque alienorum cupiditas est. Tu vero etsi valde dives tibi videris, gravi tamen in paupertate versaris: nam neque Epiro neque ceteris possessionibus omissis, huc transmisisses, si illis contentus esses, neque ampliores optares. Nam qui hoc animi habitu est, neque ullum cu-

(a) Cod. ἀλλ' pro λάθοιμι. Zonaras ἀλλ' οὐδὲ τούτων ἂν δίδως τι λάθοιμι ἄν. (b) Cod. πρότερον ἀλλογισμόν. (c) Cod. νομίζειν.

nae dimidiam partem, et hanc Dione auctore Fabricii orationem e tenebris, partim saltem, exsuscitavi. Conciones, quatenus in historia adhiberi queant, sapienter disserit Diodorus Siculus XX. 1. 2.

(1) Haetenus exscribit Pyrrhi verba Zonaras loc. cit.

(2) Sine dubio Fabricius oblique Pyrrhum obiurgat, qui Cineam cum muneribus Romam miserat, quae nemo romanus, pace infecta, recepit. Diodor. excerpt. vatic. lib. XXII. 1.

(3) Rursus haetenus Fabricii verba exscribit Zonaras, non sine tamen aliquot omissionibus et im-

Digitized by Google

πτωχότατός ἐστι· διατί; ὅτι πᾶν τὸ μὴ ὑ|πάρχον αὐτῷ ὡς καὶ ἀναγκαῖον ποθεῖ, καθάπερ ἄνευ ἐκείνου μὴ δυνά|μενος ζῆσαι· ὡς ἐγώ γε ἡδέως ἄν σοι, ἐπειδὴ καὶ φίλος μοι φῂς εἶναι, | ἐκ τ' ἐμαυτοῦ τι πλεύτου χαρισαίμην· πολ-
λῷ γάρ τοι καὶ ἀσφαλέσ|τερος καὶ ἀθανατώτερός ἐστι τοῦ σοῦ· καὶ οὔτε τις 8.
αὐτῷ φθονεῖ, οὔτε τις | ἐπιβουλεύει, οὐ δῆμος οὐ τύραννος· καὶ τὸ μέγιστον,
ὅστῳ τις ἂν αὐτοῦ | πλείοσι μεταδιδῷ, καὶ αὐτὸς ἐπὶ μεῖζον αὔξεται· τίς οὖν
οὗτός ἐστιν; | τὸ τοῖς ὑπάρχουσι τινί, ὡς καὶ παμπλήθεσιν οὖσιν ἡδέως χρῆ-
σθαι· | τὸ τῶν ἀλλοτρίων, ὡς καὶ μέγα τι κακὸν ἐχόντων ἀπέχεσθαι, τὸ 12.
μηδέ|να ἀδικεῖν· τὸ πολλοὺς εὐεργετεῖν· ἄλλα μύρια ἃ σχολὴν ἄν τις ἄγων |
εἴποι· ὡς ἐγώ γε βουλοίμην ἂν, εἴ πέρ που πάντως ἀναγκαῖον εἴη | θάτερον
αὐτῶν παθεῖν, βιασθεὶς ἂν μᾶλλον ἢ φενακισθεὶς ἀπολεῖσ|θαι· τὸ μὲν γὰρ 16.
τῆς τύχης ἀξιώσει φιλεῖ τισι συμβαίνειν, τὸ δὲ ἔκ | τε ἀνοίας καὶ ἐξ αἰσχρο-
κερδείας πολλῆς· ὥσθ' αἱρετώτερον εἶναί | τι τῇ τοῦ θείου πλεονεξίᾳ μᾶλλον,
ἢ τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ σφαλῆναι· ἐν | ἐκείνῳ μὲν γὰρ τὸ σῶμα τινὸς ἥττηται, ἐν
δὲ τούτῳ καὶ ἡ ψυχὴ προσ|διαφθείρεται· ἐνταῦθα δ' αὐτόεντης τρόπόν τινα 20.
αὐτός τις ἑαυ|τοῦ γίγνεται· ὅτι ὁ τὴν ψυχὴν ἅπαξ τὴν ἑαυτοῦ τὸ μὴ τοῖς
πα|ροῦσιν ἀρκεῖσθαι διδάξας, ἀόριστον τὴν τῆς πλεονεξίας ἐπιθυ|μίαν λαμ-
βάνει.

U. C. 476. LV. * Καὶ προθυμώτατα ἐς τοὺς καταλόγους ἀπηντήσαν | τὸ καθ' ἑαυτὸν 24.
ἕκαστος ἐλλιπὲς ἀνάστασιν τῆς πατρίδος (a) | νομίζοντες ἔσεσθαι (1).

* Τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ λόγου φύσις ἐστὶ, καὶ τοσαύ|την ἰσχὺν ἔχει, ὥστε

piditatis finem facit, is sane pauperrimus est. Quid ita? quia quidquid ipse non habet, id necessarium veluti exoptat, ceu si vivere absque eo non possit. Quamobrem ego libenter tibi, quandoquidem te mihi amicum dicis, de meo patrimonio aliquid largirer; quod sane tutius immortalinsque tuo est; quippe cui nemo invidet neque insidiatur, non populus non tyrannus: quodque caput est, quanto quis pluribus ex eo impertitur, tanto idem cumulatius fit. Quodnam est igitur divitiarum hoc genus? Nempe praesentibus frui suaviter, non secus quam abundantissimis; ab alienis, ceu gravi malo, abstinere; nemini damnum dolo malo inferre; multis bene facere; et sexcenta eiusmodi, quae recensere otiosum est. Quare ego vellem, si forte alterutrum inevitabili necessitate immineret, vi potius aliena quam aviditate mea deceptus interire: illud enim fortunae arbitrio fieri solet, hoc amentia et turpis lucri cupiditate: magisque optandum est numinis praepotentia quam propria malitia pessumdari: namque illo modo corpus vincitur, hoc animus pariter corrumpitur, immo sui interfector quodammodo quispiam fit. Nam qui suum animum assuefecit praesentibus non esse contentum, infinita habendi cupiditate se irretit.

55. *Nomina militiae promptissime dabant; dum singuli existimarent, defectum sui in patriae perniciem cessurum.

* Ea est orationis natura, tantamque vim habet, ut illi tunc a sententia

(a) Huic in codice additur εἶναι, quod retinere mihi non licuit propter sequens ἔσεσθαι.

mutationibus. Reliqua vero suppressit, utpote oratorio spiritu scripta; quod se facturum Zonaras in prohoemio declarat.

(1) Agitur de novo militum delectu, qui Romae post proelium cum Pyrrho habitus est. Romanorum alacritatem in supplendo exercitu contra Pyrrhum innuit Plutarchus cap. XVIII. Ceterum tum fuit illustris Curii Dentati severitas, a quo consule delectum habente adulescens, qui citatus non responderat, cum bonis suis ilico hastae subiectus est. Valer. VI. 3. 4; Liv. epitom. XIIII.

Digitized by Google

καὶ ἐκείνους ὑπ' αὐτοῦ τότε μετακαλεῖν, καὶ ἐς ἀντίπαλον ἔτι μῖσος ἔτι θάρ-
28. σος τοῦ Πύρρου καὶ τῆς ἐκ | τῶν δώρων αὐτοῦ ἀλλοιώσεως ἀντιστῆναι (1).

Ὅτι πᾶν τὸ τῇ γνώμῃ ᾠδέ' | δόξαν ταπεινωθὲν, καὶ ὑ ῥώμης ὑποδίδωσιν.

Ὅτι τῷ Δεκίῳ ὁ Πύρρος προσπέμψας, οὔτε προχωρήσειν οἱ (a) τοῦτο πρᾶξαι ἐθελήσαντι ἔφη, τουτέστι τὸ μὴ συλληφθέντα ἀποκτανθῆναι, καὶ ζω-
32. γρη|θέντα κακῶς ἀπολεῖσθαι ἀπηπείλησεν· οἱ δ' ὕπατοι πρὸς ||| ταῦτα ἀπε- P. 191.
κρίναντο μηδενὸς τοιούτου ἔργου σφᾶς δεῖσθαι· πάντως | γὰρ αὐτοῦ καὶ ἄλλως κρατήσειν (2).

LVI. * Οὔθ' ὅπως τὸ ἕτερον αὐτῶν πρότε|ρον, οὔθ' ὅπως ἀμφοτέρους (3) ἅμα U. C. 477.
4. ἀμύναιτο ἔσχεν, ἐν ἀμηχανίᾳ ἦν· | τό τε γὰρ διελεῖν τὸ στράτευμα ἔλαττον ὂν τῶν ἐναντίων ἐδεδίει, καὶ | τὸ τῷ ἑτέρῳ τὴν χώραν ἀδεῶς κακοῦν ἀφεῖναι, δεινὸν ἐποιεῖτο (4). |

suscepta revocati fuerint, atque ad luctam et odium et audaciam adversus Pyrrhum, atque ad eius dona aversanda, concitati.

Ei, qui a spiritibus suis inopinanter deiicitur, vires quoque concidunt.

Pyrrhus Decio misit nuncium qui diceret, se nequaquam ei permissurum, quae vellet facere; hoc est neci occumbere ante quam caperetur: tum si vivus in eius manus incideret, malum illi exitum interminabatur. Ad quae consules responderunt, se deciani facti nequaquam indigere; nam et alioqui prorsus Pyrrho fore superiores.

56. * Num alterutrum an ambos simul proelio adoriretur, non explicabat, atque inops consilii erat. Nam neque audebat copias dividere, quia numero erant hostibus inferiores; et alterutrum sinere ut regionem popularetur, moleste ferebat.

(a) In codice scribitur constanter οἱ sine accentu; quam orthographiam observavi et in aliis scriptis.

(1) Laudatur Appii caeci oratio, quae senatum romanum a pacis consiliis deterruit. Id quum satis per se patet, tum ex historiae cursu apud Zonaram cognoscitur.

(2) Hoc loco Dio narraverat de Decio, non illo perduelle campano de quo superius dictum fuit, sed de romano, qui exemplo patris et avi devoturus se dicebatur, ut patriam servaret. Quo didito rumore, Pyrrhus suos admonuit, ne illius superstitionis rationem haberent. Decio autem ipsi nuncianda curavit, quae heic ab eclogario scripta sunt. Porro quum apud Zonaram VIII. 5. haec eadem verba supersint, sequitur ut universa illa de Decio narratio, quae apud Zonaram est, ad Dionem auctorem merito referenda sit, atque inter eius reliquias ab editoribus reponenda. Est autem haec: κἀν τούτῳ λογοποιούντων τινῶν, ὅτι ὁ Δέκιος ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν κατὰ τὸν πατέρα, καὶ τὸν πάππον ἑτοιμάζοιτο, καὶ τοὺς τοῦ Πύρρου δεινῶς ἐκφοβοῦντων, ὡς ἐκ τοῦ θανεῖν ἐκεῖνον πάντως ἀπολουμένους, συνήγαγε τοὺς στρατιώτας ὁ Πύρρος, καὶ διελέχθη περὶ τούτου, συμβουλεύων, μὴ τ' ἀθυμεῖν, μὴ τ' ἐκπλήττεσθαι τοιούτοις λόγοις· μή τε γὰρ ἐνὸν ἄνθρωπον δύνασθαι θνήσκοντα πολλοὺς καταγωνίσασθαι, μή τ' ἐπιοῦσάν τινα μαγγανείαν τινὰ κρείττω τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι· ταῦτ' εἰπών, καὶ λογισμοῖς ἐπιρρώνυσι τοὺς λόγους ὁ Πύρρος, τὸ οἰκεῖον ἐθάρρυνε στρατόπεδον· καὶ πολυπραγμονήσας, τὴν στολὴν ᾗ ἐχρήσαντο οἱ Δέκιοι ἐπιδιδόντες ἑαυτούς, παρήγγειλε τοῖς οἰκείοις, ἂν τινα οὕτως ἐσκευασμένον ἴδωσι, μὴ κτεῖναι αὐτὸν, ἀλλὰ ζωὸν συλλαβεῖν· τῷ δὲ Δεκίῳ πέμψας ἔφη, οὔτε προχωρήσειν αὐτῷ τοῦτο πρᾶξαι θελήσαντι, καὶ ζωγρηθέντα κακῶς ἀπολεῖσθαι ἀπειλήσας· πρὸς ἅπερ οἱ ὕπατοι ἀπεκρίναντο, μηδενὸς τοιούτου ἔργου δεῖσθαι· πάντως γὰρ αὐτοῦ καὶ ἄλλως κρατήσειν.

(3) Innuit, ut puto, Dio consules Rufinum et Ionium, qui divisis exercitibus socios Pyrrhi populationibus infestabant, alter in Samnio, alter in Lucania et Brutiis. Zonaras VIII. 6.

(4) Loquitur Dio de Pyrrho ex Sicilia re-

* Ἐπεὶ μέν τοι ἄλλως τε δι' ἀκριβείας αὐτοὺς ἐποιεῖτο, μεῖζον μέρος ἐς ἀ|σφάλειαν, τοῦ μηδὲ ἐπιθυμῆσαί τινα κακῶς αὐτὴ δρᾶσαι, τὸ μὴ | δ' ἂν ἐθελήσῃ νέμων · καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς τῶν ἐν τέλει, καὶ τοὺς | ἐπικαλεσαμέ- 8.
νους αὐτὸν, τὸ μέν τοι βαρυνόμενος σφὶν ὅτι ὑπ' αὐτῶν | ἐν κράτει τῆς πόλεως γε-
γονέναι ἐλέγετο, τὸ δὲ καὶ προσυποπτεύων | σφᾶς μὴ ὥσπερ αὐτῷ, οὕτω καὶ
ἄλλῳ τινὶ προσχωρήσωσιν, ἐξή|λασε καὶ διέφθειρεν (1). 12.

Ὅτι τοῦ Πύρρου ἐκεῖνο δὴ πάντες ἐθαύμαζον | ὅτι νεανίσκων τινῶν ἐν συμ-
ποσίῳ σκο|φάντων αὐτὸν, τὰ μὲν πρῶτα ἐξελέγξαι σφᾶς ἠθέλησεν, ὅπως τιμω-
ρήσηται · ἔπειτ' εἰπόν|των αὐτῷ ὅτι πολὺ πλείω καὶ χαλεπώτερα ἂν εἰρήκα-
μεν, εἰ μή περ | ὁ οἶνος ἡμᾶς ἐπιλελοίπει, ἐγέλασε καὶ ἀφῆκεν αὐτούς (2). | 16.

U. C. 489. LVII. Ὅτι αἰτίαι ἐγένοντο δι' ἃς πρὸς ἀλλήλους διαφορᾶς τοῖς μὲν Ῥωμαίοις | ὅτι
Καρχηδόνιοι τοῖς Ταραντίνοις ἐβοήθησαν, τοῖς δὲ Καρχηδονί|οις ὅτι Ῥωμαῖοι
φιλίαν τῷ Ἱέρωνι συνέθεντο (3) · ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἷα πρὸς πεφύκασι, οἱ τῷ μὲν 20.
ἔργῳ πλεῖον ἐκείνῳ βυλόμενοι, τὴν | δόξαν αὐτοῦ αἰσχυνόμενοι, σκήψεις ἐποι-
οῦντο · ἡ δὲ ἀλήθεια ἄλλως | ἔχει · δυνάμενοι γὰρ ἐκ πολλοῦ οἱ Καρχηδόνιοι,
αὐξανόμενοι δὲ ἤδη | οἱ Ῥωμαῖοι, ἀλλήλους τε ὑφεωρῶντο · καὶ τὰ μὲν ἐπιθυ-
μίᾳ τοῦ ἀεὶ | πλείονος, κατὰ τὸ πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ μάλιστ' ὅταν 24.
εὐπράττω|σιν ἔμφυτον, τὰ δὲ καὶ φόβῳ προήχθησαν εἰς τὸν πόλεμον, καὶ τὴν
αὐτὴ | ἑκάτεροι τῶν οἰκείων σωτηρίαν ἀσφαλῆ, τὸ τὰ τῶν ἑτέρων προσκτή|σασθαι,
νομίζοντες εἶναι · τά τε γὰρ ἄλλα καὶ χαλεπώτατον ἀδύνατόν | τε ἦν δύο δή- 28.
μους ἔν τε ἐλευθερίᾳ καὶ ἐν δυνάμει φρονήματί | τε ὄντας, καὶ βραχύτατον εἰ-

* Ceteroquin summo iure cautelaque cum iis egit ; ac suae salutis tuendae causa, magis curabat ut nequis vel volens posset, quam nequis cuperet, ei nocere. Propterea multos e magistratibus, atque ex iis qui eum advocaverant, partim quidem gravate ferens quod ii se auctoribus urbe illum potitum dicerent, partim suspicans ne forte iidem, ut antea ad se, ita deinde ad alios deficerent, exilio suppliciisque multavit.

Pyrrhum omnes admirati sunt, quod cum quidam adulescentuli in symposio adversus illum convitiati fuissent; principio quidem voluit eos coarguere, ut deinde puniret: mox dicentibus illis, nos multo plura atque asperiora de te locuturi eramus, nisi nos vinum defecisset, risit rem, illosque dimisit.

57. Discidii inter duos populos iactabantur causae hae: a Romanis quidem, quod Carthaginienses Tarentinis suppetias tulissent; a Carthaginiensibus autem quod Romani foedus cum Hierone sanxissent. Sed enim haec, quomodocumque fuerunt, veluti obtentum sibi utrique praetendebant, qui reapse quidem maius aliquid spectabant, eius tamen videri cupidos prae pudore nolebant. Et rei sane veritas a specie longe abhorrebat. Nam praepotentes iamdiu Carthaginienses, roborati autem nuper Romani, invicem observabant: et partim cupiditate plura semper habendi, quae cunctis hominibus, praesertim in prosperitatibus, insita est; partim mutuo timore ad bellum eruperunt; dum utrique rerum suarum incolumitatem in alienarum acquisitione positam iudicarent. Alioqui perarduum praeterque rerum naturam erat, duos populos libertate viribus superbiaque

duce, qui bifariam divisit copias suas, teste Plutarcho cap. XXV, ut utrique exercitui consulari occurreret.

(1) Describitur Pyrrhi saevitia adversus syracusanos proceres, de qua Zonaras VIII. 5, et Plutarchus cap. XXIII.

(2) Verbis plerisque immutatis narrat id etiam Zonaras VIII. 6.

(3) Prohoemium hoc belli punici breviter admodum compilavit Zonaras VIII. 8; isque ubi nunc vaticanum excerptum abrumpitur, pergit dicere (cum Dione, ut puto,) causam belli propiorem, nempe au-

Digitized by Google

πεῖν ταῖς δ' ναυτιλίαις ὀξύτησι | διεστηκότας, ἄλλων μὲν τινῶν ἄρχειν, ἀλλήλων δὲ ἀπέχεσθαι ἐθελή|σαι· τοιοῦτον κατὰ τύχην συμπεσὸν, τάς τε σπονδὰς
32. σφῶν διελυ|σε, καὶ ἐς τὸν πόλεμον αὐτοὺς συνέρριψεν.

Ὅτι τὸ ἀγώνισμα || λόγῳ μὲν περὶ Μεσήνης καὶ Σικελίας, ἔργῳ δὲ καὶ περὶ δ' οἰκείας | ἑκάτεροι ἐκεῖθεν ἤδη κινούμενον ᾐσθάνοντο· καὶ τὴν νῆσον ἅτε P. 192.
4. ἐν μέ|σῳ σφῶν κειμένην, ἐπιβασιν τοῖς κρατήσασιν αὐτῆ ἐπὶ τοὺς | ἑτέρους ἀσφαλῆ παρέξειν ἐνόμιζον.

LVIII. Ὅτι Γάϊος Κλαύδιος ἐλ|θὼν εἰς ἐκκλησίαν, ἄλλα τε ἐπαγωγὰ εἶπε, καὶ U. C. 490.
ὅτι ἐπ' ἐλευθερώσει | δ' πόλεως ἥκοι (1)· οὐ γὰρ δεῖσθαί γε Ῥωμαίους Μεσήνης
8. οὐδέν, | καὶ ὅτι εὐθὺς ἐπιδὰν τὰ πράγματα αὐτῶν καταστήσῃ, ἀποπλεύσεσθαι· κἀκ τούτου καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἢ ἀποχωρῆσαι ἐκέ|λευσεν, ἢ δ' εἴ τι δίκαιον εἰπεῖν ἔχουσιν, εἰς κρίσιν καταστῆσαι· ὡς δ' οὔτε τῶν Μαμερτίνων τις ὑπὸ δέους ἐφθέγγετο, καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ἅ|τε καὶ βίᾳ τὴν πόλιν κατέχον-
12. τες, βραχὺ αὐτῆ ἐφρόντιζον, αὔταρκες ἔφη μαρτύριον ἡ σιωπὴ παρ' ἀμφοτέρων ἔχειν, τῶν μὲν ὅτι ἀδι|κοῦεν· δεδικαιολογῆσθαι γὰρ ἂν, εἴπερ τι ὑγιὲς ἐφρόνουν· τῶν δ' ὅτι δ' ἐλευθερίας ἐπιθυμοῖεν, παρρησίᾳ γὰρ ἂν ὑπὲρ τὰ τῶν | Καρ-
16. χηδονίων ἠροῦντο, ἄλλως τε καὶ ἰσχύος αὐτῶν παρούσης, κεχρῆ|σθαι· καὶ προσυπέσχετο σφίσι βοηθήσειν καὶ διὰ τὸ γένος αὐτῶν | δ' Ἰταλίας ὄν (1), καὶ διὰ τὴν αἴτησιν δ' ἐπικουρίας ἣν ἐπεποίηντο.|

LVIIII. Ὅτι Γάϊος Κλαύδιος τῶν τε τριήρων τινὰς ἀπέβαλε (2), καὶ χαλεπῶς |

olatos, et ne plura dicam, navigandi studiis aemulos, imperare quidem nonnullis aliis, temperare vero invicem velle. Tum vero forte fortuna se hic obtulit casus, qui eorum foedus fregit, eosdemque bello inter se commisit.

Bellum verbo quidem de Messana et Sicilia, reapse autem de proprio imperio utrique sciebant esse commotum: insulamque mediam inter ipsos positam victoribus tutum ad reliqua gradum fore putabant.

58. Caius Claudius in contionem progressus inter alia quae ad persuadendum apta locutus est, dixit etiam se ad liberandam urbem venisse: prorsus enim Romanos Messanae non indigere; addebatque, se rebus civium constitutis, ilico recessurum. Idcirco et ipsos Carthaginienses vel urbem deserere, vel siquo iure niterentur, causam dicere, iussit. Verum ubi neque mamertinus quispiam prae metu quicquam dixit, et Carthaginienses, qui urbem armis tenebant, Claudium parvi pendere visi sunt; utriusque, hic inquit, partis silentium idoneum mihi testimonium dat, quod Carthaginienses quidem iniuste agunt; alioquin verbis se defenderent, si quid sanum dicere haberent; rursus quod Mamertini libertatem optant; alioquin fidenter Carthaginiensium partes tuerentur, praesertim quum vis eorum armata in urbe sit. Promisit ergo se Mamertinis opem laturum, tum quia genere itali erant, tum quia suppetias ab se postulaverant.

59. Caius Claudius et triremes aliquot amisit, et aegre tempestatem evasit. Ne-

xilium quod Mamertini Romanos rogaverant contra Hieronem Carthaginiensium socium.

(1) Intelligit Campanos Agathoclis stipendiarios, qui Messanam occupaverunt, populumque sive a Marte sive a se ipsis mamertinum vocitaverunt. Diodor. fragm. p. 493; Polyb. I. 7. sqq.; Strabo VI. 2. ff. 3. Recte autem observat Polybius quam inique absurdeque Romani se gesserint, qui Campanos illos Rheginorum proditores supplicio adfecerint, alteros autem hos Campanos Messanensium aeque proditores auxilio invandos decreverint. Sane hac in re Romani utilitates suas secuti sunt; verumtamen historiae officium est, ut virtutem laude, sic vitium vituperatione perenni, prosequi. Confer etiam Diodorum fragm. ed. p. 501.

(2) Zonaras VIII. 8.

ὑπισώθη· οὐ μέντοι παρὰ τοσοῦτον οὔτε ἐκεῖνος οὔτε οἱ ἐν τῷ ἄστυ Ῥωμαῖοι, 20.
ἀντελάβοντο τῆς θαλάσσης, ὅτι πρῶτον τι ἐγχειρίσαμενοι καὶ σφαλέντες ποιεῖν,
πρὸς οἰωνοῦ τὸ πρόσθεν τιθέμενοι, καὶ μηδ' αὖθις ποτὲ κατορθώσειν νο-
μίζοντες· ἀλλὰ καὶ προθυμότερον αὖτε διά τε τἄλλα καὶ διὰ φιλοτιμίαν, 24.
ἵνα μὴ καὶ ὑπὸ τῆς συμφορᾶς ἀποτετράφθαι δόξωσι, μετεποίησαν (1).

U. C. 495. Ὅτι ὁ Ἄννων οὐτ' ἄλλως ἐπ' ἐλαφρῷ τὸν πόλεμον ποιούμενος, εἴ τε καὶ
δέοι γενέσθαι· τὴν γοῦν αἰτίαν τῆς διαλύσεως τῶν σπονδῶν 28.
εἰς ἐκεῖνον τρέψαι, μὴ κατάρχειν αὐτὸν νομισθείη, θέλων, προσέπεμψέ τε αὐτῷ τάς τε ναῦς καὶ
τοὺς αἰχμαλώτους, πρός τε εἰρήνην προὐκαλεῖτο, καὶ προσπαρήνει μὴ πολυ-
πραγμονεῖν τὴν θάλατταν. Ὅτι ἐπεὶ οὐδὲν ἐδέξατο, ἀπειλὴν ὑπέρφρονα καὶ 32.
P. 147. νεμεσητικὴν ἠπείλησεν· ἔφη τε γὰρ μὴ δ' ἀπονίψαι ποτὲ τὰς χεῖρας ||| ἐν τῇ
θαλάσσῃ τοῖς Ῥωμαίοις ὑπερέψειν (2)· καὶ μετὰ ταύτης ἀπέβαλε καὶ τὴν Μεσσήνην.

LX. Ὅτι ὁ Κλαύδιος καταλαβὼν τοὺς Μαμερτίνους ἐν τῷ λιμένι συνεγραμ-
μένους (2), ἐκκλησίαν τε αὐτῷ ἐποίησε, καὶ εἶπεν ὅτι οὐδὲν δίομαι τῶν ὅπλων, 4.
ἀλλ' αὐτοῖς ὑμῖν διαγνῶναι πάντα ὑπέρειπω, ἔπεισε σφᾶς μεταπέμψασθαι τὸν
Ἄννωνα· μὴ βουληθέντος δὲ αὐτὸν καταβῆναι (3), πολὺς ἐνέκειτο καταβοῶν καὶ
λέγων, ὅτι εἰ δή τι καὶ τὸ βραχύτατον δικαίωμα εἶχον (a), πάντως ἀντελοῦν
οἱ ἀφίκετοι, καὶ οὐκ ἐν βίᾳ τὴν πόλιν κα|τεῖχον (b). 8.

Ὅτι ὁ ὕπατος Κλαύδιος τοὺς στρατιώτας προσπαραινήσας θαρρεῖν,

que is tamen, neque qui in urbe erant Romani, quicquam de navigandi studio idcirco remiserunt, quia cum primum mare attigerant male rem gesserant; eventum primum augurii veluti loco habentes, quo ne postea quidem se rem bene gesturos existimarent: immo multo impensius quam antea maris experientiam complexi sunt, tum aemulatione perciti, tum ne calamitate deterriti viderentur.

Hanno qui alioqui gravate bellum gerebat, si quidem necessitate ad id adigeretur; dum rupti foederis culpam Claudio imputare studet, ne ipse rei auctor esse videretur, et naves amissas et captivos ad eum remisit, et pacem ei suasit, et denique ne mari studium impenderet hortatus est. Verum ubi Claudius conditiones nullas admisit, minas superbas et indignatione plenas addidit; ait enim, se ne ut manus quidem Romani mari lavarent permissurum. Sed enim post haec Messanam quoque amisit.

60. Claudius Mamertinos, quos in portu versantes invenit, ad concionem vocavit, dixitque eis se minime armis uti velle; totoque negotio iis permisso, suasit ut Hannonem ad se vocarent: qui quum ab arce descendere renuisset, tum Claudius multis illum verbis vituperavit, aitque si vel minimo iure niterentur hi advenae, sine dubio causam fore oraturos, non vi urbem retenturos.

Claudius consul militum animos ad fiduciam erigebat; et ne centurionis

(a) Cod. εἶχεν. (b) Cod. κατεῖχεν. Porro duplicem Claudii adlocutionem memorat etiam Zonaras VIII. 8. 9.

(1) Zonaras VIII. 9.

(2) A Diodoro (excerpt. vat. lib. XXIII. 1.) sumpsit Dio hanc narrationem; a quo postremo vicissim Zonaras VIII. 9.

(3) Adfuisse tandem Hannonem ad causam dicendam ait Zonaras loc. cit. exscribens, ut reor, deperditam Dionis partem.

Digitized by Google

μηδὲ ἐπὶ τῇ τ̃ χιλιάρχῳ (1) ἥττῃ καταπεπλῆχθαι, | διδάσκων αὐτοὺς ὅτι καὶ αἱ
12. νίκαι τοῖς ἄμεινον παρεσκευασμένοις | γίγνοιντο, καὶ ὅτι ἡ σφετέρα ἀρετὴ πολὺ τῆς τῶν ἐναντίων τέχνης | προέχουσα εἴη· ἑαυτοὺς μὲν γὰρ τὴν ὀπτικὴν μὲν τῶν ναυτικῶν δι' ὀλίγου προσλήψεσθαι, τοῖς δὲ δὴ Καρχηδονίοις μηδέποτε τ̃
16. ἀνδρείαν ἐκ τ̃ ἴσου σφίσιν ὑπάρξειν ἔφη· τὸ μὲν γὰρ κτητὸν διὰ βραχέως τοῖς τὸν νοῦν αὐτῷ προσέχουσι καὶ καθ' αἱρετὸν μελέτῃ εἶναι· τὸ δὲ εἰ μὴ φύσει τῷ προσεῖν, οὐκ ἂν διδαχῇ (a) πορισθῆναι· |

LXI. Ὅτι θαρσήσαντες οἱ Λίβυες οὐ τῇ φύσει τ̃ χωρίου ἀλλὰ τῇ σφετέρᾳ
20. ἀρε|τῇ κεκρατηκότες τ̃ ἔξοδον ἐποιήσαντο· ὁ δὲ Κλαύδιος οὕτω αὐτοὺς δεδιέναι ἐποίησεν, ὡς μηδ' ἐξ αὐτοῦ σφατοπέδου ὁρμᾶσθαι (2)· | καὶ γάρ πως πᾶν τὸ παρὰ λόγον θρασυνόμενον, καὶ δεδιέναι ἀλόγως | πέφυκεν· ὁ μὲν λογισμὸς τήν τε γνώμην τῇ προνοίᾳ βε|βαίαν, καὶ τὴν ἐλπίδα πιστὴν ἐκ τ̃
24. ἰσχυρᾶς αὐτῆς ἔχων οὐδὲ | καταπτήσειν τιν[ῶν] οὐδ' ὑπερφρονεῖν ἐᾷ· ἡ δ' ἀλόγιστος ἐκπλη|ξία ἡ πολλοὺς ἤν τε τ̃ εὐπραγίαις ἐξαίρῃ κἄν τ̃ συμφοραῖς | ταπεινοῖ, οἷα μηδὲν ἔρυμα ἔχουσα, ἀλλ' ἀεὶ τὰ συμπίπτοντα ἐξομοι|μένη.

28. Ὅτι Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι πρὸς ναυμαχίαν | ἐλθόντες τῷ μὲν ἀριθμῷ U. C. 491
τῶν νηῶν καὶ τ̃ προθυμίαις ἀντίρροποι | ἦσαν· ὕστερον δὲ πράττοντες ναυμαχίαν ἀπ' ἀντιπάλου σκάφους καθιστάμενοι, καὶ ἐλπίζοντες καὶ τὸν πάντα πόλεμον ὑπ' αὐτῆς | κριθήσεσθαι, τό τε ἆθλον τ̃ Σικελίαν ἐν τοῖς ὀφθαλ-
32. μοῖς ἔχον|τες, καὶ περὶ δουλείας (b) καὶ περὶ ἀρχῆς, τῆς μὲν μὴ πειραθῆναι νικη-

clade prosternerentur, demonstrabat iis morem esse victoriae ut ad paratiores transvolet; tum et romanam virtutem artificiis hostium multo esse potiorem: et Romanos quidem nauticam peritiam brevi acquisituros, Carthaginiensibus autem haud aeque vim bellicam praesto fore. Nam quod labore comparari potest, id iis mox adfuturum qui mentem illi curamque impenderint: verum id quod naturae defectu desideratur, nullo magisterio suppeditatum iri.

61. Afri non tam loci natura quam sua bellica virtute confisi exitum moliebantur: sed enim Claudius tantum iis terrorem iniecit, ut ne latum quidem unguem castris excedere ausi sint. Sane natura comparatum est, ut qui absurde quid audet, idem imprudenter quoque pertimescat. At prudens, ratio quia sententiam provido consilio nixam, spemque eiusdem soliditate firmatam habet, nulla re nos deprimi extollive patitur. Interim vero stulta mentis abalienatio ut in prosperis sublimem hominem abripit, ita in adversis prosternit: quippe quae nullo fulcimine nititur, semperque a casibus transversa rapitur.

Romani et Carthaginienses bello navali suscepto, navium quidem numero animorumque ardoribus pares erant: tum vero in proelium acti pari apparatu concurrerunt; sperabantque universum bellum una pugna dirimere. Erat autem ob oculos propositum victoribus praemium Sicilia, deque servitute et de imperio disceptabant: illam ne victi experirentur, hoc ut victores acquirerent.

(a) Cod. διδαχθῇ. (b) Cod. δούλων.

(1) Tribunus erat Caius Claudius, consul autem Appius Claudius, ut diserte scribit Zonaras VIII. 8.

(2) Pertinent haec ad Claudii victoriam de Carthaginiensibus atque Hierone, de qua Polybius I. 11, diserte dicens conclusos intra vallum fuisse a Claudio hostes.

ed by Google

P. 148. θεν|τες (a), ἃ δὲ προσκτήσασθαι κρατήσαντες ἀγωνιζόμενοι, προέ|φερον οἱ μὲν τῇ ἐμπειρίᾳ τῇ ξηρίτων, ἅτε ἀπὸ παλαιοῦ | ναυκρατοῦντες, οἱ δὲ τῇ τε ῥώμῃ τῶν ἐπιβατῶν καὶ ταῖς τόλμαις (1). | ὅσῳ γὰρ ἀπειρότεροι τῶν ναυτικῶν ἦσαν, 4.
τόσῳ καὶ προπετέστερον | καὶ θρασύτερον ἐμάχοντο· τὸ μὲν γὰρ ἔμπειρον σφίσιν ἂν ἀκριβῶς | πάντες ὡς εἰπεῖν ἐκλογίζονται, καὶ ὀκνοῦσιν ἄν γε καὶ ταύτην σφᾶς | ἡ γνώμη φέρῃ· τὸ δὲ ἀπειρότατον ἀλογίστως τε θαρσοῦσι, καὶ εἰς χεῖ|ρας ἐξ ἀπροβουλίας ἄγονται (2). 8.

LXII. Ὅτι ἡττηθέντων Καρχηδονίων |ὑπὸ Ῥωμαίων ναυμαχίαν ὑπὸ Ῥωμαίων, ὀλίγου
U. C. 497. καὶ τὸν Ἀννίβαν (3) ἀπέκτει|ναν· πᾶσι γὰρ ὡς εἰπεῖν τοῖς στρατεύμασι ποῖ πέμπουσι πρόσεσι | φύσει τῶν μὲν πλεονεξιῶν προσποιεῖσθαι, τὰς δὲ ἐλαττώσεις | ἐπὶ 12.
σφῶν στρατηγήσαντας ἀνωθεῖν· καὶ οἱ Καρχηδόνιοι προχειρότατα | σφῶν παίσαντάς τι ἐκόλαζον, εἰ μὴ φοβηθεὶς εὐθὺς μὴ ἤτ|ταν ἐπερώτων (b) αὐσφῶν, ὡς καὶ ἀχεραίων ἔτι τῶν πραγμάτων ὄν|των, πότερον ναυμαχῆσαι οἷ κελεύουσιν ἢ μή; συνεπαινεσάντων | αὐτῶν, ὥσπερ πω καὶ προσεδοκᾶτο, καὶ τοσοῦτον τῷ 16.
ναυτικῷ | προέχειν ἐπαιρομένων, ὑπεῖπε διὰ τῶν αὐτῶν ἀγγέλων, ὅτι οὐδὲν | ἄρα ἠδίκησα, ὅτι τὰ αὐτὰ ὑμῖν ἐλπίσας συνέβαλλον· τῆς γὰρ γνώ|μης, ἀλλ' οὐ τῆς τύχης, ἦν κύριος (4).

et altera quidem pars peritia remigum superabat, quia iamdiu maritima arte praevalebat; altera vero pars strenuitate militum et audacia; qui quanto rei nauticae imperitiores erant, tanto promptius pervicaciusque pugnabant. Omnes enim homines in re cognita non sine diligenti consideratione se gerunt; dubitanterque agunt, siquidem ita cogitationes ferant: contra imperitissimi imprudentissime audent, manusque inconsulto conserunt.

62. Victi a Romanis certamine navali Carthaginienses parum abfuit quin Hannibalem quoque supplicio adficerent. Mos nimirum est omnium prope qui copias in bellum emittunt, ut res bene gestas sibi vindicent, clades ducibus imputent. Profecto Carthaginienses prono suffragio in suos victos animadvertissent, nisi id verens post cladem Hannibal, rogasset Carthaginienses, ceu si in integro res adhuc foret, pugnare ne iuberent an secus? qui quum pugnandum esse, prout ipse expectabat, respondissent, seque nautico apparatu adeo superiores censuissent; tum per eosdem nuncios significavit, nihil se peccavisse, quia eadem qua illi spe ductus decertavisset: se enim deliberationum suarum non fortunae, esse dominum.

(a) Cod. νικῆντες. (b) Ita cod.

(1) Sermo est de Duilii victoria. Polyb. I. 23.

(2) Sententiarum, ut saepe iam dixi, causa eclogarius Dionis haec membra conservavit.

(3) De isto Hannibale semel et iterum a Romanis pugna maritima victo legendus Polybius I. 21-25.

(4) Dioni hanc narrationem suppeditavit Diodorus (exc. vat. lib. XXIII. 2.) Iamqui Zonaram VIII. 11. cum utroque conferent, ii plane cognoscent, Zonaram non a Diodoro sed a Dione, ut et alibi solet, cum varietate et compendio exscribere. Iamvero hinc usque ad Hannonis legationem interiacent apud Zonaram duo, et paulo amplius, praelonga laterculi, quorum materiam e deperdito Dione carptim desumptam arbitror. Noster porro eclogarius nonnisi fragmentum quod heic sequitur conservavit ob sententias titulo quem prae manibus habebat accommodatas. Id ipsum vero fragmentum apud Zonaram non legitur, quia is contrario operis instituto utens, historiam nullam sibi vindicat, praetermissis sententiosis historici egressionibus.

Digitized by Google

20. LXIII. * Ἀλλ' ἐν τῷ ἴσῳ τὴν οἰκείαν μὴ | προσέσθαι (a), καὶ τὸν τῶν ἀλλοτρίαν U. C. 498.
προσκτήσασθαι τιθέμενοι, θυμῷ | καὶ ῥώμῃ ἠγωνίζοντο· τῶν γὰρ πολλῶν τὰ
μὲν σφέτερα καὶ πα|ρὰ δύναμιν ἀμελλόντων, τῶν δὲ ἀλλοτρίων οὐκ ἐθε-
24. λόντων | μετὰ κινδύνων ἀντιποιεῖσθαι, ἐκεῖνοι ἐν τῷ ὁμοίῳ τότε κεχειρώ|μενον καὶ
τὸ προσδοκώμενον ποιούμενοι, πρὸς ἀμφότερα ὁμοί|ως ἔρρωντο· οἱ δὲ δὴ Ῥω-
μαῖοι ἄμεινον εἶναι νομίσαντες μηκέτι πόρ|ρω τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι, μηδὲ ἐν
τῇ νήσοις προκινδυνεύειν, ἀλλ' ἐν τῇ οἰκείᾳ τῇ τῶν Καρχηδονίων ἀγωνίζεσθαι·
28. παίσαντες γὰρ | οὐδενὸς στερήσεσθαι, καὶ κρατήσαντες οὐκ ἐν ἐλπίσιν ἔσεσθαι·
καὶ | διὰ τοῦτ' ἀκόλουθον τῇ διανοίᾳ σφῶν παρασκευὴν ποιησάμενοι ἐξε|στράτευσαν (1).

Ὅτι Ἄννωνα (2) πρὸς Ῥωμαίους λόγῳ μὲν ὑπὲρ εἰρή|νης, ἔργῳ δὲ ξυμβῆς ἕνεκα
32. ἔπεμψεν Ἀμίλκας· καὶ ὃς, ἐπιβοών|των τινῶν συλλαβεῖν αὐτὸν, ὅτι Καρχηδονίοι
τὸν Κορνήλιον (3) ἀπάτῃ ||| (4) συνέλαβον, ἂν τοῦτο ποιήσητε, εἶπεν, οὐδὲν
ἔτι κρείττους τῶν Λιβύων ἔσεσθε· ἐκεῖνος μὲν οὖν εὐκαιρότατα θωπεύσας αὐτοὺς,
οὐδὲν ἔπαθεν (5).

63. * Dum enim pari animi contentione neque sua amittere volunt, et aliena acquirere student, audacia viribusque certabant. Nam quum plerique homines res proprias etiam supra vires tueantur, alienas autem cum periculo adipisci recusent; illi tum rem possessam tum speratam perinde aestimantes, utramque summa vi obtinere nitebantur. Iamvero Romani melius fore rati sunt si bellum longinquis in locis iam non gererent, neque per insulas periclitarentur, verum in ipso Carthaginiensium solo belli aleam luderent. Sic enim nihil amissuri erant si forte vincerentur; sin autem vincerent, re praesenti non spe potituri. Quamobrem congruo his consiliis apparatu adornato, expeditionem fecerunt.

Hannonem ad Romanos legatum, pacis quidem ut videbatur causa, re autem vera morae nectendae, misit Hamilcar. Ille vero quibusdam exclamantibus ut in vincula coniiceretur, quandoquidem Carthaginienses Cornelium fraude circumventum *cepissent*; *si hoc*, *inquit*, *facietis*, *haud Afris meliores eritis*. *Atque hac Hanno adhibita in tempore assentatione*, *salutem nactus est*.

(a) Ita cod.

(1) Agitur de prima Romanorum in Africam exscensione. Polyb. I. 26. 29. Id demonstrat etiam ordo rerum apud Zonaram VIII. 12. ed. Paris. p. 390.

(2) Recole Diodorum excerpt. vat. XXXIII. 4.

Nero interdum dicebat, neque se sine Tigillino, neque sine Nerone Tigillinum vivere.

98. De Galbae coniuratione purpuraque ab eo sumpta Nero Romam ad senatum perscripsit. Quod autem ipse non veniret, raucitatem excusabat: quasi vero Romae canendi causa esset adfuturus.

Senatus Galbae et Vindicis motibus cognitis, cuncta quae adversus perturbatores fieri solent de Vindice decrevit. Tum Nero ei qui Vindicem occideret atque ad se caput eius adferret sestertium centies daturum se denuntiavit. Quo intellecto Vindex, iis qui narraverant dixit, ego ei qui ad me Domitii caput detulerit meum rependam.

Magno remp. turbante tumultu, Nero senatores ad se vocavit; qui quum propere convenissent propterea quod existimarent eum de praesentibus rebus de-

(a) Edd. Κανάκην. Ita etiam Suetonius cap. XXI; eamque veriorem esse lectionem ipsa innuit vaticana scriptura Δανεϊκὴν pro Δανάην.

(1) Irridetur hac assentatione Neronis vox, quae miserabilis admodum erat, teste Dione LXII. 20. Deest autem haec particula in edd. itemque illa quae proxime sequitur: utraque vero inserenda videtur circa capp. XIII. XIV.

(2) Neapoli enim versabatur tunc Nero. Sveton. cap. XL.

(3) Non occurrit hic in edd. locus.

Digitized by Google

τ̃ παρόντων· ὁ δ̓ πρὸς | αὐτὸν ἔφη, εὕρηκα τρόπον πῶς ἂν ἡ ὑδραυλὶς ζα-
νότερον φθέγ|ξηται. 24.

Cap. 27. Ὅτι ἔλεγε πολλὰ (a) κ̀ πολλάκις πρὸς σφᾶς οἰκείους ὁ Νέρων ὅτι κἂν ἐκ
τ̃ ἀρχῆς ἐκπέσωμεν, ἄλλη τέχνη ἡμᾶς διαθρέψει· τοσοῦ|το μανίας ἐληλά-
κει, ὅτι μὴ αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἐνόμιζεν ἐξεῖναι αὐ|τῷ κ̀ ἰδιωτεῦσαι κ̀ κι-
θαρίζειν.

Ὅτι οὐδενὶ ἀνέλπιστος ἦν ἡ ἐγ|χείρησις τ̃ βασιλείας ἐν τηλικαύτῃ χυομένη
ταραχῇ (1). |

ΓΑΛΒΑΣ ΚΑΙ ΟΘΩΝ.

EX LIBRO LXIV. 3. Cil. 68. XCVIII. Ὅτι τοῖς δορυφόροις ἀπαιτοῦσι τῷ Γάλβᾳ ἅπερ ὑπέσχετο, 28.
ὁ Νυμφίδιος | ἔφη, ἡμεῖς καταλέγειν στρατιώτας εἰώθαμεν ἀλλ' οὐκ ἀγο-
ράζειν. |

Ὅτι τινὲς τ̃ ἰδίων δούλων κατεφρόνησαν, βελόμενοι κακῶν δούλων ἀπαλ-
λαγῆναι (2).

Cil. 69. Cap. 6. Ὅτι μαθὼν ὁ στρατιώτης Γάλβας ὡς Ὄθωνα ἀπεκεφάλισεν, εἶπε κ̀ 32.
τίς σοι τοῦτο ποιῆσαι ἐκέλευσεν; |||

P. 299. Ὅτι ὁ αὐτὸς ἀποθνήσκων ὑπὸ τ̃ ἐπιβελευόντων, τοῦτο μόνον εἶπεν,
τί γὰρ | κακὸν ἐποίησα;

liberaturum; ille iis dixit, comperisse se rationem, qua hydraulus liquidiorem sonum deinceps redderet.

Nero suis familiaribus saepe aiebat: etiamsi imperio exciderimus, alia nos ars sustentabit. Eo scilicet insaniae devenerat, ut post imperatoriam dignitatem putaret sibi facultatem fore et privati hominis et citharoedi vitam artemque agendi.

In tanta rerum perturbatione nemini insperata erat imperii adeptio.

GALBA ET OTHO.

99. Praetorianis a Galba quam promiserat Nymphidius pecuniam flagitantibus; nos solemus, inquit ille, milites conscribere non coëmere.

Nonnulli mancipiorum suorum potestatem sibi redditam negligebant, propterea quod famulis improbis carere malebant.

Galba quum ei miles narraret obtruncatum a se Othonem; quonam id auctore, inquit, fecisti?

Idem inter coniuratorum manus expirans, tantum hoc dixit: quid autem mali feci?

(a) Ita cod.

(1) Non occurrit haec in Dione edito sententia.

(2) Inedita est haec particula. Ait tamen Zonaras XI. 14. Galbam dominis dedidisse ad poenas servos a quibus laesi sub Nerone fuerant. Nunc apparet dominos certe aliquot poenam servorum neglexisse, dummodo iis utpote improbis carerent.

Ὅτι ὡς ἤμελλεν ἡ δίκη τῷ Ὄθωνα μετιέναι, ὥσπερ οὖν | εἰς ἀναγκαίως κατα- CH. 6.
4. στὰς, πολλάκις ἔλεγε τὴν δημώδη ταύτην παροιμίαν, | τί γάρ με δεῖ μα- Cap. 7.
κροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν· λέγεται δὲ αὕτη ἐπὶ τῶν ἔξω τι τοῦ | ἁρμοζόντων αὐτοῖς ἐπιτηδευόντων (a).

Ὅτι καὶ ἐν τοῖς ὕπνοις ἐταράττετο | ἀλλ' οὐκ ἦν ἀποφυγὴ τοῦ λοι-
πποῦ.

Ὅτι οἱ στρατιῶται παῤῥησίας λαβόμενοι, ἐπεχείρησαν αὐτῶν βουλευτὰς
8. ἀνελεῖν (1), καὶ ἐπέλεγον ὡς οὐ δύναται ὁ Ὄθων | τοῦ συνεδρίου τούτου ὄντος Cap. 9.
μοναρχῆσαι.

Ὅτι ὁ Ὄθων ἀδιατάκτως | πρὸς Βιτέλλιον, καὶ εἰπὼν μὴ δύασθαι Cap. 10.
μάχῃ ὁμοφύλων ἀνδρῶν ἰδεῖν, | καὶ ἀναχωρήσας, ἠττήθη.

Ὅτι ὁ Ὄθων ὀλιγοχρόνιος γενόμενος | ἔσχεν τούτου τὴν ἀσέλγειαν τοῦ βίου ἐσκέπασεν (2).

ΒΙΤΕΛΛΙΟΣ.

12. C. Ὅτι Βιτέλλιος | ἐξέβαλε τοὺς γόητας καὶ τοὺς ἀστρολόγους δι' προγράμ- CH. 69. EX LIBRO LXV. 1.
ματος εἰπὼν | αὐτοῖς ἐντὸς ῥητῆς ἡμέρας ἐκχωρῆσαι πάσης τῆς Ἰταλίας· καὶ αὐτοὶ
νυκτὸς | πρόγραμμα ἀντιτεθείκασιν ἀπαλλαγήσεσθαι αὐτὸν τοῦ βίου ἐν ᾗ τελευτᾷν | ἤμελλεν· οὕτως ἀκριβῶς τὸ μελλησόμενον προέγνωσαν.

16. Ὅτι οἱ συν|δειπνοῦντες Βιτελλίῳ, σφόδρα κακῶς ἀπήλλαττον· τοιγαροῦν Cap. 2.

Quum ultrix poena Othoni immineret, et suprema necessitate iam teneretur, saepe iterabat populare proverbium: cur opus erat me longis tibiis canere? Id vero de iis dici solet, qui minime ad se pertinentes res curant.

Idem in somniis quoque terrebatur; ceteroqui iam nullum erat effugium.

Milites audacia incitati trucidare senatores coeperunt, dum dicerent, tali cum senatu haud posse Othonem imperare.

Otho acie instructa adversus Vitellium, dicensque se non posse civilem pugnam spectare, ac se subducens, victus est.

Otho quia brevi tempore in imperio vixit, morum suorum foeditatem celavit.

VITELLIUS.

100. Vitellius praestigiatores et astrologos solum vertere coegit, proposito edicto mandans eis ut intra certam diem omni Italia excederent. Illi vero noctu per edictum vicissim ei denuntiaverunt vita excessurum ipsa die qua reapse moriturus erat. Adeo accurate rem futuram praescierant!

Vitellii convivae male admodum adfecti discedebant. Itaque Crepus aegro-

(a) Cod. ἐπιτηδεύοντας; male, quoniam praecedit τῶν.

(1) Xiphilinus hanc aliis verbis rem innuit. Othoni parentat. Reapse autem cap. XCII mores
(2) Haec quoque inedita particula est, qua Dio Othonis neronianis similes dicti fuerunt.

Digitized by Google

ὁ Κρῆσος (a) | νοσήσας κὴ ἀπολιφθεὶς ἐπί τινας ἡμέρας, εἶτα προβὰς ἔφη, εἰ μὴ | ἐνόσησα, πάντως ἂν ἀπωλόμην.

Cap. 5. Ὅτι Βιτέλλιος ἔλεγε τὸ Νέρωνα | ἐπαινεῖν κὴ θαυμάζειν, μέμφεσθαι δὲ αὐτὸ ὡς μεζόνως οἰκήσεις κα|τασκευάσαντα, κὴ ὀλίγην δαπάνην χρησάμενον περὶ τὴν 20. ζοφήν (1). |

Ὅτι ἡ γυνὴ αὐτοῦ Γαλλερία τὸν κόσμον ἐμέμφετο τὸν ἐν τῷ Παλατίῳ | εὑρεθέντα ὡς ὀλίγον ὄντα.

Ὅτι Βιτέλλιος ἀνέβη εἰς τὸ Καπιτώλιον κὴ τὸν | μητέρα αὐτοῦ ἠσπάσατο· ἐκείνη δὲ ἐπιφανὴς ἦν, κὴ ὅτι πρῶτον ἤκουσεν ὅτι | Γερμανικὸς ἐπεκλήθη ὁ υἱὸς 24. αὐτῆ, εἶπεν, ἐγὼ μὲν Βιτέλλιον ἀλλ' οὐ Γερμανικὸν τέτοκα (2).

Cap. 7. Ὅτι Βιτέλλιος τοὺς παλαιοὺς αὐτοῦ φίλους ἄγαν ἠσπάζετο κὴ ἐθεξιοῦτο, καινόν τι πάσχων· οἱ γὰρ πολλοὶ ἐπὶ μέγα παράλογον | ἀρθέντες μισοῦσι τοὺς συνήθότας σφίσιν ἐν τῇ πρὶν ταπεινότητα.

Cap. 10. Ὅτι Ἀλιηνὸς καταλιπὼν Βιτέλλιον προσέθετο Βεσπασιανῷ· ὕστερον δὲ | 28. μετανοήσας πάλιν τὸν Βιτέλλιον αὐτοκράτορα ἐπεβόησεν· τοιαῦτα γὰρ | ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις εἰώθε γίνεσθαι.

Cap. 20. Ὅτι φοβηθεὶς | ὁ Βιτέλλιος, χιτωνίσκον ἐρράκωμένον ἐνέδυ βυλόμενος λήσειν· οὐχ' | οἷον δὲ ἦν ἄνδρα αὐτοκράτορα γεγονότα ἐπὶ πολὺ λαθεῖν. 32.

tans, atque idcirco ad dies aliquot desideratus, postea revertens dixit; nisi aegrotavissem, prorsus perieram.

Vitellius aiebat se laudare Neronem atque admirari; sed hoc in eo reprehendere quod modicas aedes exstruxisset, et quod tenues in victum impensas fecisset.

Vitellii uxor Galeria querebatur quod exiguum mundum muliebrem in Palatio invenisset.

Vitellius in Capitolium ascendit, et suae matris amplexum petiit. Illa vero ut erat modesta, ubi primum audivit filium suum Germanicum appellari; ego, inquit, Vitellium non Germanicum peperi.

Vitellius veteres amicos suos diligebat admodum ac percolebat, novo in hac re exemplo. Plerique enim, qui praeter opinionem exaltati fuerint, oderunt eos qui sibi familiares erant in prioris vitae humilitate.

Relicto Vitellio ad Vespasiani partes transivit Alienus; rursumque paenitens Vitellium imperatorem acclamavit. Haec enim in civilibus bellis accidere solent.

Vitellius pavore correptus tuniculam laceram induit, latere se sperans. Attamen fieri non poterat, ut qui imperator fuisset, diu ignoraretur.

(a) Melius in edd. Κρίσπος.

(1) Neronis aurea domus atque immensae conviviorum et macelli impensae notissimae sunt. Postremas memorat etiam Eusebius in tabulis chronicis.

(2) Desideratur in editis haec egregia narratio de modestia matris Vitellii. Ait tamen Svetonius in Vitell. cap. III. XIV. filii imperium ipsam fuisse lamentatam, eiusque taedio ante filium vita excessisse.

Digitized by Google

ΒΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ.

CI. Ὅτι Μυκιαλὸς ‖ καθεκάστην ἔλεγεν ὅτι νεῦρα τὰ χρήματά CII. 70. IX. LI. 20 LXVI. 2.
ἐστιν. |

Ὅτι Ἀλεξανδρεῖς οὐκ ἔχαιρον ἐπὶ Βεσπασιανῷ, ἀλλ' ἐλοιδόρουν αὐτόν, Cap. 8.
καὶ ἔσκω|πτον ἐπὶ τῇ φιλαργυρίᾳ, καὶ ἐπέκραζον αὐτῷ ἓξ ὀβολοὺς προσαιτεῖς·
4. ὥστε | αὐτὸ καίπερ ἐπιεικέστατον ὄντα χαλεπαίνειν. Ὅτι δὲ Τίτου ἐξαιτησαμένου
αὐτοῦ, ἐκεῖνοι οὐδὲν ἧττον ἔσκωπτον εἰς αὐτόν, καὶ ἔκραζον | συγγινώσκομεν αὐ-
τῷ, οὐ γὰρ οἶδε καίσαρεύειν.

Ὅτι χαριέντως τίς ἀπεφθέγξατο ἐν τῷ μοναρχεῖν Βεσπασιανὸν πρός τινα Cap. 9.
ἐρωτήσαντα, τί πράτ|τει ὁ Καῖσαρ (1); εἶπεν ὅτι ἰδιάζει καὶ οὔτε μυῖα αὐτῷ πε-
8. ρικάθηται. |

Ὅτι Βεσπασιανὸς γέλωτα ὠφλίσκανεν ὁσάκις ἀναλίσκων ἔλεγεν, ὅτι | ἐκ
τῶν ἐμαυτοῦ αὐτὰ δαπανῶ (2).

Ὅτι Βεσπασιανὸς ἔσκωπτε δημο|τικῶς καὶ ἀπεσκώπτετο ἡδέως. Cap. 11.

Ὅτι ὁ αὐτὸς πρὸς τὰ γράμματα τὰ | προσπλακισμὸν αὐτῷ φέροντα, ἃ
12. καλοῦσιν ἀνώνυμα, τῇ δὲ Λατίνων | φωνῇ φαμώσα, οὐκ ὠργίζετο, ἀλλ' ἀντ-
έγραφε πρόσφορα καὶ προσετίθει. |

Ὅτι Φοῖβος τις δεδιὼς προσῆλθεν αὐτῷ ἐξαιτούμενος μὴ ὀργίζεσθαι ἐ|-
φ' οἷς ποτὲ ἐπὶ Νέρωνος εἶπεν αὐτῷ ἀπελθεῖν εἰς κόρακας (3)· ὁ δὲ μὴ | γέλω-

VESPASIANUS.

101. Mucianus tertio quoque verbo aiebat nervos imperii esse pecuniam.

Alexandrini adeo Vespasiano non plaudebant, ut etiam ei convitiarentur, eiusque avaritiam irriderent, inclamantes illi: sex obolorum stipem petis? donec et ipse, quamquam mitissimus, ira exarduit. Tito etiam deprecante, illi nihilominus dicteria iaciebant, clamabantque: ignoscimus illi, non enim novit Caesarem agere.

Festive nescio quis, regnante Vespasiano, respondit homini interroganti quid Caesar ageret. Dixit enim, solitarium eum esse, et ne muscam quidem illi adsidere.

Vespasianus risui erat quotiescumque impensas faciens aiebat, de meo id profero.

Vespasianus populariter cavillabatur, et ipsemet scommata libenter audiebat.

Idem scriptis probrum ei facientibus, quae graece dicuntur anonyma, latine autem famosa, non irascebatur; sed idonea rescribebat cum maledicis.

Phoebus quidam Vespasianum conventum deprecabatur, ne sibi irasceretur propterea quod ipsi olim, regnante Nerone, ut in malam rem abiret dixisset.

(1) Domitianus scilicet qui Vespasiano imperatore caesar erat, et muscas insaniae causa simulandae stilo consectabatur.

(2) Deest haec in edd. particula.

(3) Recole cap. XCVII, et confer Suetonium Vesp. IV. XIV, quo postremo in loco minor, tot in Burmanniana editione Suetonii criticos, qui multis prolatis coniecturis nondum tamen corruptelam illam persanaverunt *abire Narbonam*; quum plane sit corrigendum *abire in Gemonias*, sicuti ego in Neronis vitas scripsi.

τος ἀπεκρίνατο, ἀλλὰ σὺ ἀπέλθῃς εἰς κόρακας · καὶ μέχρι τούτου, | καὶ οὐκ ἐπε- 16.
ξῆλθεν αὐτῷ (1).

Cap. 11. CII. Ὅτι Οὐολογέσης τῷ φίλῳ Περσῶν βασιλέως ἐπιστείλαντος αὐτῷ οὕτως · Βα- 20.
σιλεὺς βασιλέων Οὐολόγεσος φίλῳ Βεσπασιανῷ χαίρειν, μήτε αὐτοκράτορα μήτε αὔγουστον | αὐτὸν ὀνομάσας, οὐκ ἀνθύβρισεν, ἀλλ' ἀντέγραψεν οὕτως, βασι-
λεῖ βασιλέων | Οὐολογέσῳ Βεσπασιανὸς Καῖσαρ.

Cap. 12. Ὅτι τινῶν ὑποψίαν λαβόν|των ἐπὶ τυραννίδι, καὶ θρασύτερον διαλεγομένων, οὐκ ὠργίσθη, ἀλλὰ | δακρύσας ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ βουλευτηρίου τοσοῦτον μόνον 24.
εἰπών, ὅτι | ἐμοὶ ὁ υἱὸς διαδέξεται (a) ἢ οὐδείς.

Ὅτι Μουκιανὸς πρὸς Βεσπασιανὸν | καὶ τἄλλα σωφρόνων πλεῖστα τε εἶπε καὶ θαυ-
μάσια (1)· ὡς ὅτι αὐχήματος | κενοῦ εἰσι πεπληρωμένοι · κἂν τὸ πώγωνά τις αὐ- 28.
τῷ καθῇ, καὶ τὰς | ὀφρύας ἀνασπάσῃ, τό τε ζιβάδιον ἀναβάληται καὶ ἀνυ-
πόδητος | βαδίσῃ, σοφὸς εὐθὺς ἀνδρεῖος δίκαιος φησὶν εἶναι, καὶ πᾶσι ἐφ' ἑ|-
αὐτῷ μέγα, κἂν τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο μήτε γράμματα μήτε νεῖν ἐπίσα|-
ται · καὶ πάντας ὑπερορῶσι, καὶ τὸ μὲν εὐγενῆ τιθαλλωδὸν (b), τὸ δὲ | ἀγενῆ σμι- 32.
Desideran- *tur paginae* *quatuor.* κρόφρονα, καὶ τὸ μὲν καλὸν ἀσύγκῃ, τὸ δὲ αἰσχρὸν εὐφυᾶ, | τὸ δὴ πλούσιον πλεον-
έκτῃν, τὸ δὴ πένητα δουλοπρεπῆ καλοῦσι (2). ||| * * *

* * *

Is autem cum risu respondit ; immo tu in malam rem abeas. Neque plura addidit, neque ei molestiam creavit.

102. Vologaeso Persarum regi, qui ad eum his verbis scripserat : rex regum Vologaesus amico Vespasiano salutem ; neque imperatorem eum neque augustum appellans ; iniuriam non reposuit, verum ita rescripsit : regi regum Vologaeso Vespasianus Caesar.

Quum nonnulli de adfectata tyrannide suspecti essent, ac ferociter loquerentur, Vespasianus non est iratus, sed lacrimans curia exivit, tantum dicens : aut filius mihi succedet aut nemo.

Mucianus apud Vespasianum plurima et mira adversum stoicos dixit : nempe quod vana superbia tumerent ; et quod simul ac quispiam eorum barbam promisisset, et supercilium attraxisset, palliumque induisset, pedibusque nudis incederet, ilico se sapientem, fortem, iustumque diceret, et ingentes spiritus sumeret ; etiamsi forte, ut ait proverbium neque litteras neque colum nosceret. At hi nihilominus (pergebat dicere) cunctos spernunt ; et nobiles, fatuos ; ignobiles, exigua mente praeditos appellant : pulcher illis lascivus est ; turpis, generosus ; dives, raptor ; pauper servilis. * * *

* * *

(a) Ed. διαδέξεται. (b) Ita cod.

(1) Deest haec in edd. narratio.

(2) Quae sequitur Muciani vituperatio adversus stoicos, desideratur prorsus in Xiphilino, qui cap. XIII, nihil aliud ait nisi Mucianum multa adversus illos philosophos disputavisse.

(3) Abrumpitur praeclara invectio, deficientibus palimpsesti membranis. Invehebatur autem Mucianus in Pviscum stoicum Thraseae generum ; de quo, praeter Xiphilinum cap. XII, lege Tacitum hist. IV. 5. sqq. In palimpsesti autem lacuna demersae sunt Vespasiani res ut credere licet, adhuc reliquae ; item Titi, Domitiani, Nervae, Traianique, et partim Hadriani. Lacuna est paginarum quatuor, quia deest extremum folium quaternionis quarti, et primum quinti.

Digitized by Google

ΑΔΡΙΑΝΟΣ.

CIII. * * * Εν τῇ ὁδοῖς γὸ πολλὰ ἐβάδιζεν ἢ ἵππῳζεν, ὀχήματι δὲ πά|νυ σπανίως ἐχρῆτο (1) · ἠρίστα ἢ ἄνω οἴνου, καὶ πλείονα ἐσιτεῖτο · πολλάκις | ἢ καὶ δικάζων μεταξὺ ξοφῆς μετελάμβανεν (2) · καὶ μὴ πάντων ἠρίστα | καὶ ἐδείπνει, καὶ ἦν αὐτῷ τὸ συνσίτειον παντοδαπῶν λόγων πλῆρες. | 4. 8.

Ὅτι Ἀλεξανδρέων στασιασάντων οὐκ ἄλλως ἐπαύσαντο ἕως οὗ ὑπὸ τοῦ Ἀδριανοῦ ἐδέξαντο ὑπιμῶσαν αὐτοῖς · οὕτω που πλέον ἰσχύσ| αὐτοκράτορος λόγος τ῀ ὅπλων (3).

Ὅτι δ' Πλωτίνης ἀποθανού|σης ἐπῄνεσ Ἀδριανὸς λέγων, ὅτι πολλὰ παρ' ἐμοῦ αἰτήσασα | οὐδενὸς ἀπέτυχεν · τοῦτο ἢ οὐκ ἄλλως ἔλεγεν, ἀλλ' ὅτι τοιαῦτα ἠτεῖ οἷα οὐδὲ ἐβάρει με οὐδὲ συνεχώρει ἀντέχειν. 12.

Ὅτι τ῀ δήμου ἐκ|βοήσαντο πρὸς Ἀδριανὸν ἐν ἱπποδρομίᾳ ἵνα τις ἀ|ματηλάτης | δοῦλο ὢν ἐλευθερωθῇ, εἶπεν ὅτι οὐδὲ ὑμᾶς προσήκει δοῦλον ἀλλό|τριον αἰτεῖν ἐλευθερῶσαι, οὐδὲ ἐμοὶ δεσπότῃ αὖ βιάσασθαι.

CIIII. Ὅτι Σίμιλιν (4) τινὰ τῶ δορυφόρων ἄρχοντα φρονήσ῀ ἢ καὶ ὑπεικείᾳ

P. 261. ex Dion. LXIX. 3. Cal. 117.

CH. 133. Cap. 10.

Cap. 19.

HADRIANUS.

103. * * *Nam plerumque pedibus viam carpebat, aut equo vehebatur: raro admodum curru utebatur: prandebat sine vino, et adfatim vescebatur: saepe etiam inter iudicandum capiebat cibum, et prandendo caenandoque cum universo comitatu operam dabat; eratque ei convivium omni sermonum genere plenum.

Alexandrini seditione aestuantes haud ante quieverunt, quam per epistulam ab Hadriano obiurgati fuerunt. Adeo plus valet interdum imperatoris oratio quam arma!

Plotinam mortuam laudavit Hadrianus dicens, illam multis a se postulatis numquam tulisse repulsam. Hoc autem idcirco aiebat ut significaret, eam nihil umquam petivisse quo ipse gravaretur aut quod negare liceret.

Ludis circensibus populo ad Hadrianum clamante ut servus quidam auriga rude donaretur; respondit, neque vos decet servi alieni postulare libertatem, neque me domino eius vim inferre.

104. Quendam nomine Similem, qui inter praetorianos ordinem ducebat, pru-

(1) Hadriani itinera huiusmodi notissima sunt; quae tamen suo loco Xiphilinus reticet. (Quamquam idem legendus est LXIX. 9.) Sequentia de conviviis recitat Xiphilinus.

(2) Scilicet etiam Fronto orator per illud tempus coram Hadriano aliquando causam dixit, teste Dione cap. XVIII.

(3) Hoc nec non sequens de Plotina fragmentum desiderantur in editis.

(4) Xiphilinus centurionem Similem fuisse ait sub Traiano; itaque errare potius eclogarium vaticanum arbitror qui pro Τραϊανὸς legerit Ἀδριανός, idque colloquium cum hoc postremo factitatum narret. Ceteroqui hic Similis sub Hadriano tandem praefectus praetorio fuit, teste Xiphilino loc. cit. nec non Spartiano in Hadriani vita cap. IX. Gentem huius fuisse Sulpiciam docent nos fragmenta iuris a me edita tit. de excus. ubi Traiani litterae ad Sulpicium Similem annonae praefectum: id quod rursus demonstrat, Similem hunc non fuisse sub Hadriano centurionem, qui iam erat sub Traiano praefectus annonae. Statua quoque honoratum sub Hadriano Similem narrat Xiphilinus cap. XVIII. Denique et praenomen et nomen, itemque uxorem ac liberos huius Similis ostentat in atrio iuliano vaticani palatii inscriptio haec.

· · DIA· C· F· QVARTA
· · T· SVLPICIO· SIMILI
· · S VIRO· SVO· ET· SEX· TESITAV
· · O QVARTINO· FILIS· SVIS. EX· BS· CD·
· · TVM· ET· AEDIFICIA· QVAE· IVNCTA· SVNT
· · · T· F· I·

Digitized by Google

σείμιλος μόνον πάνυ Ἀδριανὸς ἐτίμα· καὶ ἔτι ἑκατόνταρχον ὄντα εἰσκα|λέσας διε- 16.
λέγετο τῷ ἐπάρχων ἔχω ἐσώτων· ὁ δὲ ἔφη, αἰσχρόν ἐστι Καῖσαρ | ἑκατοντάρ-
χῳ σε διαλέγεσθαι τῷ ἐπάρχων ἔχω ἐσώτων.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Σίμιλις ἐπεὶ δὴ βίᾳ πρὸ ἀρχὴν τῶν δορυφόρων παρέλαβεν, ἐξέστη | τῆς ἀρχῆς. καὶ ἐν ἀγρῷ ἔτη ἑπτὰ διῆγε· καὶ τελευτήσαντος ἐν τῷ μνη- 30.
μείῳ αὐτοῦ ἐπεγράψεν, ὅτι Σίμιλις ἐνταῦθα κατάκειται βιοὺς μὲν ἔτη | πεν-
τήκοντα, ζήσας δ' ἔτη ἑπτά (1).

Cap. 17. Ὅτι ὁ Σιλβαιὸς καὶ Φούσκος | ὑπὸ Ἀδριανοῦ ἀνῃρέθησαν (2)· ὅπερ μαθὼν Σιβύλλιος λιβανωτὸν καὶ πῦρ | ἤτησε, καὶ θυμιάσας ἔφη, ὅτι μὲν οὐδὲν ἀδικῶ, ὑμεῖς ὦ θεοὶ ἴστε, ἀπο|θνήσκω δὲ ὡς τὰ μέγιστα ἀδικήσας· ὧδε δὲ Ἀδριανοῦ τοῦτο μόνον εὔχομαι, ἵνα ἐπιθυμήσας ἀποθανεῖν, μὴ δυνηθῇ· ὅπερ εἰς 25.
ἔργον ἐξέβη· | τὰς νόσους γὰρ καὶ τὰς ἀνάγκας μὴ φέρων Ἀδριανὸς ἑαυτὸν ἀποσφάξαι | ἠθέλησεν· ὥστε ποτὲ ἀναβοήσαντα εἰπεῖν, ὦ Ζεῦ πόσον κακόν ἐστιν ἐπιθυ-
μοῦντα τινὰ ἀποθανεῖν μὴ τυγχάνειν.

ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ.

Cll. 138. LN. Lipso LXX. 1. CV. Ὅτι δὲ βουλῆς ἐνισταμένης καταπαῦσαι τὴν μνήμην Ἀδριανοῦ, καὶ μὴ ἐγ- 28.
γράψαι αὐτὸν | εἰς θεῶν ἥρωας, ὁ Ἀντωνῖνος δακρύων καὶ ὀλοφυρόμενος, ὡς οὐκ ἐπειθεν αὐτοὺς, τελευταῖον οὐδὲ ἐγὼ [εἶπεν] ὑμῖν ἄρχω, εἴ γε ἐκεῖνος κακὸς

dentia modestiaque praestantem, Hadrianus plurimi faciebat; eumque adhuc centurionem in cubiculum admittens adloquebatur, praefectis foris manentibus. Ille autem, turpe est, inquit, Caesar, cum centurione te colloqui, praefectis extra stantibus.

Idem Similis, qui vi coactus praetorianorum ducatum exceperat, deposito munere in agro septemium exegit: moriensque inscripsit tumulo suo: heic iacet Similis, qui vitam annis quinquaginta toleravit, vixit autem septem.

Ubi Silvanum et Fuscum ab Hadriano interemptos audivit Servilius, tus poposcit, et ignem, turificansque ait: quod nemini iniurius fuerim, vos dii scitis, et tamen ceu gravissimorum criminum reus morior. Iam Hadriano hoc unum imprecor, ut cum mori cupiet, non queat: id quod revera contigit: morbi enim et angustiarum Hadrianus impatiens, manus sibi afferre volebat; ita ut iterum diceret, o Iupiter quam grave malum est hominem mori cupere et nequire!

ANTONINUS.

105. Quum senatus Hadriani memoriam efflictim delere vellet, eumque ex albo heroum excluderet; Antoninus fleus et eiulans, frustra tentatis patrum animis, ad extremum ait, ne ego quidem vobis imperabo, si quidem ille malus vir

(1) Numerum hunc inepte silet Xiphilinus, substituto τόσα τοσ. Sed habet Iohannes gazensis archaeologus (apud Salmasium in schol. ad Spart.) qui de Simili eisdem verbis loquitur.

(2) Silvani necem non memorat Xiphilinus; Fuscum autem dicit Serviani filium, quem Servianum ipse nobis exhibet pro Servilio. Et quidem sollicitatum esse in codicibus Serviani nomen aiunt Xiphilini scholiastae, testisque Zonaras est XI. 25. a quo scribitur Σταρτιανός.

Digitized by Google

32. ἀνὴρ | καὶ αἰσχρὸς ὑμῖν καὶ πολέμιος ἐγένετο · πάντα γὰρ δῆλον ὅτι πραχθέν- P. 356.
τα || ὑπ' αὐτοῦ καταλύσετε · τοῦτο δὲ ἔν ἐστιν καὶ ἡ ποίησις ἡ ἐμή . Cap. 2.

Ὅτι ὁ Ἀντωνῖνος οὐδένα τῶν συκοφαντηθέντων (a) εἵλετο κολάζειν , εἰπὼν ὅτι οὐ δύνα|μαι ἀπὸ φόνων καὶ προσασίας ὑμῖν ἄρξασθαι (1) .

MARKOS:

CVI. Ὅτι χρήματα | ποτὲ αἰτηθεὶς ὁ Μάρκος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν , οὐκ ἔδω-
4. κεν , εἰπὼν ὅτι | ὅσῳ πλέον τοῦ καθεστηκότος λαμβάνουσιν οἱ στρατιῶται , τοσ-
οῦτον | ἐκ τοῦ αἵματος τῶν γονέων αὐτῶν καὶ τῶν συγγενῶν ἐξέρχεται · τὸ δὲ|
κράτος καὶ αὐταρχίας οὐκ ἐν τοῖς στρατιώταις ἀλλ' ἐν τῷ θεῷ κεῖται (2). |

Ὅτι ὁ Μάρκος ἐλάλει πρός τινα τῇ Λατίνων φωνῇ · καὶ οὐ μόνον ἐκεῖνος |
8. ἀλλ' οὐδὲ ἄλλος τὶς τῶν παρόντων ἔγνω τὸ λαληθέν · ὥστε Ῥοῦφον τὸν ἔπαρχον
εἰπεῖν · εἰκός ἐστι Καῖσαρ μὴ γνῶναι αὐτὰ παρ' ὑμῶν λαληθέντα · οὔτε γὰρ
ἑλληνιστὶ ἐπίσταται · ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς ἠγνόηκε τὸ λεχθέν (3).

Ὅτι ἐνόσησε σφόδρα ὁ Μάρκος ὥστε ὀλίγας ἐλπίδας ὑπὲρ τοῦ σωτηρίας
12. ἔχειν · ἐν πολλάκις ἐν τῇ νόσῳ ἐπεφώνει τὸ τοῦ τραγῳδίας ἰάμβιον ,

Τοιαῦτα τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται (4).

fuit et detestandus et vester inimicus . Constat enim , vos eius acta omnia antiquaturos : atqui in his mea quoque adoptio est .

Antoninus neminem accusatum plectere voluit , dicens haud se posse initium imperii a caedibus facere .

MARCUS.

106. Marcus militibus pecuniam poscentibus non est largitus , dicens , tantum detrahi de sanguine parentum cognatorumque eorum , quantum milites praeter constitutum accipiunt .

Quum Marcus latine quendam adloqueretur , et neque is neque quisquam alius e praesentibus dicta intellexisset , Rufus praefectus ait : consentaneum est , Caesar , orationem vestram ab hoc non intelligi , qui graece nescit . Quippe et ipse Rufus nihil intellexerat .

Marcus gravissime aegrotans , exiguaque spe salutis iam reliqua , saepe inclamabat in morbo suo tragicum illum iambum :

Haec luctuosi belli opera sunt .

(a) Cod. συκοφαντῶν . Sed omnino emendandum fuit συκοφαντουμένων ; neque enim accusatoribus sed accusatio pepercit Antoninus . Certe et Xiphilinus scribit αἰτιωθέντων .

(1) Ne miremur tam exiguum in vaticano palimpsesto legi ex Antonini rebus excerptum , praesto est Xiphilinus qui lib. LXX. 1. amissam ait aetate sua partem hanc Dionis in qua Antonini Pii res gestae fuerunt : quare et ipse Xiphilinus duo haec tantum , diversis tamen plerumque verbis , scripsit fragmenta . Idem denique Xiphilinus nos docet , priores quoque Marci Aurelii res gestas cum parthico L. Veri bello in mutilis Dionis codicibus non reperisse , quod constantiniano item eclogario contigisse videmus .

(2) Non habet hanc narrationem , neque aliquot sequentes Xiphilinus .

(3) Abest hic quoque a Xiphilino locus , qui cap. V. ait tantummodo hunc Rufum praetorio fuisse praefectum sub Marco , hominem rusticum ac litterarum expertem . Dionis autem excerpta peresciana ed. Vales. p. 717 addunt , Rufum hunc ne Marci quidem verba satis intelligere solitum ; quam rem vaticana excerpta mirabiliter nunc confirmant . Atqui Marci exilem fuisse vocem testis est Fronto epist. ad Marcum aug. I. 3 ; ne universam culpam non intellectorum verborum Rufo imputemus .

(4) Mirum est , quod Xiphilinus LXXI. 22. ver-

Digitized by Google

CII. 175. CVII. Ὅτι ἀσκούμενος ὁ Μάρκος εἰς τὸν πρὸς Κασσίῳ πόλεμον, οὐδεμίαν βαρβαρικὴν | συμμαχίαν ἐδέξατο, καίτοι πολλῶν συνδραμόντων αὐτῷ, λέ- 16.
γων μὴ | χρῆναι τοῖς βαρβάροις εἰδέναι τὰ μεταξὺ Ῥωμαίων κινούμενα κακά (1). |

CII. 176. Cap. 30. Ὅτι ἐγκεκλημένης ἐπὶ βουλῆς θανατωθῆναι σφᾶς συμπράξαντας Κασσίῳ | καὶ σφᾶς συγγενεῖς, ἀντέγραψεν ἄλλα τέ τινα καὶ ταῦτα, δέομαι καὶ ἱκετεύω (2), | κα-
θαρὰν μοι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ παντὸς βουλευτικοῦ αἵματος φυλάξα|τε. μὴ γὰρ γέ- 20.
νοιτο μηδένα ὑμῶν ὑπ' ἐμοῦ μήτε τῇ ἐμῇ μήτε τῇ ὑμετέ|ρᾳ ψήφῳ ἀπο-
λέσθαι.

EX LIBRO LXXI. 32. Ὅτι ἐξιόντων ὁ Μάρκος ἀπελογεῖτο τῷ δήμῳ, ὡς πολλοῖς τοῖς ἔτεσιν ἀποδεδημηκὼς τῆς Ῥώμης· οἱ δὲ ἐπέκρα|ζον ὀκτώ, καὶ τοῖς δακτύλοις ἐδείκνυον· ὀκτὼ γὰρ ἔτεσιν ἔτυχεν | ἀποδημῶν· οἱ δὲ ἠνίττοντο ὡς καὶ ὀκτὼ χρυσοῦς 24.
λαμβάνοιεν· ὅπερ | αἰσθόμενος ὁ Μάρκος μειδιάσας ἔφη, καὶ ὀκτώ· καὶ δέδω-
κεν αὐτοῖς | καὶ ὀκτὼ χρυσούς.

ΚΟΜΟΔΟΣ.

CVIII. Ὅτι οἱ ἐν Βρεττανίᾳ στρατιῶται Πρίσκον ἐ|ποστράτηγον εἵλοντο αὐτοκρά- 28.
τορα· ὁ δὲ παρῃτήσατο εἰπὼν ὅτι τοιοῦτος | ἐγώ εἰμι αὐτοκράτωρ οἷοι ὑμεῖς στρατιῶται ἐστέ (2).

107. Marcus bellum instruens adversus Cassium, nullas admisit auxiliares barbarorum copias, quamquam multae ad eum accurrebant. Aiebat enim non expedire, ut barbari commota inter Romanos mala spectarent.

Instante senatu, ut qui fuerant Cassio conscii eiusque propinqui occiderentur, Marcus inter alia rescripsit haec: oro quaesoque, ut dominationem meam omni sanguine senatorio puram servetis. Prorsus enim absit, ut quisquam vestri ordinis vel meo vel vestro iudicio pereat.

Marcus coram populo excusabat se, quod multos annos Roma abfuisset: illi autem succlamabant, octo octo, digitisque demonstrabant: octo quippe annos peregre fuerat: ipsi tamen sic innuebant, ceu aureos octonos essent accepturi: quod Marcus intelligens arridensque, sint octo, ait: atque octo aureorum congiarium in singulos distribuit.

COMMODUS.

108. Priscum legatum milites in Britannia imperatorem creabant: ipse tamen recusavit dicens, talem se fore imperatorem quales ipsi milites.

(1) Ita pergit repetit Marcus etiam apud Frontonem ed. com. p. 126, idque habebat fortasse a magistro suo qui p. 333. ait *precor quaesoque*; vel potius a Catone, observante Gellio XIII. 24.

siculum hunc non a Marco moriente de se dictum narrat, sed ab invidis de Pertinace ad consulatum evecto

(1) Hoc item et sequens fragmentum Xiphilinus desiderat.

(2) Militarem in Britannia sub Commodo seditionem innuit Xiphilinus LXXII. 9. et LXXIII. 4.

eamque a Pertinace sedatam ait. Num ergo *Pertinax* pro *Prisco* in vaticanis excerptis legendus est? Si Priscum quidem retinemus, cogitare licet de Statio Prisco, cuius nava opera in bello parthico fuit, ut narrat Capitolinus in Marci Verique historia. Nam Priscianum adfectatae tyrannidis sub Pio reum (Capitolin. cap. VII) non licet huic intelligere.

Digitized by Google

Ὅτι Κόμοδος | ἀναξίους καὶ πένητας εἰς τὴν σύγκλητον ἐσέγραφεν λαμβά- EX LIBRO LXXII. 12. CH. 181.
νων τὰς οὐσί|ας αὐτῶν· ὥστε Ἰούλιον δεδωκότα πᾶσαν τὴν οὐσίαν αὐτῷ χρεώλυ|
32. βελώτην· καί τοι τοιοῦτον ἀσείως λεχθῆναι ἐπ' αὐτῷ, ὅτι Ἰούλιος δι || οὐσίας P. 337.
ἀφαιρεθεὶς εἰς τὸ δικαστήριον ἐξωρίσθη.

Ὅτι τοῦ κολοσσοῦ | τοῦ ἐν Ῥώμῃ Κόμοδος τὴν κεφαλὴν ἀφελόμενος, καὶ ῥό- CH. 192.
παλον αὐτῷ καὶ | λέοντα ἐπιθεὶς, ἔγραψεν Λούκιος Κόμοδος Ἡρακλῆς· ἐφ' ᾧ
4. τὸ φερόμενον | ἐπίγραμμα γέγονεν, ὅτι Διὸς παῖς Καλλίνικος Ἡρακλῆς οὐκ εἰμὶ Λούκιος | ἀλλ' ἀναγκάζουσί με (1).

ΠΕΡΤΙΝΑΞ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

CVIIII. Ὅτι ὁ Κόμοδος πολὺ χρυσίον εἰώθει βαρβάροις | διδόναι· καί LXXIII. 6. CH. 193.
τινας πρέσβεις λαβόντας χρυσίον καὶ ἐν ὁδῷ ὄντας πέμψας | ὁ Περτίναξ κατέσχε,
καὶ τὸ χρυσίον ἀφελόμενος εἶπεν, ἀπαγγείλατε | τοῖς οἴκοι Περτίνακα βασι-
8. λεύειν.

Ὅτι τοῦ Φλάκκου (a) ἑαυτὸν μέλ|λοντος ἀναγορεύεσθαι βασιλέα, καὶ φωραθέντος, Cap. 8.
καὶ θάνατον καταδικασθέν|τος ὑπὸ τῆς βουλῆς, αὐτὸς ἀνέκραγε, μὴ γένοιτο
Περτίνακος τοῦ αὐ|τοκράτορος ἀρχὴν ἔχοντος βουλῇ ἀναιρεθῆναι ἢ φυγαδευθῆ-
ναι· ὁ | δὲ Φλάκκος εὐλαβηθεὶς καὶ αἰδεσθεὶς τὸν λοιπόμενον χρόνον ἐν ἀγρῷ
12. διῆγε (2). |

Commodus indignos homines censuque carentes, pecunia accepta, in senatum legebat. Quare et Iulius quidam, universo patrimonio tradito, senator factus est: de quo festivum illud in vulgus manavit: Iulius re sua familiari spoliatus in tribunal relegatus est.

Colossi, qui Romae erat, Commodus ablato capite [suoque imposito,] tradita clava, et leonina pelle circumposita, inscripsit LUCIUS COMMODUS HERCULES. Qua de re epigramma aliud diffamatum fuit: IOVIS FILIUS CALLINICUS HERCULES, NON SUM LUCIUS, SED COGUNT ME.

PERTINAX ET IULIANUS.

109. Quum Commodus multam barbaris auri vim pro suo more largitus fuisset; iamque eorum legati pecunia onusti iter in patriam maturarent; Pertinax misit milites qui retinerent; ereptoque iis auro, dicerent: nuntiate domum Pertinacem regnare.

Flaccus dum se vellet imperatorem proclamare, deprehensus et capitali poena damnatus a senatu fuerat. Sed enim Pertinax exclamavit, absit ut me imperatore senator occidatur aut exsul fiat. Flaccus tamen reverentia et pudore victus reliquam aetatem in agro exegit.

(a) Capitolinus, Xiphilinus, et Zonaras scribunt *Falconem*.

(1) Silet hanc festivam inscriptionem Xiphilinus, quamquam Commodi caput colosso impositum narrat cap. XXII.

(2) Xiphilinus post verba Pertinacis nihil praenarrat cap. XXII.

Digitized by Google

Cap. 10. Ὅτι ὁ Περτίναξ πάντα τὰ κακῶς γεγονότα ἐπιχειρήσας ἐν βραχεῖ ἐπανορ|θῶσαι, ἀπώλετο· μὴ δόξαντος, καίπερ ἐμπειρότατος πραγμάτων ὤν, ὅτι | ἀδύνατόν ἐστιν ἀθρόαν ἐπανόρθωσιν ἐπαγαγεῖν τοῖς πράγμασιν· ἀλλ' εἴπέρ | τι ἄλλο, καὶ ἡ πολιτικὴ κατάστασις χρόνου καὶ σοφίας χρῄζει.

16. Ὅτι Ἰου|λιανὸς ὁ μετὰ Περτίνακα τὴν ἀρχὴν ἁρπάσας, πάντας ἐκολάκευεν· | ψηφισαμένης δὲ· αὐτῷ βουλῆς χρυσοῦν ἀνδριάντα αὐτοῦ, οὐ προσεδέ|ξατο, εἰπὼν ὅτι χαλκοῦν μοι δότε ἵνα καὶ μείνῃ· καὶ γὰρ τῶν πρὸ ἐμοῦ αὐτοκρατόρων τοὺς μὲν χρυσοὺς 20. καὶ ἀργυροῦς ὁρῶ καθαιρεθέντας, τοὺς δὲ | χαλκοῦς μένοντας· οὐκ ὀρθῶς τοῦτο εἰπών· ἀρετὴ γὰρ ἰδία φυλάτ|τουσα πρὸ μνήμου τῶν κρατούντων· ὁ γὰρ δοθεὶς αὐτῷ χαλκοῦς ἀναιρεθέντος αὐτοῦ καθῃρέθη (1).

ΣΕΥΗΡΟΣ.

EX LIBRO LXXIV. CH. 194.

CX. Ὅτι Κάσσιος Κλήμης βουλευτὴς ὢν ἐπὶ | Σεβήρου κριτόμενος διὰ τὴν πρὸς Νίγρον φιλίαν, ἔφη ὅτι ἐγὼ οὐδὲ Νίγρον | ἐπῃσθόμην· νενίκα δὲ Νίγρος τὴν 24. καθ' Ἰουλιανοῦ πόλεμον εἵλετο, ἔτυχον | ἐνταῦθα ὤν· κἀκεῖνο εἱλόμην ὃ μοι τὸ δαιμόνιον ἐκλήρωσεν· εἰ δὲ μοι (a) ἀ|γανακτήσῃς ὅτι μὴ ἀπελείποντα αὐ|τὸν καὶ πρὸς σὲ ἀφικόμην, τοῦτο ἐν|θυμήθητι ὅτι καὶ σοὶ πλησίον σου ὄν- 28. των οὓς (b) ἐχρῆν σὲ ἀπολιπεῖν σε καὶ | πρὸς Νίγρον οὐκ ἀγενέσθαι· καὶ πᾶν ὅ τι ἂν ἡμῶν καταγνῶς, τοῦτο ὅπερ σαυτὸν | φέρεις· ὁ δὲ Σεβῆρος ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐχαλέπηνεν.

Pertinax dum cuncta, quae male patrata fuerant, brevi tempore corrigere nititur, in exitium incidit. Nescivit enim, quamquam rerum peritissimus erat, fieri non posse tumultuariam rerum emendationem; tum constitutionem in primis politicam spatio temporis prudentiaque indigere.

Iulianus, qui post Pertinacem imperium arripuit, passim omnibus adulabatur. Quumque ei senatus statuam auream decerneret, non admisit; sed aeneam mihi, inquit, ponite ut maneat. Nam et superiorum imperatorum aureas atque argenteas sublatas video; aeneas vero incolumes. Neque tamen hoc recte aiebat: nam sua cuiusque regnatoris virtus memoriam conservat. Ecce enim aenea quoque Iuliani statua, eo percunte, periit.

SEVERUS.

110. Quum Cassius Clemens senator a Severo propter Nigri amicitiam damnaretur, ait: ego Nigrum ne noveram quidem: quum is autem contra Iulianum arma commovit, huic versabar, atque illum quem fortuna obtulit sectatus sum. Quod si mihi irasceris, quia hunc non reliqui ut ad te transirem; enim vero scias, multos eorum, qui tecum erant, oportuisse te relicto ad Nigrum transire. Prorsus igitur quidquid in nos statueris, id contra te decernes. Hanc orationem Severus non moleste tulit.

(a) Cod. μὴ. (b) Cod. ὡς.

(1) Non extat apud Xiphilinum narratio haec.

Digitized by Google

Ὅτι πάντες | μὲν ἐπλάττοντο τὰ Σεβήρου φρονεῖν· ἐλέγχοντο δ' ἐν τοῖς αἰφνιδίοις ἐπαγγελίαις, μὴ δυνάμενοι ἐπικαλύπτειν τὸ ἐν τῇ ψυχῇ κεκρυμ-
32. μένον· || δ γὰρ ἀκοῆς ἐξαπίνης αὐτοῖς προσπιπτούσης, ἀφυλάκτως ἐκι|νοῦντο, καὶ ὑπὸ τούτων καὶ ὑπὸ τοῦ ὄψεως καὶ τῆς ἡθῶν ὡς ἕκαστοι κα|τάδηλοι ἐγένοντο· τινὲς δὲ καὶ τὸ σφόδρα προσποιεῖσθαι, πλέ|ον ἐγνώσκοντο (1).

4. CXI. Ὅτι Σεβῆρος τοὺς βουλευτὰς τοὺς γράψαντας | κατ' αὐτοῦ πρὸς Ἀλβῖνον Cap. 9.
διελέγξαι βουλόμενος, ἐβουλήθη καὶ Βιβια|νὸν ἀνδρα ὑπατικὸν καὶ τὰ Ἀλβίνου δοκοῦντα φρονεῖν ὑποφθεῖραι, | ἵνα τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ χρώμενος καὶ τῇ βουλῇ, ἀξιόπιστον | τὴν κατηγορίαν ποιήσῃ· ὁ δὲ εἵλατο σφαγῆναι, ἢ πρᾶξαί τι ἐλευ-
8. θερί|ας ἀλλόζιον· Ἰουλιανὸν οὖν εὑρὼν, πρὸς τοῦτο ἀνέπεισε καὶ κατηγόρῳ ἐ|χρήσατο (2).

Ὅτι Πλαυτιανὸς οὕτως ἐπ' ἀδείας διοίκει τὰ πράγμα|τα ὥστε ἐκεῖνον EX LIBRO LXXV. CH. 200.
δοκεῖν εἶναι αὐτοκράτορα, τὸν δὲ αὐτοκράτορα ἔπαρ|χον· ὥστε ἐκεῖνο εἰπεῖν
12. πρὸς τὴν βουλὴν Σεβῆρος, ὅτι ὁ βασιλεὺς εὔχεται | πρὸ αὐτοῦ ἀποθανεῖν· καί τινα τολμῆσαι γράψαι (a) πρὸς τέ|ταρτον (3) Καίσαρα.

Ὅτι καὶ πολλῶν εἰς τιμὴν αὐτοῦ ψηφισθέντων πα|ρὰ τῆς συγκλήτου, ὀλίγα ἐδέξατο, εἰπὼν αὐτοῖς ὅτι τὴν ψυχαῖς με φιλεῖ|τε καὶ μὴ τοῖς ψηφίσμασιν (4).

16. Ὅτι ἐν Τυάνοις νοσήσαντα τὸν Πλαυτια|νὸν ἐπεσκέψατο ὁ Σεβῆρος· οἱ δὲ Cap. 15.
στρατιῶται αὐτοῦ οὐ συνεχώρησαν τοὺς | μὴ τοὺς βασιλέως ὄντας εἰσελθεῖν, ἀλλὰ κατέσχον ἔξω.

Cuncti sane studere Severi partibus simulabant ; iidem tamen coarguebantur cum ad subitos nuncios arcanum animi celare non poterant : nam dum ad aures auditio repente accideret, incaute commovebantur : atque ex hoc, tum etiam e vultu ac moribus singuli explorati fiebant. Nonnulli etiam nimia sua simulatione magis innotescebant.

111. Severus senatores qui contra se ad Albinum scripserant convincere volens, nisus est Vivianum hominem consularem, qui Albino studere videbatur, corrumpere ; ut huius testimonio utens credibilem redderet suam ceterorum senatorum accusationem. Verumtamen Vivianus necem perpeti maluit, quam illiberale quicquam patrare. Ergo demum Iulianum nactus Severus, hunc subornavit, ut delatoris vice fungeretur.

Plautianus tanta auctoritate publicas res gerebat, ut ipse imperator videretur ; et qui imperator erat, praefectus. Quare et Severus aliquando dixit, imperatorem optare ut ante Plautianum vita excederet: quidam vero etiam huic scribere ausus est, cum hac formula : ad quartum Caesarem.

Quum ei [Severo] multi a senatu honores decernerentur, paucos recepit, dicens malle se animis diligi quam decretis.

Dum Tyanis aegrotantem Plautianum Severus inviseret, illius milites haud admiserunt imperatoris comitatum in cubiculum, sed foris detinuerunt.

(a) Cod. γράψειν.

(1) Desideratur in Xiphilino.

(2) Variat magnopere Xiphilinus. Et quidem pro *Iuliano* scribit *Erucium Clarum*.

(3) Scilicet post Severum eiusque liberos Antoninum et Getam.

(4) Non habet hanc particulam Xiphilinus.

Digitized by Google

Cap. 15. Ὅτι καὶ δίκης | ἀκοῦσαι βουληθέντι τῷ Σεβήρῳ οὐδεὶς ὑπήκουσε, διὰ τὸ μὴ παρεῖναι | Πλαυτιανόν (1).

ANTΩNINOΣ KARAKAΛΛOΣ.

EX LIBRO LXXVII. 3. CII. 212.

CXII. Ὅτι Ἀντωνῖνος μετὰ τὴν ἀναίρεσιν Γέτα πρὸς τὸ συνέδριον (2) πολλὰ 20.
ἄτοπα εἰπὼν καὶ τοῦτο ἐφθέγξατο, ὅτι μᾶλλον μὲν μεθ' ὑμῶν ζῆν βούλομαι· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀνθ' ὑμῶν ἀποθανεῖν· καὶ πρωὶ | εἰς τὸ βουλευτήριον εἰσελθὼν παρεκάλει συγγνώμην, οὐχ' ὅτι τὸν ἀδελφὸν | ἀπέσφαξεν, ἀλλ' ὅτι βροντᾷ καὶ οὐ βούλεται δημηγορῆσαι.

Cap. 3. Ὅτι μέλλων | ἐξιέναι, πρὸς τῇ θύρᾳ ὑπεστράφη καὶ φησίν· ἀκούσατε μέγα 24.
πρᾶγμα, ἵνα πᾶσα οἰκουμένη χαρῇ· πάντες οἱ φυγόντες ὑφοτῳοῦν ἐγκλήμα|τι, πλὴν οἱ ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ μὲν θείου ὑμετέρου δὲ πατρὸς πεφυγαδευμένοι | εἶεν, εἰσελθέτωσαν· καὶ μέγα τι ἐνόμιζε ποιεῖν οὗτος κακούργους καὶ | φαυλοτάτους τῶν 28.
ἀνθρώπων εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανάγων.

Ὅτι Ἀντωνῖνος | Παπιανὸν καὶ Πατρώνιον (a), τῶν δορυφόρων ἐπί τισι κατηγορηθέντων | αὐτῶν (b), ἐπέτρεψεν ἀποκτεῖναι αὐτοῦ, εἰπὼν καὶεῖνο, ὅτι ἐγὼ ὑμῖν οὐκ | οὐκ ἐμαυτοῦ (c) ἄρχω. καὶ διὰ τοῦτο καὶ πείθομαι ὑμῖν καὶ ὡς κατ-
P. 309. ηγόροις καὶ ὡς ||| δικασταῖς (3).

Cap. 4. Ὅτι τῷ Παπιανὸν φονεύσαντι σφόδρα ἐπετίμησεν | οὐχ' ὅτι ἐφόνευσεν αὐ- 32.

Causam quoque audire Severus quum vellet, nemo morem ei gessit, quia Plautianus non intercrat.

ANTONINUS CARACALLA.

112. Antoninus post Getae caedem inter alia absurda in concione dicta, ait etiam, malle se cum illis vivere; sin minus, certe pro illis mori. Et mane curiam ingressus veniam rogabat, non quia fratrem occidisset, sed quia raucitatis causa concionari non posset.

Idem curia exiens in ipsis foribus conversus est, dixitque: audite rem magnam, qua orbis universus gaudeat: omnes quodvis ob crimen exules, iis exceptis qui a divo meo vestroque parente pulsi fuerunt, revertantur. Et magnum quid se fecisse putabat, dum maleficos homines ac scelestissimos Romam reducebat.

Antoninus Papianum atque Petronium, quos praetoriani criminum aliquot insimulabant, occidi permisit, dicens: ego vobis, milites, non ipsi mihi, impero: quam ob rem vobis et accusatoribus morem gero et iudicibus.

Idem Papiani interfectorem vehementer increpuit, non quod illum occidis-

(a) Lege Πετρώνιον. (b) Cod. αὐτόν. (c) Ita cod.

(1) Variat verbis Xiphilinus.

(2) Xiphilinus haec ait dicta apud milites a Caracalla.

(3) Caret hac narratione Xiphilinus. Et quidem videtur corruptus locus. Quare et dicere mallem: *vos mihi, milites, imperatis; non ego vobis: quam ob rem* etc.

Digitized by Google

τὸν, ἀλλ' ὅτι ἀξίνῃ αὐτὴ δίδωκεν (a) ⸂ οὐχὶ μᾶλλον ξίφει τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ⸃ ἀπέτεμεν.

CXIII. Ὅτι Ἀντωνῖνος οὕτω τὰ πάν|τα ἐλάμβανεν καὶ ζώντων καὶ τελευτώντων, Cap. 10.
4. ὥστε ⸂ ἐν Ῥωμαίοις ποτὲ | ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ συμβοῆσαι ἄλλά τε πολλὰ καὶ ὅτι ⸂ ζῶντας ἀπο|λοῦμεν (b) ἵνα ⸂ τελευτήσαντας θάψωμεν.

Ὅτι αὐτὸς ἔλεγε πολ|λάκις ὅτι οὐδένα ἄνθρωπον δεῖ ἀργύριον ἔχειν, Cap. 10.
πλὴν ἐμοῦ, ἵνα τοῖς στρατι|ώταις (c) χαρίζωμαι. Ὅτι Ἰουλίας δ' μητρὸς αὐτῷ ὀνειδι-
8. σάσης | αὐτῷ ὅτι πολλὰ τοῖς στρατιώταις δίδωσι, καὶ εἰπούσης ὅτι ἡμῖν οὔτε | δίκαιος οὔτε ἄδικος πόρος ὠφελέλειπται, τὸ ξίφος δείξας εἶπεν, | θάρσει μῆτερ· ἐφόσον τοῦτο ἔχομεν, χρυσίον ὑμᾶς οὐκ ἐπιλείψει. |

12. Ὅτι ὁ Ἰούλιος Παῦλος (d) ὑπατικὸς ἀνὴρ ψίθυρος καὶ σκωπτικὸς καὶ οὐδὲ | αὐτῷ τῷ αὐτοκρατόρων ἀπεχόμενος, ὃν καὶ ὁ Σεβῆρος φυλακῇ ἀ|δέσμῳ ὡδέδεσθαι δίδωκεν, ὡς δὲ ἐν φρουραῖς ὢν ἀπέσκωπτεν εἰς ⸂ βα|σιλεῖς· μεταπεμψάμενος ὁ Σεβῆρος ὤμνυ τὴν κεφαλὴν αὐτῆ ἐκτε|μεῖν· ὁ ᾗ ἀπεκρίνατο, ἐκτεμεῖν
16. αὐτὴν δύνασθαι, ἐφόσον ᾖ αὐτὴν ἔχω | οὔτε σὺ οὔτε ἐγὼ κατασχεῖν αὐτὴν δύναμαι· ὥστε γελάσαντα τὸν Σεβῆ|ρον ἀπολῦσαι αὐτόν (1). |

Ὅτι τὸν αὐτὸν Ἀντωνῖνος μεταπεμψάμε|νος ἐπέτρεψεν αὐτῷ γράψαι στίχους εἰς Cap. 11.
αὐτὸν· ὁ δὲ τεχνικῶς ἔσκωψεν· | εἶπεν γὰρ αὐτὸν ἐν παντὶ καιρῷ ἐοικέναι θυ-
20. μουμένῳ· καὶ τοῦτο μὲν ὡς | σκώπτων εἶπεν, ἐκεῖνον ᾗ σφόδρα ἐθεράπευσεν· ἤθελε γὰρ δεινὸς | καὶ ἄγριος ⸂ ἀπότομος ἀεὶ φαίνεσθαι· ⸂ διὰ τοῦτο αὐτῷ εἰ-| κοσι μυριάδας [ἐχαρίσατο (2)].

set, sed quia securi potius quam gladio caput abstulisset.

113. Antoninus adeo rem omnem tum viventium tum mortuorum sibi vindicabat, ut Romani aliquando in circo inter complura alia inclamaverint: nos vivos interficimus ut mortuos sepeliamus.

Idem saepe dicebat, oportere neminem mortalem habere pecuniam, praeter se, ut militibus gratificaretur. Quumque eum Iulia mater obiurgaret, quod multa militibus daret; diceretque nihil ambobus iusti aut iniusti reditus iam superesse; ille gladium ostendens bono, inquit, animo mater esto: nam quamdiu hunc habebimus, pecunia nos non destituet.

Iulium Paulum consularem virum, adeo maledicum et irrisorem, ut ne ab ipsis quidem imperatoribus temperaret (quem Severus in libera custodia habebat; quippe qui etiam intra praesidia principibus illudebat) vocavit ad se Severus, deieravitque se caput ei amputaturum. Cui ille respondit, posse id quidem ab eo amputari; sed quamdiu id ipsemet retineret, neque ab se neque a Severo posse cohiberi. Tum Severus in risum resolutus missum eum fecit.

Eidem Paulo Antoninus ad se vocato mandavit, ut carmina in ipsum scriberet. Ille autem artificiose iocatus est; dixit enim illum omni tempore similem esse furenti. Atque id sane per iocum dixit; ceteroquin Antonino valde adulatus est, qui terribilis semper et trux ac durus videri avebat. Atque ob id dictum decies sestertium ei largitus est.

(a) Ita cod. Sed recte Xiphilinus ὅτι ἀξίνῃ αὐτὸν ἐχρήσατο. (b) Cod. καλοῦμεν, *vocamus*. (c) Cod. τοὺς στρατιώτας. (d) Hic dicitur *Iunius Paulinus* apud Xiphilinum.

(1) Omisit hunc tractum universum Xiphilinus. (2) Verbum in codice omissum supplet nobis

Cap. 14. CXIIII. Ὅτι Ἀντωνῖνος κ᾽ Ἀλβαννῶν (a) ὀξορμήσας | χρήμασι τ᾽ δοκοῦσαν νίκλω ἐρίατο · ἔλαβε γ᾽ κ᾽ γυναῖκας αἰχμα|λώτες, ἐν αἷς αἱ γυναῖκες ἐθαυμάσθη- 2 f.
σαν · πυθομένε γὸ αὐτ᾽ πό|τερον πραθῆναι ἢ φονΔθῆναι βούλονται, ἐκεῖναι φονΔθῆναι ἐπελέ|ξαντο · ὡς γ᾽ ἐπράθησαν, αἱ πολλαὶ ἑαυτὰς ἀπέσφαξαν. |

Ὅτι Ἀντωνῖνος πᾶσιν ἐπετίμα Ϛ ἐνεκάλει ὅτι οὐδὲν αὐτ᾽ ἤτεν · Ϛ ἔλε- 28.
γε πρὸς πάντας, δ᾽ῆλόν ὄξιν ὅτι οὐ θαῤῥεῖτε μοι ἐξ ὧν μὴ αἰτεῖτε με · εἰ | γ᾽ μὴ θαῤῥεῖτε, ὑποπτεύετέ με · εἰ δὲ ὑποπτεύετε, φοβεῖσθε · εἰ γ᾽ φοβεῖ|σθε, μισεῖτε · ταῦτα δὲ πρόφασιν ἐπιβελῆς ἐποιεῖτο (1). |

P. 310. Ὅτι Ἀντωνῖνος Κορνιφικίαν μέλλων ἀναιρεῖν, ὡς δ᾽ῆθεν τιμῷ ἐκέ|λευσεν 32.
αὐτὼ ἑλέσθαι θάνατον ὃν βούλεται ἀποθανεῖν. ἡ δὲ κλαύσασα πολλὰ, κ᾽ μνησθεῖσα τ᾽ πᾳρὸς Μάρκε κ᾽ τ᾽ πάππε Ἀντωνίνε κ᾽ τ᾽ ἀδ᾽ῆροῦ Κομόδε, τέλος ἐπήγαγε ταῦτα, ὦ δυσυχὲς ψυχίδιον ἐν πονήρῳ (b) | σώματι καθειργ-
μένον, ἔξιθι, ἐλΔθέρωθητι, δεῖξον αὐτοῖς ὅτι Μάρ|κε θυγάτηρ εἶ, κἂν μὴ 4.
θέλωσιν · κ᾽ ἀποθεμένη πάντα τ᾽ κόσμον ὃν πε|ριεβέβλητο, κ᾽ εὐθετήσασα ἑαυτὼ, τὰς φλέβας ἀπέτεμε κ᾽ ἀπέθανεν (2). |

CXV. Ὅτι εἰς Πέργαμον ὁ Ἀντωνῖνος ἐλθὼν καί τινων ἀμφισβη-
τούντων | ἔδοξεν ἔκ τινος μαντείε ἔπος τοιοῦτον φωνῆφέρειν, 8.

Τηλεφίης γαίης | ἐπιβήσεται αὐσόνιος θήρ.

Καὶ ὅτι μὲν θὴρ ἐπεκλήθη, ἔχαιρε κ᾽ ἐσεμνύνε|το, κ᾽ πολλοὺς πάνυ

11 f. Antoninus contra Albanos expeditione suscepta fictam victoriam pecunia emit. Captivas etiam cepit mulieres, quae admirationem commoverunt. Nam eo rogante utrum vendi an occidi mallent, illae occidi se malle dixerunt: quumque fuissent venditae, pleraeque sibi manus attulerunt.

Antoninus omnes increpabat atque arguebat, quod nihil a se postularent: passimque dicebat, satis constare quod ei non confiderent, quandoquidem nihil rogabant: quod si, aiebat, non confiditis, suspectum me habetis; si suspiciosi estis, timetis; si timetis, invisus vobis sum. Atque hos praetextus coniurationum nectebat.

Antoninus decreta Cornificiae nece, honoris veluti causa, iussit eam quam vellet mortem praeoptare. Illa autem diu flens, patremque Marcum et avum Antoninum fratremque Commodum memorans, ad extremum haec addidit: o infelix animula aegro in corpore clausa, egredere, libertatem adipiscere; ostende his, etiamsi nolint, te Marco esse prognatam. Tum omni ornatu deposito, seque ipsa neci accommodans, venis incisis obiit.

115. Quo tempore Antoninus Pergamum venit, diffamatus est hic versiculus incerto auctore, adeoque visus ex aliquo oraculo editus:

Ad telephiam regionem conscendet ausonia fera.

Et Antoninus quidem dici se feram gaudebat atque gloriabatur, multosque

(a) Ita cod. cum duplici ν. Immo vero scribendum est cum Xiphil. Ἀλαμβαννῶν. vel potius Ἀλαμαννῶν. (b) Cod. πονηρῷ.

Xiphilinus: quamquam is aliis fere verbis rem narrat.

(1) Non habet hunc locum Xiphilinus.

(2) Hanc insignem narrationem prorsus non agnovit vel certe omisit Xiphilinus. Marci anum filiam a Caracalla fuisse occisam (quia Getae necem apud huius matrem defleverat) dixerat tribus verbis Herodianus hist. IV. 11. Deinde Fronto in vaticano codice nuper a me repertus, Cornificiam inter Marci filias recensuerat (epist. ad Marc. ang. l. 1.) Nunc vero vaticanus item codex Cornificiae necem flebili admodum Dionis stilo descriptam nobis exhibet.

Digitized by Google

ἀθρόως ἀνεῖλεν · ὁ δὲ τὸ ἔπος ποιήσας ἐγέλα καὶ ἔλεγεν, ὅτι αὐτὸς τὸ ἔπος
12. ἐποίησεν · ἐπιδεικνύμενος ὅτι ψεύδομαι πεπρωμέ|νων οὐκ ἄν τις ἀποθάνῃ · ἀλλ' ἔστιν ἀληθὲς τὸ δημῶδες, ὅτι ψεῦσαι καὶ | ἀπατεῶνες οὐδ' ἂν ἀληθὲς εἴπωσί ποτε πιστεύονται (1).

Ὅτι Ἀντωνῖ|νος τὰς κατ' αὐτὸν λοιδορίας εἰς οὐδὲν τιθέμενος, εἶπεν ὅτι οἴδαμεν | ὅτι οὐκ ἀρέσκει ταῦτα ὑμῖν · διὰ τοῦτο μέν τοι καὶ ὅπλα καὶ σῖτα-
16. τώτας ἔχω, | ἵνα μὴ ὑπὸ σῖτολόγων ὑμῶν λογοποιουμένων. Cil. 216. Cap. 20.

Ὅτι τὸν Ἀλεξανδρέ|ων ἐργολάβων (a) παμπληθεῖς ὁ Ἀντωνῖνος θανατώτας, τῇ βουλῇ ἔγραψεν, ὅτι οὐδὲν διαφέρει πόσον σφῶν ἐτεύτησαν, πάντες γὰρ τοῦ-το | παθεῖν ἄξιοι ἦσαν. Cap. 22.

MAKPINOΣ.

CXVI. Οτι ὁ δῆμος ὅτε Μακρίνου πρὸς τὸν Δία εἶπον (b) | ὡς κύριος (2) ὠργίσθης, ὡς πατὴρ ἐλέησον ἡμᾶς · οἱ δὲ βουλευταὶ ἀναστάντες | μετὰ πολ- EX LIBRO LXXVIII. 19. Cil. 217.
20. λῆς δήθεν ἡδονῆς ἑλληνιστὶ ἐκραξαν, οὐὰ καλή σοι ἡμέρα σήμερον | σήμερον, οὐὰ

subitanea strage sustulit. Interim vero versiculi auctor ridebat, atque a se editum confitebatur; aiebatque insuper neminem praeter fatum mori. Sed enim veridicum est populare effatum, mendaces ac deceptores, etiam forte veraciter aliquando loquantur, fide tamen publica iam excidisse.

Antoninus convicia in se iactata flocci faciens aiebat: novi equidem acta mea vobis non placere: atque ob eam rem arma et milites habeo, ne videlicet metuam sermunculorum auctores.

Antoninus plurimis alexandrinis operum redemptoribus interfectis, scrip it ad senatum, nihil interesse quotnam eorum periissent; cunctos enim eo fato dignos fuisse.

MACRINUS.

116. Populus, regnante Macrino, Iovem sic adloquebatur: ut dominus iratus es; ut pater, nostri miserere. Senatores autem consurgentes cum magna videlicet voluptate graece clamabant: vah laeta tibi hodierna dies! vah praecla-

(a) Xiphilinus πολιτῶν *civium*. (b) In cod. ursiniano ante εἶπον est ο non α. Atqui cclogario fidendum est. Post εἶπον autem est ὅτι.

(1) Universa narratio haec inedita videtur.

(2) Saepe mihi contigit ut antiquorum codicum atque auctorum vices mirarer. Ecce enim in vaticana quoque bibliotheca duo sunt codices praestantissimi, qui invicem hoc certe in loco opem ferunt atque persanant. Notissimus est vaticanus ille MCCLXXXVIII, ex quo olim Fulvius Ursinus, possessor eius, duorum Dionis librorum LXXVIII. et LXXIX reliquias egregias edidit, quas deinde recudit Falconius, postremoque Reimarus in suam praestantem editionem retulit, non sine codicis excuso in aere specimine. Iam codicem illum ursinianum, nunc vaticanum, uncialibus, litteris scriptum, tredecim tantum constare foliis, seu paginis viginti sex, cuique inspicienti exploratum est. Illud quoque critici iamdiu docuerunt, paginam unamquamque in tria distributam esse latercula; sed ita singulis paginas fuisse attonsas, ut lateroulum tertium extimum diffissum ubique dimidiatumque sit. Nunc ergo palimpsesti vaticani a me nuper detecti fragmentum hoc incidit in codicis ursiniani paginam decimam, immo in ipsum eius laterculum extimum, quod ut dixi diffissum hiansque est; eiusque supplet particulas aliquot; tum pergit porro usque ad medium paginae sequentis laterculum, quod ubique integrum est. Vaticanum laterculum legere licet apud Reimarum LXXVIII. 19. p. 1327. in ora libri extima, itemque in sequente. Casus hic, inquam, tum quia fortuitus est, habet admirationem; tum quia denique vaticana excerpta ad Dionem auctorem refert, nullam non exhibet utilitatem.

Digitized by Google

καλῶν βασιλέων, βουλόμενοι τὸ δῆμον ἐφ' ἑαυτοῖς ἐφέλκυσαι· οἱ δὲ οὐδὲ τῇ βουλῇ ἠδέσθησαν, ἀλλ' εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας (a) | διέτεινον [καὶ ἐβόων (b)] οὗτος ἔστιν ὁ Ῥωμαίων Αὔγουστος (1), τὸν θεὸν ὑποδεικνύντες (c)· τοῦτον | ἔχοντες 2 †
πάντα ἔχομεν· οὕτως οἱ ἄνθρωποι καὶ τὸ κρεῖττον αἱρεῖσθαι, καὶ τὸ χεῖρον καταφρονεῖν ἐοίκασιν.

Cap. 24. Ὅτι ἡ Ἰουλία ἡ Σευήρου γυνὴ ἐξ εὐτελεστάτων ὅπως τοσοῦτον ὕψος ἀρθεῖσα, καὶ ἐλεεινῶς τελευτήσασα, ἔδειξε τὸ ἀβέβαιον (2) τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς.

ΗΛΙΟΓΑΒΑΛΟΣ.

EX LIBRO LXXIX. CXVII. Ὅτι ὁ Ψευδαντωνῖνος (3) ὑπὸ στρατιωτῶν κατεφρονήθη καὶ ἀνῃρέθη· ὅταν γὰρ ἐθιστῶσί τινες, καὶ ταῦτα ὡπλισμένοι, καταφρονεῖν τῶν κρατούντων, οὐδένα ἂν ὅρον ἔχ | ουσίας ὅπως τὸ πράττειν ἃ βούλονται ποιοῦνται· ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ | δόντος ταύτῃ ὁπλίζονται. 28.

P. 323. Ὅτι ποτὲ ὁ αὐτὸς τοῦτο εἶπεν ||| ὅτι οὐδὲν δέομαι ὀνομάτων ἐκ πολέ- 32.
μου καὶ αἵματος· ἀρκεῖ γάρ μοι καὶ εὐσεβὴς | καὶ εὐτυχὴς παρ' ὑμῶν καλεῖσθαι.

Ὅτι Ψευδαντωνῖνος ἐπαινούμενος | ποτὲ ὑφ' ὧν βουλῆς εἶπεν, ὅτι

ri imperatores! conabantur scilicet populum ad sui exemplum convertere: verumtamen hic, nulla senatus ratione habita, in caelum manus tollebat; hic est, dicens, Romanorum Augustus; videlicet demonstrans Deum. Adeo videntur homines, peioribus contemptis, meliora seligere!

Iulia Severi uxor ex infima conditione ad tantum culmen evecta: mox miserrime extincta, demonstravit humanae vitae inconstantiam.

HELIOGABALUS.

117. Falsus Antoninus a militibus spretus fuit atque interfectus. Siquando enim nonnulli assuescunt, praesertim si armati, dominos suos spernere, nullum finem praepotentiae faciunt, donec votum suum consequantur; immo his viribus contra eos, qui dederunt, armantur.

Idem aliquando dixit; nihil sibi opus esse titulis ex bello et cruore acquisitis; sed sibi sufficere pio ac felici a suis vocari.

Falsus Antoninus in senatu laudatus, ait: vos sane me diligitis, et per

(a) Omittitur versiculus apud Reimarum . . τὰς χεῖρας ὤνε . . Est enim Reimari hoc loco textus vitiosissimus. (b) In palimpsesto omittitur καὶ ἐβόων; quod est in codice ursiniano; quamquam male scribitur apud Reimarum καὶ βοῶντες αὐτοί, pro ἐβόων ἰδού, ut habet codex ursin. (c) Verba τὸν θεὸν ὑποδεικνύντες absunt a cod. ursiniano. Quin in consequentibus quoque verbis cum eclogario non satis consentit ille codex.

(1) Hinc illa manet in iudaicis synagogae precibus frequens acclamatio אל מלך *Deus rex*.

(2) Sententia eclogarii est ex longioribus Dionis verbis contracta.

(3) Sequentia de Heliogabali rebus gestis excerpta prorsus absunt a Dionis reliquiis editis. Nihil vero, aut prope nihil, eclogarius constantinianus excerpsit ex Alexandri Severi rebus, in cuius regnantis anno octavo desivit Dionis historia.

Digitized by Google

ὑμεῖς μὲν ἀγαπᾶτε με καὶ τὴν Δίαν καὶ | ὁ δῆμος καὶ τὰ ἔξω στρατοπέδα· τοῖς δὲ
4. δορυφόροις οἷς τοσαῦτα (a) δίδωμι, οὐκ ἀρέσκω.

Ὅτι τινῶν συνηγορούντων τῷ Ψευδαντωνίνῳ καὶ εἰπόν|των ὡς εὐτυχὴς εἴη τῷ υἱῷ συνυπατεύων, ἔφη· εὐτυχέστερος ἔσομαι κἀγὼ τὴν ἐξῆς ἐκείνῃ μὴ γνησίᾳ υἱοῦ μέλλων ὑπατεύειν.

8. Κοῦφος μὲν | γὰρ πᾶς ὄχλος πρὸς τὰ καινοτομούμενα· ὁ δὲ δῆμος τῶν Ῥωμαίων διά | τε τὸ πλῆθος καὶ τὴν ποικιλίαν τῶν συγκλύδων ἀνθρώπων τῶν εἰς αὐτὴν συνιόν|των, ῥᾷον τῶν ἄλλων ἐπαίρεται, καὶ μετ' εὐχερείας πρὸς τὰ ἄτοπα ῥέπει (1).

Iovem populus, et quidquid hominum extra castra est: praetorianis vero, quibus tanta largior, non placeo.

Nonnullis plaudentibus falso Antonino felicemque ipsum dicentibus, quod cum filio collega consulatum gereret; anno postero, inquit, felicior ero, qui cum legitimo filio consul futurus sum.

Levis est ad nova quaevis turba plebeiorum. Populus autem romanus propter multitudinem varietatemque qui ei admiscentur convenarum, facilius adhuc permovetur, prompteque ad absurda consilia convolat.

(a) Cod. ταῦτα.

(1) Fragmentum hoc utrum Dionis sit, et de inconstantia Romanorum sub Heliogabalo vel Alexandro loquatur; an potius ex historico anonymo post Dionem capiatur, ignoro equidem; atque hoc interim loco, tamquam excerptorum Dionis clausulam esse sino.

Digitized by Google

ΜΕΤΑ ΔΙΩΝΑ

ΕΚΛΟΓΑΙ ΕΩΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ(1).

ΒΑΛΕΡΙΑΝΟΣ.

CH. 254. CXVIII. Ὅτι ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς μετὰ Μαριάδνου πρὸ τῆς πόλεως Ἀντιοχείας | ὡς εἴκοσι σταδίους στρατοπεδεύεται· καὶ οἱ μὲν φρόνιμοι ἔφυγον τῆς πόλε|ως, τὸ 12.
δὲ πολὺ πλῆθος ἔμεινεν· τοῦτο μὲν φιλοῦντες τὸ Μαριάδνῳ, | τοῦτο δὲ καὶ τοῖς καινισμοῖς χαίροντες, ὅπερ ὑπὸ ἀνοίας πάσχειν εἰώθασι (2).

ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΣ.

CH. 254. Ὅτι Αἰμιλιανὸς ἀναγορευθεὶς βασιλεὺς ἔγραφε πρὸς τὴν σύγκλητον, ὅτι | 16.
τὴν βασιλείαν ὑμῖν καταλιμπάνω, κἀγὼ ὁ στρατηγὸς ὑμέτερος παντα|χοῦ ἀγωνίζομαι (3).

POST DIONEM EXCERPTA EX ANONYMO USQUE AD CONSTANTINUM.

VALERIANUS.

118. Persarum rex cum Mariadno ab urbe Antiochia stadiis ferme viginti castramentatus est. Tum prudentior quisque civis urbe se subduxit; plebs tamen permulta mansit, partim Mariadno gratificans, partim rebus novis delectata, qui mos stultitiae popularis est.

AEMILIANUS.

Aemilianus sumpta purpura ita scripsit ad senatum: regnum quidem vobis permitto; ego vero ubique terrarum imperator vester bella gero.

(1) Nuspiam in codice apparet quisnam hic sit historicus, cuius excerpta facit eclogarius post Dionem. Ego tamen valde suspicor, Iohannem esse antiochenum, cuius reapse historici archaeologiam compilat Porphyrogeniti eclogarius in codice peiresciano, quem Valesius edidit. Certe homo christianus est, ut in Diocletiani rebus cognoscitur.

(2) Antiochiam sub Valeriano et Gallieno captam a Sapore persa aiunt Trebellius trig. tyran. cap. II; Zosimus lib. III. 32; Ammianus XXIII. 5. Libanius non semel. Io. autem Malala lib. XII. ait rem contigisse anno aerae antiochenae CCCXIV, qui observante Chilmeado incidit in duodecimum Gallieni annum. Atqui vaticanus historicus paulo ante id tempus rem narrare videtur; quandoquidem Aemiliani regnum mox subsequitur. Ad Mariadnum quod adtinet (quem Ammianus scribit *Mareaden*, Malala *Mariaden*) is civis erat antiochenus, qui ob interversam pecuniam publicam urbe expulsus, atque ad Persas profectus, Saporem inde excivit ad excidium patriae; a quo tamen postea rege ob odium eius proditionis vivus exustus vel capite minutus fuit. Ammian. et Malal. loc. cit.

(3) Aemiliani duo purpuram usurparunt, alter

Digitized by Google

ΓΑΛΙΕΝΟΣ.

Ὅτι Μακρῖνος (a) κόμης τῶν θησαυρῶν καὶ ἐφεσὼς | τῇ ἀγορᾷ τῆς σίτου, ἐπειδὴ καὶ τὸ ἕνα πόδα ἐπεπήρωτο (1), οὐχ' εὑρέθη ἐν τῷ πολέμῳ ἀλλ' ἐν Σαμοσάτοις, καὶ ἀπεδέχετο αὐτὸν στρατιώτας καὶ ἀνεκτᾶτο· ὁ δὲ | Σαπώρης πέμπει Κλεδόνιον ἄνδρα αὐτῶν δικαστὰς εἰσάγοντα τῷ βασι|λεῖ, ὃς προέξεστε Μακρῖνον ἐλθεῖν πρὸς Βαλλεριανόν· ὁ δὲ οὐχ' εἵλετο | ἀπιθεῖν (2), λέγων τίς τοσοῦτον μαίνεται ὥστε ἑκὼν ἀντ' ἐλευθέρου δοῦ|λος καὶ αἰχμάλωτος γενέσθαι; ἄλλως τε καὶ οἱ προσάττοντες ἀπιθεῖν οὐκ εἰ|σί μου κύριοι· ὁ μὲν γὰρ πολέμιός ἐστιν, ὁ δὲ οὐδὲ ἑαυτῷ δεσπόζει, οὐχ' ὅπως ἡμῖν· καὶ παρήνει καὶ τῷ Κλεδονίῳ μένειν, καὶ μὴ ἐπανιθεῖν πρὸς Βαλ|λεριανόν· ὁ δὲ ἔφη, μὴ προδιδόναι τὴν πίστιν τὴν γνωμένην αὐτοῦ δεσπό|του· καὶ ἐπανιθὼν κατεχέθη μετὰ τῶν αἰχμαλώτων.

GALLIENUS.

Macrinus fisci comes et annonae praefectus quia pede mutilatus erat, non est in proelio conspectus; sed Samosatis expectavit milites ac recepit. Sapor autem misit Cledonium, virum iudicibus ad imperatorem introducendis praepositum, qui Macrinum adhortaretur ut venirent ad Valerianum. Is autem negavit se iturum, quia nemo ita insanit, ut libertati servitutem praeponat. Praeterea qui me, inquit, accersunt, nequaquam domini mei sunt: alter quippe est hostis; alter ne sui quidem ipsius nedum nostri dominus est. Quare auctor erat Cledonio ut ipse quoque maneret, neque ad Valerianum rediret. At enim hic negavit, fidem se eius falsurum qui dominus aliquando sibi fuisset; reversusque, cum aliis illic captivis retentus est.

(a) Variat scriptura apud Eusebium hist. eccl. VII. 10. Μακρῖνος et Μακριανός, ut communius scribitur. Zonaras autem XII. 24. dicit *Macrinum* patrem, filium vero *Macrianum*, si sana scriptura est. Zosimus aliique codices constanter *Macrinum* habent pro *Macriano*, ut etiam Trebellius.

quidem in Moesia sub Gallo et Volusiano an. Christi CCLIIII (Victor de Caes. cap. XXXI; Eutrop. lib. IX. 5.;) alter in Aegypto sub Gallieno (Trebell. trig. tyr. cap. XXI.) de quo multa dicit s. Dionysius alex. apud Euseb. hist. eccl. VII. 11. Sine dubio autem loquitur historicus de priore Aemiliano; nam et Zonaras XII. 22 easdem litteras huius commemorat ad senatum, quas eclogarius vaticanus. Quarto regni mense periit Aemilianus ille prior apud Spoletium (Victor epitom. cap. XXXI) qua in urbe natus est Leo XII. P. M. qui nunc romanae urbis atque ditionis feliciter imperium obtinet.

(1) Hanc Macrini infirmitatem memorat etiam Zonaras XII. 24, nec non Eusebius hist. VII. 10.

(2) Hinc apud Eusebium hist. VII. 23 dicitur proditor Valeriani Macrinus. Reapse autem non ivit ad Persas Macrinus, quia imperium affectabat, ut aiunt praedicti historici, et Trebellius trig. tyr. cap. XI.

Digitized by Google

ΓΑΛΙΗΝΟΣ ΚΑΙ ΜΕΜΩΡ.

CXVIIII. Ὅτι Μέμωρ | μαυρούσιος (1) πεμφθεὶς ἐπὶ συλλογῇ καρπῶν, 28.
καινῶν πραγμάτων ἐπε|θύμησεν, κὴ σπουδῇ ὑπὸ τῆς στρατιωτῆς ἀναιρεῖται·
οἱ δ' ἄρχοντες ἐμέμ|φοντο ὡς ἀδίκως αὐτὸ ἀναιρεθέντα· κὴ Θεόδοτος (2) κε-
λευσθεὶς ἀπολογή|σασθαι εἶπεν, ὅτι οὐκ ἦν πολλῆς ἄξιος καταγνώσεως Μέ-
μωρ, ὡς ἀδυν|άτοις ἐπιχειρῶν ὁ ἔχων τοσούτων ἀρχόντων πεῖραν καὶ δύνα- 32.
P. 234. μιν, || ἀλλ' ἐκεῖνος κὴ οἱ σὺν αὐτῷ δι' ἐμῆς σπουδῆς κὴ βασιλικῆς προ-
νοίας | τοῦ σκοποῦ διήμαρτον· ἡσθεὶς ὁ βασιλεὺς τῇ ἀπολογίᾳ ἐκέλευσεν |
ὑπὲρ Μέμορος μηδένα φεύγεσθαι.

Ὅτι οἱ φαύλως ἀναχθέντες | ἄνθρωποι οὐκ εἰώθασι βεβαίως τὰς φι- 4.
λίας φυλάττειν, ἀλλ' ἐκ μικρῶν προ|φάσεων μεταβάλλονται.

ΓΑΛΙΗΝΟΣ ΚΑΙ ΙΝΓΕΝΟΥΟΣ.

CII. 261. CXX. Ὅτι ἡ τοῦ Γαλιηνοῦ γαμετὴ τοῦ βασιλέ|ως (3) ἀπηρέσθη τῷ προσώπῳ
Ἰνγενούε, κὴ μεταπεμ|ψαμένη Βαλεντῖ|νον (4) εἶπεν αὐτῷ ὅτι ἐγὼ τὴν προαίρε-

GALLIENUS ET MEMOR.

119. Memor maurus ad frumentandum missus, novas res moliri coepit; statimque a militibus occisus fuit. Sed quum centuriones inique illum occisum quererentur; Theodotus causam dicere iussus ait: non admodum fuisse damnabilem Memorem, ceu si rem impossibilem adgressus fuisset, quandoquidem tot centurionum tutela et viribus fulciebatur: nihilo tamen minus et ille et conscii eius mea, inquit, diligentia nec non regia providentia a proposito suo depulsi fuerunt. Delectatus hac defensione imperator, vetuit quemquam Memoris causa in exilium mitti.

Homines sine recto consilio conspirantes haud solent firmiter amicitiam tueri, sed levibus de causis mutantur.

GALLIENUS ET INGENUUS.

120. Gallieni imperatoris uxor vultu Ingenui offensa est; vocatoque ad se Valentino, animum quidem, inquit, tuum probe compertum habeo, atque imperatoris de

(1) Memor hic maurus addendus est tot illis, qui sub Gallieno, imperium affectaverunt hominibus. Ego vero quum apud Zosimum l. 38 legerem, ut est in editionibus, a Cecrope mauro adfectatam sub Gallieno tyrannidem, statim consului insignem Zosimi codicem vaticanum saeculi X, ibique p. 13. b. non *Cecropem* sed *Memorem* admirabundus legi: ἀπανασταάντων αὐτῷ Μέμορός τε μαυρουσίου καὶ Λύριόλου καὶ Ἀντωνίνου etc. Corrigatur itaque flagitiosum in Zosimi editionibus mendum, a quo tyrannorum historia usque ad hanc diem pessum dabatur. Librorum quoque distributio diversa est in vaticano codice; qui praeterea neque in fine libri primi, neque in historiae extremitate lacunas illas explet, quae Zosimum hiantem faciunt. Atque ego de priore certe lacuna nihil desinio; ibi enim in codice vat. scripturae antiquiori succedit paulo recentior, saeculi nempe XII; quare fieri potest ut ea iam aetate Zosimus defectu laboraverit. Denique codex vaticanus habet hac illac in margine scholia aliquot christiani hominis, qui Zosimum ethnicum pro re nata obiurgat.

(2) Theodoto duci profligandum commisit in Aegypto Aemilianum Gallienus. Trebell. tyr. cap. XXI.

(3) Gallieni uxorem secutam esse imperatorem virum in castra, ibique de libertate etiam aliquando periclitatam tradit Zonaras XII. 25.

(4) Valentinus sub Gallieno dux aut praefectus

Digitized by Google

σιν οἶδα· τ̃ ἢ βασιλέα ἐ|πὶ μὲν τῇ σῇ ἅπλογῇ ἐπαινῶ, ὅπ᾽ ἢ τῇ Ἰνγβυσύᵘ οὐκ ἐπαινῶ· ἐν πολ|λῇ γάρ μοι ὑπονοίᾳ ἔστιν· ἀλλ᾽ ἀντιπρᾶξαι τῷ βασ.λεῖ οὐ δύναμαι· ἀλλὰ | σὺ ὅπτήρει τ̃ ἄνδρα· ἀποκρίνεται Βαλεντῖνος, ὅτι γένοιτο μὲν κ̀ Ἰνγέ|νεον γνήσιον ὦ᾽ι τὼ δηλείαν ὑμῖν ὀφθῆναι· ἐπεὶ τὸ ἐν ἐμοὶ οὐ|κ ἂν ὦδαλείφω τί ἧ εἰς εὔνοιαν ὁρώντων τ̃ ὑμετέρᵠ οἴκᵠ. |

12. Ὅτι ἐν τῷ κ̀ Ἰνγένεον (a) πολέμῳ πολλοὶ κ̀ τέκνα κ̀ γονεῖς κ̀ ἀδ᾽γ|φοὺς | ἀνεῖλον (1), ὅπ᾽ τοσοῦτον ὥσ|έ τινα κατασχεῖν ἴδιον ἀδ᾽γὸν ὦδα᾽ Γα|λιηνῷ | κ̀ εἰπεῖν· ὦ βασιλεῦ οὗτος ἀδ᾽γός ἐμός ὅστι, κ̀ ἐν τῷ πολέμῳ κατ-
16. ἔσχον | αὐτόν· ὁ δὲ νομίσας ὅτι ὦδαιτήσαδαι αὐτ̃ βούλεται, κ̀ ἀπεδέ|ξατο κ̀ ἐπήνεσεν, κ̀ ὑπέσχετο πολλὰ δώσειν, ἔ τὼ ἁμαρτίαν τ̃ τυραν|νί-δος συγχωρεῖν· τ̃ ἢ εἰπεῖν, ὅτι οὐ χρὴ τ̃ ἅπαξ ἀντάραντα ὅπλα | βασι-λέως ζῆσαι, κ̀ τῷ ξίφει ἀνεῖλεν (b) αὐτόν· ὁ ἢ Γαλιηνὸς ἠγανά|κτησε μὲν, πλὴν
20. δ᾽γ᾽ τὸ ἀδόκητον τ̃ πραγμάτων σωεχώρησεν. |

CXXI. Ὅτι Κλαύδιος (2) ἔτυχεν τ̃ωθεὶς εἰς τ̃ ἀστράγαλον, ἔ μ̃ πολλ̃ς σπυδ̃ς | ὁ βασιλεὺς ὦε᾽ αὐτ̃ ἐπυνθάνετο· εἷς οὖν τ̃ στρατιωτ̃ εἶπεν | ὅτι ὡς Ἀχιλλεὺς πολεμήσας γμναίως ἐτρώθη, ἔ ἐν τῷ καταγωγίῳ τῷ ἑαυτ̃
24. ὅστι θεραπδόμενος· ὥστε τ̃ βασιλέα εἰπεῖν, ὅτι εἰκότ|ως ἔ εἰς τ̃ ἀστράγαλον ἐτρώθη.

te iudicium laudo; non item quod Ingenuum elegerit, quia hic mihi valde suspectus est. Ceteroquin imperatori resistere nequeo; sed tu hominem observa. Respondit Valentinus: utinam Ingenuus in obsequio vestro fidelis deprehendatur! Ego certe, quantum in me est, nihil praetermittam quod ad meam comprobandam erga vestram domum benivolentiam spectet.

In bello adversus Ingenuum multi filios, parentes, fratresque occiderunt; in tantum ut quidam fratrem manu tenens Gallieno se stiterit dicens: hic meus, o imperator, frater est, quem bello cepi. Gallienus existimans velle hunc pro eo deprecari, admisit hominem commendavitque, et multa se daturum promisit; tum et de laesae maiestatis crimine absolvebat. Sed ille contra ait: non oportere eum vivere qui semel arma adversus imperatorem tulisset; gladioque eum transfodit. Facinus moleste tulit Gallienus, sed tamen ob inopinum rerum eventum, id ratum habuit.

121. Claudius vulneratus in talo, sollicite de hac re praesentes rogabat. Tum miles quidam ait, Achillem quoque qui fortiter pugnaverat sic esse vulneratum atque in suo tentorio curatum: quamobrem dixit imperator se congruenter in talo fuisse vulneratum.

(a) Ita cod. non Ἰνγενούων. (b) Coi. ἀνελεῖν.

haud scio an antehac notus; nisi forte idem est homo, quem Trebellius in Gall. cap. II. appellat *Valentem*.

(1) Belli huius saevitiem immanem arguere licet etiam ex epistula furiali Gallieni, quam recitat Trebellius in Ingenuo seu trig. tyr. cap. VIII.

(2) Claudium Gallieni rebus admiscet etiam Trebellius in Gall. cap. V: *Gothi et Clodius, de quo dictum est superius* (sed is locus Trebellii periit) *occupatis Thraciis Macedoniam vastarunt, Thessalonicam obsederunt* etc. *quae omnia contemptu Gallieni fiebant*. Ergo hoc in bello Claudius vulnus accepit.

Digitized by Google

ΓΑΛΙΗΝΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΤΟΥΜΟΣ.

Ὅτι Γαλιηνὸς ὁ βασιλεὺς | πρὸς Πόσομον αὐτοκράτορα ἀναγορευθέντα πέμπει πρεσβευτὰς | οὓς ὑπισαμένους τὰ γενόμενα παρ' αὐτῷ καὶ ἐροῦντας αὐτῷ ὅτι | χρὴ τὰ ὅπλα καταλαβόντας ἡσυχάζειν · ἀλλὰ συγχώρησόν μοι εἰσελθεῖν ἵνα διακριθῶμεν · καὶ ὁ κρείττων, βασιλεύς · ὁ δὲ ἀντεδήλωσεν · ὅτι 28.
οὐδὲ συγχωρῶ σοι ποτὲ ἑκὼν παρελθεῖν τὰς Ἄλπεις (1), οὔτε εἰς τοιαύτην ἀνάγκην εὔχομαι καταστῆναι ἵνα Ρωμαίοις πολεμήσω· Γαλιηνὸς δὲ πέμπει πρὸς
P. 327. αὐτόν · οὐκοῦν ἀμφότεροι μονομαχήσωμεν ἵνα μὴ Ῥωμαῖοι ἀπόλωνται · ὁ δὲ ἀντεδήλωσεν, ἐγὼ οὔτε μονομάχος εἰμὶ οὔτ' ἔγεγονα ποτέ · ἀλλ' ἀπολλυμέ- 32.
νας τὰς ἐπαρχίας | ταύτας ὑπὸ σοῦ ταχθεὶς διεσώζειν, ἔσωσα · καὶ ὑπὸ σοῦ Γάλλων ἠρέθην | βασιλεύς · καὶ ἀρκοῦμαι τούτων ἄρχειν ἃ ἐκεκτήμην με ἑλομένων · | καὶ εἴ τι δύναμαι τῇ βουλῇ τῇ ἐμαυτοῦ καὶ τῇ δυνάμει, τούτοις 4.
βοηθῶ. |

ΟΔΕΝΑΘΟΙ ΔΥΟ.

CXXII. Ὅτι ὁ Ὀδέναθον τὸν παλαιὸν (2) Ῥωφῖνος ἀναιρεῖ ὡς νεωτέροις ἐπιχειροῦντα πράγμασιν · κατηγόρει δὲ ὁ νέος Ὀδέναθος Ῥωφίνου | ὡς φονεύσαντα 8.

GALLIENUS ET POSTHUMUS.

Gallienus imperator ad Posthumum, qui purpuram sumpserat, misit homines qui res quae ab eo gererentur rescirent, dicerentque opus esse ut ii, qui munita loca occupaverant armis abstinerent. Rogabat etiam ut sibi ingressum in Gallias concederet, ut bello inter se decernerent; nempe ut is qui superior discederet, postea regnaret. Respondit Posthumus, neque te sponte sino Alpes transgredi, neque in eam necessitatem venire me opto, ut cum Romanis pugnem. Gallienus missis denuo legatis aiebat: igitur ambo singulari inter nos pugna certemus, ne Romanorum caedes fiat. Ille rursus respondit: neque ego nunc neque unquam gladiator fui; verum has provincias, quarum salus mihi a te commissa fuerat, servavi: a Gallis autem electus sum imperator. Porro mihi satis est, si his imperem, qui me sponte elegerunt: atque his quantum consilio ac viribus possum opem fero.

ODENATHI DUO.

122. Odenathum seniorem Rufinus tamquam novis rebus studentem interemit. Quumque iunior Odenathus Rufinum de caede parentis sui accusasset, imperator

(1) Notissimum est, Posthumum, in Gallia quam praeses regebat, purpuram sumpsisse, ibique vires suas ita confirmasse, ut septennio saltem regnaverit. Trebell. trig. tyr. cap. II, et in Gall. cap. IV.

(2) Hinc cognoscimus seniorem Odenathum, patrem illius iunioris celeberrimi, qui Zenobiam uxorem habuit, sumpsitque purpuram decreto Gallieni, (Trebell. Gall. XII) et romanum imperium in oriente contra Persas defensavit. Sed quisnam fuit ille Rufinus podagricus qui Odenathum seniorem imperii arripiendi cupidum interfecit?

Digitized by Google

τὴν πατέρα αὐτοῦ· ὁ δὲ βασιλεὺς ἠρώτησε τὸν Ῥηφῖνον διὰ τί τοῦτον ἐποίησεν; ὁ δὲ εἶπεν ὅτι σὺν δίκῃ τοῦτο ἐποίησεν· καινοῖς γὰρ ἐπεχείρει πράγμασιν· εἰ δὲ ἐπέζευσάς μοι εἰς τοῦτον τὸν Ὀδέναθον τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνῃρεῖν, καὶ σοῦ τοῦτο ἐποίουν· ἦν γὰρ ὁ Ῥηφῖνος ποδαλγὸς καὶ χειραλγός, παντελῶς μὴ κινηθῆναι
12. δυνάμενος· καὶ εἶπεν | αὐτῷ ὁ βασιλεύς· ποίᾳ δυνάμει ἢ ποίῳ σώματι θαῤῥῶν ταῦτα λέγεις; | ὁ δὲ εἶπεν, οὐδὲ εἰ ἔτυχον ὑγιὴς ὢν πλέον τῆς νεότητός μου, ἐδυνάμην | διὰ τοῦ σώματός μου τί ποτε εἰς αὐτὸν ποιῆσαι· ἀλλὰ τῇ σῇ δεξιᾷ κε|λεύων καὶ διατυπῶν πάντα κατώρθουν· καὶ σὺ γὰρ αὐτὸς ὦ βασιλεῦ
16. οὐ | τῷ σωματί σου ἰσχύων ποιεῖς ἃ ποιεῖς, ἀλλὰ τοῖς στρατιώταις σου | κε-λεύων· καὶ ἐπῄνεσεν οὖν λόγους αὐτοῦ ὁ Γαλιηνός.

ΚΥΙΝΤΟΣ.

Ὅτι Κύιντος (a) | ὁ Μακρίνου υἱὸς τὸ βασίλειον καὶ (b) ὡδάγησμα ἐν Ἐμίσῃ ἐκάθητο· | καὶ ὡδαγίνεται Ὀδέναθος μετὰ πλήθους βαρβάρων, καὶ δηλοῖ αὐ-
20. τοῖς ὅτι | παράδοτε αὐτόν, ἢ πολεμήσατε· οἱ δὲ εἶπον ὅτι πᾶν ὅ τι οὖν ἡμεῖ-| χοντο ὑπομένειν, ἢ βαρβάρῳ ἑαυτοὺς ὡδοῦναι (1).

CXXIII. Ὅτι Καρῖνος (2) | ἐδυσχέρανεν ὡσότι τὸν Ῥωμαίων τὸν πόλεμον εἰκειώ-

facinoris causam a Rufino quaesivit. Is vero iuste se id fecisse confirmavtt, quia ille remp. turbare nitebatur. Atque utinam, inquit, copiam mihi faceres hunc quoque filium eius Odenathum occidendi, quem ilico de medio tollerem! Porro erat Rufinus podagra chiragraque correptus, atque ab omni motu impeditus. Quamobrem ait imperator: quibus viribus aut cui corpori confisus haec, inquam, ais? Ille respondit: ne si incolumior quidem, quam olim, aetate iuvenili, essem, corporis mei viribus huic umquam nocere possem; sed tua dextera iubens atque designans nihil non recte gererem. Nam ne tu quidem, imperator, corporis tui robore quae facis, peragis; sed militibus tuis imperans. Hanc Rufini orationem Gallienus laudavit.

QUINTUS.

Simul ac Quintus Macrini filius regiam sedem Emesae statuit, Odenathus cum barbarorum multitudine advenit, eisque denuntiavit ut vel deditionem vel pugnam facerent. Illi vero responderunt se, quidvis pati malle quam in barbari manus incidere.

123. Carinus moleste ferebat, quotiescumque Odenathus bellum pro Romanis se

(a) Ita scribit etiam Zonaras XII. 24. Sed apud Trebellium trig. tyr. cap. XIV. et in nummis est *Quietus*. (b) Ita cod.

(1) Reapse vero Quintus Emesae victus interfectus fuit. Trebell. et Zonar. loc. cit.

(2) Scribendum est, meo iudicio, *Macrinus* seu *Macrianus*, non *Carinus*; cuius postremi tempora ab Odenathi rebus absunt. Et certe Odenathus oppressurus erat Macrinum, ut ait Trebellius cap. XV, nisi hic maturius e Syria discessisset.

Digitized by Google

σατο Ὀδέναθος · | ὁ δὲ τοῦτο μαθὼν, ἐκέλευσεν αὐτῷ ἀναιρεθῆναι · καὶ ἐκ τῶν
ἰδίων | πολλὰ ἐφιλοτιμήσατο εἰς ταφὴν αὐτῷ, ἄτινα καὶ ζῶντι αὐτῷ ἐπεδείξατο · 24.
ὁ δὲ γελάσας ἔφη, πολλῆς ἀμαθίας καὶ εὐηθείας πεπληρῶσθαι | τὸν ἄνδρα · ἀμαθίας
μὲν, ὅτι οὓς ἐχθροὺς ἀναιροῦμεν, τοῖς δὲ φίλοις χαριζόμεθα · ἀγνοεῖν δὲ αὐτὸς
πότερον εἰς φίλους ἢ εἰς ἐχθροὺς | τάξει αὐτόν · εὐηθείας δὲ, ὅτι βούλεται περ- 28.
ιόντα αὐτῷ καὶ αἰσθανόμενον | λυπῆσαι καὶ φονεῦσαι · τελευτῶντα δὲ καὶ ἀναισθη-
P. 328: τοῦντα δωρειαῖς | τιμᾶν · καὶ ἡ τοσαύτη εὐτυχία ταχείαν ἔσχε μετάπτωσιν.

ΚΛΑΥΔΙΟΣ.

Ὅτι τῶν Σκυθῶν ὅπως Κλαυδίου τὰς Ἀθήνας ἑλόντων καὶ συναγαγόντων
πάντα τὰ βιβλία || καὶ βεληθέντων καῦσαι, ἄλλος τίς ἐν αὐτοῖς φρόνιμος εἶναι 32.
νομιζόμενος ἐκώλυσε λέγων, ὅτι μὴ ταῦτα οἱ ῥωμαῖοι (1) σχολάζοντες, πο-
λέμου | ἀμελοῦσι · τοῦτο δὲ ὡς ἄπειρος εἶπεν · εἰ γὰρ ἤδει τὰς τῶν Ἀθηναίων καὶ | 4.
Ῥωμαίων ἀρετὰς, οἵτινες ἐν λόγοις καὶ ἐν πολέμοις εὐδοκίμουν, οὐκ ἂν | τοῦτο
εἶπεν.

Ὅτι οἱ Σκύθαι πρὸς μὲν ἐν πόλεσιν ἐγκεκλεισμένους | ἀπέσκωπτον, ὅτι
οὗτοι οὐκ ἀνθρώπινον βίον ζῶσιν, ἀλλ' ὀρνίθων ἐν καλιαῖς εἰς τὸ ὕψος κα-
θημένων · καὶ ὅτι καταλιπόντες τὴν γῆν πῶς φέρουσαν αὐτοὺς, ἀκάρπους πόλεις 8.
ἐπιλέγονται · καὶ ὅτι τοῖς ἀψύχοις θαρροῦσι μᾶλλον ἢπερ ἑαυτοῖς.

CXXIIII. Ὅτι Ἀνδοννόβαλλός τις ἦν ὃς ἀπὸ Ἐρούλλων προσέφυγε πρὸς

gerere dictitabat. Id intelligens Odenathus, Carinum iussit occidi; et de suo patrimonio multa decrevit in funus eius insumenda, quae etiam viventi ille demonstravit. Carinus autem cum risu dixit, inscium plane fatuumque esse Odenathum; inscium quidem, quia hostes occidimus, amicis donamus; ignorare autem Odenathum utrum Carinum in amicorum an in hostium numero poneret: fatuum vero, quia quem viventem spirantemque cruciare et occidere volebat, eundem mortuum sensuque carentem donis honorare parabat. Sed enim praesens fortuna citam conversionem nacta est.

CLAUDIUS.

Quum Athenas, regnante Claudio, Scythae occupavissent, conquisitosque omnes libros crematuri essent, quidam inter eos prudentior ceteris creditus, rem inhibuit. Dicebat enim, fore ut Romani dum libris occuparentur, bellum negligerent. Hoc autem ut rudis dixit: nam si novisset Atheniensium ac Romanorum virtutes, qui litteris et armis aeque claruerunt, haud ita esset locutus.

Scythae urbium incolas irridebant; quod hi non hominum, sed avium vitam agitarent, quae nidos sublimiter suspensos habitant: quodque altrice terra relicta, steriles urbes praeoptarent; et quod denique rebus potius inanimis quam sibi confiderent.

12 s. Andonnoballus quidam qui deinde ab Erulis ad Romanos transfugit, venit in

(1) Zonaras XII. 26. οἱ Ἕλληνες, *Graeci*.

Ῥωμαίους · καὶ ἦλθεν εἰς λόγους Βιβούλῳ τῷ βασιλεῖ τῆς Ῥωμαίων (1) · προέτρεπε
12. γὰρ αὐτὸν δοῦναι ἑαυτὸν τῷ | βασιλεῖ · ὁ δὲ σκάλει αὐτὸν δοῦλον φιλοδέσποτον καὶ γα-
στρὸς ἥττονα · καὶ ὅ|τι ἐλευθερίαν ἀντὶ τοῦ φαγεῖν καὶ τοῦ φορέσαι ἐπώλεσεν · ἐκεῖ-
νος δὲ | ἀντέλεγεν αὐτῷ · ἐγὼ ἐλεύθερός εἰμι · καὶ γὰρ φίλος βασιλέως τηλικούτου
εἰμὶ καὶ οὐδέν μοι τῶν ἀγαθῶν λείπει · σὺ δὲ οὔτε ἐσθῆτος οὔτε ξοφῆς |
16. εὐπορεῖς.

Ὅτι μέλλοντος νίκην τῶν Σκυθῶν εὐφραινομένου τοῦ βα|σιλέως καὶ ἑστιῶντος, εἰσ-
ῆλθεν Ἀνδοννόβαλλος ὅπλα πάντων, καὶ λέγει ὅτι | χάριν θέλω τινὰ (a) ποτε πα-
ρά σου αἰτῆσαι · καὶ νομίσας μέγα τί ποτε αἰτεῖσθαι, | ἐπέτρεψεν αὐτῷ αἰτεῖ-
20. σθαι · καὶ λέγει Ἀνδοννόβαλλος, δός μοι καλὸν οἶνον | ἵνα καλέσω πάντας τοὺς
τοῦ οἴκου μου καὶ εὐφρανθῶ μετ' αὐτῶν · | καὶ γελάσας ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν αὐτῷ
δοθῆναι οἶνον · ἔδωκεν | δὲ αὐτῷ καὶ ἑτέρας πολλὰς δωρεάς.

ΑΥΡΕΛΙΑΝΟΣ.

CXXV. Ὅτι Αὐρηλιανὸς βασι|λεύσας καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἐν λόγῳ
24. ἐν Ῥαβέννῃ βουλὴν ἐποι|εῖτο πῶς χρὴ βασιλεύειν αὐτόν · ἐβούλετο γὰρ μὴ θάνατον Κλαυ-
δίου | ἐξ ὧν ἔπραττεν μείζων ἐκείνου φαίνεσθαι · εἷς δὲ τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου |
εἶπεν αὐτῷ · ἐὰν θέλῃς καλῶς βασιλεῦσαι χρυσῷ καὶ σιδήρῳ (b) σαυ|τὸν ὀχύ-

colloquium cum imperatoris romani baiulo, qui hortabatur illum ut imperatori semet traderet. At is contra appellabat baiulum servili animo praeditum ventrique deditum, qui nimirum libertatem edendo et baiulando commutavisset. Vicissim hic contra aiebat: immo ego sum liber, propterea quod tanto principi carus sum, nullaque re bona destituor: tibi vero neque vestis neque cibi allatum est.

Post victoriam de Scythis relatam dum imperator laetitiae indulgeret et convivaretur, ingressus est coram omnibus Andonnoballus, aitque se velle beneficium ab illo petere. Imperator existimans magnum aliquid fortasse petiturum, nihilominus indulsit ei ut peteret. Tunc ait Andonnoballus, da mihi optimum vinum, ut necessariis meis omnibus convocatis, una oblecter. Ridens imperator, iussit ei vinum suppeditari; tum et aliorum munerum copiam addidit.

AURELIANUS.

125. Aurelianus ad imperium evectus, coacto Ravennae concilio hominum quotquot erant fama clarorum, de arte regnandi deliberabat. Quippe avebat post obitum Claudii maior illo videri rebus gerendis. Tunc de concilio unus, si vis inquit bene regnare, auro ac ferro temet communi; adversus nimirum mo-

(a) Cod. τί. (b) Cod. αὐτῶν.

(1) Quisnam hic *Bibulus* Romanorum imperator vel tyrannus? Num pro *Bibulo* scribendum est *baiulus* (nempe lecticarius) ita ut graecus textus latinitate sit infectus; Erulus autem ille non cum Bibulo caesare sed cum Claudii gothici baiulo loquatur? Atqui in codicis quoque margine lemma rubricatum est περὶ Βιβούλου τοῦ βασιλέως. Neque tamen lemma suspicionem erroris excludit. Nonne enim in Dione quoque tum in textu tum in margine substitutus fuit *Plauto Paulus apostolus*? Rem altius vestigare tempus me non sinit; quare aliorum expecto iudicium.

Digitized by Google

ρωσον · κ᾽ μὲν τ᾽ λυποὺντων σε, σιδήρῳ · πρὸς δ᾽ τοὺ | θεραπεύοντας, χρυσῷ · 28.
κ᾽ πρῶτος τ᾽ κακῆς συμβυλῆς ταύτης | αὐτὸς ὁ συμβυλεύσας ἀπήλαυσεν (1).

Ὅτι Ἀλβῖνος (2) γέρων ὢν ἐνόσει | καὶ ἐπὶ θάνατον · εἰσῳθὼν δέ τις ἐπυνθάνετο αὐτὸ πῶς διάκειται; | ὁ δὲ εἶπεν · εἰ μὲν σώζεται ἡ πατρὶς, κακῶς πάντως γὰρ ἀποθνή|σκω · εἰ δὲ μὴ σώζεται, καλῶς · ἐγὼ γὰρ θάνω ἀποθανεῖν 32.
P. 275. πρὶν μάθω ||| τ᾽ ὄλεθρον τ᾽ πατρίδος · κ᾽ τούτυ μεῖζον ἀγαθὸν οὐ ζητῶ. |

Ὅτι Αὐρηλλιανὸς μαθὼν ἐν Πλακεντίᾳ εἶναι μοίραν τ᾽ βαρβάρων, ἐδή|λωσεν αὐτοῖς ὅτι εἰ μὲν θέλετε πολεμήσειν, ἑτοῦ ἕτοιμός εἰμι · εἰ δὲ τὰ βελ|τίονα λογίζεσθε παραδοῦναι ἑαυτοὺς, δέχομαι ὑμᾶς ὡς δεσπότης ὑμῶν · | οἱ 4.
δὲ ἀντεδήλωσαν ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν δεσπότην · κ᾽ αὔριον ἑτοίμασον σαυτ᾽, κ᾽ μανθάνεις ὅτι πρὸς ἐλευθέρους πολεμεῖς (3).

CXXVI. Ὅτι Αὐρηλλιανὸς | ἐν τῷ πολιορκεῖν τὰ Τυανὰ εἰρήκει τοῖς στρατιώ|ταις ὅτι ἐὰν εἰσέλθω|μεν, μὴ δε κύνα ἐάσητε· μ᾽ δὲ τ᾽ ἄλωσιν ἀπηγόρευσε τοῖς 8.
στρατιώταις | μήτε φονεῦσαι μήτε διαρπάσαι · ἔλεγον οὖν αὐτῷ θυμούμενοι οἱ στρατιῶται | ὅτι ἃ ὑπέσχε, ἐπίτρεψον ἡμῖν ποιῆσαι · ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς, ἀληθεύετε ὅτι ἐγὼ | εἶπον · ἀπέλθετε, κύων μὴ εὑρεθῇ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἀλλὰ πάντας φονεύσατε · κ᾽ ἔπεμψε κ᾽ τοῦς τριβούνους κ᾽ τοὺς στρατιώτας, κ᾽ πάντας τοὺς | κύνας ἐφόνευσεν · ὥστε εἰς γέλωτα ἐλθῆναι τ᾽ θυμὸν τοῦ 12.
στρατεύματος (4). | κ᾽ μετὰ ταῦτα συγκαλέσας αὐτοὺς εἶπεν, ὅτι ἡμεῖς ὑπὲρ τοῦ ἐλευθε|ρῶσαι τὰς πόλεις ταύτας πολεμοῦμεν · κ᾽ ἐὰν μέλλωμεν πραι-

lestos, ferro; adversus obsequentes, auro. Is autem, qui pravum hoc consilium dederat, primus illudmet expertus est.

Albinus senex et lethali morbo decumbens, homini ad se ingresso rogantique quomodo se haberet; si salva, inquit, patria est; equidem male pereo: sin illi secus evenit, bene: ego enim mori aveo priusquam patriae excidium intelligo: atque hac maiorem nullam felicitatem exquiro.

Aurelianus edoctus partem barbarorum Placentiam occupare, significavit illis: si pugnare avetis, en ego paratus sum: sin meliora consilia capitis, nempe ut vosmet dedatis, recipio vos ut vester dominus. Illi responderunt, nos dominum non habemus; et mane quidem esto paratus, ut te cum hominibus liberis pugnare cognoscas.

126. Aurelianus in Tyanorum obsidione militibus praedixerat fore ut illuc ingressi ne canem quidem incolumem esse sinerent. Mox urbe expugnata edixit militibus ne occiderent neve diriperent. Illi indignati postulabant ab eo, ut quod ante promiserat, nunc eis facere concederet. Is autem; vere, inquit, narratis, quod ita dixerim: pergite porro; canis nullus hac in urbe supersit, sed omnes occidite. Immissis ergo tribunis atque militibus, canes occidione delevit, ita ut exercitus ira in risum soluta fuerit. Idem postea concione vocata nos, inquit, pro his urbibus liberandis proeliamur, quas si prae-

(1) Nempe ferrum expertus est, ut addit Zonaras XII. 27.

(2) Sine dubio hic est M. Nummius Albinus qui consul iterum processit anno Christi CCLXIII: de quo extat nota illa philologis inscriptio apud Reinesium p. 465. M. NVMMIO. ALBINO. V. C. QVAESTORI. CANDIDATO. PRAETORI. VRBANO. COMITI. DOMESTICO. ORDINIS. PRIMI. ET. CONSVLI. ORDINARIO. ITERVM. NVMMIVS. SECVNDVS. EIVS. F.

(3) De Aureliano ad Placentiam primum victo a Marcomannis, mox eorumdem victore, legesis Vopiscum cap. XXI, Aur. Victorem epitom. cap. XXXV.

(4) Pium hoc ad Tyana Aureliani strategema refert etiam Vopiscus cap. XXII.

Digitized by Google

δεύειν | αὐτὰς, οὐκέτι ἡμῖν πιστεύουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν πραῖδα τὴν βαρ-
16. βάρων ζητήσωμεν, καὶ τοιούτων ὡς ἡμετέρων φεισώμεθα.

CXXVII. Ὅτι Αὐρηλιανὸς ἔπεμψε πρεσβευτὰς πρὸς Ζηνοβίαν προτείπων αὐτῷ ἐν|δοῦναι τελεῖν ὑπ' αὐτόν· ἡ δὲ ἀντεδήλωσεν, ὅτι ἐγὼ οὐδὲν μέγα ἐβλά|-
20. βην· οἱ γὰρ πεσόντες ἐν τῷ πολέμῳ σχεδὸν πάντες Ῥωμαῖοι εἰσίν (1).

Ὅτι Αὐρηλλιανὸς πειραθεὶς ποτὲ στρατιωτικῆς ἐπαναστάσεως, ἔλεγεν ἀ-
πατᾶσθαι τοὺς στρατιώτας, εἰ ἐν τοῖς αὐτῶν χερσὶ τὰς μοίρας εἶναι τῶν | βα-
σιλέων ὑπολαμβάνουσιν· ἔφασκε γὰρ τὸν θεὸν δωρησάμενον τὴν πορ|φύραν (2), καὶ
24. ταύτην ἐπιδείκνυ τῇ δεξιᾷ πάντως (3), καὶ τὸν χρόνον τῶν βασιλεί|ας ὁρίσαι· καὶ οὐ
πρότερον ἀπέστη πρὶν ἂν εἰς τοὺς ἀρχηγοὺς τῶν στάσεως πεν|ήκοντα ἐξεδί-
κησεν.

ΠΡΟΒΟΣ.

Ὅτι πρὸς ἀνταρσίαν ἐληθόντος Κάρου (4) ἐβου|λεύσατο ὁ Πρόβος τί δεῖ ποιῆ-
σαι αὐτόν· καὶ πάντων σιωπώντων Μαρτινια|νός τις χιλίαρχος παῤῥησιασάμενος
28. πολλὰ ἐνεκάλει αὐτῷ, ὡς δι|ὰ τὸν ὄκνον αὐτοῦ τῶν πραγμάτων ἀπολλυμένων· καὶ προέτρεπεν αὐτὸν ὥστε χρῆμα κινῆσαι καὶ ἐξελθεῖν εἰς πόλεμον καὶ ἀπαντῆσαι τῷ τυράννῳ. |

dari maluerimus, fide in posterum apud ipsas carebimus. Quin potius praedam e barbaris petamus; his autem urbibus ceu rei nostrae parcamus.

127. Aurelianus missis ad Zenobiam legatis hortabatur eam, ut sui demum deditionem faceret: illa vero respondit, haud se magnopere detrimento adfectam: nam qui ceciderant in proelio, plerosque omnes romanos fuisse.

Aurelianus seditione militari aliquando appetitus, aiebat falli milites, qui regum fata in sua potestate se habere putarent. Quippe Deum purpurae datorem esse adfirmabat, quam utique dextera praetendebat; ab eoque regni annos sibi esse definitos. Neque prius ab agendo destitit, quam in quinquaginta seditionis principes animadvertit.

PROBUS

Caro rebellante deliberabat, in consilio Probus quid ageret. Cunctis silentibus Martinianus quidam tribunus libera fiducia coepit Probo graviter exprobrare, quod ob eius segnitiem resp. interiret: impulitque eum ut confestim arma commoveret, bellum susciperet, tyrannoque in acie occurreret.

(1) Mutuas Aureliani et Zenobiae litteras recitat Vopiscus cap. XXVI. XXVII, in quibus tamen haec sententia non legitur.

(2) Ita dixit retro M. Aurelius cap. CVI.

(3) Aurelianum purpuram manu praetendentem exhibet Vopiscus cap. XXIV, sed alio rerum statu. Insigne vero neque antea visum purpurae sub Aureliano genus memorat idem historicus cap. XXIX. Porro Valeriani crudelitatem saepe obiurgat praedictus Vopiscus; et domesticas seditiones innuit capult.

(4) Carus rebellasse adversus Probum non videtur Vopisco, qui tamen in Cari vita cap. VI. contrariam sententiam sic perscribit: *non me praeterit suspicatos esse plerosque, et eos in fastos retulisse, Cari factione interemptum Probum.*

Digitized by Google

ΚΑΡΟΣ.

Ὅτι ἅμα τῇ ἀναγορεύσει λέγουσιν εἰρηκέναι τὸν Κάρον, ὅτι ἐπὶ κακῷ Περ- 32.
σῶν | εἰς τὸ βασιλείαν ἦλθεν (1).

ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΣ.

P. 276. CXXVIII. Ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ οἰκείᾳ ἀναγορεύσει ὁ Διοκλητιανὸς || τὰ τότε σεβόμενα θεῖα (2) μαρτυρόμενος, ἔλεγεν μὴ δι' ἃ βασιλέως | ἐφίεσθαι Καρῖνον ἀνελεῖν (3), ἀλλὰ δι' τὸ ἐλεεῖν τὴν πολιτείαν.

Ὅτι τὸ πολ|λὰ πράττειν ἀντικλιμακτήρων καὶ κινδύνων πολλῶν αἴτιον γί-
νεται. |

Ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη φύσις τἀναντία μᾶλλον ἐπίσταται φέρειν, ἢ μέτρον ἐν | 4.
ταῖς εὐτυχίαις φυλάττειν.

Ὅτι καὶ διὰ τὸ τιμῆς αὐτὴ ἀθανάτου | τε τετυχηκότα χρῆναι (a) μεμνῆσθαι
ὅτι θνητός ἐστι καὶ τῶν ἀνθρωπίνων συμ|φορῶν οὐκ ἀλλότριος.

Ὅτι Λούκιος Ὀκτάβιος εἰς δεῖπνον κληθεὶς | θριάμβου, καὶ ἀποκληθεὶς
ἀπήγγειλεν ἑαυτὸ εἰς τὸ συμπόσιον ἥξειν | εἰ μὴ ὡς οἷόν τε κάλλιστα μέρη αὐ- 8.
τῷ παρεφθείη (4).

CARUS

Dum purpuram sumeret Carus dixisse fertur, factum se imperatorem ad Persarum exitium.

DIOCLETIANUS.

128. Dum imperium capesseret Diocletianus, deos tunc cultos testans aiebat, se haud regni obtinendi causa optare Carini necem, sed quia reip. miserebatur.

Multorum negotiorum susceptio causa fit infelicium climactericorum atque periculorum.

Humanae naturae est adversa facilius ferre, quam modestiam in prosperis conservare.

Eum qui honores immortales consecutus est, meminisse tamen oportet se mortalem esse et ab humanis casibus non alienum.

Lucius Octavius ad triumphalem caenam invitatus, negavit se convivio interfuturum, nisi honoratiores, ut par erat, partes sibi apponerentur.

(a) Ita cod.

(1) Reapse Carus statim Persas bello persecutus est.

(2) Hinc cognoscimus historicum christianum.

(3) Carinum a Diocletiano Romae occisum ait Zonaras XII. 30; sed a suis dicit Victor in epit. cap. XXXVIII. Verum de Cari certe nece singularis est narratio Eusebii vel potius armenii interpretis (cum Mose item armenio) chron. lib. II. 393. ed. Mediol. et Samuele chron. p. 40, qui aiunt eum periisse in proelio non *apud Margum*, ut vulgata lectio habet, sed *adversus Cornacum* ducem armenium.

(4) Ergone consul erat L. Octavius? Nam Va-

Digitized by Google

Ὅτι Διοκλητιανὸς | ὄψεως τινὸς ἐν ὕπνοις πολλάκις αὐτῷ ἐνοχλούσης, ὥστε ἀρχὴν ἐγχειρῆσαί τινι ἔν γε ὀνόματι ἡ ὄψις ἐσήμανεν, ὑπονοήσας εἶναι τοῦτο ἐκ | γοητείας, ἔν τινι ἡμέρᾳ μεταπαλεσάμενος αὐτὸ τοῦτο μόνον ἔφη πρὸς | αὐτόν, δέξαι ἀρχὴν ἣν καθεκάστην νύκτα αἰτεῖς παρ' ἐμοῦ, καὶ μὴ φθονήσῃς | τῷ βασιλεῖ δι' ἐκ τοῦ ἡσυχάζειν θεραπείας (1).

ΛΙΚΙΝΙΩΣ.

CXXVIII. Ὅτι Λικίννιος τὰ χρυσᾶ νομίσματα ἐν οἷς ὁ Κωνσταντῖνος ἐπὶ τῷ Σαρματῶν | αὐτῷ νίκῃ ἐτύπωσεν (2), οὐ προσεδέχετο· ἀλλ' ἀναχωνεύων αὐτὰ εἰς ἑτέρας μετέφερε χρήσεις· οὐδὲν ἄλλο τοῖς ὧδε τοῦτο μεμφομένοις ἀποκρινόμενος, ἢ ὅτι οὐ βούλεται βάρβαρον ἐργασίαν ἐν τοῖς συναλλάγμασι δι' ἑαυτοῦ βασιλείας ἀνασχέσθαι.

Ὅτι Κρίσπου τοῦ υἱοῦ | Κωνσταντίνου μεγάλαι ἐφάνησαν ἀνδραγαθίαι (3)· καὶ

Diocletianus spectro quodam in somnis eum perturbante, ut imperium cuidam traderet, qui nominatim a spectro designabatur; suspicatus hoc accidere ex praestigio, quadam die vocato ad se illo homine, hoc tantum dixit: accipe imperium quod me singulis noctibus poscis, neque invideas imperatori quietis gratiam.

LICINIUS.

129. Licinius aurea numismata, in quibus Constantinus suam de Sarmatis victoriam excuderat, non recipiebat; sed ea conflans in alios usus convertebat; nihil aliud iis qui id reprehendebant dicens, nisi quod nollet barbaricum opus in sui imperii negotiationibus versari.

Crispi Constantino geniti ingentia claruerunt facinora; vietusque ab eo

lerius Max. II. 8. 6. de caena triumphali ait: *moris erat ab imperatore triumphum ducturo consules invitari ad caenam; deinde rogari, ut venire supersedeant; ne quis eo die quo ille triumpharet, maioris in eodem convivio sit imperii.* Haec autem narratio cur heic locum habeat non video, atque obiter ex occasione nescio qua interpositam arbitror.

(1) Hoc Diocletiani somnium utrum alii historici memorent, nondum vidi. Id tamen phantasma illi accidisse suspicor quo tempore de statu mentis deiectus erat: nam Diocletiani manifestam insaniam diserte testantur contemporales auctores Eusebius hist. VIII. 13. et ipse magnus Constantinus in orat. ad ss. coetum cap. XXV; tum denique Lactantius de mort. pers. cap. XVII. – An pie potius, et fortasse verius, cogitandum est, nempe iussum esse divinitus Diocletianum Constantio imperium tradere; cui mox successit religiosissimus Constantinus? Videsis de vaticinio ad id pertinente Trebellium in Claudio cap. X.

(2) Constantini nummus argenteus itemque aereus est apud Eckhelium t. VIII. p. 87. cum victoria vario cultu et inscriptione SARMATIA DEVICTA. Sed maximi moduli aereus nummus fuit in vaticanae bibliothecae cimeliarchio (cum aliis prope sexcentis eiusdem formae caesareis nummis, quos italica calamitas in Galliam avertit, nec reparata felicitas postea restituit) cuius descriptio in ms. catalogo haec est: CONSTANTINVS AVG. *Caput eiusdem laureatum.* SARMATIA DEVICTA. *Victoria gradiens, dextera tropaeum, sinistra palmam tenens: ante pedes captivus humi sedet, quem victoria laevo pede calcat.* SIRM. Item *aliud cum* P. *stella et* AR. De victoria sarmatica lege Zosimum II. 21.

(3) Crispum armis, quibus victus est Licinius, praesidentem cum patre dicit Eusebius hist X. 9. Rem vero legesis copiose scriptam a Zosimo II. 20. sqq.

Digitized by Google

πολλάκις Λικίννιος | ὑπ' αὐτῆ ἡττηθεὶς ἀχθόμενος τὰ ὁμηρικὰ ταῦτα ἔλεγε 20.
ἐπη (1).

Ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχαιταί·
Σή τε βίη λέλυται, χαλεποὶ δέ σε | γῆρας ἱκάνει.

Ὅτι Τιβέριος ἀνήγγελλε ἐπὶ τὴ σύγκλητον, ὥστε | τὸ Χριστὸν τρισκαιδέκα- 24.
τον (2) θεὸν εἶναι· ἡ δὲ σύγκλητος οὐκ ἀπεδέξατο (3), | ὥστε καί τινα ἀστειευό-
μενον εἰπεῖν, ὅτι τρισκαιδέκατον οὐ δέχεσθε, ἀλλ' | πρῶτος ἔρχεται.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ.

CXXX. Ὅτι Κωνσταντῖνος ἐβουλεύσατο πρῶτον ἐν | Σαρδικῇ μεταγαγεῖν τὰ
δημόσια· φιλῶν τε πως πόλιν ἐκείνην συνεχῶς ἔλεγε, ἡ ἐμὴ Ῥώμη Σαρδική
ἐστι (4).

Ὅτι Κωνσταντῖνος τὰ τῶν πρότερον βεβασιλευκότων ἔργα καλύψαι θέλων, 28.
τούτων τὰς ἀρετὰς ἐπωνύμοις τισὶν ἐσκωμμάζειν ἐσπούδαζεν· τὸν μὲν γὰρ Ὀκτα-
βιανὸν Αὔγουστον κόσμον τύχης ἐκάλει· τὸν δὲ Τραϊανὸν βοτάνην τοίχου (5)·
Desiderantur paginae duae usque ad quaternionis finem. Ἀδριανὸν δὲ ἐργαλεῖον ζωγραφικόν (6)· Μάρκον δὲ καταγέλαστον (7)· Σεβῆ-
ρον (8) ||| * * * 32.

saepe Licinius cogebatur homericos versus dicere :

O senex te valde vexant iuvenes bellatores ;
Tuusque vigor languet, teque senium invasit.

Tiberius retulerat ad senatum ut deus tertiusdecimus Christus fieret. Recusante senatu, lepide dixit quidam : quem tertium decimum non admittitis, is veniet primus.

CONSTANTINUS.

130. Constantinus principio consilium ceperat sedem reip. in urbem Sardicam transferendi : captusque eius urbis amore semper iterabat : Roma mea, Sardica est.

Constantinus decessorum suorum res gestas obscurare studens, horum virtutes iocularibus quibusdam epithetis vilipendendas curabat. Scilicet Octavianum Augustum fortunae mundum sive ornatum appellabat ; Traianum herbam parietariam ; Hadrianum pictoriam officinam ; Marcum ridiculum ; Severum * * *

(1) Iliad. VIII. 102. Sic loquebatur etiam Macrinus ab Heliogabalo armis appetitus.

(2) Erant enim duodecim dii Romanorum consentes. Unde Varro de re rust. I. 1: *invocabo XII. deos consentis : neque tamen eos urbanos, quorum imagines ad forum auratae stant, sex mares, et feminae totidem, sed illos XII. deos, qui maxime agricolarum duces sunt.*

(3) Respicit haec narratio locum Eusebii celebrem hist. II. 2. de Pilati actibus Romam missis, cuius rei testem citat Eusebius Tertulliani apologeticum. Neque tamen ibi legitur acutum illud, quod scribit noster anonymus, nescio cuius responsum.

(4) Constantini cogitationem hanc innuit etiam Zonaras XIII. 3.

(5) Ob titulos multis aedibus inscriptos, ut aiunt Victor epit. cap. 41, et Ammianus XXVII. 3.

(6) Propter omnigenae eruditionis iactantiam?

(7) Propter stoicam philosophiam, quam etiam Cassius Avidius nominatim irridebat, ut in eius vita legimus. Vel etiam propter superstitionem, de qua ego breviter disputavi ad Iuliani Iaodicensis specimen a me editum; quod opus et .M. Aurelio inscriptum et graece compositum fuit; sed tunc nonnisi latine mihi obvium, frustra subdubitavi num spurium esset. Ecce enim tria graeca quoque eius operis fragmenta in antiquo codice vaticano postea deprehendi.

(8) Desunt paginae duae usque ad finem quaternionis, quibus in paginis res Constantini et fortasse etiam Constantii excerptas posuerat eclogarius; idemque mox attexuerat, ut puto, Eunapium cuius historici praecipuus scopus fuit Iuliani laudatio.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΕΥΝΑΠΙΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ

ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΔΕΞΙΠΠΟΝ ΝΕΑΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ (1).

I. Οὐκ ἀγνοίᾳ τ̃ σ̃ ἱστορίας χρόνων δεύτερον Εὐνάπιον τόνδε κατε-
τά|ξαμεν Πρίσκου (2)· ἀνόητον γὸ κ̀ παρεξηυλημένων ἀνθρώπων ἔργον τ̃το· |
4. ἀπορίᾳ ὑ τ̃ῃ ἀπὸ φθόνου τ̃ῦ εὐπορούντων δεχηυόμενοι οὕτως, | οἱ βούλοιντ'
ἂν ἔ|χειν ἄχθ@ ἐτώσιον ἀρυρᾶς τὰς βίβλους, κ̀ παρ' ἑαυτοῖς δεκατέ-
χειν, ἢ τοῖς χρήζουσιν ἐπ' ὠφελίᾳ μεταδιδόναι· κ̀ κιν|δυνεύ ούτω γε
προϊοῦσι τ̃ παροιμίαν ἀνασοβεῖν σ̃ ὅτι τ̃ῃ φάτνῃ κυνὸς, ἣ μή τ' αὐτὴ
τ̃ῦ τ̃ῃ φάτνῃ ἀποκειμένων ἐπαπολαύ, κ̀ | τ̃ βελομένων κ̀ δυναμένων ἀκόσ-
μως καθυλακτεῖ (3).

EX HISTORIA EUNAPII SARDIANI

POST DEXIPPUM EDITIONIS SECUNDAE.

1. Non ignoratione temporum historicorum Eunapium hunc post Priscum collocavimus; id enim a dementibus hebetibusque hominibus fieri deceret; sed penuria coacti ita nos gerimus, propter locupletium invidiam, qui libros inutile terrae pondus habere atque apud se retinere malunt, quam cum aliis utiliter hos exposcentibus communicare. Atqui huius instituti tenaces parum abest quin adagium in se convertant canis in praesepi, quae nec ipsa foeno quod praesepi est ingestum utitur; et iis qui cupiunt queuntque uti, importune allatrat.

(1) Hanc ipsam Eunapii novam seu secundam editionem legebat Photius cod. LXXVII; eamque blasphemiis adversus Christianos non ita redundantem, ut prior fuerat, dicit. Et sane Eunapium a Claudii gothici temporibus, in quibus Dexippus desiverat, sumpsisse initium, testis est idem Photius: ego tamen vaticana a Claudio ad Constantinum excerpta Eunapio non vindicavi, tum quia ille christianus videtur auctor, a qua religione valde abhorrebat Eunapius; tum quia stilus diversum quid sapit; tum denique quia eclogarius constantinianus ipsum Eunapii exordium post excerpta praedicta separatim ponit. Quamquam autem ego Io. antiochenum excerptorum illorum auctorem suspicatus sum; eximius tamen est Evagrii locus hist. V. 24. ad divinandum, si fieri potest, auctorem illum anonymum. Dicit enim Evagrius *Dionem Cassium* desivisse in Heliogabalo (uti revera fit in vaticanis excerptis.) Exin Herodianum ait scripsisse usque ad Maximi imp. obitum. Tum *Nicostratum* persecutum esse historiam a Philippo usque ad Odenathum et Valeriani captivitatem. Postea *Dexippum* a scythicis bellis exorsum desivisse in Claudii principatu. Exin *Eusebium* ab Octaviano incipientem pervenisse usque ad necem Cari. Tum etiam *Arrianum* et *Quadratum* temporum eorundem historias composuisse. Tum *Zosimum* ad Arcadii Honoriique imperium narrationem protulisse. Res autem post praedictorum imperium gestas, a *Prisco* memoriae fuisse commendatas. Atque has omnes historias scite compilavisse Eusthatium epiphaniensem usque ad Anastasii regnantis annum duodecimum.

(2) Cur Priscus praeponendus fuerit Eunapio diximus in praecedente scholio. Iam quod Prisci deperditas nunc historias Volaterannus anthropolog. lib. XIII. in vaticana bibliotheca conservatas olim dixerit; id ego neque pro certo habeo, propter saepe falsas huiusmodi adfirmationes; neque prorsus negare audeo, quia quum vastaretur post Volaterranum sub Clemente VII. ab hostibus bibliotheca Priscus quoque, siquidem ibi fuit, periit. Neque sane est quod Wolfius historic. graec. duce praedicto Volaterrano Priscum adhuc extare apud nos suspicetur: satis enim me comperisse arbitror, nullum iam esse in vaticana bibliotheca Prisci scriptum.

(3) Hactenus eclogarius praefatus est.

Digitized by Google

ΤΟ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ (1).

P. 263. Η. Δεξίππῳ τῷ ἀθηναίῳ κῆ τοῦ Ἀθήνησιν ἄρχοντας, ἀφ' οὗ ταῦτα' | 3.
Ἀθηναίοις ἄρχοντες, ἱστορία συγγέγραπται, προσαριθμηθέντων | τῆ ῥωμαικῶν ὑπάτων, κὴ πρό γε αὐτῶν τῶν ὑπάτων κὴ ἀρχόν|των ἀρξαμένης τ' γραφῆς· τὸ δ' ἓν κεφάλαιον τ' ἱστορίας, τὰ | μὲν ἀνωτέρω κὴ ὅσα τὸ ποιητικὸν νέμεται γένος, ἐφεῖναι κὴ ἐπιτρέ|ψαι (2) τῷ πιθανῷ μᾶλλον ἀναπείθοντι ἢ ἐντυγχάνοντα· τὰ δ' 12.
πρόι|όντα κὴ ἐπ' πλέον μαρτυρούμενα, συνενεγκεῖν κὴ κατακλεῖσαι πρὸς ἱστορικὴν ἀκρίβειαν κὴ κρίσιν ἀληθεστέραν· βιάζεται γοῦν· κὴ συναριθμεῖται τ' χρόνον εἴς τε τὰς ὀλυμπιάδας ἀναγράφων, κὴ ἐξ' ἑκατὸς | ἑκάστης ὀλυμπιάδος ἄρχοντας· πρόθυρα δ' κάλλιστ' ἀνάμεσα προ|θεὶς τ' συγγραφῆς, κὴ προοῖων, 16.
τά τε ἔνδον ὑπαδείξας σεμνότερα, | τὸ μὲν μυθώδες κὴ λίαν ἀρχαῖον ἀφαιρεῖ, κὴ ἀφίησιν, ὥσπερ φάρμα|κον παλαιὸν κὴ ἀδόκιμον, εἰς ἐξ' συντεθεικότας· αἰγυπτίους δ' χρό|νους ἀναλεγόμενος κὴ συνωθούμενος ἐπ' τὰ πρῶτα κὴ τε-
λεώτερα | τῆ παρ' ἑκάστοις ἀρχῶν, ἐξ' ἡγεμόνας κὴ πατέρας τ' ἱστορίας ἐκτί|- 20.

PROHOEMIUM.

2. Dexippus atheniensis iuxta annuorum principum qui Athenis fuerunt fastos, iam inde a tempore quo hi archontes apud Athenienses esse coeperunt, historiam composuit, romanis quoque consulibus ex ordine adscriptis. Sed enim quum ante consules ipsos atque archontas scriptum exordiatur, id sibi proposuit historicus, ut antiqua nimis et quae a poetarum gente traduntur, ea singula probabilitati suae permittat, et prout cuique lectori videbitur, esse sinat: posteriora tamen et quae testimoniis magis abundant, ea conferat ad historicam severitatem, et sub verioris criticae regulas redigat. Cogit igitur digeritque tempus, iuxta olympiadum seriem id scribens, iuxtaque occurrentes in unaquaque olympiade archontas. Iam pulcherrimo historiae suae prohoemio praeposito, pergit porro; et ipsum scripturae corpus venustius adhuc ostendens, fabulosa quidem et prisca nimis resecat, atque apud horum auctores, tamquam pharmacum vietum et reprobatum otiosa esse sinit: aegyptiaca vero tempora supputans, atque ad primigenios puriores que, qui sunt apud quamque gentem, fontes revocans, principes patresque historiae in me-

(1) Ita in codice litteris maioribus. Quare habemus genuinum eunapiani operis exordium cum amplis eius quae subsequuntur excerptis. Gaudeat igitur, partim saltem, egregius Boissonadus qui nuper (praef. ad Eunapii vitas p. 17.) optavit ut me auspice Eunapii historia in vaticanis codicibus conquireretur. Neque tamen idem existimet vera narrasse Patinium cum ait, card. Sirletum vaticanum bibliothecarium, teste Mureto, habuisse prae manibus hunc Eunapium, sed impietatis historicae odio noluisse cum publico communicare. Haec enim mera fabula est; neque huiusmodi quicquam vel in codicibus vel in indiculis vaticanis visitur, neque in ipsius Sirleti, qui apud nos est, librorum syllabo. Et multo verius ad Stephanum Leunclavius scripsit, Eunapii historias in Italia non exstare. Immo arbitror totam hanc opinionem de Eunapii opere historico sive Romae sive Venetiis apud s. Marcum superstite ortam esse e lectis legationum ab eo scriptarum et ab Hoeschelio postea editarum titulis. Solus igitur historiarum nova fragmenta continet palimpsestus vaticanus; cuius obrutam scripturam neque Sirletus neque alius quisquam olim legit; sed ego nuper, detracta veli incommoditate, ad dias luminis auras non sine magna molestia et taedio ac difficultatibus revocavi.

(2) Solet Eunapius, ut deinceps saepe videbimus, geminare verba idem propemodum significantia; quae asiatici scriptoris redundantia videtur.

Digitized by Google

24. θησιν · ἔνδηλος ὢν κὴ σχεδόν τι μαρτυρόμῳ , ὅτι τ̃ ἀπιστουμέ|νων ἕκαστον ἕτερος προλαβὼν εἴρηκεν (1)· κὴ τοὐφέρει γε τ̃ ἱστο|ρίαν ἐκ πολλῶν κὴ παντοδα-
πῶν τ̃ῦ ταῦτα εἰρηκότων , ὥσπερ | ῥωπόν τι κὴ ποίκιλον κὴ χρήσιμον εἰς ἓν μυροπώλιον τ̃ ἰδίαν ἐξήγησιν κατασκευασμένῳ κὴ συνηγμένην(2)· πάντα ᾗ ὅσα
28. πρός | τε τὸ κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀξιόλογα , κὴ κατ' ἄνδρα δι' ἀρετ̃ περ|ιττοῦ τινος ὀνόματος τετυχηκότα λάβρως ὑποδραμὼν κὴ δραθέμβος | τῷ λόγῳ , τελευτ̃ῦ εἰς Κλαύδιον καταλύει τ̃ συγγραφήν , κὴ Κλαυ|δίῳ τ̃ βασι-
32. λείας ἔτος τὸ πρῶτον , ἐς ὃ κὴ τ̃ βασιλείας ἤρχετο κὴ || ἐτελεύτα , ἐνιαυτ̃ P. 261.
ἄρξας Ῥωμαίοις ἕνα · οἱ ᾗ κὴ ἕτερον αὐτῷ χαρί|ζονται (3) · εἶτα ὀλυμπιάδας κα-
ταλογίζεται τόσας κὴ τόσας κὴ | ὑπάτους κὴ ἄρχοντας · ὅπ' ταύταις τ̃ χιλιάδα τ̃ῦ ἐτ̃ῦ ὑποβαλών (4) , ὥσπερ ἀγωνιῶν εἰ μὴ πολλῶν λίαν ἐτ̃ ἀποδοίη λόγον τοῖς
4. ἐντυγχάνου|σιν .

III. Ἐγὼ ᾗ ὁ τούτο τὸ ἔργον εἰς νοῦν βαλόμβος , ὑπ' αὐτ̃ Δεξίππου ταῦ|τα ἔχων ἐκδιδάσκεσθαι κὴ συλλαμβάνειν , ὅσος κὴ ἡλίκος ὁ κίνδυνος | κ̃ τ̃ ἐνιαυτ̃ ἕκαστον ἱστορίαν γράφειν , κὴ πρὸς σοῦ ἐντυγχάνον|τας ὁμολογεῖν
8. ὅτι ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀληθῆ κ̃ σοῦ χρόνος , ἀλλὰ | τῷ μὲν οὕτως τῷ ᾗ ἑτέ-ρως ἔδοξε · ἐ σαφηνῶς ἑαυτ̃ κα|τηγορεῖν , ὥσπερ ἐκεῖνος , ὅτι χρονικὴν ἱστορίαν (5) γράφων , πλανωμένην τινὰ κὴ μεσὴν τ̃ ἀντιλεγόντων , ὥσπερ ἀπρόεδρον ἐκ-

dium profert ; plane demonstrans ac propemodum testimoniis comprobans , unumquodque ex his incredibilibus alium ex alio historico fuisse mutuatum . Ipse autem e multis atque omnigenis , qui de his rebus scripserunt , historiam conficit ; cinnum veluti varium et perbonum ad unicam pigmentarii officinam , ad suam videlicet narrationem , cogens atque concumulans . Omnia vero quae sive generatim inter homines illustria , sive singillatim ob alicuius virtutem , praestante fama inclaruerunt , celeriter percurrens , atque in suam lucubrationem adsumens , finem historiae facit in Claudii anno primo , quo is regnum et auspicatus est et finivit , anno uno Romanis imperitans ; quamquam nonnulli duos huic imperii annos largiuntur . Deinde olympiadas supputat planeque adnumerat , cum consulibus et cum archontibus : atque ex olympiadibus mille annos conficit ; laboriose admodum aestuans , nisi permultorum annorum lectoribus suis rationem reddiderit .

3. Ego vero qui de hoc opere lucubrando consilium cepi , ab ipso quidem Dexippo discere potui atque cognoscere quale quantumque periculum sit per annos singulos historiam deducere , ac porro lectoribus confiteri hoc et illud secundum temporum rationem non vere esse dictum , sed aliis aliter visum : atque ita se ipsum perspicue coarguere , ut reapse Dexippo accidit , quod historiae chronicae quivis auctor fallacem quandam et plenam repugnan-

(1) Hinc rursus cognoscimus aegyptiacarum immanium antiquitatum quam vana sit fabula , et scriptoribus ipsis ethnicis iamdiu comperta .

(2) Etiam in calce vitae Porphyrii praedicat insignem Dexippi laudem Eunapius , quem dicit ἄνδρα ἅπαντος παιδείας καὶ δυνάμεως λογικῆς ἐκκρίτου ; atque eum vixisse sub imp. Gallieno , Claudio , Tacito , Aureliano , et Probo .

(3) Ita facit Eusebius in chronicis tabulis .

(4) Scilicet Claudii gothici regnum incidit in olympiadem CCLXII , qui numerus in quatuor ductus parit annos mille et paulo plus .

(5) Hoc ipso titulo appellat Dexippi opus Eunapius etiam loc. cit.

κλησίαν, ἐκτίθησι τὴν γραφήν (1)· ὀξέως δὲ καὶ βοιωτίας ἀκούων (a) | παροιμίας, 12.
ὅτι οὕτως αὐλεῖν οὐ πρέπει (2)· κἀκεῖνα προσιλογιζόμην | ὅτι τέλος ἱστορίας καὶ σκοπὸς ἄριστος τὰ πραχθέντα ὅτι μάλιστα | δίχα τινὸς πάθους εἰς τὸ ἀληθὲς ἀναφέροντα γράφειν· οἱ δὲ ἀκριβεῖς | λογισμοὶ τῶν χρόνων, ὥσπερ ἄκλητοι μάρτυρες αὐτομάτως ἐπεισιόντες, εἰς ταῦτα ὠφελοῦσιν οὐδέν· τί γὰρ Σω- 16.
κράτει· πρὸς σοφίαν καὶ | Θεμιστοκλεῖ πρὸς δεινότητα συντελεῖται τῶδε τῶν χρόνων; ποῦ | δὲ ἐκεῖνοι καλοὶ κἀγαθοὶ δι' ὅλου ἦσαν; ποῦ δὲ τὰς ἀρετὰς ἐφ' ἑαυτῶν, | καθάπερ τὰ φύλλα πρὸς τὴν ὥραν τὰ ἔτη, αὐξανομένας καὶ | ἀποῤ- 20.
ῥιούσας παρείχοντο; ἀλλ' ἴσως ἕκαστος αὐτῶν τὸ γοῦν εἰς φύσιν | καὶ δύναμιν ἀγαθὸν διαρκῶς ἐκ συνεχοῦς ἐν τῇ ἐνεργείαις ἀπεδείξατο καὶ διέσωζεν· τίς οὖν λόγος πρὸς ἱστορίας τέλος, εἰδέναι καὶ | γινώσκειν ὅτι τῇ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν ἑνὸς οἱ Ἕλληνες κυνὸς ὑπετέλοντος; τί δ' ὄφελος ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἰς 24.
ὠφέλειαν | ἱστορικῆς χρείας, εἰ κῦ ταύτην ἐτέχθη τῇ ἡμέραν δεῖνα, καὶ | μελοποιὸς ἀνέσχεν ἢ τραγῳδὸς ἄριστος; εἰ γὰρ ἔσχατος ὅρος τῶν | ὅλων ἱστορίαν καλῶν, τὸ πολλῶν καὶ ἀπείρως πραγμάτων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ δι' βραχείας 28.
ἀναγνώσεως πεῖραν λαβεῖν, καὶ γηρᾶσαι | γέροντας ἔτι νέους ὄντας δι' ὑπομνήμην τῶν προγεγονότων, ὥστε | τίνα μὲν φευκτέον, τίνα δὲ αἱρετέον εἰδέναι, τοὐναντίον ἐμοί
P. 313. γε | δοκοῦσι ποιεῖν οἱ ῥᾳττοῖς καὶ ἀπηρτημένοις ὑποσοδείοις, ὥσπερ ||| ξενικοῖς 32.

tiarum, ceu chorum exlegem, edit scriptionem: boeoticum quoque proverbium mox auditurus, quod sic tibiis sonare non decet. Denique et illud mecum reputavi, finem historiae scopumque optimum esse, ut res gestae, duce omnino veritate, absque ulla animi perturbatione, scribantur: accurati vero temporum calculi, si veluti testes non invocati adsint, praedictae rei nihil prosunt. Nam quid Socrati ad sapientiam vel Themistocli ad ingenii sollertiam conferunt tempora? Quid scire refert ubinam hi praeclari viri per aestatem degebant? ubinam suas virtutes, tamquam folia pro anni tempore, crescentes defluentesque exhibebant? Atqui horum fortasse uterque quidquid vel naturae cognitione vel ingenii cultu exquisitum erat, id perseveranter atque perpetuo prae se ferebat actibus suis atque servabat. Quid prodest historiae proposito, scire ac cognoscere, Graecos navali proelio ad Salaminam vicisse exoriente canicula? Quid rursus confert lectoribus ad utilitatem ex historia capiendam, quod ille tali die natus sit, qui deinde melicus vel tragicus poeta evasit optimus? Etenim si summum historiae bonum in eo vertitur, ut multarum incognitarumque rerum gestarum brevi tempore modicaque lectione peritiam nanciscamur, fiamusque senes dum iuventute floremus, ob praeteritarum rerum scientiam, ita ut quid fugiendum sit quidve adpetendum sciamus; contrarium mihi facere videntur qui supervacaneis et assutis episodiis, tamquam peregrinis condimentis, bonum histo-

(a) Verbum ἀκούων intelligere licet etiam de Eunapio, et ad sequens comma referre.

(1) Chronologiam certissimam et absolutam confieri posse negat vehementer atque rectissime magnus quoque Eusebius in chronici sui prohoemio. Ego tamen libentius Eusebium laudo, qui eluctatus difficultates chronicam pro viribus rationem secutus est, quam Eunapium a quo non solum desertam video verum etiam vituperatam.

(2) Ille scilicet magister boeotus postquam tibiis recte sonando alumnos erudiverat; mox iisdem absurde inflatis, rursus discipulos contraria ratione ad eandem artem instituebat, dum a vitioso soni genere cavendum monebat. Sic etiam magistri artifices bonis malisque opificiis demonstrandis dupliciter erudiunt.

Digitized by Google

ἡδύσμασι τὸ τῆς ἱστορίας ἐδώδιμον καὶ χρήσιμον ἀναῤῥέποντες, καὶ διαφθείροντες
ἀλμύρῳ λέγω πότιμον ἀκοήν· κωλύει | μὲν γὰρ ἴσως οὐδὲν καὶ ἄμεινόν τι μα-
4. θεῖν· ἄλλως τε ὡς | φησὶν αὐτὸς Δέξιππος τὰ μὲν χρονικῶν ἢ πάντων ἢ τῶν
πλείστων | διαπεφωνημένων, τῶν ὑπερόρων δὲ φανερῶν πράξεων συμ|πεφωνημένων·
8. τίς γὰρ οὕτω βεβόητος ἅπασίν, ὅσοι λόγων ἥψαντο καὶ κατέλιπον λόγους,
ὡς Λύκουργος λακεδαιμόνιος; ἐς ὃν καὶ ἡ τοῦ θεοῦ μαρτυρία διὰ στόμα ἐστὶν
(a) ἅπασι θεὸν ἄντικρυς | ἀνακαλοῦντος ἐπὶ τῷ θεῖναι δεῦρο νόμους (1)· τίς ἢ τῶν
12. ταῦτα εἰρη|κότων ἑτέρῳ συμφέρεται πρὸς τὴν νίκα ἐτίθει δεῦρο νόμους χρόνων; |
ἀλλὰ πάντες ὥσπερ οἰκίαν ἢ στύλον δοκιμάζοντες ἤ τι τῶν ὁμοίων, | ὅτι μέν
ἐστι καὶ γέγονε συντίθενται καὶ καταγεύουσι· πρὸς ἢ τό|τε, παντοδαπῆ ἐμ-
πεπλήκασι τὰ βιβλία (2)· ὅπότε καὶ Θουκυδίδης, ὁ πάντων ἀκριβέστατος, τὸν μέγαν
16. καὶ πολυύμνητον ἐκεῖνον πόλε|μον ἀρχὴν τινὰς καὶ προφάσεις φησὶ λαβεῖν ἵνα
δευτέραν κίνησιν | ἐκ διαφορᾶς ἡμερῶν ἢ πρὸς Πλαταιῶν (b) ἁλώσεως αὐτοῖς
ἐγένετο· καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἔχει διαιτᾶν σαφῶς καὶ ἀκριβῶς, τίνες ἐπεκάλουν δίκαιό|-
τερον· ἀλλ' ὅπου τὰς ἡμέρας ἐλθὼν, ὑποδηλοῖ καὶ προδείκνυσιν ὅτι κε|νή (c) τις
20. πᾶ ἐστὶ ἀχρεῖος ἡ πρὸς τοῦτον χρόνος διαζιβὴ καὶ σχολή (3). |

IIII. Τοιαῦτά τινα καὶ πλείω ἕτερα πρὸς ἐμαυτὴν ἐκλογισάμενος καὶ βυλλο-

riae pabulum adulterant, delicatumque auditum amaro sermone violant. Nisi forte inania etiam discere animus fert. Praesertim quum chronici scriptores, ut ait ipse Dexippus, vel omnes vel certe plurimi invicem dissideant in rebus inlustribus ac manifestis, quas per se ipsas in controversiam nemo revocat aut diffitetur. Nam quis apud historiae peritos vel conditores lacedaemonio Lycurgo celebrior est? de quo Dei testimonium in ore omnium versatur, parem Deo vocitantis ob ferendarum legum sapientiam. Quotus quisque vero ex his, qui ita loquuntur, consentit cum alio homine de temporibus quibus ille leges scribebat? Nimirum id omnes, ceu si de domo vel columna vel re simili ratihabenda agatur, quod quidem ille exstiterit concedunt et annuunt; quonam autem tempore exstiterit, id innumeris libris disquirunt. Et quidem ipse Thucydides, quo nemo fuit in notandis temporibus diligentior, magnum illud et famigeratum bellum initium occasionesque cepisse aliquot ait altera anni revolutione secundum dierum differentiam, quae apud Atticos pro tempore occupatae Plataeae extitit. Neque tamen ipse satis aperte accurateque definit, utri iustius inscripserint: mox cum ad dierum supputationem ventum est, plane significat atque demonstrat, vanam esse propemodum atque inutilem temporum notationem ac sedulitatem.

4. Haec et alia plura mecum ipse animo collegi ac reputavi; et ceteris e-

(a) Cod. διὰ στόματος pro διὰ στόμα ἐστὶν, quod ego scripsi. (b) Cod. πόλεων pro Πλαταιῶν. Nam de Potidaea (Thucyd. II. 70.) cogitandum non arbitror. (c) Cod. κατνή; quod mendum in Diodoro quoque corrigendum mihi fuit.

(1) Lege Diodori siculi excerpta vaticana p. 1. De hoc eodem oraculo loquitur David armenius philosophus in graeco commentario inedito ad Aristotelis praedicamenta.

(2) Lege, si placet, quae scripsi ad Euseb. chron. lib. II. ed. Mediol. p. 317. n. 4. de controversa Lycurgi aetate.

(3) Consule Dodwellum appar. thucyd. sect. XII. et annal. II; immo et ipsum Thucydidem lib. II. 19. V. 20. 25.

σά|μενος, καὶ τοῖς εἰς τὰ χρονικὰ σπεύδουσιν καὶ ἀνεσηκόσιν ὅμοια τινὰ | παρεγγυῶν, ὡς ἡ περὶ τὰς ὥρας καὶ ἡμέρας ἀκρίβεια πλουσίων οἰκο|νόμοις τισὶ καὶ λογισταῖς πρέπει, καὶ νὴ Δία γε τοῖς εἰς τὰ οὐράνια κεχηνόσι, | καὶ ὅσοι πρὸς ἀριθμῷ φανερῶς κάθηνται· αὐτὸς ἢ προαγορεύων πόρρωθεν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὅτι πιστεύσας ἐμαυτῷ δύναμαι γράφειν γεγονότα τε καὶ γινόμενα, πρὸς τόδε τὸ ἔργον ὥρμησα, τὸ μὲν κατ' ἐνι|αυτὸν καὶ καθ' ἡμέραν, ὥσπερ ἀπροσδιόνυσόν (a) τινα ῥῆσιν προαιτησά|μενος· τὸ δὲ κατὰ χρόνους οἱ τοῖς βασιλεῦσι περιγράφονται κρίνας | ἀληθέστερον· ἀναγνώσεται γοῦν τις ὅτι ταῦτα ὅσα τοῦδε τοῦ βασιλέως | ἢ τοῦδ' ἐπράττετο· καθ' ὃν δὲ ἐνιαυτὸν καὶ ἡμέραν, ἕτερος ἐς τὰ ἀπά|την χορεύεται τίς. ἐγὼ δὲ καὶ τὸ πιστεύειν ἐμαυτῷ γράφω, ἄνδρασιν ἑπόμενος || οἳ τὰ καθ' ἡμᾶς βίᾳ μαχρῷ προεῖχον καὶ παιδείαν· καὶ διατεταμένως | ἐνῆγον μὴ σιωπᾶν τὰ κοινὰ τῆς ἔργων, καὶ ὅσα ὁ καθ' ἡμᾶς ἔφερε | χρόνος, καὶ τὰ πρὸ ἡμῶν μετὰ τὴν Δεξίππου γραφὴν οὔπω λόγου | τε καὶ ἱστορίας ἐμφανοῦς τετυχηκότα· ἐγίνετο δὲ ἐκείνοις τε κἀμοὶ | κοινὸν τὸ ἔργον τόδε καὶ πάντα γε ἐς τὸν Ἰουλιανὸν ἀναφέρειν (1)· καὶ δοκεῖ | τοῖς βασιλεῦσι μὲν ἐφ' ἡμῶν τόδε ἀνθρώπινον αὐτὸν ὥσπέρ τινα | θεὸν προσεκύνουν ἅπαντες· λόγου δὲ ἦν ἄξιον (καὶ) καλῶς ἔχειν ἐδόκει καθάπερ τοῖς ἕνεκεν ἐρωμένοις (2) . . .
νοῦσι ποιηταῖς οἱ γενομένοις ἀρίστοις· οὕτω καὶ ἡμῖν ἀρχήν τινα | καὶ γένεσιν προθεμένοις τὴν . . . παρόντα καὶ . . . τῆς πρὸ . . . ἐδόκει . . . . φὴν . . . κόντων χρόνων . . . μένον καὶ . . . ψυχῆς ἀναφέρουσι . . . τὸ εἴδωλον . . . δεῖν . . . ἐν ἀλλοτρίοις.

tiam qui ad annales scribendos studium impendunt admonendi causa suggessi; quod videlicet circa anni tempestates diesque sedulitas vilicos divitum ac rationarios deceat, atque eos hercle qui caelestia scrutantur, et calculatoris artem diserte profitentur. Ego vero qui iamdiu lectores meos certiores feci, posse me meis viribus fretum res praeteritas ac praesentes scribere, hoc opus adgressus sum, minutam quidem sive anni sive dici rationem, ceu quid importunum, negligens; verum ipsa tempora verius expendens, intra quae reges singuli versati sunt. Lector igitur apud me inveniet quae cuiusque regis res gestae sint; verumtamen rei gestae annum et diem alius quivis praestigiator dicat. Ego vero et hanc ipsam mei fiduciam, scripto testor: exemplum secutus hominum qui hanc nostram aetatem eruditione sua valde superaverunt: enixeque mihi proposui quominus nihil publicarum rerum tacerem, sive quas nostra aetas vidit, sive superiores, quotquot post historiam Dexippi nondum litteris vel publicis commentariis commendatae fuerunt. Porro hoc mihi cum illis historicis commune negotium est, ut omnia ad Iuliani tempora dirigamus. Quippe hic inter reges, qui memoria nostra vixerunt, numinis instar ab universis hominibus cultus est . . .

(a) Cod. ιτεν pro νεεν.

(1) Hoc Photius observato loco aiebat cod. LXXVII. videri Eunapium historiam suam ad Iuliani laudationem praecipue laboravisse.

(2) Exin pagina vaticana sic est pessumdata, ut prope nihil in ea legi possit. Quare ad ceteram eunapiani stili obscuritatem, de qua saepe vitarum interpretes questi sunt, accedit etiam vaticani palimpsesti frequens obscuritas: quo fit ut veniam apprime mereatur interpretatio mea. Incipit autem lacuna prohoemii huius in versiculo 8; pergitque porro usque ad v. 23; ita tamen ut versiculus nonus et praeterea verba aliqua legantur. Amisimus igitur prohoemii huius versiculos minus quindecim. Namque in versiculo 23, incipit excerptum ὅτι ἐξουσία, quod quidem ipsum legi nequit, sed tamen nobis indicat, auctoris prohoemium iam desivisse; incipere autem excerpta historica. Et quidem in margine lemma de more rubricatum est περὶ ἐξουσίας.

Digitized by Google

24. V. Ὅτι ἐξουσία ἐστὶ . . . πονηρᾶς . . . ὑπὸ λόγου . . . παρακινεῖ ϰ̀ . . . χρόνον . . . χρηματίζει . . . ἀρχὰς . . . γὰρ μήποτε . . . οὕτω δέ τι . . .

32. . . . . ἀλλ' ἡ μὲν παροιμία (1) φησὶ, τὸ θέρος ἐπὶ τῇ καλάμῃ ||| φαίνεσθαι (2)· τότε δὲ ὁ Κωνσάντιος ἐδείκνυ τοῦ πατρὸς ὢν (3). P. 131.

Ὅτι ϰ̅ῳ̅ | τ̀ Ἰουλιανὸν τ̀ καίσαρα δοκοῦν τῷ αὐτῷ Κωνσαντίῳ βεβουλεῦσαι | καλῶς (4), ὁ χρόνος τ̀ πεῖραν ἐς τὸ ἐναντίον ἔστρεφεν· ταῖς τοῦ καίσα|ρος ἀρε-
4. ταῖς συνευθουσιώσης ἤδη τ̀ τύχης, ϰ̀ σχεδὸν ἑκάστης | ἡμέρας ξένα ϰ̀ ποικίλα φερούσης τῷ βασιλεῖ δ' ἀγγέλματα· ἐφ' οἷς | ὁ Κωνσάντιος δ' ἀκνόμενος ἤδη ϰ̀ δυσφορῶν ὑπὸ φθόνου (5), τοὺς ἡγου|μένους τ̃ φύσει πολεμίων ἐπετείχιζε τῷ
8. καίσαρι, ϰ̀ τ̀ αὐτ̃ | προσετίθει τοῖς ἐχθροῖς δύναμιν· μόνα ὁρῶν τὰ ἴδια· ϰ̀ τὸ οἰκεῖ|ον, ξένον (6) ὑπολαμβάνων, εἰ σὺν τῷ καίσαρι σώζοιτο. Ȼ τὸ ξένον, οἰκεῖον, | εἰ καταλύει μεθ' ἑαυτοῦ τ̀ καίσαρα· ὥστε ὁ πόλεμος εἰς τὸ ὑποῦλον | μεταβαλὼν, ϰ̀ τὸ φύσει πολέμιον ἐποίει σύμμαχον.

5. Potentia est . . . . .

*Ait vero proverbium : messem calamus ostendit. Tunc ergo Constantius quonam parente satus esset palam fecit.

Quae consilia Constantius contra Iulianum caesarem adornavisse ex utilitate sua putabat, ea feliciter tempus in contrarium vertit : Caesaris virtutibus favente iam studiosissime fortuna, et prope quotidie novis variisque nunciis ad Augustum delatis : quibus morsus Constantius et iam aeger invidia, Caesari opposuit naturalium eius inimicorum principes, atque horum odiis vim ipsemet suam adiunxit. Et iam proprio genio unice indulgens, commodum suum, alienum a se existimabat, si cum Caesare bene haberet ; quod autem a se alienum erat, id proprii commodi loco habebat, dummodo Caesar secum periret. Quare hoc belli subdolum genus, eos etiam qui naturaliter hostes erant, in amicorum numero habebat.

(1) Commemorat aliis verbis proverbium hoc scholiastes odysseae a me editus lib. XIV. 214 : ἡ παροιμία, ἀπὸ τῆς καλάμης τὸν στάχυν.

(2) Ut vides, lector, transitus ad aliud codicis folium fit continuato orationis cursu in hoc ipso proverbio. Atqui statim in primo folii versiculo loquitur de Constantio Eunapius : ergo eclogarius, recitato historiae prohoemio, cuncta omisit quae auctor scripserat, teste Photio, a Claudii gothici temporibus usque ad Constantium. Ita vero se gessit eclogarius, quia Caesarum interiectorum et ipsius Constantini res iam defloraverat ex anonymi, quem nos ante Eunapium posuimus, historia. Breviter tamen attigerat Eunapius (ut ipse mox dicet) res Caesarum ante Iulianum ; quandoquidem secundi libri prohoemium iam praefatur rebus Iuliani. Ergo quum fuerint quatuordecim, teste Photio eunapianae historiae libri, primo quidem res ante Iulianum gestas; cunctis reliquis (quod vix credibile videbitur) consequentes usque ad Pulcheriam res recitavit.

(3) Deesse videtur vocabulum aliquod. Maledixit autem utrique christiano imperatori Eunapius ; quam eius rabiem, in philosophorum quoque vitis semet exserentem, iamdiu Photius castigavit.

(4) Nimirum Constantius, siqua Eunapio vit. Maxim. fides habenda est, Iulianum in Gallias ablegaverat, ut ibi necem nanciscerctur ; quod contra accidit: nam strenue se gessit in illa expeditione Iulianus, viresque ad obtinendum imperium confirmavit.

(5) Hanc invidiam memorat Zosimus III. 5.

(6) Ξένος *hostilis*. Sic apud Cicer. off. I. 12. *hostis* idem est ac *peregrinus*, ξένος. Lacedaemonii vero ξένους dicebant quos alii *barbaros*.

Digitized by Google

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΤΟΥ Β ΛΟΓΟΥ.

VI. Τὰ μὲν οὖν ἀπὸ Δεξίππου συγγραφῆς ἐς τοὺς Ἰουλιανοῦ καθήκον- | 12.
τα καιροὺς (a), ὡς ἐνῆν μάλιστα δι' ἧβ ἀναγκαίων ἐπιτρέχουσιν, ἱκανῶς ἐν
τοῖς | ἔμπροσθεν δεδήλωται· φέρεται δὲ ἐντεῦθεν ὁ λόγος ἐφ' ὃν περ ἐφέρετο |
ἐξ ἀρχῆς, κἀ ἀναγκάζει γε τοῖς ἔργοις ἐνδιατρίβειν, ὥσπερ τι πρὸς | αὐτὸ ἐρω-
τικὸν πεπονθότας· οὔ τι μὰ Δία τεθεαμένους ἢ πεπειραμένους· κομιδῇ γὰρ ἦν ὁ 16.
γράφων τάδε παῖς (1) πρίν᾽ ἐβασίλευ|σεν· ἀλλὰ δεινόν τι ἀρρῆμα κἀ ἀπαραίτητον
εἰς ἔρωτα τὸ κοινὸν | ἀνθρώπων ἁπάντων πάθος, ᾧ τὸ πᾶν ἐφ' αὐτῷ δόξης
ἀσεβείαν· πῶς | γὰρ ἦν σιωπᾶν ὑπὲρ ὧν οὐδεὶς ἔφερε σιωπᾶν; πῶς ἦ μὴ
λέγειν | ὅσα κἀ οἱ μὴ δυνάμενοι λέγειν ἀπὸ στόματος ἔφραζον; εἰς γλυκεῖαν |
τινὰ ᾧ χρυσῆν διαβιβὴν τὰ ἐκείνου ἀναφέροντες· | κἀ ὁ μὲν πολὺς ἄνθρωπος 20.
ταῦτα πάσχοντες, ὅμως ἔλαττον εἰς τὸ γράφειν | ἐξεβιάζοντο· τὸ ᾗ ἐξαίρε-
τον, ᾧ ὅ τι περ ἦν ἐν παιδείᾳ γνωριμώτατον, οὐδὲ ἀφέντα ἠφίεσαν, ἀλλ' 24.
εἰκείοντο ὡς θαρσύνοντες | ὡς ὁπλη|φόμῳ τε πόνου. Ὁ ᾗ εἰς τὰ μάλιστα
γεγονὼς αὐτῷ γνώριμος ὁ περγαμηνὸς (2) ἀνὴρ Ὀριβάσιος, ἐκ φυσικῆς φι-

(a) Deest καιροὺς in cod.

LIBRI SECUNDI PROHOEMIUM.

6. Res itaque post Dexippi historiam usque ad Iuliani tempora gestae, satis in superioribus, quantum summa quaeque attingenti licuit, declaratae fuerunt. Deinceps oratio fertur ad eum, quem iam ab initio spectabat, Caesarem; cogitque nos in eius gestis versari, amatorio veluti stimulo erga illum pellectos: non quod per Iovem nos eum viderimus, vel consuetudinem eum eo habuerimus: prorsus enim adulescentulus erat, qui haec scribit, dum ille regnabat: sed profecto magnum creat atque insuperabilem amorem, concors hominum communisque sensus, et firmissima de illo principe existimatio. Nam quomodo nobis silere liceret de quo nemo conticescere poterat? Cur ea non diceremus, quae fandi etiam imperiti nihilominus loquebantur, regnum illius ad dulcem quandam aureamque aetatem referentes? Et vulgus quidem quamquam ita esset affectum, minus me tamen ad scribendum compellebat; sed enim spectati homines, et quotquot erant doctrina illustrissimi, remissum me non remittebant, verum hortando instabant ac prae se ferendo laboris quandam communionem. Qui vero Iulianum maxime noverat pergamenus Oribasius, homo

(1) Ego recte sentiunt ii critici, qui Eunapium illum rhetorem a Lydis ad Iulianum imperatorem missum (Eunap. excerp. legat.) diversum ab historico celebriore iudicant, et aliquanto seniorem; quos quidem criticos sistit Boissonadus praef. ad Eun. vit. p. 37. Ecce enim noster historicus ait nunc se plane iuvenculum regnante Iuliano, neque eum vidisse nedum cum eo versatum. Quin adeo in Maximi quoque vita Eunapius ait se puerum fuisse et vix ephebum litterasque addiscentem, quo tempore Valentinianus imperium suscepit. Denique in Proaeresio fin. diserte se dicit XVII. annos natum regnante Iuliano.

(2) En rursus *pergamenum* appellat Oribasium Eunapius, quod iam in vita eius Maximique fecerat. Valeat igitur Suidae error a quo dicitur *sardianus*; quem errorem secutus est Oribasii latinus editor operis εὐπορίστων. Porro Oribasium fuisse Iuliani archiatrum nemo ignorat.

Digitized

λοσοφίας | ἰατρικὴν ὑπατάττειν ἄριστος, κἀ δρᾶν ἔτι θειότερος (1), κἀ ἀσεβή|σειν ἐβόα φανερῶς, εἰ μὴ συγγράφοιμι· κἀ τἄ γε πράξεων, πά|σας ἃ ἠπίστατο παρὼν ἁπάσαις (2), μάλα ἀκριβῶς ὑπόμνημα (3) | συνετέλει πρὸς τὴν γραφήν· ὥστε
32. οὐκ ἦν ἀναβολὴ τῷ βιβλομένῳ | ῥαθυμεῖν.

* Τοῦτο ἐγένετο τὸ εὐτύχημα, καὶ πάντα ὥσπερ ὀστράκου || μεταπεσόντος P. 122. ἐπὶ τὸ βελτίον ἐχώρησε τοῖς Ῥωμαίοις (4).

VII. Ὅτι φησὶν ΕΥ|ΝΑΠΙΟΣ περὶ τοῦ βεβήλου Ἰουλιανοῦ. Τῆς δὲ στρατείας ταύτης | σφοδροτάτης τε ἅμα καὶ κλεινοτάτης ἥβῃ πρὸ αὐτῆς γενομέ-
4. νων (5) | τὴν διήγησιν εἰς τήνδε τὴν γραφὴν ἐντείνοντες, οὐ πεισόμεθα ταυ|τὸ τοῖς ἐν ἡμέρᾳ δᾴδας ἀνάσχουσιν, ἵνα τι κρυπτόμενον ἀνευρῶσι· | οὐδὲ ὑπὲρ ὧν ἱκανῶς ἅμα καὶ συνειθουσιῶν τοῖς ἑαυτοῦ καλοῖς βι|βλίδιον ὅλον τῆδε ἀνατίθεις
8. τῇ μάχῃ δι᾽ἦλθεν ὁ βασιλικώτατος καὶ ἐν | λόγοις Ἰουλιανὸς (6), αὐτοὶ βεβήλα-

a naturali philosophia ad medicam artem docendam paratissimus, et ad exercendam adhuc divinior, me immo impium inclamabat aperte, nisi ad scribendum incumberem. Idem rerum quoque gestarum, quas omnes utpote praesens noverat, perquam accuratos commentarios confecerat historiae futurae utiles. Quare non fuit morandi potestas etiamsi otiari voluissem.

* Haec felicitas contigit; atque omnia, tamquam testa conversa, meliora Romanis fluere coeperunt.

7. De Iuliano apostata sic ait EUNAPIUS. Huius maximae et quotquot antea fuerunt clarissimae expeditionis narrationem scribere adgrediens, haud imitabor eos, qui meridie faces attollunt, ut latens aliquid vestigent. Nam quia ipse Iulianus, in scriptorum quoque numero princeps, suorum facinorum admiratione captus, libellum integrum super hoc proelio conscripsit, equidem haud illi me con-

(1) Adde hanc ceteris, quas de Oribasio praedicat, laudibus Eunapius in eius vita. Ego vero peculiari nomine his lactor, quia ineditos aliquot Oribasii libros in vaticana bibliotheca nactus sum; qua de re litteratos homines ante hos annos publice certiores feci. Etsi enim magnae illius collectionis, quae libris LXXII. constabat, aliquot Cochius florentinos edidit, et complures alios Matthaeius germanus; plerique tamen adhuc latent; atque ex his nonnullos vaticanus codex retinet; duosque etiam codex olim heidelbergensis (CCCLXXV) postea vaticanus, et nunc iterum Heidelbergam relatus. Atque ut me vaticani libri editorem expectant, ita ut arbitror heidelbergenses praestantissimum Kühnium.

(2) Nec rebus solum bene gerendis Iuliano adfuit Oribasius, verum etiam impiae adversus Constantium imp. coniurationis particeps fuit, uti nos docet Eunapius in Maximi vita. (Hi enim amicitiae cum pessimis fructus esse solent.) Idem aliis verbis adfirmat Eunapius in ipsius Oribasii vita, dum ait Iulianum ad imperium ab Oribasio fuisse evectum, eamque rem a se in historiis (qui nunc locus desideratur) fuisse narratam. Fuit ergo non solum conscius sed dux coniurationis Oribasius, hortando et consulendo scilicet: veluti Polybius Demetrium Romae obsidem ad fugam ex Italia et ad capessendum Syriae regnum impulit.

(3) Nota Oribasii commentarios de Iuliani rebus gestis.

(4) Fragmentum hoc citat ex Eunapio nominatim Suidas voc. ὀστράκου, incipiens ab ὥσπερ mendoseque omittens τοῖς ante Ῥωμαίοις. Vaticanorum ergo excerptorum confirmaret veritatem Suidas, si quidem eius testimonio indigeremus. Confer Diogenianum prov. VI. 95.

(5) Sermo est de gallicis germanicisque Iuliani caesaris bellis, et praesertim de victoria maxima ad Argentoratum. Lege Zosimum III. 3. sqq., Ammianum libb. XVI. XVII, et Eunapium nostrum in Maximi vita,

(6) Iuliani libellum, quo bella a se in Galliis gesta complexus fuerat, commemorat atque aeque commendat etiam Libanius ed. Reisk. or. XIII. T. I. p. 412.

Digitized by Google

λούμεθα, κὴ συνεκθήσομεν ἑτέραν | γραφὴν τὰ αὐτὰ σημαίνουσαν · ἀλλὰ τοῖς μὲν βουλομένοις τὸ μέγεθος | τῆ ἐκείνου λόγων τε κὴ ἔργων ἀνασκοπεῖν, τὸ 12. περὶ τούτων βιβλίον ἐπι|τάξομεν, κὴ πρὸς ἐκείνην φέρεσθαι πῶ ἀκτῖνα δ' συγ|γραφῆς, ἐκ | δ' ἐνεργείας τ τότε ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντων ἐπὶ πῶ τοῦ λόγου δύναμιν ἀπορρυεῖσαν κὴ δι|αλάμψασαν · αὐτοὶ δὲ ὅσον (a) οὐ πρὸς ἄμιλλαν μει|ρακιώδη κὴ σοφιστικὴν, ἀλλ' εἰς ἱστορικὴν ἀκρίβειαν ἀνασπῶσαι κὴ δι|απλάσαι τ λόγον, ἐπισ|ραμούμεθα τὰ γεγενημένα, συνάπτοντες τοῖς | εἰρημένοις 16. τὰ ἐχόμενα.

VIII. Ὅτι Ἰουλιανὸς τοὺς ἀρχομένους κὴ τοὺς | πολεμίους ἐδίδασκεν ἅμα τί-σι δοκεῖ τ ὄντως βασιλέα κρατεῖν · | κὴ ὡς ἀνδρεία μὲν κὴ ῥώμη κὴ χειρῶν κράτος πρὸς τοὺς ἀνθεστηκό|τας μόνον τ πολεμίων χρήσιμα · δικαιοσύνη δὲ μετ' ἐξουσίας ὥσ|περ πηγή τις οὖσα τ ἀρετῶν, κὴ τοὺς μὴ παρόντας χειροήθεις ἐμποι|εῖ 20. κὴ δουλοῦσθαι πέφυκε · τοιαύτας ὑποτείνων ἀρετὰς κὴ σπέρματα φι|λοσοφίας εἰς τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας ἀπὸ βήματος (1), ἐπέταττε Ῥωμαί|οις μηδένα Σα-λίων (2) ἀδικεῖν, μηδὲ δῃοῦν ἢ σίνεσθαι τ ἰδίαν χώραν · | ἰδίαν δ' ἀπέφαινε 24. πᾶσαν αὐτοὺς δεῖν ὑπολαμβάνειν, ἣν ἄνευ μάχης | κὴ πόνων ἔχουσιν · ὡς ἀναγκαῖον (b) εἶναι πολεμίαν τ τ πολεμούντων ἡγεῖσθαι κὴ νομίζειν, οἰκείαν δὲ τ τ προδεδακεχωρηκότων (3). |

Ὅτι εἰώθη Ἰουλιανὸς ἀρχὴν νίκης οὐ πολέμου τίθεσθαι.

tendam, neque aliam historiam eadem de re instruam : sed eos, qui orationis pariter et operum magnitudinem contemplari volunt, ad praedictum libellum ablegabo atque ad illius scripturae splendorem, qui nimirum ex operum eius virtute in ipsius orationis facundiam radios proiicit. Ego vero haud puerilis vel sophisticae aemulationis studiosus, sed ad historicam veritatem orationem meam conformans et dirigens, res gestas percurram, et ante dictis consequentia nectam.

8. Iulianus subiectos aeque suos atque hostes edocuit quanam ratione verus rex vincere debeat : et quod fortitudo ac robur manuumque vis contra hostes tantummodo in acie valeant ; verum iustitia cum imperio iuncta fons quidam virtutum sit, eaque absentes quoque subditos sibi servosque faciat. Atque has Iulianus virtutes philosophiaeque semina de tribunali suo palam subditis cunctis ostentans, Romanos inhibuit quominus quemquam Saliorum laederent, vel popularentur regionem propriam atque vastarent : propriam vero dicebat debere eos existimare regionem, quam sine pugna et labore tenerent. Quare opus esse ut illam utique hosticam crederent, cuius incolae armis resisterent ; verumtamen illam propriae instar haberent, quae iam sui deditionem fecisset.

Iulianus non pugnam sed victoriam exordiri solebat.

(a) Ita cod. (b) Cod. ἀναγκαίων.

(1) Iulianum studiose adfectavisse Marci Aurelii philosophiam ait Ammianus XVI. 1 ; immo ipse de se adfirmat Iulianus in epistula ad Themistium.

(2) De Saliis Bataviae rhenanae insulae incolis, deque Iuliano iis parcente lege Zosimum III. 6, qui Eunapium expilat ; nec non Ammianum XVII. 8.

(3) Huius sententiae gratia eclogarius Eunapii locum conservavit. Meminisse enim oportet, versari nos semper in titulo *de sententiis*.

Digitized by Google

* Τοῦτον δεξά|μενος ἑταῖρον ἐφ' ἑαυτῷ συνεσάμενον εἶχεν (1)· εἶτ' ἄλλος
28. προσήει, καὶ | πλῆθος ἦν· ὃ καθάπερ οἱ πυθαγόριοι φασὶ (2) μονάδος ὅτι
δυάδα κι|νηθείσης, οὐδέτι τὴν τῆς ἀριθμῶν ἠρεμεῖν φύσιν, ἀλλὰ διεχεῖσθαι
καὶ | ῥεῖν εἰς πολύ, οὕτω Χαριέττονος Κερκίωνα (3) προσλαβόντος, αἵ τε
32. πρά|ξεις ἐπὶ πολὺ προῆσαν, καὶ ὁ τῶν συνεσαμένων ὄχλος ἀνάλογος (a) ἠκο-
λούθει ||| ταῖς πράξεσιν. P. 2 85.

VIIII. Ὅτι φησὶν ὁ ΕΥΝΑΠΙΟΣ περὶ Ἰουλιανόν. Ἐνταῦθα | δὲ γενομένης
μεμνῆσθαι προσῆκεν, ὡς νῦν ἡ γραφὴ περιέχει τὰ τοῦ | καίσαρος ἔργα·
4. ταῦτα δὲ ἐγίνετο Κωνσταντίου βασιλέως βασιλεύοντος· | ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς κατὰ
Κωνστάντιον, ἀμφοτέρων μεμνημένη, ταῦτα προ|κειμένης Κωνσταντίου μᾶλλον
εἶχεν καὶ παρῆγεν εἰς τὸν λόγον, οὕτως ἐπειδὴ | τὸν λόγον ἐκ τῆς γενέσεως εἰς
Ἰουλιανὸν ἐλθόντα τὰ καίσαρα νῦν ἀνα|γράφει, ἐπιμνήσεται πάλιν ἐς ὅσον ἂν

* Hunc in sodalitatem receptum lateri suo adhaerentem habebat: tum alius accedebat, fiebatque numerus. Et quemadmodum pythagorii aiunt monadem, si ad dyadem adiiciatur, haud iam retinere solitariae notae rationem, sed diffundi atque in pluralem numerum crescere; ita postquam Charietto Cercionem sibi adiunxit, plura iam facinora edebantur, et iam conspirantium turba factis par sequebatur.

9. Haec ait de Iuliano EUNAPIUS. Atque hoc iam loco meminisse decet, nunc quidem historiam facta Caesaris complecti, quae quidem Constantio augusto regnante patrata fuerunt. Sicuti ergo dum Constantii res narrabantur, utriusque mentio in historia fiebat, ita tamen ut quia Constantius praecipua persona erat, ad hunc maxime tenderet spectaretque oratio; ita nunc, quia de Iuliano ab eius nativitate usque ad Caesaris dignitatem scribimus, rursus

(a) Cod. ἀνάλογον.

(1) Abruptam ponit constantinianus eclogarius narrationem de Chariettone, quam Zosimus III. 7. integram scribit. Eunapium sine dubio sectans, sed tamen aliis verbis utens. Summa rei est haec. Charietto gallus, magna vir praeditus audacia et viribus, quum ante Iuliani in Gallias adventum adflictas Quadorum incursionibus urbes videret, adsumto sibi latronum comitatu, nocturnis insidiis trucidare Quados coepit; quam rem postea superveniens Iulianus ratam habuit, et Chariettonem auctoritate sua atque auxiliis confirmavit. Locum de Chariettone quendam, re ipsa ab hoc vaticano diversum sed sede proximum profert, ex Eunapio Suidas voc. ἀνατίχα, tacito licet auctoris nomine. Porro ipsius Chariettonis nomen scripsit suo loco idem Suidas. Rem narrat etiam Ammianus XVII. 10, qui mox libro XXVII. 1. eundem nobis Chariettonem exhibet dignitate comitis insignitum per utramque Germaniam,

(2) Confer anonymum in vit. Pythag. Graecis quidem et orientalibus, qui praeter singularem, duali quoque numero utuntur, opus est saltem tribus ad efficiendam pluralitatem. Lege Theodorum mopsuestenum a me editum sub initio commentarii ad Amosum prophetam. Sane et Plutarchus de Is. et Osir. ed. Reisk. T. VII. p. 441. ait: τὸ δὲ πολλαχοῦ εἰώθαμεν καὶ τρὶς λέγειν. Quid quod in aegyptiis papyrorum scripturis pluralem numerum nota III significatum videmus?

(3) A Chariettone latrone copulatam sibi eiusdem factionis turmam supra diximus. Id autem festive dicit Eunapius, tropo quodam utens, dum loco latronum gallicanorum ponit Cercionem, famosum illum Atticae grassatorem, quem Theseus interfecit. Atque haec est Eunapii, quam Photius cod. CCLXXVII. admirabatur, ἀκτειότης.

Digitized by Google

ἐγχωρῇ αὐτῷ, καὶ τοὺς ἁρμόττοντας καιροὺς, εἰς τὰ καίσαρα Κωνσταντίῳ 8.
συντεθειμένων τε καὶ | μεμηχανημένων (1).

* Ὁ μὲν γὰρ ῥωμαῖος Μάριος τὰ ἀντίπαλον Σύλλαν | διπλοῦν θηρίον ἀποκαλῶν, ἀλώπεκα καὶ λέοντα, μᾶλλον ἔφασκε φο|βεῖσθαι τὰ ἀλώπεκα· Κων-
σταντίῳ δὲ λέων μὲν οὐδεὶς παρῆν, πολ|λαὶ δὲ ἀλώπεκες κύκλῳ περιέχυσαι 12.
διεθορύβουν τὰ καίσαρα (2). |

X. * Πᾶσα δ' ἡ βία τὰ γραφὴν καὶ μικρὰ καὶ ὅπη Κωνστάντιον φέρεται | καὶ
τὰ ὑπ' ἐκείνῳ πραττομένων ἕκαστον ἀναγαγεῖν ὅπη καιροὺς κα|θ' οὓς ἐγίνετο
καὶ συνέπιπτεν.

Τότε δὴ ὁ Κωνστάντιος ἐφ' οἷς ἤδει (a) δυσφορῶν, | καὶ ὃ ἔπραττεν Ἰου- 16.
λιανὸς (3), ἔλεγχον δ' ἰδίας βασιλείας ὑπολαμβάνων |, τὰς τε δημεύσεις ὅπλι-
κίους ἑορτὰς εἰς πένθος τε συμφορὰν | μετέβαλλε· καὶ διοισζούμενος ὑπὸ φθό-
νου καὶ λύπης, πρὸς τὰ ἐμφύλιον ἐξώγκωτο πόλεμον.

Ἔοικε μὲν οὖν τε ἄλλως ὁ χρόνος ἐν | τὰ μακραῖς περιόδοις καὶ κινήσεσι 20.
πολλάκις ἐπὶ τοιαῦτα κατα|φέρεσθαι συμπτώματα (4)· καθάπερ οἱ τῷ Δαρείῳ
συστάντες ὅπη τοῦ | μάγους, ἦσαν ἑπτά (5)· καὶ οἱ πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Ἀρσάκι
καὶ Μακεδόνων συνεγερθέντες ἴσοι τὰ ἀριθμὸν ἔτυχον (6). 24.

quantum res tulerint ac prout tempora inciderint, insidias machinasque memorabimus quas adversus Caesarem Constantius instruxit.

Adversarium Syllam Marius romanus feram bimembrem appellare solebat, vulpem atque leonem; sed tamen magis vulpem timere se aiebat. Constantio hercle nullus leo aderat; sed multae vulpes circumsilientes, negotium Caesari facessebant.

10. * Sed plane necesse est ut paulatim historia ad Constantium quoque deflectat, atque ut eius res gestas temporibus quamque suis collocet.

Tunc vero Constantius quae rescierat moleste ferens; et Iuliani facinora regni sui vituperationem existimans; triumphales, qui indicti erant, festos dies ad luctum tristemque casum transtulit; invidiaque et dolore furens, ad civile bellum prorupit.

Tempora saepenumero visa sunt longis periodis ac revolutionbus ad eosdem redire casus. Veluti qui cum Dario adversus magos conspiraverunt, septem numero erant: et post tempora multa hi qui cum Arsace contra Macedonas rebellaverunt, pari numero fuerunt.

(a) Cod. Ἰδει.

(1) Legenda est Iuliani epistula augustalis ad Athenienses, in qua Constantii artificia late quidem, sed nescimus quam vere, scribuntur.

(2) Hoc aulicos beluarum nomine appellat ipse Iulianus epist. XXIII.

(3) Intellige gallicas germanicasque Iuliani victorias.

(4) Loquitur auctor de Iuliani a Constantio defectione, cuius machinationis duos ipse certe conscios habuit Oribasium et Evemerum, teste Eunapio in Maximi vita. Fieri tamen potest, ut his alii postea se adiunxerint, cum res peragenda fuit. Et quidem in illo motu militari apud Parisios (Zosim. III. 11.) quo Iulianus declaratus fuit Augustus, credibile est septem praecipuos rei tantae extitisse auctores. Nam certe Zonaras XIII. 10. ait Iulianum ob eam rem patrandam sibi *aliquot* tribunos conciliavisse. Ex somnio autem imperium sibi ominabatur Iulianus ep. XVII. ad Oribasium, qui secum mox conspiravit.

(5) Herodotus III. 70.

(6) Arrianus in parthicis apud Photium cod. LVIII.

Digitized by Google

* Συνορῶσι ἢ ὅτι θερμότητος μὲν (a) δεῖται καὶ ὁρμῆς τὸ ἀσφαλές· τὸ γὰρ δι' ἀνάγκης | ὧδε πόδας, ἐπίσκηψιν ἥκιστα ἀναδεχόμενον, προσχρότερον (b) ἀπαι|τεῖ τὸ κίνδυνον (1).

XI. Ὅτι ὧδε τὴν στρατείας τὴν κατὰ Ναρδινῶν (2) | πολυτρόπως γενομένης (c) ἐκτί-
28. θησι μὲν αὐτὸς Ἰουλιανὸς ἄλλα ἢ | ἀλλαχοῦ καὶ πρὸς πολλοὺς ἀναφράζων ἐν ἐπιστολαῖς· πρός τινα | γοῦν Κυλλήνιον (3) καὶ ταῦτα ἐξηγούμενον, τὰ μὲν ἐπι-
τιμᾷ ὡς διαμαρτάνοντα τῆς ἀληθείας φαίνεται· καὶ παρεκτίθησί γε τὰ πρα-
32. χθέντα ὅπως γέγονε· φάσκων ἢ μὴ δεῖσθαι πυ τά τε ἔργα λέγοντος· | οὐδὲ γὰρ Παλαμήδην Ὁμήρῳ προσδεηθῆναι φησὶν εἰς δόξαν· καὶ || τὰς ἀλλοτρίας P. 286.
συγγραφὰς τῶν ἰδίων ἔργων ὑπὸ μεγαλοψυχίας παραιτούμενος, αὐτὸς ὅμως διὰ
μέγεθος τῶν πεπραγμένων πρὸς τὸ λέγειν αὐτὰ κατασειόμενος, οὐδὲ συγγραφὴν
4. ἁπλῆν ἀλλ' ἔπαινον κρίσεώς τινα καὶ λαμπρὸν ἑαυτῷ διέξεισιν αὐτοκέλευστος, καὶ πρὸς πολ|λοὺς αὐτὰ διὰ τῆς ἐπιστολῶν ὑμνῶν.

XII. Ὅτι κρατεῖν ὡς ἐπίπαν εἴ|ωθεν ἐν μὲν τοῖς ἀπείροις τὸ πλέον, ἐν δὲ τοῖς
ἐπισήμοσι τὸ γε|γυμνασμένον· οὐ γὰρ ἐν τοῖς μὴ τέχνης ἅπαντα τὸ παρά-
8. λογον | τῆς τύχης, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀτέχνοις χώραν ἔχει τὸ αὐτόματον· ὥσπερ | καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις ὁρῶμεν τὸ προσιὸν οὐχ ὑπὸ τῆς ἀπείρων ἀλλ' ὑπὸ
τῶν μεμελετησάντων ἐκτελούμενον (4). |

Intelligunt autem opus esse ardore et impetu ad efficiendam securitatem. Namque instans necessitas, considerationem minime patiens, proximius vindicat sibi periculum.

11. De bellica expeditione adversus Nardinos, quae varios casus experta est, scribit ipse Iulianus cum alibi alia, tum in epistulis ad diversos illam enarrat. Ad quendam itaque scribens Cyllenium, qui argumentum illud tractaverat, primum quidem eum obiurgat propterea quod a veritate aberraverat; tum ipse rem prout se habebat exponit. Ait autem facta illa scriptore non indigere: nam neque Palamedi, inquit, ad gloriam opus Homero fuit. Ergo alienas factorum suorum historias excelso animo abnuens, ipse tamen magnitudine rerum gestarum ad dicendum impellitur. Neque simplicem historiam sed luculentam sui laudationem sponte persequitur, atque in epistolis ad multos scriptas se ipsum depraedicat.

12. In imperitis plerumque numerus praevalet, in sapientibus eruditio. Neque enim fortunae temeritas arte praeditis usuvenit, sed rudibus casus fortuitus dominatur. Sic et in aliis disciplinis ad propositum finem non imperitos, sed sollertes, devenire videmus.

(a) Cod. μὲν καί. (b) Ita cod. Et nota vocabulum. (c) Cod. πολύτροπον γενομένην.

(1) Loquitur auctor de militari tumultu, quo Iulianus volens nolens (si credere dignum est) imperium admittere debuit. Zosim. et Zonar. loc. cit. et Ammian. XX. 4.

(2) De hoc populo quicum bellum gessit Iulianus quaerant eruditi.

(3) Desideratur Iuliani epistula ad Cyllenium. Apparet autem hunc hominem fuisse historicum.

(4) Male secum actum diceret Eunapius ab elogario, qui selectis tantummodo his sententiis, historiam eius subvertit atque obscuravit.

Digitized by Google

Ὅτι πᾶν ἔργον κρεῖττον ἀπορρήτως στρατηγούμενον· ὅστις δὲ ἐν πολέμῳ 12.
κρύπτει τὰ πλείονα, κρείττων ἔξι τῆς μετ' ἔργων θρασύτητος | φανερῶς ὁπλίων.

Ὅτι κυνικὸς Ἡράκλειος (a) ἀκροασάμενον ἐκάλει τὸν Ἰουλιανὸν ὡς εἰς τὴν βασιλείαν ὠφελήσων αὐτόν· ὁ δὲ θαυμάσας τὸ τῆς ὑποσχέσεως ὕψος, ἑτοίμως ὑπήκουσεν (1)· ἐπεὶ δὲ παρὰ δόξαν ἀπήντησεν, ὁ Ἰουλιανὸς ἀντιγράψας λόγον, τὴν 16.
ἑαυτοῦ | δύναμιν ἐξέφηνε καὶ τὸ τῆς φύσεως ἀνυπέρβλητον· οἱ δὲ ἀκούσαντες καταπλαγέντες τὴν δύναμιν τοῦ λόγου, καθάπερ θεοῦ προσεκύνησαν τὴν φιλανθρωπίαν, ὅτι τὸν βασιλικὸν θυμὸν διέλυσε λογικῇ | φιλοτιμίᾳ (2)· ὁ δὲ καὶ ἑτέρῳ λόγῳ 20.
τὸν αὐτὸν κυνικὸν ἐτίμησεν (3). |

XIII. Ὅτι τῷ Ἰουλιανῷ ἤκμαζεν ὁ πρὸς Πέρσας πόλεμος, τάς τε σκυθικὰς κινήσεις ὥσπερ ἐκκρυπτομένας ἔτι κυματισμὸν (b) ἐτίθει | πόρρωθεν ἢ θεοκλυτῶν (c) ἢ λογιζόμενος· λέγει οὖν ἐπιστέλλων (4)· Σκύθαι | οἱ νῦν μὲν ἡσυχάζουσιν, ἴσως 24.
οὐκ ἀσυχήσουσιν· εἰς τοσόνδε | ἐκίνειτο χρόνον τῶν μελλόντων αὐτῷ πρόνοια, ὡσθ' ὅτι (d) τὸν ἐπ' αὐτοῖς μόνον καιρὸν ἡσυχάσουσι προγινώσκειν.

Ὅτι πρὸ Κτησιφῶντος (5) πεδίον ὀρχήσεραν πολέμου πρότερον ἀποδείξας,

Quodvis opus militare secreto ducum consilio dirigi praestat. Sane qui belli plura celat, potior est illo qui factorum audacia manifeste utitur.

Heraclius cynicus Iulianum invitavit ut se praeceptorem audiret, ceu regno administrando utilem futurum. Is autem magnitudinem promissorum admirans, alacriter morem gessit. Mox quum res citra spem evenisset, Iulianus contra illum oratione scripta ingenium suum naturamque eximiam demonstravit. Quicumque vero scriptum illud legerunt tum eloquentiae vim suspexerunt, tum praecipue Iuliani clementiam, tamquam Dei, osculati sunt, qui regalem iram litteraria disceptatione dissolvit. Deinde Iulianus alia quoque oratione cynicum ultus est.

13. Quo tempore persicum bellum calebat, Iulianus scythicos quoque motus latentes adhuc, procellae instar, procul sentiebat, vel Dei familiaris monitu vel proprio ratiocinio. Dicit ergo in epistula: Scythae nunc quiescunt; fortasse tamen hanc quietem non retinebunt. Scilicet eius futurorum provisio in tantum tempus extendebatur, ut illos sua aetate tantummodo pacem servaturos ante cognoverit.

Iulianus in campo apud Ctesiphontem belli choream primo ostentans, ut

(a) Cod. hoc loco Ἡράκλειτος; at infra in rebus Procopii tyranni idem codex habet Ἡράκλειος. Priori lectioni favet Suidas; posteriori textus Iuliani in oratione contra hunc cynicum ad Petav. (b) Ita cod.; quod Eunapii videtur novum vocabulum. (c) Cod. Θεοκλυτῶν. (d) Cod. ὅτε.

(1) Imitatus videlicet est Iulianus M. Aurelium qui iam prope senex et imperator magistros adhuc audiebat, ut ait in eius vita Capitolinus cap. III. Rectius tamen Iulianus, horum cognita vanitate, iis valedixit. Denique non reticebo vidisse me in Davidis armenii commentario ined. ad Arist. epigrammata illa de aegrotante cynico quae leguntur apud Brunckium analect. T. II. p. 286, non ad Hadrianum vel ad Germanicum referri, sed ad Iulianum.

(2) Pari humanitate fuit Vespasianus, ut in excerptis Dionis vaticanis legere est.

(3) Extant hac duae Iuliani orationes contra cynicos; quarum secunda nominatim est contra *Heraclium*. Ita vero se gessit Iulianus etiam cum Antiochenis, quos misopogone non suppliciis, ut Caracalla fecisset, ultus est.

(4) Quanam in epistula?

(5) Ex universo eunapianae historiae tractu, quo Iuliani ad dignitatem Augusti evectio atque iter longissimum e Galliis usque ad persicam Ctesiphontem narrabatur, nihil eclogarius nobis conservavit: sed eam tamen materiam ex breviatore Zosimo utcumque cognoscimus lib. III. 11. – 29. Exin quae leguntur apud Eunapium de Iuliano, ea prorsus Zosimus praetermisit.

Digitized by Google

ὡς ἔλε|γεν Ἐπαμείνωνδας, Διονύσου σκηνὴν ἐπεδείκνυ Ἰουλιανὸς, ἀνέσεις | τινὰς τοῖς στρατιώταις καὶ ἡδονὰς πορίζόμενος.

Ὅτι τοσαύ|τη ἐν τοῖς προαστείοις Κτησιφῶντος ἀφθονία τῶν ἐπιτηδείων ἦν | ὥστε τὴν στρατείαν κίνδυνον τοῖς στρατιώταις φέρειν μή ποτε | ὑπὸ βοφῆς διαφθαρῶσιν.

Ὅτι ἔοικε τὸ ἀνθρώπινον καὶ ἄλλως || ὀπιφέρον εἶναι καὶ καταντὲς πρὸς τὸ P. 171.
βάσκανον. — Καὶ οἱ στρατιῶται οὐ|κ ἔχοντες ζῶσαι ἐπαινῶσιν ἀξίως τὰ πραττόμενα. — Τοὺς Ἀχαιοὺς, φησὶ, | ἔκρινον ἀπὸ τοῦ πύργου. — Στρατηγικός τις καὶ σπουδαῖος εἰς φρόνησιν | ἕκαστος εἶναι βουλόμενοι. — Καὶ τοῖς μὲν ὕλη τις ὑπῆν φλυαρίας· ὁ δὲ | τὰ ἐξ ἀρχῆς ἐχόμενος λογισμῷ ἐπὶ τὸ οἰκεῖον ἀνέστρεφεν (1).

XIIII. Ὥσπερ | δὲ ἐν πολέμῳ καὶ τοσούτων ὀπτευμένων, ἄρχοντος δεόμενον τὸ στρατόπεδον τὴν αἵρεσιν σπουδαίαν ποιεῖσθαι· καθάπερ ἰατροὶ φασὶ καταδύτων γνωμένων δυεῖν ἀλγημάτων, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ σφοδροτέρου λύεσθαι, οὕτω καὶ τότε θεωρεῖν ἐξῆν ὡς τὴν ὑπερoχὴν τοῦ κατὰ τὸν βασιλέα πάθους ὁ τοῦ πολέμου φόβος σβέσας πόδας ἴσως | καταμαραίνων ἀπήμβλυνεν· τὸ μὲν γὰρ γεγονὸς ἦν φανερόν· | τὸ δὲ ὅπως, εἶχε ἄλλος ἄλλως, ἠπίστατο δὲ οὐδὲ εἷς. πλὴν | ἓν τοῦτο γε ᾔδεσαν ὡς αἱρεῖσθαι προσῆκε σφισὶν ἄρχοντας (2)· εἰ δὲ | καὶ πλῆθος ἦσαν, τοῦτο γοῦν ἠπίσταντο σαφῶς, ὅτι ἄρχοντος μὲν | εὐπορήσουσι, τοιοῦτον δὲ οὐδὲ εἰ πλαστὸς θεὸς (3) εὑρήσουσιν, ὃς γε διὰ φύ|σεως ἐξουσίαν

aiebat Epaminondas, Bacchi scenam exhibuit, otia quaedam et voluptates militibus indulgens.

Tanta erat in Ctesiphontis suburbanis rerum copia, ut sagina militibus periculum creaverit ne cibo enecarentur.

* Ceteroquin videtur humana natura ad invidiam propensa atque proclivis. — Milites quum pro meritis res gestas laudare non possent. — Achaeos, inquit, de turri iudicabant. — Quum se quisque imperatoria scientia praeditum prudentiaque praestantem haberi vellet. — Atque his quidem materia nugandi suberat; ille autem susceptorum initio consiliorum tenax in regionem propriam revertebatur.

14. Bellum quippe gerens tantisque periculis circumsessus de eligendo, quo carebat, duce exercitus cogitabat. Ac quemadmodum medici aiunt, siquando gemini dolores ingruant, ab acriore minorem solvi, sic eo tempore cernere erat summum amissi regis maerorem ab impendente belli terrore infractum atque debilitatum. Nam quod quidem acciderat, nemini non erat planum; quanam vero ratione id esset patratum, alii aliter coniectabant; neque aliud cuiquam exploratum erat, nisi quod ducem eligere prorsus oportebat. Iam etsi vulgaris turba erant, id tamen nemo non videbat, ducis quidem copiam non defuturam, sed Iuliano parem, ne si Deus quidem aliquis procrearetur, inventum non iri: qui naturae suae praestantia ac divina magnitudine, vitae huius

(a) Ita cod. plurali numero.

(1) In his fragmentis sermo est de consultatione militari Romanorum, cum Ctesiphonte frustra tentata, recedendum fuit e media Perside, ne undique hostibus obvallarentur. Amm. XXIV. 7. 8.

(2) Sermo est de extincto in pugna Iuliano, et de eligendo successore.

(3) Fallor? an videtur Eunapius respicere ad incarnatum Christianorum deum cui pro sua nota impietate Iulianum anteponit?

Digitized by Google

καὶ τὸ ἰσομέγεθες τῷ θείῳ, ἀγωγῆς τε ἀνάγκην ἐπαύ|σατο πρὸς τὸ χεῖρον ἑλκυσαν· καὶ ἐκ τοσούτων ἀνενεγκὼν κυμάτων, | οὐρανόν τε εἶδε, καὶ ἐπέγνω τὰ ἐν αὐτῷ καλὰ, τοῖς ἀσωμάτοις | ὁμιλήσας σῶμα ἔχων ἔτι· καὶ βασιλείας τε ἔτυχεν οὐχ ὅτι ἤρα βασι|λείας, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀνθρώπειον ἐώρα διόμενες (a) 20.
βασιλεύεσθαι· φιλοσοφα|τιώτης τε ἦν διαφερόντως οὐχ ὅτι ἐβούλετο δημαγωγεῖν, ἀλλ' ὅτι τοῦ|το ἠπίστατο τοῖς κοινοῖς συμφέρειν. |

ΣΤΗΛΙΤΕΥΤΙΚΟΣ ΚΑΤΑ ΕΥΝΑΠΙΟΥ (1).

XV. Ταῦτα λῆρεῖν ἀνέσχῃ ἐμβροντὴς τῷ ὄντι καὶ ἀνεπιγνώμων τῆς | πεφλυαρη- 24.
μένων; τίς γὰρ τῶν ἐγγενῶν Ἕλλησι δογμάτων, οὐρανίων | μεμύηται μυστηρίων θεατὴ ὑπάρξαι τὸ ἀπαλλαττόμενον δὲ ἐν|τεῦθεν βιοῦ, ἢ συνόμιλον ἀσωμάτων γενέσθαι; καί τινες οἱ ἀσώ|ματοι ἤτοι εἰ μή πω Γανυμήδης καὶ Ζεὺς ὁ Γανυ- 28.
μήδους ἐκ Τρώων | ἐραστὴς, δι' οὗ καὶ Ἥρα ᾠδαγκωνίζεται ἡ ἀδελφὴ καὶ γα|μετὴ τῷ φρυ|γεῖ μειρακίῳ; ἀλλὰ τὰ μὲν κλίνας ἔχεις τῶν χριστιανικῶν ὀργίων, τὰς ἀσωμάτους φημὶ φραξιάς (2)· ἐπεὶ τῶν γε σῶν δογμάτων μὴ οὐχὶ καὶ ἐμ|παθέστερον τῶν καὶ τὸ φθαρτὸν τοῦτον βίον ἀκρατεστάτων οἱ κα|τ' οὐρανόν σοι ἀλῶσιν 32.
P. 172. μάκαρες βιῶντες; οἷς Ἥβη μὲν οἰνοχοεῖ πολλῷ || τῷ νέκταρι, (οἱ δὲ) μεθυσκόμενοι

necessitatem, quae in deterius ruere solet, pervicit; seque tot fluctibus ipsum emergens, caelum introspexit, bonaque ibi latentia novit, cum incorporeis naturis corpore nondum exutus familiariter versans. Neque vero imperium susceperat quia regnandi cupidus esset, sed quia homines regnatore indigentes videbat. Tum et militibus blandus erat, non ut in populo dominaretur, sed quia ex usu rei publicae id fore sciebat.

INVECTIO ADVERSUS EUNAPIUM.

15. Inepta haec effutire ausus es, stulte revera homo et nihil intelligens? Nam quis in patriis Graecorum dogmatibus sic initiari dicitur ut mysteriorum caelestium spectator fiat, atque ut ex hoc terreno incolatu translatus cum incorporeis naturis versetur? Quinam vero sunt hi incorporei, nisi forte Ganymedes et Iupiter Ganymedis troiani amator? cuius rei causa Iuno quoque soror et coniux exploditur, ut phrygio pusioni locus sit. Sed enim video te christianis sacris has, inquam, incorporeas suffurari curias. Atqui ex tuorum dogmatum norma nonne turpius, quam intemperantissimi in hac vita mortales

(a) Ita cod. Et sic etiam infra.

(1) Ita scribitur in margine. Sequitur autem adversus Eunapium invectio christiani anonymi, qui nefarias laudes ab eo in Iulianum conlatas aequo animo ferre non potuit.

(2) Porphyrium quoque apostasia parem, philosophia aemulum, aetate supparem Iuliano agnovisse angelos, dixi ad eius epistulam ad Marcellam a me primum editam cap. XXI.

Digitized by Google

τὰ ἀπαίσια δ' ἰξίασι Τρώων πόλιν ἱσο|ρόωντες (1). Πρός τινας κ' τ καθ' Ἕλληνας ἑαυτ ἀναφέρων φιλο|σόφων ἦρα βασιλείας; πρὸς Ἀντισθένη; πρὸς Διογένη;
4. ἀλλὰ τούτους | μὲν ἴσμεν οὕτως ἀπραγμοσύνης μᾶλλον (2), ὡς τ κυνῶν ἐζηλο-κότας ζωήν, κ' τῇ τούτων ἐγκαλλωπίζεσθαι κλήσει· οὐκ οὖν ἐπανορθῶν τ | ἀνθρώπινον βίον εἵλετο βασιλεύειν, ὅτι μηδ' ἐπανώρθωσέ τι· εἰ μὴ πρῶ|τον
8. μὲν φιλοδοξίας κακῷ λυσήματι ἀχάρις(Θ) πρὸς τ εὐεργέτην | δ(ε)γινόμενος (3)· ἔπειτα κ' ὅπως τοῖς ἄγυσιν αὐτ δαίμοσι, τὸ ὀλέθριον | ἀφοσιούμενος σίβας, λάθοι πρὸς τ' ὑπ' αὐτ πανδαζομένων | δαιμόνων, τοιούτ κ' τέλους κυρῆ-σαι, ἀξίως κ' τ ἐκείνων ἀ|πάτης κ' τ ἑαυτ ἐμπληξίας. |

---

12. XVI. Ὅτι (4) πρὸς τ Ὀριβάσιον εἰπόντα ὡς οὐ χρὴ τ θυμὸν, κἂν ἐπείσῃ, | δ(ε)ῖξαι τ ὀμμάτων κ' τ φωνῆς ἐκφορεῖσθαι, ὅρα τοίνυν εἶπεν, ἐπειδ' καλῶς λέγεις, εἰ τ τὸ ἐγκαλίσεις ἔτι δεύτερον (5).

Ὅτι φασὶν Ἀλε|ξάνδρου θειάζοντ(Θ) ἑαυτὸν ἐκ Διὸς, Ὀλυμπιάδα
16. θρυπτομένην (a) φάσκειν, | οὐ παύσεται τὸ μειράκιον δ(ε)αβάλλον με πρὸς τ Ἥραν;

solent, beatos tuos deprehendes in caelo vivere? quibus Hebe quidem largum nectar propinat; ipsi vero ebrii obscoena fabulantur, troianam urbem despectantes. Quemnam porro graecum philosophum aemulatus est Iulianus, cum regnum appetivit? num Antisthenem? num Diogenem? Atqui hos scimus tantopere animalia otii fuisse, ut canum quoque vitam amplexi sint, atque horum appellatione gloriarentur. Nequaquam igitur ut res humanas corrigeret imperium affectavit; nam nihil omnino emendavit; sed primo quidem prava gloriae cupiditate ingratus adversus benefactorem fuit: deinde dum ducibus suis daemonibus scelerata religione se devovet, nescivit fore ut per cultos ab se daemonas talem exitum consequeretur, qui et fraudem simul illorum et suam vesaniam deceret.

---

16. Monenti Oribasio non oportere iram, etiamsi adsit, voce et oculis declarare; tu vero videsis, inquit Iulianus, quandoquidem recte ais, an me deinceps hac in re castigare poteris.

Quum Alexander divino se Iovis genere satum iactaret, aiunt Olympiadem affectato fastidio dixisse: nondum hic pusio apud lunonem criminandi mei finem facit?

(a) Cod. θρυπομένην.

(1) Iliad. IIII. 4.

(2) Cod. μᾶλον. Sane et Hieronymus dixit, *philosophus gloriae animal*.

(3) Scilicet adversus Constantium a quo caesar factus Iulianus fuerat.

(4) Loquitur rursus Eunapius.

(5) In hoc quoque Iulianus M. Aurelii imitationem adfectabat, quem scribit Capitolinus cap. XVI. *vultum numquam mutasse macrore vel gaudio, philosophiae deditum stoicae*. Iam medicum amicum (nempe Oribasium) sibi in comitatu relictum narrat ipse Iulianus ep. ad Ath. p. 277.

Digitized by Google

Ὅτι προσαγορεύων ὁ Θεὸς τὸν Ἰουλιανὸν φησίν·

Ὦ παῖ Φ (2) ἁρμελάτου (1) Θεοῦ μεδέοντΦ | ἁπάντων.

Ὅτι ὁ Ἰουλιανὸς ἐν ταῖς ὑποθήκαις ἴδιον [πατέρα (2)] ἀναπαλεῖ τὸν | ἥλιον· οὐχ ὥσπερ ἈλέξανδρΦ διαβάλλεται φάσκων πρὸς τὴν Ἥραν, | ὅτι 20.
Ὀλυμπιὰς αὐτὴ ἐκ Διὸς ἀνειλομένη, τοῦτο οὐκ ἀπεκρύπτετο· ἀλλ' | οὗτος γε ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ μαρτυρίαις αἰωρούμενΦ εἰς τὸν Πλάτωνα ὑπο|φέρεται· ὥσπερ ὁ ἐκείνου Σωκράτης φησὶ, μὴ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἀλλ' οὐ | μετ' ἄλλου τῶν Θεῶν· ταύτην κἀγὼ αὐτὸς εἰς τὸν ἡλιακὴν βασιλείαν τινὰ | κὲ χρυσῆν σειρὰν ἀναφέρων τὲ 24. συναπτόμενος (3).

XVII. [Ἐπὶ (4) τὸν Ἰουλιανὸν πολλαὶ δίκαι ἐχώρουν, χανδὸν ἐμφορουμένων τῶν ἀνθρώπων τὴν δικαιοσύνης τῆς κρίνοντΦ· ἀναβολαί τε οὐκ ἦσαν ἐπ' αὐταῖς, ὅσαι νόμιμον ἐκ τῶν συνήθων γραμμάτων τὸ ἄδικον ἴσχυσιν εἰς βοήθειαν τῶν ἀδικούντων τὲ προειληφότων· ἀλλ' ἢ παραχρῆμα ἔδει τὸ ἴσον ἐλέγχεσθαι κατὰ φύσιν, ἢ τὸ μέλλον, τὲ διωθούμενον εἰς τὸν χρόνον, ὕποπτον ἦν· βαρὺς μὲν οὖν κἀγὼ λυπηρὸς ἐτύγχανε, κἀγὼ ἐπὶ τοῖσδε τὲ τὸ τῶν πονηρῶν ἔθνος κἀδικούντων διηγείρετο· οὐ γὰρ ἀδικεῖν ἐξῆν, οὐδὲ λανθάνειν ἀδικοῦσι· βαρύτερον δὲ αὐτὸ ἀπεδείκνυε τοῖς μοχθηροῖς κἀγὼ τὸ εὐπρόσοδον. οἷα γὰρ προιόντΦ μὲν πολλάκις διὰ τὰς ἱερομηνίας τὲ θυσίας, ἡμέρᾳ δὲ φύσει πρὸς πᾶσαν ἔντευξιν τυγ-

Deus Iulianum alloquens ait:

O stirps aurigantis Dei qui omnia regit!

Solem Iulianus in epistulis parentem suum appellat: haud equidem qua ratione Alexander calumniatur apud Iunonem, nempe quod Olympias de Iove se concepisse non dissimularet; verum ipse Dei testimoniis subnixus ad Platonem provocat. Nam sicuti platonicus ait Socrates: cum Deo nos sumus, non autem cum alio quovis deorum; ita etiam Iulianus ad solare quoddam regnum aurea veluti catena referebat semet atque adiungebat.

17. [Ad Iulianum multae causae deferebantur, quod homines affatim illius iudicis aequitate fruerentur. Neque enim dilationibus eiusmodi locus erat, quae lege sancitam e consuetis scriptis haberent inquitatem, et hominibus iniustis alienaque detinentibus auxiliarentur; sed aut statim aequitas naturae consentanea demonstranda erat, aut mora et procrastinatio suspecta habebatur. Gravis igitur et molestus erat, et ob haec improborum et iniustorum natio exasperabatur. Nec enim iniuriam facere licebat, nec, qui iniuriam fecissent, latere poterant. Molestiorem etiam improbis illum reddebat adeundi facilitas. Cum enim saepe propter festa et sacrificia in publicum prodiret, omnibusque co-

(1) Nempe solis.

(2) Deest πατέρα in cod.; quod vocabulum hic fuisse addendum, constat e consequentibus, nec non e Iuliani oratione, seu potius epistula, ad Sallustium de laudibus solis pp. 131. 140.

(3) Se in solis tutelam praecipuam contulisse, Iulianus dicit ep. XIII. Item in ep. ad Athen. custodes angelos se habere solem lunamque ridicule ait.

(4) Ante carmen ἀλλ' ἔποτε etc. liceat mihi collocare inclusum parenthesi copiosum hoc ex Suida voc. Ἰουλιανὸς fragmentum, quod prorsus esse Eunapii, iam docti homines existimaverunt; sed nunc demum eius quoque sedes comperta videtur. Nam quia Suidas prosae fragmento statim subtexit eosdem versus, qui in vaticano quoque palimpsesto occurrunt; sequitur ut haec prosae lacinia alia in sede poni nequeat.

(a) Prima vocabuli littera in codice est obscurata; sed tamen π esse existimo.

Digitized by Google

χάνον|τος, ἀκώλυτον τοὺς δεομένους λόγου τυχεῖν· ὁ μὲν οὖν ἐλάχιστον τῆς ὑπὸ τῶν πονηρῶν ταύτης βλασφημίας τε καὶ ὀργῆς ἠσθάνετο καὶ ἐφρόντιζε (1).

XVIII. Περὶ δὲ τελευτῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου τοῦ ἀθέου, χρησμὸς ἦν τοιοῦτος·]

Ἀλλ' ὅποτε (a) σκηπτροῖ|σι τέοις περσήϊον αἷμα
Ἄχρι Σελευκείης (2) κλονέων ξιφέεσσι | δαμάσσῃς,
Δή ποτε σὲ πρὸς ὄλυμπον ἄγει πυριλαμπὴς ὄχημα
Ἀμφὶ | θυέλλῃσι κυκώμενον ἐν στροφάλιξι (b)
Λυσάμενον (c) βροτείων ῥοθίων (d) | πολύτλητον ἀϊνην.
Ἥξεις δ' αἰθερίου φάεος πατρώϊον αὐλὴν (e), |
Ἔνθεν ἀποπλαγχθεὶς μεροπήϊον ἐς δέμας ἦλθες.

28.

mem et affabilem se praeberet, quilibet eum adloqui poterat. Ille vero improborum maledicta et indignationem minime sentiebat aut curabat.

18. De obitu Iuliani apostatae et athei huiusmodi oraculum extabat.]

Sed postquam sceptro tuo persicum genus
Seleuciam usque persequens gladio subiecceris;
Tunc te ad olympum splendidus currus subvehet,
Nimbis circumdatum atque vorticibus,
Emergentem aerumnosae mortalitatis fluctibus.
Venies autem ad aetherii luminis paternam aulam,
Unde olim excussus ad humanum corpus abieras.

(a) Suid. ὑπόταν. (b) Suid. στροφάλιγξι. (c) Suid. ῥίψαντα. (d) Suid. ῥεθέων. (e) Cod. ἀϊνὴν.

(1) Nimirum Eunapius post narratam Iuliani necem, laudationem eius subtexuerat; quam copiosam recitat etiam Ammianus XXV. 4; qui postremus ne vitia quidem eius pro gravis historici munere reticet. Nunc in superstite apud Suidam fragmento rationem aequam videmus qua Iulianus princeps iudicia exercebat. Quod tamen ait Zosimus abs Iuliano Persarum imperium ad incitas redactum fuisse, propterea quod in eiusdem viscera penetraverat; mihi et aliis, ut puto, multis longe secus videtur. Nam nec ii qui nostra aetate Moschorum metropolim in ultimis terris occupaverunt, ideirco rem se bene gessisse agnoverunt. Profecto Iuliani expeditionem et calludorum hostium usquequaque cedentium persecutionem imprudentissimam fuisse iudico, et sophista potius vanoque duce quam militari gravique dignam; praesertim quia importuno et laevo consilio naves suas plus mille inflammari iussit, quae solae salutem exercitus in iis solitudinibus errabundi tueri poterant. Itaque quod Romani numquam postea Persidem recuperaverint, id memorabili Iuliani inconsiderantiae imputandum est. Nam vel ipsa Iuliani mors quid demum momenti adtulit ad inclinandam expeditionis, quae iam conclamata erat, fortunam? Fingamus enim vixisse; quonam pacto exercitum in immensa solitudine aluisset, quum ipse imperator vix pulte exigua vitam in diem sustentaret, moriente passim gregario milite? quomodo incolumes copias tanto itinere reduxisset, prohibentibus fluviis maximis, instante innumero cataphractorum hostium equitatu? Quod ergo Iulianus levioris fuerit ingenii, ut ait Ammianus, tali tamque luctuoso expeditionis exitu palam fit. Certe nisi princeps Iovianus qualemcumque a Persis panem mox impetravisset, de qua Iuliano ne fortasse quidem volenti hostes annuissent, omnibus in Perside moriendum fuit.

(2) Dicit Seleuciam pro Ctesiphonte. Constat enim illam iuxta tertium ab hac lapidem fuisse conditam; immo vero Seleuciam Ctesiphontis vicinia incolis exhauriri coeptam ait Plinius VI. sect. 30.

Digitized by Google

Τούτοις ἀρθέντα | τοῖς ἔπεσιν αὐτὴ καὶ λογίοις μάλα ἡδέως φασὶν (2) ἀπολιπεῖν τὸ θνητὸν καὶ ἐπίκαιρον· προκεῖνται δὲ καὶ λογίων ἄλλαί τινες εὐχαί τε καὶ | θυσίαι πρὸς οὐδὲν θεοὺς, ἃς ἐκείνῳ μὲν δρᾶν ἀναγκαῖον ἦν ἴσως (1), εἰς 32.
P. 173. δὲ ||| ἱστορικὸν τύπον καὶ βάρος φέρειν οὐκ ἦν εὔλογον· τὸ γὰρ καθ' ἕκαστα οὐκ ἦν ἀληθείαν τιμῶντος, ἀλλὰ δι' ὀλυπραγμοσύνην εἰς λῆρον ἀποφερόμενα καὶ παρολισθαίνοντος.

XVIIII. [Ἔστι (2) δὲ καὶ ὁ χρησμὸς ὁ δοθεὶς αὐτῷ, ὅτε περὶ Κτησιφῶντα διῆγε·

Γηγενέων ποτὲ φῦλον ἐνήρατο μητίετα Ζεὺς
Ἔχθιστον μακάρεσσιν ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἰουλιανὸς θεοειδὴς,
Μαρνάμενος Περσῶν πόλιας καὶ τείχεα μακρὰ
Ἀγχεμάχων δῄωσε πυρὶ κρατερῷ τε σιδήρῳ.
Νωλεμέως δ' ἐδάμασσε πόλεις τε καὶ ἔθνεα πολλά.
Ἀλλὰ καὶ ἑσπερίων ἀνδρῶν ἀλαμανικὸν οὖδας
Τσμίναις πυκιναῖσιν ἑλὼν ἀλάπαξεν ἀρούρας.]

XX. Ὅτι φησὶν ΕΥΝΑΠΙΟΣ. Περὶ | μὲν οὖν τῶν παλαιοτέρων καὶ ὅσα πρὸ 4.
ἡμῶν, ἀνάγκη συγχωρεῖν τοῖς | γράφασιν, ἢ τοῖς πρὸ ἐκείνων λόγοις εἰς ἡμᾶς καὶ μνήμην ἄγραφον εἰς διδοχὴν ἀφιερομένοις καὶ καθήκουσιν· ὅσα δὲ ἐφ'

His elatum versibus atque oraculis lubenter admodum mortales temporalesque exuvias dimisisse aiunt. Iam praeter haec oracula, aliae quoque extant nescio quae preces et peragenda diis sacrificia; quas quidem res ab eo fieri fortasse necesse erat, sed easdem in gravem historiam recipi non est decorum. Nam singillatim omnia persequi haud veritatem sectantis est, sed hominis qui curiositate prolectus ad ineptias pronus delabitur.

19. [Extat et oraculum ipsi datum, quum iuxta Ctesiphontem commoraretur.

Gigantum quondam nationem delevit consiliis pollens Iupiter,
Inimicissimam diis beatis olympicas domos habitantibus.
Romanorum vero imperator Iulianus Deo similis
Persarum cominus pugnantium urbes et moenia longa
Pugnans vastavit igne validoque ferro;
Adsidueque domuit urbes et gentes multas.
Quin etiam occidentalium alamannorum regione
Proeliis crebris domita, arva illorum vastavit.]

20. Ait EUNAPIUS. Quod quidem ad antiquiores res adtinet, et quae ante nos evenerunt, venia scriptoribus danda est, aut vetustioribus etiam traditionibus, quae memoriter et sine scripto ad nos usque ex ordine devenerunt.

(2) Cod. φησὶν, quod mendum alibi quoque in codice vidi.

(1) Scilicet Ammianus loc. cit. dicit Iulianum *praesagiorum sciscitationi nimiae deditum, superstitiosum magis quam sacrorum legitimum observatorem*.

(2) Rursus ego ex Suida oraculum, quod sequitur, exscribo; quia sine dubio ab Eunapio est. Porro nemo mirabitur, Iuliano praesagiorum, ut diximus cupido, ubique terrarum falsa oracula praesto fuisse.

Digitized by Google

ἡμῖν | αὐτῷ γέγονεν, ἀλήθειαν τιμῶντι, καθὰ φησὶν Πλάτων, ὠφελιμώτερον τοῖς ἐντυγχάνουσιν (1).

Ὅτι Φίλιππος ὁ μακεδὼν τὸ μέτρον ἰδὼν τοῦ σφετέρου σώματος, ἐν παλαίστρᾳ γὰρ ἐπεπτώκει, δίψας ἀπὸ τοῦ πτώματος, σώφρονα ἀφῆκε λόγον, ὡς ὀλίγην κατα|σχήσων γῆν, εἶτα ἐπιθυμίᾳ τοῦ ἅπασης (2).

12. Ὅτι τὰ Θησέα φασιν | οἱ παλαιοὶ ζηλωτὴν Ἡρακλέους γενόμενον, μικρὰ τοῦ μιμήσεως | ἐκείνης ἀποκερδάναι (3).

Ὅτι τοῦ Προκοπίου τοῦ συγγενοῦς Ἰουλιανοῦ στασιάσαντος καὶ τυραννίδι ἐπιθεμένου, Ἡράκλειος ὁ κυνικὸς προσελθὼν αὐτῷ, καὶ κατακροτήσας εὖ μά-

16. λα τῇ βακτηρίᾳ | τοὔδαφος, ἄλκιμος ἴσο φησὶν, ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ (4).

XXI. * Ὥσπερ οὖν οἱ φυσικοὶ φασὶ πάσης κινήσεως εἶναι τέλος ἀκινησί|αν, ἣ τοῦ ἄλλαις κινήσεσιν τὸ κινεῖσθαι δίδωσιν, αὐτὴ μένουσα· οὕτως | ἄν τις ὑπέλα-

20. βε καὶ τότε τὸν πρεσβύτην Ἀρβιτίονα ὠδυχόντα | τὴν τοῦ βασιλέως ἄτακτον καὶ κυματώδη φορὰν, εἰς ὁμαλὸν καὶ λεῖ|ον καταχορέσαι τοῦ λογισμοῦ πάθος· μικροῦ γὰρ ἐξέστη δείλιαν | τῶν κοινῶν πραγμάτων (5).

* Μεγαλόψυχον γὰρ καὶ λίαν θεοειδὲς τὸ καὶ | τοῖς αἰτίων φείσασθαι· οὐκ

24. ἔξω δὲ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὸ μὴ (a) | καὶ τοῖς ἀναιτίων (6)· τὸ μὲν γὰρ ξέ-

Verumtamen res quae nostra aetate acciderunt, eae servato veritatis honore, ut ait Plato, tradendae lectoribus sunt.

Philippus macedo conspecto sui corporis modulo (in palaestrae enim arena deciderat) exsurgens a casu, modestam sententiam dixit, quod is videlicet modicam terram occupaturus, universam adpeteret.

Aiunt veteres, Theseum, dum Herculem aemulari vellet, exiguum imitationis suae fructum tulisse.

Quo tempore Procopius Iuliani propinquus adfectata tyrannide rebellavit, Heraclius cynicus ad eum accedens, humumque cum somitu virga quatiens; forti, inquit, animo esto, ut aliquis te quoque posterus laudet.

21. * Sicut igitur physici aiunt cuiusvis motus finem esse quietem, quae motibus vim mobilem dat, ipsa interim manens immota; ita licet existimare senem Arbitionem, quum incidisset in imperatoris incompositam fluctuantemque agendi rationem, ad aequabilitatem eius animum lenitatemque revocasse; qui sane ob formidinem prope omissurus erat rempublicam.

Magnanimum est et valde divinum reis ignoscere: non est autem ultra humanam naturam, siquando aliquis reus non est. Nam poenae insignes imperii

(a) Ita cod. Atque haud scio an aliquid desit.

(1) Hunc locum consideranti vix dubium esse potest, quin Eunapius novum historiae librum hinc exordiatur.

(2) Sic narrat etiam Plutarchus de exil. T. VIII. p. 376.

(3) Virgil. aen. VI. 617. *sedet aeternumque sedebit infelix Theseus.* Et hoc quidem exemplum temeritati Iuliani congruum est.

(4) Ex odyssea I. 302.

(5) Audito Procopii tumultu, Valens novus imperator, privatae vitae quieti adsuetus, in summa consternatione erat; videturque de omittendo imperio cogitavisse, nisi eum Arbitio, a Valente dux Lello praefectus, ab illa formidine revocasset. Zosim. IIII. 7.

(6) Sine dubio agit Eunapius in hoc fragmento de suppliciis eorum qui cum Procopio conspiraverant. Namque Valentem crudeliter post victoriam in reos

νον δ τιμωρίας λόγῳ γίνεται | δ ἀρχῆς, ἵνα φόβῳ συνέχηται τὸ ἀρχόμενον· τὸ ἢ ὑπεροπτικὸν δ κολάσεως, δι ἀρετὴ ὑπεροχὴν γίνεται· ὡς δ βασιλικῆς | ἀρχῆς δγα μέγεθος κ ὄγκον ἀρκούσης ἑαυτῇ κ ἄνευ τιμωρίας· | ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅπη γνώμης ἔχει τις κ κρίνει, οὕτως ἐχέτω. | 28.

Ὅτι ὁ Ποσειδόνιος ἔλεγλν ἀπελθόντος (a) Ἀλεξάνδρυ, τὸ στρατόπεδον | ἐοικέναι τ Μακεδόνων ἐκτετυφλωμένῳ Κύκλωπι.

XXII. Ὁ ἢ Θεόδωρος (1) ὁ κατειλεγμένος τοῖς νοταρίοις ἐν δίκῃ ἐτιμᾶτο παρὰ τ βασιλέως· τότε γὰρ εὖ γέγονεν ἃ προσῆν αὐτῷ, κ τὸ εὖ πεφυκέναι || 32.
P. 174. πρὸς ἀρετὴ ἅπασαν, τό τε σῶμα συνήνθει τ ἀρετ, κ τὸ ἐπαφρόδιτον ἐν τ συνουσίαις, κόσμος ἐδόκει τ ἀρετῷ ἐμμελής | τις κ παναρμόνιος· ἀλλ' ἔλαθεν, ἢ φησὶν Ὅμηρος, ὑπὸ τ ἰδίων | δλαφθαρεὶς καλῶν· τὸ γὰρ ἀνθρώπινον, κ ὅσοι περὶ στρατείας | δπ τὰ κέρδη κ τὰς κοινὰς τύχας ἐστοημένοι κ κεχηνότες, τ ἠμερότητα καταμαθόντες αὐτ, κ τὸ πρὸς τὰς ὁμιλίας εὐκρατὲς | κ πρόχειρον, ταχὺ μάλα τ ἄμαχον κ φοβερὰν κ τοῖς νοῦν ἔχουσι | κολακείαν ποιοῦντες, κ προβαλόμενοι καθάπερ ἑλέπολιν τινὰ | κ μηχανὴν ἄφυκτον, ἐξέωσαν ἧς ἀτραλῶν & σωτηρίων λογισμῆς τ | νεάνισκον, κ κατέσεισαν εἰς τ μανιώδη κ σφαλερὸν δ βασιλείας | ἵππον. 4. 8.

tuendi gratia infligi solent, ut timore contineantur subiecti: at enim omissio poenae ab eximia virtute venit: ceu si regia dignitas magnitudine fastigioque suo sibi sufficiat, quin opus suppliciis sit. Verumtamen de his pro sua quisque sententia iudicet.

Quum e vivis excessisset Alexander, Posidonius aiebat macedonicum exercitum similem esse Cyclopis lumine cassi.

22. Theodorus, qui erat inter notarios adscriptus, iure in pretio apud Caesarem habebatur: nam bene in eo cuncta erant comparata; scilicet et natura ad quamlibet virtutem apta, et corpus dotibus florens, et in consuetudine familiari venustas: haec inquam omnia concinnum quoddam et usquequaque decens virtutum ornamentum erant. Sed enim nesciebat, ut ait Homerus, se bonis suis perditum iri. Vulgus enim, et quotquot in exercitu quaestui publicisque bonis proni inhiabant, cognita huius mollitia et in convictu facilitate ac docilitate, protinus adhibere coeperunt invictam illam et sapientibus etiam formidabilem adsentationem; quam illi ceu tormentum quoddam et machinam insuperabilem admoventes, iuvenem e sanis salubribusque consiliis deiectum ad furiosam perniciosamque regnandi sitim perpulerunt.

(a) Ita cod.

desaevisse ait Ammianus XXVI. 9. nec non Zosimus IIII. 8. 10; quibuscum consensisse Eunapium vix dubito. At enim oratores, qui non posteritati ut historici sed praesenti tempori serviunt, Symmachus a me editus laud. Val. I. 21, Themistius or. VII, Libanius or. I. ed. Reisk. T. I. p. 113, cum inscriptione, quam ego ad Symmachum protuli, Valentis clementiam praedicant. Heic autem, oblata occasione, non reticebo epigraphen aliam, imperatoribus fratribus olim positam, quam nuper Bergomi in patria mea conservari monuit me vir nobilis N. Marentius: VALENTINIANO· ET· FLAVIO· VALENTI· DEVINIS· FRATRIBVS· DEVOTA· VENETIA· COLLOCAVIT· Et nota *devinis* pro *divinis*. Nam *e* pro *i* late dominatur in illius aetatis scriptis; uti Symmachi codex a me editus demonstrat.

(1) Theodori huius qui in Valentem conspiravit dotes egregias et fata narrant Ammianus lib. XXIX. 1, et Zosimus IIII. 13, aliique eius aetatis historici, quos studiosus lector consulere poterit.

Digitized by Google

12. Ὅτι φιλοχρηματίαν φασὶ πηγήν τινα πάσης κακίας | τυγχάνειν, οὐδὲ τῇ κακίᾳ πότιμόν τε καὶ χρήσιμον· ἐξ ἐκείνης γὰρ | τῆς ἀρχῆς καὶ ἀπὸ τῆς τῶν χρημάτων ἀθεμίτου ἐπιθυμίας τὸ τῆς | ψυχῆς ἄλογον ἀρδόμενον, ἔριν τ' ἀνεφύσησεν ἀνθρώποις καὶ μάχην· ἔρις δὲ | αὐξηθεῖσα πολέμους ἀνεβλάστησε καὶ φό-
16. νους· φόνων δὲ ὁ φυόμενος | καρπὸς φθορὰ τῆς γένους καὶ ὄλεθρος· ἃ δὴ καὶ ἐπὶ Οὐάλεντος συνε|πράττετο (1).

XXIII. [Κατὰ] μὲν οὖν πρῶτα τῆς συγγραφῆς οὐδενὸς οὐδὲν σα|φὲς ἔχειν λέγοντος ὅθεν τε ὄντες οἱ Οὖννοι (2) ὅπη τε κείμενοι τὴν Εὐρώπην πᾶσαν ἐπεδρα-
20. μον καὶ τὸ σκυθικὸν ἔρριψαν γένος, ἐκ τῆς | παλαιῶν συντιθέντι καὶ τοὺς εἰκότας λογισμοὺς εἴρηται· τὰ δὲ | ἐκ τῆς ἀπαγγελλομένων δοξάζοντι πρὸς τὸ ἀκριβὲς ὡς ἂν μὴ [ἀπὸ] | τοῦ πιθανοῦ πλὴν γραφὴν ἀπαρτήσαιμεν, μηδὲ ἀδιαφέροι πρὸς | τὴν ἀλήθειαν ὁ λόγος· ἡμεῖς δὲ οὐ ταυτὰ πάσχοντες
24. τοῖς ἐκ παίδων | οἰκίαν μικρὰν καὶ φαύλην οἰκήσασιν, εἶτα δίκῃ τύχης εὐ|ροίαν με|γάλων καὶ λαμπρῶν ἐπιλαβομένοις οἰκοδομημάτων, ὅμως δίκῃ | συνήθειαν τὰ ἀρχαῖα θαυμάζουσι καὶ ἀθεμίτευσιν· οὕτως αὐτοὶ | τὰ προειρη-
28. μένα γεγράφθαι συγχωρήσαντες, ἑτέρων ἀπορ|ρούμεθα] πά|λιν, ἀλλὰ μᾶλλον ὥσπερ οἱ κατὰ τινὰ θεραπείαν σώματος τὰ πρῶ|τα χρησάμενοι φαρμάκῳ δι' ὠφελείας ἐλπίδα, κατὰ τὸ κρεῖττον | πεῖρα δοκιμάσαντες, ἐπ' ἐκεῖ-

Aiunt avaritiam malitiae omnis esse fontem; immo nec ipsi malitiae iucundam esse vel utilem. Etenim ex hac scaturigine atque ex nimia pecuniae cupiditate, ubi semel pars animi deterior hac labe imbuta fuerit, discordia inter homines gignitur et contentio. Discordia augescens bellum caedesque parit: caedium autem fructus est humani generis vastitas et exitium. Quae omnia sub Valente evenerunt.

23. In priore historiae editione, quoniam nemo adhuc certa narratione prodidit, qua origine quibusve ex locis Hunni universam Europam pervaserunt, scythicumque genus ubique propagarunt, nos quidem memorias veteres colligentes, rem probabili ratiocinatione tractavimus: tum quidquid relatum erat, diligenti iudicio exploravimus, nequid minus probabile proferremus, et ne sermo noster veritate procul aberraret. Neque nunc tamen, more eorum qui in exigua vilique casa a pueris enutriti, dein favorabili fortunae cursu magnas atque splendidas domos nacti, nihilominus consuetudine victi antiquos adhuc amant lares atque amplectuntur; haud nos, inquam, praedictis utcumque narrata fuerunt indulgentes, alia negligemus: quin potius instituto illorum qui curando corpori intenti, etiamsi aliquam medicinam, quam utilem sperabant, iam adhibuerint, mox tamen si potiorem aliam experientia edocti fuerint, hanc deligunt atque praeco-

(1) Valentem ruisse ad Theodori aliorumque poenas instinctum etiam avaritiae stimulis, tradit Ammianus XXIX. 1: *adolescebat obstinatum eius propositum admovente stimulos avaritia, et sua et eorum qui tunc in regia versabantur* etc. *Inde factum ut clementiae specie penatibus multi protruderentur insontes, praeceps in exilium acti; quorum in aerario bona coacta ipse ad questus proprios redigebat*,

(2) Gothos ab Hunnis supervenientibus caesos victosque petivisse a Valente ut in romanam ditionem traiecto Istro reciperentur, tota vetus historia testatur. Dicturus hanc rem Eunapius, coeperat heic scribere de Hunnorum origine. Verum eius narrationem infeliciter amissam non incuriose supplet Zosimus IV. 20.

Digitized by Google

νο μεθίσανται καὶ ῥέπουσιν· οὐ τῷ δευτέρῳ τὸ πρότερον ἀναιροῦντες, ἀλλὰ
τῷ δεδοξασμένῳ κακῶς | τὸ ἀληθὲς ἐπεισάγοντες, καὶ καθάπερ φῶς ἀπὸ 32.
P. 283. λαμπάδος δᾳδὶ δ' ||| ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἀφανίζοντες καὶ ἀμβλύνοντες, ὁμοίως ἐπι-
θήσο|μεν τοῖς εἰρημένοις τἀληθέστερα· κἀκεῖνα δᾳδὶ τῇ ἰσορικὴν δόξαν | συγ-
χωρήσαντες μένειν, καὶ ταῦτα δᾳδὶ τῇ ἀληθειαν ἐφελκισάμενοι | καὶ ὠδάξεύ- 4.
ξαντες.

XXIIII. Ὅτι· Μαρκιανὸς ἀνὴρ ἐς ἀρετὴν ἅπασαν ὡσ|πέρ τις κανὼν ἠκρι-
βωμένῳ (1).

* Φιλόκαλος γὰρ ὢν καὶ φιλάγαθος ὁ Μυ|σώνιος (2) τοὺς πανταχόθεν κα-
θεῖλκεν παρ' ἑαυτὸν, ὥσπερ ἡ μαγνῆτις | λίθος τὸ σίδηρον· οὐκ ἦν δὲ
βασανίζειν ὁπόῖος τις ὁ δεῖνα, ἀλλὰ | Μυσώνιον φίλον ἀκούσαντα, ὅτι κα- 8.
λὸς ἦν εἰδέναι.

[Πάντα (3) ὅσα ἦν ἄειρα, μικρὰ ἐφαίνοντο πρὸς τὸ ὄγκον Μυσωνίου, καὶ διὰ
σὺν τῷ δραστηρίῳ δὲ γνώμης βαθύτητα· δι' ἃ κατὰ λόγον εὐδοκιμῶν, τήν τε
ἁλιτενῆ χώραν δὲ Ἀσίας ἐπῆλθε· καὶ ὁ τὸ ἀνθύπατον ἔχων ἀρχὴν, πρὸς τὰς ἐπιδημίας
ἐξίσατο· κἀκεῖνῳ ἅπαντα ἐπιὼν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, τὸ θάλασσαν ἐπλήρωσε τῶν
ἀπὸ δὲ Ἀσιας εἰσφορῶν· ἐπεκάλει δὲ οὐδεὶς ἄδικον οὐδὲν τοῖς γινομένοις· ἀλλὰ

ptant ; sic nos haud sane priora dicta confodientes, sed erroneis opinionibus veras res supponentes, ac veluti faculae lucem solaribus radiis opprimentes hebetantesque, hactenus dictis veriora subtexemus. Nempe et superiora illa in historicae opinionis loco esse sinemus, et praesentia addemus iuxtaque apponemus ut veritati consultum esse videatur.

24. Marcianus ad omne virtutis genus tamquam regula quaedam exactus erat.

* Pulchri enim bonique amans Musonius mortales omnes ad se pelliciebat, ceu ferrum magnes lapis. Neque opus erat qualis quisquam esset expendere ; sed ubi amicum Musonii scires, egregium esse virum satis noveras.

[Quaecunque optima erant, si quis ea cum Musonii gravitate et actuosa ingenii profunditate contulisset, parva videbantur. Propter quae iure meritoque laudatus, maritimam Asiae regionem peragravit ; et proconsul ob eius adventum obstupescebat. Cum autem ille omnia regionis illius loca adiisset, intra paucos dies mare tributis asianis implevit. Nullus vero de rebus illis, quae fiebant, ut iniustis querebatur : sed illa, quae tributorum causa confere-

(1) Marcianus hic est sub Valentiniano iun. vicarius, de quo loquitur in codicis theod. prosopographia Gothofredus. Iam quod eius virtutes Eunapius commendat, bene est ; nam et Symmachus epist. lib. VIII. 23. ad hunc quasi severi moris magistrum scribit de vitae suae castimonia eximia ; cuiusce argumenti litteras ad Clodium certe non scripsisset.

(2) Musonium in sophistica disciplina Proaeresii discipulum, mox et eiusdem in arte adversarium, tradit Eunapius in Proaeresii vita ; (non successorem ut male interpretatus est Iunius ; neque christianum, ut item prave intellexit idem Iunius id quod de Proaeresio dicit Eunapius ; nam ethnicus, Ἕλλην, dicitur Musonius a Zosimo V. 5.) seque de eodem multa in historicis scripsisse addit Eunapius : ἅπαντες δὲ αὐτῷ ὁ Μυσώνιος, εἰς σοφιστικὴν ὁμιλητὴς ὢν αὐτοῦ (περὶ οὗ πολλὰ διὰ τὰς ἄλλας ἐν τοῖς διεξοδικοῖς γέγραπται. Pergit dicere Eunapius Musonium quum se Proaeresio imparem in sophistica sensisset, ad vitam politicam transivisse : καὶ ὅτε δὲ ἀντῆρε, καταμαθὼν πρὸς τίνα ἔχει τὸν ἀγῶνα, ταχὺ μᾶλλα ἐπὶ τὴν πολιτικὴν κατεπήδησεν. Qui plura de Musonio cognoscere volet, is adeat Wernsdorfium ad Himer. p. 472, ad quem merito cl. quoque Boissonadus provocat.

(3) Hoc loco ponendum iudicavi Eunapii ex Suida fragmentum de Musonio.

Digitized by Google

παιδιά τις ἦν ἅπασι τοῖς καταβάλλουσι τὰ εἰσφερόμενα· Εὐνάπιος γὰρ ὁ ἐκ Φρυγίας ῥήτωρ (1) ἐπεστάτει τοῖς πραττομένοις.]

XXV. Ὅτι συνηρῆσθαι τὸν πολέμου δοκοῦντος, Μυσώνιος ἵππον ἐπιβὰς ἐξῆλθε τῆς | Σάρδεων· καὶ ὁ Θεόδωρος (2) ὁ συγγραφεὺς (3) μεταπεμψάμενος ἐδάκρυ|σε τὸν ἔξοδον· καὶ ἀνδρὶ τἄλλα γε ἀτεράμονι καὶ ἀτέγκτῳ δάκρυα κα|τεχεῖτο τῶν παρειῶν ἀκρατέστερον (4).

Ὅτι τὸ ἐπὶ Μυσώνιον ἐπίγραμμα | τὸ ὧδε Θεοδώρου τοιοῦτόν ἐστιν.

Ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται ἀρήιος, ἔνθα | δ' Ἀχιλλεύς,
Ἔνθα δὲ Πάτροκλος θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος.
Ἔνθα δ' ἐπὶ | τρισσοῖσι πανείκελος ἡρώεσσι
Ψυχὴν καὶ βιοτοῖο τέλος Μυσώνιος | ἥρως (5).

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι κατεκόπησαν ὧδε Ἰσαύρων (6)· καὶ τοῦτο | ὥσπερ δράματι μεγάλῳ καὶ ζαχεῖ τὸ κῶ Μυσώνιον ἐπεισόδιον οὐκ ἔλαττον ὁ δαίμων ἐπήνεγκεν (7)· ἐνταῦθα ποῦ τὴν συγγραφῆς ἀφώρισαι | τὸ πραχθὲν, ὅτι τοῖς χρόνοις παρέτεινε καὶ συγκατέσχεψεν ἐπὶ τὰ | προειρημένα· ὥστε τοῖς καιροῖς μὴ πολὺ ὧδελλάττειν εἰς τὸ τέλος τὴν | γραφήν.

bantur, omnibus, qui ea pendebant, ludus quidam erant. Eunapius enim phrygius orator negotio illi praerat.]

25. Bello iam indicto, Musonius equo conscenso Sardibus progressus est. Tum Theodorus, quum eum qui haec scribit ad se vocasset, eluxit viri discessum. Revera homini alioquin duro et immiti lacrymae ubertim per genas manabant.

In Musonium epigramma Theodori hoc est.

Ubi iacet Aiax mavortius, ubi Achilles,
Ubi Patroclus diis consilio par;
Ibi tribus heroibus animo vitaeque fine
Persimilis Musonius heros iacet.

Romani ab Isauris occidione caesi fuerunt. Atque huic tamquam dramati magno et atroci, Musonii episodium non minoris momenti fata adiunxerunt. In hoc autem historiae loco id positum est, quia tempus eius usque ad praedictas res protenditur fitque iis coaetaneum. Quare et eius descriptio prope usque ad finem pari tempore pergit.

(1) Eunapium rhetorem diversum esse ab historico, diximus p. 254. n. 1. Patriae diversitas testis est.

(2) Arbitror hunc esse Theodorum Iamblichi discipulum, qui appellatur in comm. ad Nicomach. arith. p. 61; vel Theodorum aliquem magistratum. Tum et Theodori proconsulis extant epigramata duo (diversa a vaticano) apud Brunckium T. III. p. 6.

(3) Se ipsum designat historicus Eunapius. Atque ita loqui de se in vitis quoque solet.

(4) Musonii interitum sic narrat Ammianus XXVII. 9. compluribus ante eunapianum ordinem annis: *in Isauria globatim per vicina digressi praedones, oppida villasque uberes libera populatione vexantes, magnitudine iacturarum Pamphyliam afflictabant et Cilicas. Quos quum nullis arcentibus internecive cuncta disperdere Asiae vicarius ea tempestate Musonius advertisset, Athenis atticis antea magister rhetoricus; deploratis novissime rebus, luxuque adiumento militari marcente, adhibitis sermiermibus paucis, quos diogmitas appellant, unum grassatorum cuneum, si patuisset facultas, adoriri conatus, per angustum quemdam transiens devexitatis amfractum, ad inevitaviles venit insidias, et ibi cum ipsis confossus est quos ducebat.*

(5) Ergo ad Ilium sepultus Musonius fuit.

(6) Clades ab Isauris inlatas legesis apud Zosimum IV. 20. V. 25.

(7) Fragmentum a καὶ τοῦτο usque huc recitat nominatim ex Eunapio etiam Suidas voc. ἐπεισόδιον.

Digitized by Google

XXVI. Ὅτι ὁ βασιλεὺς Οὐάλης κῆ τὴ καιρὸν ἡνίκα οἱ Σκύθαι | τὴ Μακεδονίαν ἐπιέζεχον (1), παρῃθὼν εἰς τὴ πόλιν (2) τὰς πανταχόθεν | δυνάμεις συνήγειρεν, ὡς μέγα τι κὴ παράδοξον ἐργαζόμενος. Ὅσον | ἢ παιδείας ἀνάγνωσις (a) ἰσχύει 24.
πρὸς εὖ πολεμεῖν, κὴ ἡ δι' αὐ | ἱστορίας ἀκριβὴς θεωρία, πρὸς ἅμαχον τινὰ κὴ γραμμικὴν ἔκβα|σιν τελευτῶσι κὴ συνηναγκασμένην, κὴ τότε ὁ χρόνος ἀπέδειξεν· | πολλῶν γὰρ ἐπὶ πολλοῖς μαρτυρούντων, κὴ αὐ πείρας πόρρωθεν| βοώσης, ὅτι οὔτε πολλοῖς οὔτε ὀλίγοις μάχεσθαι πρόσῃκεν ἀπεγνω|κόσιν ἑαυ- 28.
τῷ κὴ πρὸς κίνδυνον ἑτοίμως ἔχουσιν, ἀλλ' ὅτι τοιαῦτα | σῴζατό πεδα καταλύειν συμφέρει χρόνῳ ζῴβοντα τὴ πόλεμον, | κὴ φευκόπτοντα τὰς ἀφορμὰς τῶ ἐπιτηδείων, ὅπως ὑφ' ἑαυτῷ | πολεμοῖντο, δι' εὐδείαν πολλοὶ τυγχάνοντες, κὴ 32.
P. 28 ℓ. μὴ πρὸς τύχην ἀπο||κινδυνεύωσιν, ἀλλ' ἐν ἀπόρῳ κὴ τὸ κινδυνεύειν ἔχωσιν, ἐπὶ τοῖς ἐναν|τίοις οὔσης αὐ ἐπιχειρήσεως (3) *

Ὡς ἢ ἦν τοιούτων ἀρετῷ ἡ κτῆσις * | — Σπανιώτερον ἢ οὐδὲν ἀρετὴ (b) ἐν βίοις διεφθαρμένοις κὴ ἀγωγαῖς | ἐπὶ χεῖρον προκατειλημμέναις (4). 4.

XXVII. Ὅτι Σεβαστιανὸς τὴ ἡγεμο|νίαν ὦδα' τῶ βασιλέως Οὐάλεντος εἰλπφὼς, παρὰ πάντων | ὑπόνοιαν δισχιλίους ᾔτησεν ὁπλίτας· τὴ δὲ ἐξουσίαν αὐ αἱ|ρέσεως αὐτὸς ἐπιζαπεὶς, τὴ βασιλέως κὴ χάριν προσομολο|γήσαντος ὅτι κινδυνεύσει ὦδε 8.

26. Valens caesar, quo tempore Scythae Macedoniam concursabant, profectus ad regiam urbem militares undique copias contrahebat, magnum quid moliens et inopinum. Iam quantum valeat ad belli usum disciplinae cognitio, quantumque historiae accurata notitia prosit iis qui certum aliquem et definitum necessariumque exitum sortiri volunt, illo quoque tempore patefactum est. Nam et multi multifariam testantur, atque ipsa experientia vocem veluti procul mittens docet, neque magno neque parvo militum numero adversus desperantes atque ad periculum quodvis paratos, esse pugnandum; verum eiusmodi exercitus trahendo bello esse dissolvendos, subtractis interim commeatibus, ut intestina necessitate vincantur, dum alimoniae penuriam numerus praegravat: neque iis concedendum ut fortunam experiantur, verum efficiendum ut ne pugnae tentandae facultatem liberam habeant, cuius arbitrium penes adversarios sit.

* Quum eiusmodi virtutum adeptio *. — Nihil rarius virtute est in vitioso vitae genere atque in moribus ad deteriorem semitam pronis.

27. Sebastianus ducatum copiarum ab imperatore Valente consecutus, praeter omnium expectationem duo milia tantummodo militum postulavit. Quumque ei delectus arbitrium permissum fuisset, eidemque gratum animum imperator testaretur,

(a) Cod. ἀναγνώσεως. (b) Cod. ἀρετήν.

(1) Pergit Eunapius ad narrandum luctuosum Valentis cum Gothis, quos intra imperii fines receperat, bellum, quod ipsi principi fatale fuit. Deficiente autem Eunapio, consulant lectores breviatorem Zosimum IV. 21. sqq.

(2) Antiochia scilicet, ubi versabatur rebus persicis intentus, festinavit Constantinopolim Valens, ad quam urbem iam Gothi appropinquabant.

(3) Perutile hoc militaris scientiae praeceptum ab Eunapio nobis accurate expositum notabunt sedulo pragmatici homines.

(4) Loquitur auctor de corruptissimo Valentis exercitu; cuius ope desperans victoriam Sebastianus dux, parvum numerum delegit, quem ipse ad militarem virtutem ante proelium patrandum institueret.

Digitized by Google

δισχιλίους, εἶτα ἐρομένου τὴν αἰτίαν δι' ἣν ὀλίγους αἰτοίη, τὰ λοιπὰ, ὁ Σεβαστιανὸς ἔφη, τὸ πόλεμον εὑρήσειν· τοῖς γὰρ εὐπράττουσι πολλοὺς προσθήσεσθαι· πλῆθος δὲ μεταπαλεῖν ἐξ ἀναγωλίας (a) δύσκολον· ὀλίγων δὲ ἀρχομέ-
12. νων εἰς τὸ καλὸν μεταπλασθέντων, καὶ τῆ ἀγωγῆς ἐπιτυγχανούσης, τό γε καθ' | μικρὸν προσιόντας ῥᾴδιον ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἱσταθήσεσθαι (1).

Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος τοσαύτην ἀρχὴν καὶ βασιλείαν |
16. συνεμαρτύρησε τοῖς παλαιοῖς ἔλικόν ὅτι κακὸν ἐξουσία, καὶ ὅτι | πρὸς τὰ πάντα σεγανόν τι καὶ μόνιμον πλὴν εὐτυχίας ἄνθρωπος· οὐ γὰρ | ἴφθασε παρελθὼν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ καθάπερ μειράκιον μὲν | πλοῦτον πατρὸς ἐπὶ χρόνῳ πολλὰ χρήματα σεσωρευκότος | διὰ σωφροσύνην καὶ φειδῶ, ἀθρόως κυριεύ-
20. σαν τῶν πραγμάτων | σφοδρόν τινα καὶ παντοῖον ὄλεθρον κατὰ τῶν εὑρεθέντων μαίνε|ται· οὕτω καὶ τότε ἦν ὁρῶντα ἐπισκοπεῖν, ὥσπερ ἐκ σκεπῆς, | τόν γε ἔμφρονα, μηδένα τρόπον ἀμελούμενον κακίας καὶ ἀκο|λασίας εἰς τὴν κοινὴν τῶν πραγμάτων διαφθοράν (2).

quod duobus tantum stipatus milibus proelium experiri auderet, insuperque causam rogaret tam paucos poscendi; quae desunt, inquit Sebastianus, bellum inveniet; nam felicibus multi adiungentur: nunc vero multitudinem corruptam a perditis moribus revocare perarduum est. Contra si pauci ad virtutem incipiant retrahi, tunc disciplina adhibita, illi etiam qui paulatim accedent facilius vitam emendabunt.

Theodosius augustus tam lata ditione imperioque potitus veteris effati veritatem demonstravit, malum scilicet ingens esse potestatem; atque hominem quamvis ad cetera firmum atque obduratum, felicitati tamen non posse resistere. Nam veluti adulescentulus luculentam patris hereditatem diuturna frugalitate parsimoniaque partam repente adeptus, vehementi quodam furiosoque impetu ad prodigendam rem inventam rapitur; sic tum licebat cordato homini tamquam e specula observare Theodosium ad commune reipublicae exitium omni improbitate intemperantiaque ruentem.

(a) Suspicor eunapianum esse illud quoque fragmentum quod apud Suidae et Zonarae lexica occurrit: ἔχων στρατὸν ὑπὸ μέθης καὶ ἀναγωγίας ἠμελημένον καὶ διεφθαρμένον.

(1) Sebastiani hanc historiam paulo latius scriptam habemus apud Zosimum IIII. 23. qui Eunapium more suo sequitur. Et quidem ille etiam de Sebastiano historicus tractus, quem apud Suidam legimus, vix dubito, quin eunapianus pariter sit. Saepe enim potuimus adgnoscere quantopere ex Eunapii lectione Suidas profecerit.

(2) Eunapium christianis omnibus fuisse infensum imperatoribus satis novimus. Heic autem reprehendit Theodosii luxum; cuius vituperationis imitatorem habet Eunapius Zosimum, qui IIII. 27. ait Theodosium exorsum esse imperium a luxuria, socordia, et prodigalitate. Pergit porro idem Zosimus Theodosii luxum describere IIII. 28. 33. 50. Sed contradicit calumniae Victor in epitome de Theodosio dicens, *prohibuisse lege ministeria lasciva psaltriasque commissationibus adhiberi* etc. *elegans lautumque convivium dare solitum, non tamen sumtuosum* etc. *vescendi continentia valetudinem vexisse*. Contradicit calumniatoribus etiam Themistius in oratione, quam ego Mediolani edidi, de praefectura suscepta cap. VII. IX, qui Theodosium Marco et Antonino parem philosophia dicit. Nolo laudes Theodosii congerere, quae infinitae apud veteres scriptores sunt; ita ut frustra allatraverint religionis odio instincti Eunapius et Zosimus.

Digitized by Google

XXVIII. * Ἀπορία γὰρ | πρὸς εἰσφορὰς ἀκίνδυνον (1). 24.

Ὅτι δὲ Νικοπολῖται τῷ ἄλλων Θρᾳ|κῶν κατεγέλασαν, οἳ τῷ φόβῳ τῆ βασιλείας τὰ δεινὰ ἔπασχον, | τὸ μὲν βοηθῆσον ἀεὶ δι' ἐλπίδος λεπτῆ εἰκάζοντες, τὸ ᾗ τ κιν|δύνων ἐνεστηκὸς (2) πεῖρᾳ κῇ ὄψει δὶὰ μαλακίαν ὑπομένοντες· οὔτε γοῦν αὐτοὶ φρουράν τινα σῳατιωτικὴν πεμφθήσεσθαι προσε|δόκησαν, οὐδὲ ἐν ἑτέροις ἔθεντο τὴ σωτηρίαν· ἀλλὰ τ μὴ δυναμέ|νων ἑαυτοῖς ἀμύνειν ᾠηθέντες, εἰς ἐλευθερίαν ἐπικίνδυνον ἀπέστησαν (2). 28.

Ὅτι ἐπὶ Θεοδοσίου οἱ βάρβαροι τὴ Θράκην ἐδῄωσαν κῇ μικρόν (3). 32.

P. 127. XXVIIII. * Τοιοῦτον ᾗ τι ἱστόρηται γενέσθ κῇ τ Νέ||ρωνος βασιλείαν, ἀλλὰ ᾠδί' μίαν πόλιν (4)· φασὶ γὰρ τραγῳδόν τινα δρᾶ' | Νέρωνος εἰς ταῦτα φιλο-

28. Egestas adversus imperatum tributum tuta est.

Nicopolitani Thracas ceteros irridebant, qui ob regiae potestatis metum male se mulcari perpessi fuerant, dum suppetiarum exiguam spem fovent, ingruentia vero infortunia propter suam ignaviam spectant reque ipsa experiuntur. Igitur nec ipsi praesidium aliquod militare mittendum sibi expectabant; neque in aliis fiduciam salutis collocabant: atque ita his neglectis, quae sibi tutelae esse poterant, in periculosissima libertate vivebant.

Sub Theodosio barbari paulatim Thraciam vastabant.

29. * Simile quiddam contigisse fertur, Nerone imperante, sed tamen in urbe una. Aiunt enim tragoedum quemdam Neronis aemuli invidia Roma pul-

(2) Cod. ἐνεστηκώς.

(1) Recole non absimile dictum apud Diodorum a me editum p. 29. Vix autem dubito quin hoc loco Eunapius Theodosium reprehenderit veluti tributorum gravlorum exactorem, quod facit Zosimus IIII. 29. 32; cui pariter insimulationi diserte obviam it praedictus Victor; tum multo luculentius Themistius in oratione item praedicta cap. XVII. sqq. qui sublata propemodum a Theodosio tributa narrat, redditum a fisco aurum, expeditum aes alienum, victum suppeditatum, orbis pueris puellisque consultum, proscriptis restituta bona, barbaros ipsos in ditione romana commeatu sublevatos ab imperatore depraedicat.

(2) De Nicopoli antiquitus circa Claudii tempora a barbaris obsessa vel capta dicam infra in Dexippi fragmentis. Nunc Nicopolim eo anno, quo Valens periit, qui annus proximus est Theodosii imperio, occupatam a Gothis dicit Ammianus XXXI. 11: *barbari, motu imperatoris cum abundante milite cognito, popularibus iungere festinant, circa Beroeam et Nicopolim ingentibus praesidiis fixis*. Iamvero ex hoc Eunapii excerpto cognoscimus Nicopolitanos barbaris praepotentibus ultro sui deditionem fecisse; ceterisque Thracibus, qui metu experiendae regiae potestatis ad barbarorum partes minime accederent, timiditatem atque stultitiam exprobravisse; propterea quod praesentia extrema pati mallent, quam incertam experiri fortunam: nec Romanorum praesidium, metu amittendae libertatis implorarent, neque cum barbaris conspirarent.

(3) Lege Zosimum IIII. 33. Neque solam Thraciam sed Thessaliam quoque, Epirum, et Achaiam eo tempore praedatos esse Gothos tradit Iornandes cap. XXVII.

(4) Quae sequitur tragoedi historia quin sit eadem atque illa quam narrat Lucianus (quomodo hist. scrib.) apud Abderitas accidisse, dubitari non potest. Nam et ibi acta est Euripidis Andromeda, et idem morbus accidit, et cetera satis conspirant. Sed illud maximum discidium est, quod Lucianus rem ponit in Lysimachi regnantis temporibus, Eunapius sub Nerone. Equidem Luciani antiquum codicem vaticanum consului, ut varietatem lectionis, siqua esset, nanciscerer; sed plane codex cum editis libris consonat, Itaque hanc controversiam in medio relinquo.

Digitized by Google

τιμίαν (1) ἐκπεσόντα τ' Ῥώμης, εἶτα | πλανᾶσθαι δόξαν αὐτῷ, καὶ τὸ τ' φωνῆς
πλεονέκτημα πρὸς ἀνθρώπους | ἡμιβαρβάρους ἐπιδείκνυναι, καὶ παρελθεῖν εἰς ταύ-
4. την μεγάλην πόλιν | καὶ πολυάνθρωπον, συναγεῖραι τε αὐτὸν εἰς θέαζον· καὶ
συνελθόντων, | τὴ μέν πρώτην ἡμέραν σφαλῆναι τ' ἐπιδείξεως· οὐδὲ γὰρ τὴ |
ὄψιν ὑπομείναντας τοὺς θεατὰς, ἅτε ἄρτι καὶ πρῶτον ἑωρακότας, | φεύγειν θλι-
8. βομένους τε ἀλλήλοις καὶ πατουμένους· ὡς δὴ ὁ ζαγωδὸς ἰδίᾳ τοὺς πρώτους
αὐτῶν ἀπολαβὼν, τήν τε τῆ προσωπείου φύσιν ἐδείκνυ καὶ τοὺς ὀκρίβαντας, ὑφ'
ὧν τὸ μέγεθος εἰς ὕψος ἐπάρεται, καὶ συνέπειθεν οὕτως ἀνασχέσθαι καὶ πλῆ-
12. ναι τὴ | ὄψιν· τότε παρελθὼν εἰς ἀνθρώπους καὶ ὡς μόλις ὑφισαμένους τὴ | θέαν,
τὸ μὲν πρῶτον ἐπιεικῶς καὶ μετρίως τ' φωνῆς αὐτῆ διέχευσε καὶ τῆ μέλους, Εὐρι-
πίδου δὲ τὴ Ἀνδρομέδαν (2) ὑπεκρίνετο· προιὼν | δὴ σφοδρότερον ἤχησε, καὶ ὑφῆ-
κεν αὖθις· εἶτα ἐπήγαγεν ἁρμονίαν σύντονον· ἐφ' ταύτῃ δὴ πάλιν εἰς τὴ γλυ-
16. κείαν ἀνήνεγκεν· | ὥρα δὴ ἦν θέρους, ὅ τι περ ἀκμαιότατον, καὶ τὸ θέατρον
κατείγετο· καὶ ζαγωδὸς ἀναπαυσαμένους ἠξίου σφᾶς φοιτᾶν ἐπὶ τὴ ἀκρόασιν
ἀθρόους λήγουσαν καὶ ἀποψυχοῦσαν ἡμέραν· οἱ δὲ πρὸς τῶν ποδῶν | πεσόντες καὶ
20. κυλινδούμενοι πάσας ἀφίεσαν φωνὰς μήποτε αὐτοὺς | ἀποστερῆσαι τοιαύτης μα-
καριότητος καὶ ἡδονῆς· ἐνταῦθα ὁ ζαγωδὸς ἀφεὶς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴ σκηνὴν, καὶ τὸ
πάθος καί τοι γε τὸ | πλεῖστα ἀφεῖρητο τ' ζαγωδίας πρὸς ἀνθρώπους ἀξυ-
νέτους, ὄγκος | τε καὶ βαρύτης λέξεων, καὶ τὸ ἀφ' ταῦτα εἶδος, καὶ ἡ τῆ μέσῃ

sum, quum ei peregrinari libuisset, suaeque artis praestantiam semibarbaris hominibus ostentare, venisse in hanc (*Abderam scilicet*) magnam atque incolis affluentissimam civitatem, quos in theatrum mox invitavit. Qui quum convenissent, prima quidem die nihil agere potuit: neque enim aspectum sustinebant spectatores, qui vix eo primum viso, confertim ilico atque invicem proculcantes fugiebant. Sed quum deinde tragoedus principibus eorum seorsim appellatis declaravisset et personae naturam et pulpita, quibus actoris proceritas exaggeratur, atque illis persuasisset ut spectaculo adessent illudque perferrent; tum in scenam publice egressus, principio quidem leniter ac moderate gustum suae vocis cantusque praebuit, atque Euripidis Andromedam egit: mox augescens, vehementius insonuit, vocemque statim submisit: deinde intulit vehementem harmoniam, quam rursus in suavem flexit. Erat autem hora diei ferventissima, et theatrum hominibus constipatum: quare actor spectatores rogabat ut interquiescerent, atque ad audiendum refrigerata iam et desinente die redirent. Illi vero pedibus eius advoluti infimis precibus eum rogabant ne se tali beatitudine ac voluptate destitueret. Tunc se in scenam tragoedus proripiens; etsi rei pathos magnam partem peribat apud homines graeci sermonis ignaros; etsi incassum erat sublimi-

(1) Nemo hoc mirabitur, qui apud Dionis excerpta nostra p. 215. et multo magis apud Lucianum de isthmo fod. Neronis canendi insaniam legerit; ita ut cum ipso Apolline musicae gloria certaverit; et tragoedum epirotam aemulatione percitus in Isthmiis, ut ait Lucianus, occidendum publice curaverit.

(2) Euripidis Andromedam praecipuo Graecorum studio fuisse celebratam vel ex eo colligo quod Bacchus quoque apud Aristophanem Ran. v. 53. ait se hanc ipsam Euripidis fabulam legere.

χάρις ; | τό τε τῶ ἠθῶν ἐναργὲς ὀξύτατόν τε καὶ ἐπιφορώτατον εἰς ἀκοῆς κί- 24.
νησιν, καὶ πρὸς τούτοις τὸ γινώσκεσθαι τὴν ὑπόθεσιν, ἀλλ' ὅμως τούτων ἁπάν-
των γεγυμνωσμένος εἰς τοσόνδε τῇ τε εὐφωνίᾳ καὶ | τῷ μέλει μόνῳ κατεκράτη-
σεν ὥστε οἱ μὲν ἀνεχώρουν προσκυνοῦν|τες ὡς θεὸν, καὶ τὰ ἐξαίρετα τῶν ὄντων 28.
σφίσιν αὐτοῖς δῶρα ἐκόμιζον, καὶ τὸ πλοῦτον ὁ τραγῳδὸς ἐβαρύνετο· μιᾷ γὰρ
ἐβδόμην δὲ ἐπισείσεως ἡμέραν, νόσημα κατέσκηψεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ πάντες οὐ
P. 128. τὰς λέξεις σαφῶς ἀλλὰ τὸ γένος, ὡς ἕκαστος εἶχε, δυνάμεως καὶ || φύσεως ἐκ- 32.
βοῶντες, καὶ δι' ἀῤῥοίας ἀκράτους, ἅμα ἐπιπεσούσης, ὡς | τοῖς στενώποις πα-
ρεθέντες ἔκειντο, κακῶς ὑπὸ τῆς Ἀνδρομέδας | ἐπιτριβόμενοι· καὶ ἐχηρώθη τε
ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἡ πόλις, ὥστε | ἐκ τῆς προσοίκων ἐποικισθῆναι (1).
Ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων μὲν εὐφωνίαν τε | ἦν αἰτιάσασθαι καὶ ἄηρος ὑπερβάλλου- 4.
σαν θερμότητα, ἢ τὸ μέλος | δι' ἀκοῆς, ἐπὶ τὰ κύρια τῆς ψυχικῶν
ὀργάνων συνίτηξε καὶ | διέκαυσεν (2)· ἐπὶ δὲ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων αἱ μὲν
αἰτίαι τοῦ πάθους | εὐθεώρητοι (3)· πᾶσι γὰρ τὰ ἔντερα γὰρ ἦσαν ἅπασαι καὶ ὑπὸ

tas pondusque verborum, et modus his idoneus, et metri gratia, et moris evidentia quae vehementissime ac promptissime percellere auditum solet; quamquam denique nec argumenti cognitio erat; nihilominus actor his omnibus destitutus, tantum valuit suavitate vocis solaque harmonia, ut spectatores ad eum adcurrerent instarque numinis adorarent, et sua quaeque pretiosa conferrent, ita ut re bona tragoedus obrueretur. Post septimum autem ab actione diem, morbus urbem corripuit; quo stimulante omnes inclamabant non ipsa quidem distincte tragoediae verba, sed eorum speciem quandam pro sua quisque facultate ac natura: et simul diarrhoea vehementi labefactati, iacebant in viis exanimes, male admodum ab Andromeda adflicti. Atque adeo viris feminisque viduata urbs fuit, ut eam finitimi frequentare debuerint. Age vero illis barbaris causam morbi fuisse harmoniam reputare licet; nec non aeris calorem immodicum, vel ipsum cantum, qui in animae facultates infusus dissolvit illas atque perussit. In nostrae vero aetatis hominibus causas passionis facile agnoscas: etenim cunctae in ventre fuerunt atque in iis quae sub ventre sunt. Quod autem nonnulli quoque e numero non insipientium in

(1) Credibiliora narrat Lucianus, dum ait Abderitas illo quidem morbo tota aestate laboravisse; verumtamen superveniente hieme refrigeratos convaluisse.

(2) Loquitur medicorum ritu Eunapius, qui reapse eam artem calluit, ut ipse in extrema Chrysanthii vita declarat; summaque necessitudine cum Oribasio archiatro devinctus fuit.

(3) Lucianus quidem casum abderiticum ad irridendos historicos salse traducit, qui ad bellum L. Veri parthicum certatim scribendum confluxerant, nullo laudabili successu. Verumtamen Eunapius quam potissime suorum temporum rem irrideat, non satis divino: utrum scilicet christianae religionis propagationi sceleste oblatret: an Ulphilam Gothorum episcopum sannis traducat, qui ad Valentem pro gente sua legatus venit; quae narratio paulo altius pro more interdum historico repetita esset: an potius aliud quidlibet sub Theodosio gestum carpat. Ulphilae legationem, magnamque apud imperatorem romanum gratiam accurate scribit Philostorgius in eclogis photianis lib. II. 5, in eo tamen manifeste errans quod pro Valente scribit Constantinum; qui nominis error a Theodoreto hist. IV. 37. et ab universa temporum ratione coarguitur. Sed enim de Ulphila et de Selina quoque, qui Ulphilae a commentariis fuit et mox in episcopatu successor, paulo diligentius me scripsisse commemini in praefatione ad specimen biblicarum Ulphilae partium ineditarum, quas in mediolanensibus codicibus reperi coepique edere:

Digitized by Google

γασέρα · | τὸ δὲ κὴ τινὰς τῷ οὐκ ἀνοήτων πρὸς τοῦτο ὠλισθηκέναι (1), οὐκ εἰς | φυσικὴν ἄν τις εἰκότως ἀλλ' εἰς θειοτέραν ἀνενέγκοι κίνησιν, | ποιηλατεῖσθαι σαφῶς τὸ ἀνθρώπινον.

XXX. Φυλαὶ μὲν γὰρ τῶν πολε|μίων τὴν ἀρχὴν διεβεβήκεσαν ἄπειροι, κὴ πλείους ἐπεδιέβαινον | οὐδενὸς κωλύοντος · ἀλλ' ἐν τοσούτοις κακοῖς κέρδος αὐτοῖς ἐδό|κει γνήσιον τὸ δωροδοκεῖσθαι ᾧδέ πῃ τῶν πολεμίων (2)· εἶχε δὲ ἑκάστη φυ|λὴ ἱερά τε οἴκοθεν τὰ πάτρια συνεφελκομένη (3), κὴ ἱερέας τού|των, κὴ ἱερείας (4)· ἀλλὰ σιγανή τις ἦν λίαν κὴ ἀδαμάντινος ἡ περὶ | ταῦτα σιωπή, κὴ τῆς ἀπορ|ρήτων ἐχεμυθία (5)· ἡ δὲ εἰς τὸ φανερὸν προσ|ποίησις κὴ πλάτις, εἰς πὼ τῆς πολεμίων ἀπάτην δι|ηρτυμένη· | κὴ τινὰς ὡς ἐπισκόπους αὐτῆς (6) ἐς τὸ θαυμαζό|μενον ὄχημα καταστολήσαντες | κὴ περιφύλαντες, ἐ πολλῆς αὐτοῖς δ' ἀλώ-

eum casum prolapsi fuerint, id non tam naturali quam divinae nescio cui commotioni merito tribuendum est: quia scilicet furiis poenalibus agitatur aliquando humana conditio.

30. * Innumerae hostium turmae principio fluimen tranarunt; pluresque adhuc transissent, prohibente nemine: verum in tantis malis praeclarum nostris videbatur lucrum, dum se donis ab hoste corrumpi paterentur. Singulae vero barbarorum tribus sacra patria secum vehebant cum horum ex utroque sexu ministris. Sed enim altum atque adamantinum de his erat silentium, et mysteriorum taciturnitas: quidquid vero extrinsecus per simulamentum speciemque fiebat, id omne ad decipiendos hostes compositum elaboratumque erat: seque christianos cuncti dicebant; et quosdam suos veluti episcopos miro carpento pom-

quam laudabilem editionem et tunc commode adiuvit, et deinde naviter cum ingenti sua gloria iustoque doctorum hominum plausu prosequetur vir patricius mediolanensis, eximia doctrina instructus, Carolus Octavius Castillionaeus.

(1) Scilicet ipse Eunapii magister Proaeresius, quem discipulus summis laudibus effert, christianus erat.

(2) Infinitam Gothorum multitudinem sub Valente in romanum imperium transmisso Istro receptam scribit quoque Ammianus XXXI. 4; sqq.; qui praeterea cum Zosimo IIII. 20. romanam quoque avaritiam multiformem in eo transitu culpat. Sed enim hoc loco agitur potius de barbaris illis, quorum ingentem numerum ad se accedere passus est Theodosius (Zosim. IIII. 30. 33;) vel de Prothingis item Istrum sub eodem imp. non sine munerum corruptela transeuntibus, ut late scribit idem Zosimus IIII. 38. 39.

(3) Hieronymus ep. CVII. 2: *Getarum rutilus et flavus exercitus ecclesiarum circumfert tentoria; et ideo fortasse contra nos aequa pugnant acie, quia pari religione confidunt.*

(4) Intellige diaconissas in vetere christiana ecclesia nusquam non ordinari solitas. Immo vero intelligere etiam licet sacras virgines moniales; quod institutum apud Gothos christianos extitisse, satis docet gothici calendarii fragmentum in praedicto specimine mediolanensi editum, ubi XIV. kal. augusti legitur venerabilium XL. monialium commemoratio, quae Berocae martyrium fecerunt.

(5) Haec pertinere videntur ad arcani apud Christianos doctrinam, de qua re ecclesiastici historici satis disseruerunt. Sane de eucharistiae praecipue et de baptismi sacramento apud incredulos aut indoctos reticebant Christiani, ne res sanctissimas ludibrio exponerent. Ceteroquin miror Eunapium qui Christianorum arcanum vituperare videtur: nonne enim ipse Eunapius in Maximi vita (ed. Boissonad. p. 52) ait se eleusiniis sacris fuisse initiatum, eorumque arcanum religiose a se conservari? Verumtamen nos quaenam fuerint Christianorum arcana iam pandere non pudebit; at illa eleusinia quam propudiosa vereque silentio digna, satis cognoscimus vel ex Eunapii adsecla Zosimo IIII. 3, qui ait Valentinianum seniorem vix inito imperio ea celebrari prohibuisse. Legesis etiam Nazianzeni orationem in sancta lumina.

(6) Scilicet iampridem christiani Gothi erant, episcoposque suae gentis habebant. Nam Theophilus Gothorum metropolitanus nicaenae synodo interfuit atque subscripsit.

πικος ἐπιχέαντες, | εἰς τὸ μέσον προεφίεσαν· πανταχοῦ τὸ ἀφύλακτον, δι' ἣν καταφρονουμένων ὅρκων παρ' ἐκείνοις, πᾶσι δὲ τοῖς βασιλεῦσι σφόδρα φυλαττομένων (1), ὑποτρέχοντες & κατασκευάζοντες. 24.

XXXI. Ἦν δὲ καὶ τῶν | καλουμένων μοναχῶν παρ' αὐτοῖς γένος (2), καὶ μίμησιν τῶν πᾶσι | τοῖς πολεμίοις ἐπιτετηδευμένων, οὐδὲν ἐχούσης δ' μιμήσεως πραγματῶδες καὶ δύσκολον, ἀλλὰ ἐξήρκει φαιὰ ἱμάτια σύρεσι χιτῶσι, πονηροῖς 28.
τε εἶναι καὶ πιστεύεσθαι (3)· καὶ ἦν τοῦτο ὀξέως συνεῖδον | οἱ βάρβαροι τὸ θαυμαζόμενον πᾶσι Ῥωμαίοις ἐς πᾶσαγωγὴν | ἐπιτηδεύσαντες· ἐπεὶ τά γε ἄλλα μὴ βαθύτητος καὶ σκιᾶς ὅτι μάλιστα σεμνοτάτης τῶν ἀπορρήτων τὰ πᾶσι ἱερὰ

paliter tectos et circumclusos, multamque iis imposturam circumponentes, in medium producebant. Sic latenter videlicet dabant operam ut omnia intuta forent, propter sacramenta apud illos quidem contempta, apud imperatores autem nostros religiose servata.

31. Erat praeterea apud ipsos genus illud hominum quos monachos dicimus, ad illorum imitationem subornatum qui in adversa parte versabantur: quippe imitatio nihil habet operosum aut difficile; sed nigris tunicis humum verrere sufficit, improbosque esse et existimari. Atque hoc barbari probe scientes in admiratione apud Romanos esse, decipiendi causa factitabant. Ceteroquin sacra sua praeclare incorrupteque firmissimoque silentio tecta apud se custo-

(1) Gothos transmisso Istro, statim violavisse colendae pacis praestitum sacramentum ait Zosimus IIII. 20. De barbarorum periuro animo et opere disertius loquitur idem Zosimus IIII. 56; verum is historiae tractus ad tempora post Gratiani immo et Maximi necem pertinet. Porro sanctissimam apud veteres Christianos fuisse sacramenti fidem adfirmat Suidas voc. καταπροϊστασθαι. Et sane Gothi illi qui fidem Valenti praestitam fregerunt, ariani erant, non catholici; namque hi postremi, a gentilibus licet suis sollicitati, neque praedam attingere neque fidem fallere voluerunt; cruenta quoque martyria et exilia in montes ob id passi; uti narrat Isidorus in chronico CCCCXVI: quod insigne documentum est catholicae fidelitatis, dum interim variarum sectarum homines neque fidem saepe humanam neque divinam servant. Recole excerpta nostra p. 3.

(2) Gothus *philosophatur*, inquit, Hieronymus ep. LX. 4; quo vocabulo apud ecclesiasticos scriptores saepe denotari vitam monasticam compertum est. Ego vero, quidquid alii opinati sint, Suniam quoque et Fretelam gothos, ad quos extat celebris Hieronymi epistula CVI, non tam episcopos quam monachos fuisse autumo: inter quos praecipuum exarserat sacrorum bibliorum studium post gothicam interpretationem. Itaque commentationes quoque seu homiliae ad sacra biblia gothico sermone scriptae partim in mediolanensi codice partim deinde in romano mihi deprehensae sunt. Quod autem praedicto loco Hieronymus *barbaram* appellat Getarum lingnam, *peregrinam* scilicet intelligas, non *rudem* aut *abnormem*. Illa enim lingua satis est laudabilis, quod cuique studioso patebit. Quare etiam Cassiodorius var. XI. 1. de Amalasuntha aiebat: *nativi sermonis ubertate gloriatur*. Et quidem in Italia Romani eidem studuerunt, teste apud Cassiodorium Athalarico var. VIII. 21: *pueri stirpis romanae nostra lingua loquuntur; eximie indicantes exhibere se nobis futuram fidem, quorum iam videntur affectasse sermonem*. Porro, ut vidimus, Gothos Getarum nomine appellat Hieronymus; (quamquam hodierni historici populos hos valde distinguunt.) Ovidius autem de Ponto IIII. 13. getico sermone se poëma scripsisse adfirmat.

(3) En illa monachorum vituperatio, quam se in generali historia scripsisse ait Eunapius in vita Aedesii circa finem: ἀλλὰ περὶ τούτων μὲν καὶ ἐν τοῖς καθολικοῖς τῆς ἱστορίας συγγράμμασιν εἴρηται. Legesis praedictum Eunapii locum (itemque vitam Maximi circa medium) in quo venenata prorsus lingua impiaque bile monachis maledicit: cuius malivolentiae socium habuit, ut scripta edita demonstrant, Libanium rhetorem, qui alter erat rabidus ethnicus, et tam Iuliani admirator quam religiosorum Christi famulorum summus osor. Monachorum vituperatoribus accedit Zosimus V. 23, servus alioquin Eunapii imitator.

Digitized by Google

32. γλυ|νικῶς τε καὶ ἀσόλως φυλάττοντες· οὕτω γὰρ ἐχόντων τούτων, ὅμως || ἐς τοσ- P. 319.
αύτην ἄνοιαν ἐξεπτώκεσαν, ὥστε συμπεσεῖσθαι σαφῶς καὶ ἁμά|χως σὺν δο-
κοῦντας νοῦν ἔχειν, ὅτι χριστιανοί τε εἰσὶ καὶ πάσαις | ταῖς τελεταῖς ἐνέσ-
χον (a).

XXXII. Ὅτι ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἐς τοῦτο | ἤδη συνέπεσεν ἅπαντα καὶ
4. φερομένεσθαι κατά τινα βίαν ἀφθαίτητον | καὶ ἀνάγκην ἀνυπόστατον καὶ θεήλατον,
ὡς καὶ τὸ τῶν ὄνων γένος, μὴ | ὅτι τῶν ἵππων ἀλλὰ καὶ τῶν ἐλεφάντων γλιχέσθαι τι-
μιώτερον.

Ὁ μὲν | οὖν μακεδὼν Φίλιππος καταζευγνῦναι μέλλων φθὲ ἑσπέ-
8. ραν ἤδη, | εἶτα πυθόμενος ὡς οὐ δυναῖτ', εἰπόντων τῶν κωλυόντων χιλὸν |
οὐχ ὑπάρχειν ἱκανὸν τοῖς ὑποζυγίοις, ἀνέζευξε τοῦτ' εἰπὼν ὡς | οὐδὲν βασι-
λέως ἀτυχέστερον, ὃς καὶ πρὸς τὴν τῶν ὄνων καιρὸν ζῆν ἀ|ναγκάζεται (1).

XXXIII. Ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς χρόνος κινδύνευσεν ὅλως (b) ἐπὶ τοῖς ὅλοις |
12. σαλεύειν (2). τοῦ βασιλέως Γρατιανοῦ τὰ μὲν καθέκαστον καὶ οἷός τις | ἦν οὔτε
δυνατὸν ἦν φθιεργάζεσθαι· τὰ γὰρ ἐν τοῖς βασιλείοις ἐπικρύ|πτεται, καὶ μά-
λα σεσαγνῶς, οὔτε πολυπραγμονοῦσι συμμαθεῖν· τὰ γὰρ ἐπαγγελλόμενα πρὸ'
ἑκάστου, πολλὰς καὶ πολυμόρφους τὰς διαφορὰς ἔχοντα, μόνην τὴν ἀλήθειαν ὥσπερ
16. τινὰ θησαυρὸν ἀπόῤῥητον | οὐ διεγύμνου καὶ ἀπεκάλυπτεν· ὥσπερ οὖν τοῖς

diebant. Quae quum ita se haberent, nihilominus nostri in tantum dementiae venerunt, ut cordati quoque homines manifeste et indubitate in eandem sententiam conspiraverint; quod illi scilicet christiani essent, atque omnibus mysteriis imbuti.

32. Theodosio imperante adeo res omnes nescio qua insuperabili vi summaque et divina necessitate circumferebantur, ut asinorum quoque genus elephantis nedum equis pretiosius esset.

Et macedo quidem Philippus sub vesperam currum iuncturus, quum id fieri non posse audisset, quia pabulum, ut aiebant dehortantes, iumentis idoneum non aderat; rex nihilominus currum iunxit, aitque nihil esse rege infelicius, qui iumentorum quoque commoditatibus vitam suam conformare deberet.

33. Nostra vero aetas de rerum summa periclitata est. Nam caesar Gratianus cuiusmodi in singulis rebus esset, scrutari altius nemo poterat. Etenim quae intra regia septa fiunt, ea celantur studiosissime, neque in notitiam curiosorum veniunt. Rumores autem quos singillatim homines serunt, ii quum varie multumque inter se differant, simplicem veritatem ceu thesaurum quendam arcanum neque nudant neque revelant. Sicuti vero accidit cum aliquis iconas pingit propositumque archetypon exprimere studet, ut faciei similitudinem par-

(a) Cod. ἐνέχον. (b) Ita videtur habere codex.

(1) Philippi hoc dictum paucioribus verbis recitat etiam Plutarchus in apophtheg. ed. Reiske T. VI. p. 678. Retulit autem narrationem hanc Eunapius, ob ea quae nuper dixerat de raritate asinorum; in qua narratione quaenam satyra lateat, nescio.

(2) Sic loquitur de hoc tempore Hieronymus praef. ad chron. fin. *Reliquum tempus Gratiani et Theodosii latioris historiae stilo reservavi; quoniam debacchantibus adhuc in terra nostra barbaris, incerta sunt omnia.*

Digitized by Google

γράφουσι τὰς εἰκόνας | καὶ τὸ δοθὲν παράδειγμα χαρακτηρίζουσιν, ἐπιτείνει τὴ ὠΐ· πρόσω|πον ὁμοιότητα μικρά τινα τῶν ὑποκειμένων συμβόλων καὶ ἡ ῥυ|τὶς ἐπὶ τῶ μετώπω διακεχαραγμένη, ἤ τις γόνθος ὠδαπατέλλων | ὠδὰ τὸ γε- 20.
νεῖον, ἢ τοιοῦτο τι μικρὸν καὶ παρημελημένον τῆ καὶ τῶ | ὅλην, ὃ παροφθὲν μὲν οὐχ ὑπογράφει τὸ εἶδος, ἀκριβωθὲν δ' μόνον | αἴτιον τῆ ὁμοιότητος γίνε-
ται· οὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τῆδε τῶ βασιλέ|ως συλλαμβάνειν οἷός τις ἦν, νέος τε ὢν καὶ ἐν ἐξουσίᾳ βασιλικῇ | ζαφεὶς ἐκ παιδὸς, καὶ μὴ μεμαθηκὼς οἷον τὸ ἄρ- 24.
χειν καὶ οἷον τὸ | ἀρχόμενον· τοῦτο γὰρ μάλιστα διαφαίνει τὸ τῆ φύσεως μέγεθος ὅτ' ἂν | τῶ προτεθεῖσαν ἀγωγὴν καὶ συνήθειαν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐξώσῃ | καὶ βιάσηται· ἔχει δὲ μαθεῖν ἐκ τῆ ὑποκειμένων παραδειγμάτων
εἰς | ἃ συνωμολόγουν ἅπαντες καὶ ἀντέλεγεν οὐδεὶς εἷς τῆ λέγειν συνειθισ|μένων 28.
καὶ τὸ κοινὸν φλήναφον ἠσκηκότων (1).

XXXIIII. Ὅτι ἐπὶ Θεοδοσίου, | τοῦ Μαξίμου στασιαντος καὶ βαρβάρων τῆ Ῥω-
μαίων ἐκστρατοῦ|σάντων, φήμη κατέσχετο τοῦ βαρβάρους ὡς οἱ Ῥωμαῖοι στρατῶ ὅτι || 32.
P. 320. πλεῖστον συλλέγουσι· καὶ συλλογισάμενοι τὸ δεινὸν οἱ βάρβαροι ἐπὶ τὸ | συνῆθες ἀνέδραμον σόφισμα, καὶ κατέδυσαν ἐπὶ τὰς μακεδονικὰς λίμνας (2)· | καὶ συμ-
φανὲς γε ἅπασι κατέστη ὡς ἡ Ῥωμαίων βασιλεία ζυφὴν μὲν ἀρ|νουμένη, πόλεμον δὲ αἱρεμένη, οὐδὲν ἀφήσει τῆ γῆς ἀνήκοον καὶ | ἀδούλωτον· ἀλλὰ δεῖ- 4.

vae quaedam res obiectae conficiant, nempe vel insignis in fronte ruga, vel prominens in barba pilus, vel aliud eiusmodi quod ceteroquin in facie negligi solet; id inquam si praetermittatur, imago non fit iconica; siu accurate observetur, vel id solum faciei similitudinem effectam dabit: sic etiam quodnam principis huius ingenium fuerit coniecturis adsequi opus erit; qui sane et iuvenis, et in regia dignitate a pueritia educatus fuit, neque regnandi artem neque obediendi noverat. Id enim vel maxime naturae praestantiam declarare solet, siquis nimirum e consueto communique more in melius quiddam vi sua progreditur. Rem porro e subiectis exemplis cognoscere licebit, quae cuncti fatebantur, nemine contradicente; nemine, inquam vel ex iis qui publice nugandi morem prae se ferebant.

34. Theodosio imperante, quum Maximus rebellaret, et praeterea barbari Romanos bello adpeterent, fama inter barbaros didita est, quod reapse Romani ingentes copias contraherent. Quare periculum reputantes barbari ad consuetum sibi strategema confugerunt, in paludibus nempe macedonicis semet abdiderunt. Prorsus autem cunctis innotuit, romanum imperium, si deliciis repudiatis bellum meditetur, nullam terrarum partem indomitam ac liberam relicturum.

(1) Non extant in vaticanis excerptis exempla illa quae ex actis Gratiani Eunapius selegerat. Et sane vix dubito quin omnia ad huius principis vituperationem Eunapius contulerit, qui nemini christiano principi parcere solet. Sed quidquid iste maledicus effutiverit, id etiamsi aliquando in lucem veniat, stabit nihilominus inclyta Gratiani fama tot veterum auctorum testimoniis confirmata, quos inter eminent s. Ambrosius, Ausonius, Themistius, Ammianus, et Symmachus a me editus.

(2) Latius haec scribit Zosimus IIII. 45 — 48, apud quem totum illud in paludibus barbaricum bellum et excidium non insuaviter legitur. Iam et quae sequitur romanae luxuriae mollitiaeque vituperatio, ea scilicet respicit Theodosii aulam, quae in praedicto Zosimi tractu non mediocriter vapulat. Nunc vero cognoscimus Zosimum, ut alia, ita hanc accusationem ex Eunapio derivavisse.

Digitized by Google

νόν γε τι χρῆμα τ ἀνθρώπων φύσεσιν ὁ θεὸς ἐγκατέμι|ξεν; ὥσπερ τοῖς ὀξακοῖς (a) τ ἐπικίνδυνον χολὴν, καὶ τοῖς ῥόδοις | ἀκάνθας· οὕτω τ ἐξουσίαις
8. συγκατασπείρας τ ἡδονὴν καὶ ῥα|θυμίαν, δι' ἣν πάντα ἔχον εἰς μίαν μεταχῆσαι πολιτείαν καὶ συναρμό|σαι τὸ ἀνθρώπινον, αἱ βασιλεῖαι τὸ θνητ σκοπούσαι πρὸς τὸ ἡδὺ | καταφέρονται, τὸ δ' ὀλίγης ἀθάνατον οὐκ ἐξετάζουσαι καὶ παρεκλέγουσαι.

12. XXXV. Ὅτι ὀλισθηρὸν ὡς ἔοικε καὶ σφαλερώτερον ἄνθρωπ. πρὸς τι|μὴν ἢ συμφοράν· θεραπεύσαντες γὰρ τ Τατιανὸν οἱ περὶ τ βασιλέ|α Θεοδόσιον, τιμάς τε ὑπερφυεῖς ἐκ τ βασιλέως καὶ μεταγνώσεις | ἐπὶ τοῖς γεγραμμένοις ἐσπόνδους ποιησάμενοι, καὶ περὶ τῶν μελλόν|των οὐρανομήκεις ἐλπίδας ὑποσείραντες,
16. ἕτον παρέπεισαν ἀγαγεῖν | τ υἱὸν αὐτ Πρόκλον τοὔνομα· ὃν εἰς τὸ δεσμωτήριον συνέκλεισαν | καὶ τ Τατιανὸν ἐπὶ Λυκίας ἀπέπεμψαν τ παιδὸς χηρώσαντες (1). |

* Συμποσίου δὲ προτεθέντος αὐτοῖς ποτὲ τ βασιλέως ἀφθονέρου | καὶ
20. πολυτελεστέρου, τ παροιμίαν ἀπέδειξαν ἀληθινὴν λέγουσαν, | οἶνος καὶ ἀλήθεια τ Διονύσου· διὸ καὶ τ θεὸν εἰκότως Λυαῖον καλοῦσι | ὡς οὐ μόνον δάλύοντα τὰς λύπας, ἀλλὰ καὶ τὸ σεμνὸν τ ἀπορρήτων | δάχέοντα καὶ δάκαλύπτοντα· καὶ τότε ῥήξαντος αὐτοῖς | ποτὲ τ κύλικα, δάλύεται τὸ συμπόσιον ἀτάκτως (2).

Sed enim grave quoddam humanae naturae Deus commiscuit infortunium; nam veluti cancris periculosam bilem, rosis spinas, ita in potestatibus voluptatem desidiamque ingeneravit. Quare quum fieri posset ut universum hominum genus ad unum corpus reipublicae revocaretur; imperia interim caducae rei studiosa, voluptatem consectantur; neque id exquirunt quod immortale est, neque praeoptant.

35. Videtur homo facilius honore subverti ac decipi quam calamitate. Ecce enim Theodosii imperatoris administri dum Tatiano aulicos sine modo honores et praeteriti temporis oblivionem spondent, atque infinitas in futurum spes ostendunt, persuaserunt illi ut filium Proculum adduceret: quo protinus in carcerem coniecto, Tatianum in Lyciam filio orbatum relegaverunt.

* Quumque illis aliquando ab imperatore largius ac sumptuosius convivium fuisset exhibitum, verax patuit proverbium illud, Bacchi vinum et veritas. Quare et hoc numen congruenter Liberum appellant, quia non solum maeroribus liberat, verum etiam mentis arcana dissolvit et aperit. Quare et illorum quum inter pocula consilia revelasset, convivium turbulenter dissolutum est.

(a) Ita cod.; quod ne mendum putemus pro ὀστακὸς, vetat Eustathii doctrina ad Iliad. lib. II. ed. rom. p. 218, τὰς ὀσταρίδας, καὶ ὀσταρίδας φασὶν· καὶ ὀστακὸν, ὀστακόν. Vocabulum Cangius retulit in suum lexicon tamquam ita sequiore aevo, ut arbitror, pronunciatum: sed en Eunapius sic iam aetate sua scribebat.

(1) Tatiani Proculique filii fata perspicue diligenterque narrantur a Zosimo IIII. 52, qui sine dubio Eunapium excripsit multo latius, quam nunc legimus in excerpto vaticano. Fuit autem universae tragoediae celeber ille Rufinus moderator.

(2) Sermo est de barbarorum optimatium ac

XXXVI. Ὅτι οἱ παῖδες Θεοδοσίου ἐπὶ τῆ βασιλείας αὐτῆ ἔσησαν, εἰ δὲ τὸ | 24.
ἀληθέστερον ὅπερ ὅτι σκοπὸς ἱστορίας προσιθέναι δεῖ τοῖς γεγραμμένοις, | τὸ
μὲν ὄνομα ἦν τῆς βασιλέων, τὸ δὲ ἔργον τῆς μὲν κῆ τὴ ἑώαν | Ῥυφίνυ, τὰ
δὲ ἑσπέρια Στελίχωνος εἰς ἁπάσαν ἐξουσίαν (1)· οὕτω γοῦν | οἱ μὲν βασιλεῖς ἐπι- 28.
τάττοντο ὑπὸ τῶν ἐπιτροπευόντων τὰς ἀρχάς· οἱ | δὲ ἐπιτροπεύοντες ἀεὶ πρὸς
ἀλλήλους ἐπολέμων ὥσπερ βασιλεύοντες, | φανερῶς μὲν οὐκ ἐναντίας χεῖρας κῆ
ὅπλα ἀράμενοι, κρύφα δὲ | ἀπάτης κῆ δόλυ μηδὲν ὑπολείποντες· δίκα γὰρ
μαλακίαν κῆ ἀσθένει|αν ψυχῆς, τὸ δίεφθον κῆ ὑποῦλον τῆς μηχανημάτων 32.
Desiderantur paginae duae. αὐτοῖς ὡς ἀνδρεῖον ||| (2). . .

* * *

P. 79. XXXVII. . . ρασι καθάπερ ἐξ οὐρανοῦ πρὸς τὴ γῆν διενεχθέν, κῆ κῆ τὸν | εἰς ἀνθρώπινα· ὁ μὲν οὖν Βάργος τὴ ἀρχὴν πιστευθεὶς ὑπὸ | τῆ εὐνούχυ ἐξήει
μάλα φαιδρὸς κῆ γεγηθὼς ἐπὶ τὴ ἀρχήν, ὡς ἂν | ἀρχὰς ὑποσθησόμενος ἑαυ- 4.
τῶ τινὰς πάλιν, κῆ μῆ πολλῶν κῆ διεφθαρ|μένων στρατιωτῆ πρὸς τὸ πολε-

36. Liberi Theodosii imperium patrium obtinebant. Verumtamen si veritas, quod est praecipuum historiae propositum, dicenda est; illi quidem nomine tenus reges erant, reapse autem in oriente Rufinus, in occidente Stelicho, summam rerum potestatem habebant. Sic ergo imperatores quidem a curatoribus suis regebantur; ipsi vero curatores perpetuum inter se, regum instar, bellum gerebant; non ita equidem ut publice manus et arma invicem inferrent, clam tamen nulli fraudi doloque parcebant. Propter suum enim corruptum ignavumque animum quidquid erat subdoli fallacisque artificii, pro virili facinore *habebant* . . .

* * *

37. . . . tamquam caelo in terram adeoque inter homines demissum. Bargus itaque ab eunucho promotus, magno gestiens gaudio dignitatem occupavit; quippe qui et alia sibi rursus munera animo suo despondebat; coepitque non sine multo corruptorum militum numero benefactores suos oppugnare. Nam qui crescen-

ducum qui imperatoriae mensae adhibebantur altercatione; quorum pars, ut scribit Zosimus IIII. 56, servandam Theodosio fidem in bello, quod parabatur adversus Eugenium, pars deserendam censebant. Rem vero Theodosius in ipso convivio intellexit, in quo barbari vino incaluerant. Vaticanus tamen eclogarius nihil fere ex ea narratione praeter sententiam de veracitate ebriorum retinuit. Ita scripseram; cum ecce me vere divinavisse cognovi, lecta extrema Eunapii legatione edita, in qua vaticanum hoc convivii excerptum extat; sed tamen brevius; unde cognoscimus parciorem fuisse hoc loco eclogarium legationum, quam sententiarum.

(1) Rufinum Arcadii, Stelichonem Honorii Theodosius ipse tutores creaverat. Zosim. IIII. 57. 59. Porro locum hunc Eunapii prope ad litteram exscribit Zosimus V. 1.

(2) In hoc defectu duarum priorum quaternionis secundi paginarum demersae sunt partim saltem res, quas scribit Zosimus lib. V. a cap. 2. ad cap. 10; nempe Rufini et Stelichonis simultates et insolentia facinora; Luciani comitis supplicium; Arcadii nuptiae cum filia Promoti, lusa Rufini expectatione; Honorii item nuptiae cum Stelichonis filia; Alarici per Graeciam vastationes, salvis tamen Athenis; Stelichonis in Graeciam adventum, ex eaque regressum; Rufini denique caedem a Stelichonis militibus patratam; quo extincto, potestas Eutropii eunuchi in aula byzantina se efferre coepit.

Digitized by Google

μεῖν τοῖς εὐεργέταις (1)· τῷ γὰρ προϊόν|τι δ' πόλμης καὶ τῷ μεγέθει τ' ἐγχειρημά-
8. νων πολλοὺς ἤδη περιπεφευγὼς κινδύνους, εἰς τὸ ἀκίνδυνον ἤδη πρὸς ἅπαντας
καὶ λίαν εὐτυχὲς τ' τόλμαν ἐξεβιάζετο · συνετώτερος δὲ ὢν καὶ πόδας | ἦει
πρὸς τ' ἐπιβουλήν · καὶ δή τα γυνὴ συνάπτει τῷ Βάργῳ · ταύ|την δέ' καθειμένων
12. ἀνθρώπων πάλαι πρὸς τ' ἄνδρα τ' λεγόμενον ἀλ|λοτρίως ἔχουσαν, δέ' τινὸς ἠρ-
τημένης καὶ συσκιασμένης ἐπιβου|λῆς, ἐπὶ τ' ἄνδρα ὥσπερ ἐχίδναν νωθρὰν καὶ
ὑπὸ κρύους κατεψυγμέ|νην (2) τ' ὑποκειμέναις ἐπαγγελίαις ἀνέσπασαν καὶ ὤρθωσαν ·
16. καὶ | τέλος φυγὼν καὶ συλληφθεὶς τ' τῇ ἀχαρίστων ὑπέσχε δίκην · καὶ ὁ μὲν
ἑαυτ' μανικώτατον ℄ τ' εὐνοῦχον φρονιμώτατον ἔκειτο | μαρτυρῶν ἥλικόν ὅτι
τὸ δ' ἀχαριστίας ΩΔε' θεῷ ἴγκλημα (3). |

XXXVIII. Ὅτι ὁ εὐνοῦχος τ'τον (4) τοσοῦτον (a) ὄντα καὶ τηλικοῦτον ἐκβαλὼν
τ' βίου, | εὐνοῦχος ἄνδρα, καὶ δοῦλος ὕπατον, καὶ θαλαμηπόλος τ' ἐπὶ τοῖς στρατο-
20. πέδοις γεγυμνένον, μέγα δή τι καὶ ὑπὲρ ἄνδρας ἐφρόνει · καὶ | μή τις γε τὸ
Ἀβυνδαντίου πάθος (b), κἀκεῖνο τελίσαντος εἰς ὑπάτους (5). |

* Ἀπίθανον μὲν γὰρ τὸ γραφόμενον, πλὴν εἴ τις ἕτερος αὐτὰ γρά-

te in dies audacia sua ac magnitudine suorum facinorum compluribus periculis iam evaserat, tutum se ac per omnia felicem prorsus existimabat : sed tamen utpote callidus, vestigia quaedam persequens ad instruendas insidias properabat. Porro autem Bargo concubina quaedam erat; quam huic iampridem iratam, artificiosa ac latente nescio qua fraude, adversus Bargum tamquam colubrum torpidum gelu que rigentem praemiis propositis erectam concitaverunt. Quare Bargus postremo fugam moliens et comprehensus, ingrati animi sui poenas luit. Et hic quidem insanissimum se, eunuchum vero prudentissimum, ostendit; documentoque fuit quam Deo invisum sit ingrati animi crimen.

38. Eunuchus postquam talem tantumque hominem vita spoliaverat, spado scilicet virum, servus consulem, cubicularius minister versatum in castris militem; magnos spiritus et virili sexu maiores sumpserat. Neque opus est ut quisquam commemoret Abundantii calamitatem, qui et ipse consul fuerat.

* Incredibilis enim narratio est; sed tamen si quispiam alius in eodem ar-

(a) Ita cod. (b) Ita in cod. sine verbo.

(1) Intellige Timasium, a quo Bargus publicis muneribus admotus fuerat.

(2) Respicit historicus Aesopi fabulam CXXX.

(3) Bargi historiam aliis verbis concinnatam habes apud Zosimum V. 9 — 10.

(4) Dicit Timasium; quem tamen Zosimus non occisum sed relegatum ad Oasim ait, incerta dein fama num ibi perierit an potius evaserit. Item Hieronymus ep. LX. 15: *Timasius praecipitatus repente de altissimo dignitatis gradu, evasisse se putat quod Assae vivit inglorius.*

(5) Scilicet Abundantius, qui iam inde a Gratiani temporibus militaverat, et sub Theodosio seniore summos honores adeptus fuerat, praetor etiam et consul designatus; nunc denique Eutropii invidia et insidiis patrimonio eversus, aula pulsus fuerat, Sidonemque habitare iussus, ut ait Zosimus V. 10; quamquam Hieronymus ep. LX. 16. Pityunte Abundantium aetate sua exulare egentem adfirmat, quae est urbs pontica. Sed enim, ut observat Vallarsius, conciliat discrepantiam Asterius amasenus, ex quo intelligimus commutatam fuisse Abundantio exilii sedem.

φειν | ικανός ἐστι, θαυμάζω αὐτὸ ἐγώ γε, καὶ ἀνδρεῖος ἀποφαινέσθω μοι δ' ἀνεξικακίας χάριν· ἀλλ' εἰκὸς μὲν οὖν τὰ ἀκριβέστερα γράψαντας καὶ χρόνους 24.
καὶ ἄνδρας προσποιουμένους ἀσφαλῶς τι λέγειν, ἔς τε χάριν καὶ ἀπέχθειαν ἅμα φέρειν τὴν συγγραφήν· τῷ δὲ ταῦτα γράφοντι οὐ πρὸς ταῦτα ἔφερεν ἡ ὁδός, ἀλλ' ὡς ὅ τι μάλιστα ἀναζέχοι καὶ στερίζοι τὸ πρὸς ἀλήθειαν.

XXXIX. Ἐπεὶ καὶ | καὶ τούσδε οὖν χρόνους ἤκουον καὶ συνεπυνθανόμην 28.
ὡς ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα γράφουσιν ἱστορίαν· οὓς ἐγώ, οὐχὶ (a) νεμεσητὰ λέγω, ἀλλὰ | ἐπίσταμαί γε σαφῶς ἄνδρας ἀγερώχους τε καὶ σκιρτῶντας καὶ ἀληθείας τοσοῦτον ἀφεστηκότας, ὅσον ἐντὸς εἶναι ἀναγωγίας· καὶ οὐκ ἐκείνοις μέμφομαι,
P. 80. δ' δὲ ἀνθρωπίνης κρίσεως τὸ λίαν ἀκρατὲς καὶ ὀλισθηρὸν καταμέμφομαι, ὅτι 32.
θελγόμενοι καὶ καταγοητευόμενοι τὸ καθ' ἕκαστον ἂν ὀνόματος μνησθῇ τις ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ τοῖς πολλοῖς γνωρίμως, καί τι τῆς ἀφ' ἑστίας τῆς βασιλικὴν ἀκριβέστερον ὑποῤῥύεντες ἐξενέγκωσιν εἰς τοὺς πολλούς· τόν τε κροτοθόρυβον 4.
ἔχουσι | ὡς ἀληθῆ λέγοντες καὶ πάντα εἰδότες· καὶ πολὺς ἀφ' αὑτοὺς ὁ συνθέων ὅμιλος, μαρτυροῦντες ῥᾳδίως ὅτι ταῦτα· οὕτως ἔχει, καὶ ἡ ἀρετὴ δ' συγγραφῆς εἰς τόδε συμβιασάμενοι ἐς κατατείναντες, | ὡς ἄρα τοῦτο ἐς 8.
αἰθέριον καὶ οὐρανομῆκες, ὅπερ αὐτοὶ ὀλίγα βίου τινὰ χλιδὴν ἴδωσι καὶ ἁπλότητα χαυνότερον ἐπαινοῦντες, ἐς τὸ πιστευόμενον καὶ δημῶδες συνάγουσι καὶ καταβιάζονται· ἀλλ' ὅμως εἰ | καὶ ἀπίθανον πῶς εἴρηται, πολλά τε αὐτοῦ τερατωδέστερα καὶ μυθωδίστερα προτέθειται, καὶ ἅπαντα ἦν δ' ἡλιακῆς κινήσεως ἀληθέστερα· | μαρτυρεῖ δὲ αὐτοῖς ὁ ἥλιος τοῖς εἰρημένοις· καὶ ῥηθήσεταί γε ἴσως | ἕτερα τούτων πολυπλανέστερα καὶ βαθυπλοκώτερα πρὸς ἀπισί- 12.

gumento versari potest, is mihi mirus erit, atque ob suam patientiam fortis videbitur. Sed nimirum par fuit, qui exquisitiora narraverant in temporibus, eos aeque et in hominibus impune fingere, atque ad gratiam et odium historiam suam pariter referre. Verumtamen is qui haec scribit diversam plane viam institit, nihilque ei antiquius fuit quam ut veritatem sequeretur et confirmaret.

39. Sane et hac tempestate audio, immo scio, a nonnullis historiam scribi: quos ego (nihil stomachosius dicam) et protervos homines esse novi et lascivientes, tantumque a veritate remotos, quantum inscitiae proximos. Neque ego illos accuso; sed illam non fero humani iudicii libidinem ac proclivitatem, qua permulsi atque decepti, simul ac nomen aliquod paulo illustrius insonuit multisque famigeratum; tum siquid ex aula regia accuratius eruerint; id continuo in vulgus differunt; rumoresque rei verae loco narrant nihil dubitantes. Plurima vero circa hos turba hominum versatur, qui facile dictis testimonium dant; quique historiae virtutem in hoc verti eoque redigi putant, ut illud mirificum ac caeleste esse dicatur, quod ipsi pro vitae suae mollitia ac futili simplicitate laudant, atque in publicam fidem vi pertrahunt. Age vero etiamsi incredibilia forte narrentur, nihilominus alia praesto sunt portentosiora adhuc et fabulosiora, quae tamen solari motu veriora dicuntur. Testis autem dictorum sol. Et quidem alia fortasse dicentur his adhuc falsiora atque ab obtinenda fide remotiora; verumtamen nostra historia mo-

(a) Cod. οὖσι. Scribe ergo vel οὐχὶ vel οὔ τι.

Digitized by Google

16. αν· ἀλλ' ἐξαγγέλλει γε αὐτὰ ἡ συγγραφὴ μετριώτερον· κὴ ταῦτα ὑπὲρ | τῶν λεγομένων κὴ ὅτι γε φίλος θεὸς κὴ φίλη ἀλήθεια· ἀλλ' οὐκ οἶδα | ὅστις γίνομαι ταῦτα γράφων· πολὺ γὰρ τὸ φροντίζειν ἀληθείας· ἀλλ' ὅγε τοῖς |
20. γεγραμμένοις ἀκολουθῶν κὴ πειθόμενος, ἀκρίβειαν τὲ προσκυνήσει | κὴ ἀλήθειαν (1).

XL. Ὅτι κῇ τοὺς χρόνους Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου | ῇῇ μὲν ὡδὶ τὲ ἐσπέραν οὐδὲν ἀκριβῶς γράφειν εἰς ἐξήγησιν (a)· τό | τε γὰρ διάστημα τῆς πλοῦ κὴ μῆκος μακρὰς ἐποίει τὰς ἀγγελίας κὴ | διεφθαρμένας ὑπὸ χρόνου, καθάπερ εἰς χρόνιον κὴ παρέλκουσαν | τινὰ νόσον μεταβεβλημένας· οἵ τε πλαττόμενοι
24. κὴ στρατευόμενοι | εἰ μέν τινες ἦσαν ῇῇ ὡδὶ τὰ κοινὰ κὴ δυναμένων εἰδέναι, πρὸς χά|ριν κὴ ἀπέχθειαν κὴ τὰ καθ' ἡδονὴν ἕκαστος κῇ βούλησιν ἀπέσει|λεν· εἰ γοῦν τις αὐτῇ συνήγαγε τρεῖς ἢ τέσσαρας τἀναντία λέγοντας | ὥσ-
28. περ μάρτυρας, πολὺ τὸ παγκράτιον ἦν ῇῇ λόγων, κὴ ὁ πόλεμος ἐν | χερσὶν, ἀρχὰς λαβὼν ἀπὸ ῥηματίων κὴ συγκεκαυμέ|νων· ταῦτα δὲ ἦν· σὺ πόθεν ταῦτα οἶδας; ποῦ δέ σε Στελίχων εἶδε; | σὺ δὲ τὸν εὐνοῦχον εἶδες ἄν, ᾧ γε ἔργον ἦν ἀχλύειν τὰς συμπλοκάς; ῇῇ | δὲ ἐμπόρων οὐδὲ εἷς λόγον

destius ea coarguit; atque propter illud effatum, amicus Deus, et amica veritas. Verum ignoro quidnam mihi talia eventurum sit scribenti. Grave enim negotium est cura veritatis. Sed tamen qui scriptis meis mentem fidemque adhibuerit, is diligentiam veritatemque sectabitur.

40. Eutropii spadonis temporibus rerum certe occidentis nihil in historiam referri poterat. Nam et maritimi cursus spatiosa longinquitas seros nuncios et mora corruptos efficiebat, ceu si in diuturnum quendam protractumque morbum incidissent: et militaris vitae homines qui haec fingebant, si forte negotia publica rescire poterant, pro sua gratia vel odio et pro libito ac voluntate in suis quisque epistulis renunciabat. Quamobrem si forte horum tres vel quatuor contraria adfirmantes testium instar congregavisses, praeclara fiebat sermonum lucta, conflictusque protinus exsistebat, sumpto plerumque initio ab argutis igneisque voculis, quae fere huiusmodi erant: tu vero undenam haec audisti? ubinam te Stelicho vidit? num tu eunuchum nosti, cuius nuper officium erat nuptialibus operibus invigilare? Iam et mercatorum nemo quicquam praeter mendacia

(a) Ita cod. sine verbo.

(1) Hic excursus de necessaria historiae veritate fortasse in prohoemio libri alicuius ab Eunapio collocatus fuit. Quatuordecim enim libros historia habuit.

Iamvero candidum benignumque hoc loco lectorem meum admonendum iudico, me et in superioribus et praecipue in consequentibus valde interdum aestuavisse dum Eunapium latinum facerem. Nam et palimpsestus aegerrime legebatur, et excerpta hiabant, et praeterea iamdiu notum est, difficilem esse Eunapii interpretationem tum propter stili novitatem et historiae vix convenientem, tum propter codicum corruptelam. Eunapium non pauca insolita prae se ferre in syntaxi testis est Photius in iudicio saepe laudato. Tum et Hadrianus Iunius, qui vitas interpretatus est, mirifice sibi aquam haesisse fatetur. Quare cl. Boissonadus iure meritoque pessimam existimavit atque omittendam in editione sua Iunii latinam vitarum interpretationem. Ego sane quod potui per temporis angustias atque operarum properantiam praestiti. Tum quae erant obscuriora mihique incerta et ambigua, diutius non perpendi, quia vix tanti interdum res videbatur ut bonam horam in ea contererem.

Digitized by Google

πλείονα ψευδομένων, ἢ ὅσα κερδαίνειν | βούλονται, ἀλλ' ὅσα τῷ σοφωτά- 32.
P. 115. τῳ μαρτυρεῖ κῇ Πίνδαρον (1) χρόνῳ || τ' ἀκριβεστέραν κατάληψιν.

XLI. Ὅτι ἐπὶ τὰς ἀσιανὰς συμφορὰς τρέψω | τ' συγγραφήν· τοιοῦτο γὰρ ὁ μακρὸς αἰὼν οὐδὲν ἐνήνεγκεν, οὐδέ τις | ὧδι τ' βίον τ' ἀνθρώπινον ἐνεχμώθη τοιαύτη φορὰ κῇ κίνησις (2)· | ἀλλ' ὅμως οὕτως εἶχε, κῇ τὸ ἀληθὲς ἀσιώπητον· ὡς ἀδικοίη γε ἄν τις εἰ δι' τὸ ἀπίθανον τἀληθῆ μὴ γράφοιτο· κῇ 4.
τοῦτο γε οὐδὲν διαφέρον | ἐδόκει μοι τοῦ πιεῖν τι ἢ δριμέων κῇ πικρῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ· ἀλλ' ὥσπερ | ἐκεῖνα καταπερασθέντα τοῖς σώμασιν ἀπόνως, τέλος ἔχει τ' ὑγίειαν | κῇ σωτηρίαν, οὕτω κῇ τὰ τερατευθέντα πρὸς τὸ ᾧδά'λογον, οὐ μ' γρα|φῆς ἐστιν ὁ ἀπὸ ἁμάρτημα, ἀλλὰ γλυκύ τι κῇ πότιμον δι' τ' ἀλήθει|αν τοῖς ἀκριβῶς ἐξετάζειν βουλομένοις γίνεται. 8.

XLII. * Καὶ οὗτος μὲν ἐσώζε|το καλῶς πονηρὸς (a) ὤν· ὅμως δὲ, τ' σπλῆνα γὰρ ἐνόσει, διετέθη καλῶς | ὑπὸ μ' συνεχοῦς ἱππασίας, κατεπράϋνε τὲ κῇ τὸ λιθῶδες ὑπεμά|λαξε (3)· κῇ ὁ μὲν ἀπῄει τῷ τε σφετέρῳ σώματι πολεμῶν ἢ πολεμή|σων, κῇ τοῖς ὧδι' τ' αὐλὴν ἀπαγγέλλων ἀληθέστερον πόλεμον. 12.

Ἡ δὲ | Λυδία πλησιόχωρος οὖσα, τὰ δεύτερα ἔμελλε τοῦ ὀλέθρου φέρεσθαι (4). |

* Πλὴν ὅσα γε τούτοις ἐν ἐλπίσιν ἦν τὸ σώζεσθαι· ἐλπὶς γὰρ ἐν

praeterque lucrum suum loquebatur; et quidquid sapientissimo rerum omnium tempori, prout Pindari sententia est, accuratiorem exhibet explorationem.

41. Nunc ad asiaticas calamitates stilum transferam. Par enim nihil aevum immensum tulit, neque umquam in hominum vita tantus motus tantusque rerum transitus fuit. Atqui haec ita evenerunt, neque silentio veritatem premere licet: nam ille iniuste se gereret, qui ob fidei impetrandae difficultatem res veras historiae non commendaret. Porro hoc mihi haud differre videtur ab eo qui acre aliquid atque amarum salutis gratia ebibit. Nam sicuti haec pharmaca insuaviter corporibus commixta salutem denique pariunt; sic etiam opera quae cum insigni absurditate gesta fuerunt, haud equidem historiae molestum peccatum reputanda sunt; sed dulce quid potius atque exoptabile propter veritatem, apud eos qui res altius scrutari volunt.

42. * Atque ita praeclare evasit incolumis qui malus vir erat: simulque valetudini suae bene fecit continenti equitatione (nam splene laborabat) calculosque mollivit ac mitigavit. Et is quidem abibat corpori suo vel nunc bellum faciens vel postea facturus; multo tamen verius bellum hominibus aulicis indicens.

Finitima Lydia secundas exitii partes latura erat.

* Ili tamen salutis spem fovebant. Nam qui adhuc spirant, solantur se-

(a) Nisi forte quis mavult legere πονήρος *valetudinarius*.

(1) Olymp. X. 64: δ τ' ἐξελέγχων μόνος – ἀλάθειαν ἐτήτυμον – χρόνος. Exin fit transitus ad aliud folium in codice; ita tamen ut mihi sententia historici continuare videatur. Et quidem fortasse pausa statuenda est ante ἀλλ', dicendumque *veruntamen quae sapientissimo* etc. ita ut sententia verbo careat, ut alibi.

(2) Loquitur Eunapius de immani Gainae Tribigildique (quem codex noster dicit Argibolum) seditione, direptionibusque et bellis asiaticis quae Zosimus incipit scribere lib. V. 13.

(3) Num sermo est, de Gaina, qui Constantinopoli discedens ad civile bellum concitandum, causam discessus obtendebat adfectam valetudinem? Zosim. V. 19. Marcellin. in chron.

(4) Nimirum si Tribigildus eam statim adgressus fuisset. Lege Zosimum V. 13. 15. 18.

ἀπορ|ρήτοις ἔτι ζῶσι ναμάθιον.

* Ἐπὶ τά γε ἐν τοῖς ἔργοις ξίφη καὶ βάρβα|ροι, οὐ κατὰ τὴν ἔννομον ἀπαίτησιν· καὶ γὰρ ἐκείνη τὸ διπλάσιον ὑπερ|έβαλεν, ἀλλὰ κατὰ τὴν βαρβαρικὴν
20. καὶ ἄμετρον πλεονεξίαν. — Ἀκινδύ|νως εἶχε πρὸς ἕτερον.

Ὅτι δι' ὑπεροχὴν κακῶν εἰς Ἰουλιανοῦ | καιροὺς καὶ χρόνους τὸ εὐνοῦχον ἀνέθεσαν τινὲς Εὐτρόπιον (1)· ὥσπερ οὖν τῶν ἰατρῶν ἐστιν ἀκούειν (2), ὅτι τοῖς φιλοζώοις βελτίον ἐστὶ | σπλῆνα νοσεῖν ἢ κάμνειν ἧπαρ, καὶ ὅσον ὑπὲρ ἧπα-
24. τος διὰ πνεύμο|νος ἐπὶ καρδίαν συμπερατοῦται καὶ διίσχνται, οὕτω καὶ τότε συνέ|βαινε, ὡς ἐν αἱρέσει τῆς αἰσχίστων εὐδοκιμεῖν εὐνοῦχον μανέντα πρὸς | παράθεσιν τῶν ἐπιλαβησῶν συμφορῶν.

XLIII. Ὅμως ὁ Γαΐνας διαφθεί|ρας τὸ πολέμιον, ἐπολέμει γὰρ εὐνούχῳ μάλα
28. ἐντεταμένως (3)· — Οὕτω | σφόδρα γενναῖος τὶς ἦν· — Ἐξ ὧν εὐδόκει κατορθωκέναι, διὰ τούτων ἥπ|τητο· ὑγρότερος γὰρ ὑπὸ τοῦ κατορθώματος καὶ μαλακώτερος γενόμενος, ὡς ἂν ἤδη τὴν ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν συνηρηκὼς, καὶ τοῖς πο-
32. σὶν ἐπεμβαίνων αὐτῇ, μαλακώτερος ἦν ἁμιφαᾶσθαι· καὶ πρὸς τὴν | Ἀργίβολον ἐπρεσβεύετο, ὡς τὸ σπουδαζόμενον αὐτοῖς ἔχει τέλος. ||

Ὅτι Γαΐνας καὶ Ἀργίβολος (4) . . . ὁ μὲν ἡγούμε|νος ὁ δὲ ἑπόμε- P. 116.
νος. . .

οὐδὲ αὐτὸς ἕτερον ἐπέστη· σφαγεὶς δὲ ἔκειτο, μηδὲ τὴν θάψοντα ἔχων καὶ κατορύξοντα. |

met incertorum casuum phantasia.

* In rebus gerendis enses et barbari, non pro legitimae exactionis more; quae tamen ipsa duplo maior erat; sed pro barbarica infinitaque cupiditate. — Ab altero periculum non imminebat.

43. Propter malorum cumulum nonnulli Eutropium eunuchum in Iuliani tempora coniecerunt. Ergo, ut medici aiunt, vitae retinendae cupidis melius esse ut a splene doleant, quam ut iecore laborent, vel ea quavis parte quae supra iecur per pulmonem ad cor tendit atque pertingit; sic etiam illo tempore accidit, ut in rerum turpissimarum conflictu, vesanus eunuchus laudem referret, si modo is cum praesentibus malis compararetur.

* Simul Gainas adversarium subvertens; etenim eunuchum vehementer oppugnabat. — Adeo praeclarus erat. — Quae sibi videbatur prospere egisse, ea exitium ipsi pepererunt. Languidior enim a prosperitate molliorque effectus, ceu si iam romanum imperium sibi adseruisset ac pedibus proculcaret, mollior nunc ad contrectandum erat. Atque ad Argibolum nuncium misit, significans commune consilium iam scopo esse potitum.

Gainas et Argibolus . . . ille quidem dux, hic autem adsecla . . . Neque ipse alterum cluxit; caesus enim iacuit, nemine vel sepulturae mandante vel saltem obruente.

(1) Si forte hoc Eunapius notat chronicum historici alicuius errorem, qui Eutropium in Iuliani augusti aetate collocaverit; meminisse iuvabit haud levius Philostorgii sphalma (cf. p. 276. n. 3.) qui Ulphilam sub Constantio et Valente cognitum, ad Constantini aetatem retraxit.

(2) Iterum agnoscis Eunapium medicum.

(3) De Eutropio artibus Gainae oppresso lege Zosimum V. 17. 18.

(4) In sequente lacuna usque ad αὐτὸς αὐτὸς perierunt versus ferme duodecim.

Digitized by Google

XLIIII. Ὅτι πέρσης ἦν ἐν Ῥώμῃ ἔπαρχος πρὸς χλευασίαν καὶ γέλωτα τῆ | ρωμαϊκὴν εὐδαφέρων εὐτυχίαν · σανίδας δὲ πολλὰς μικρὰς πρὸς | τὸ ἥμισυ 16.
σταδίου συγκομισαμένος, καὶ εἰκόνα τινὰ τῶν ἔργων ὑπογρά|ψαι βυλόμενος, πάν-
τα ἐνετίθει γελοῖα ταῖς γραφαῖς · καὶ ἀπορρήτως | τὰ γραφόμενα κατεχλεύαζε
δόλῳ δ' εἰκόνος · ἀνδρείαν μὲν γὰρ | βασιλέως καὶ ῥώμην στρατιωτῶν ἢ πόλεμον
ἐμφανῆ ἢ νόμιμον | οὐδαμοῦ τὰ γραφόμενα παρεδήλου καὶ συνηνίττετο · λει- 20.
ρὸς δὲ τινὸς ὡς | ἂν ἐκ νεφῶν προτεινομένης, ἐπίγραμμα ἦν τῇ χειρί ΘΕΟΥ
ΧΕΙΡ ΕΛΑΥ|ΝΟΥΣΑ ΤΟΥΣ ΒΑΡΒΑΡΟΥΣ · αἰσχρὸν τοῦτο καταγράφειν, ἀλλ' ἀναγ-
καῖον (1)| · καὶ πάλιν ἑτέρωθι ΒΑΡΒΑΡΟΙ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΦΕΥΓΟΝΤΕΣ · καὶ τούτων ἕτερα
παλ|χύτερα κ . . . δ' ἕτερα κωθωνιζομένων γραφέων φλήναφον οὖ καὶ 24.
πρότερον ἡ συγγραφὴ μέμνηται δ' ἀκμαζούσης ἀρετῆ | . . τὸ σῶμα . .
τῆς ψυχῆς . . πλέον κατὰ | σῶμα δηλυόμενον ἤδη . . ἀπο . . (2)

XLV. Ὅτι Φραυίθος ὁ στρατηγὸς Ρωμαίων νικήσας Γαΐναν | ὃς τὴν Χερρόνησον
διαμένοντα, καὶ τοῦτον μὴ διώξας, (ἀσφαλὴς | γὰρ ἦν ἐπὶ τῇ νίκῃ κερδαί-
νειν τὸ ἔργον καὶ λακωνικός τις ἦν) | ὅτι τύχην εἰδέναι καὶ μὴ πέρας τοῦ με-
P. 63. τρίου ποιεῖσθαι τὴν δίωξιν (a) · ||| καὶ οὗτος μὲν ἀσφαλέστερον βυλόμενος ἥλικόν 32.
ἐστι τοῖς ἄλλοις τὸ καλῶς στρατηγεῖν ἔδειξεν · οἱ δὲ πολλοὶ καὶ ὅσον ἠλύθι-
ον καὶ πηλοῦ παλ|χύτερον στρατηγικοί τινες εἶναι βυλόμενοι, καὶ τὸ γεγονὸς ὑπο-
σημαί|νοντες διελήρων καὶ παρεφλυάρουν τὰς ὀφρῦς ἀνασπῶντες, καὶ | δαφλεγό- 4.
μενοι φθόνῳ πρὸς ἀπίθανόν τινα καὶ μυθώδη κατα|γραφῆναι ἀπὸ μιᾶς γλώσ-
σης καὶ πάθους ὁμόφωνοι καὶ δόξαν ὑπὸ δειλίας γεγονότες, καὶ τῷ εὐδαλό-

44. Persa quidam praefectus versabatur Romae, qui romanam prosperitatem in ludibrium risumque trahebat. Hic enim parvis aliquot in medium stadium comportatis tabellis, ut praesentium rerum imaginem quandam effingeret, ridiculorum omne genus in pictura expressit, atque arcano artificio totum argumentum in tabula irrisit. Nam neque imperatoris fortitudinem, neque militum robur, neque bellum aliquod manifestum atque legitimum pictura uspiam demonstrabat vel innuebat. Sed manus quaedam nubibus protensa erat, cum inscriptione: MANUS DEI BARBAROS EXPELLENS. Turpe est haec scribere, sed necessarium. Rursus in parte alia: BARBARI DEUM FUGIENTES. Atque his alia ineptiora . . . scriptoribus largiter potantibus nugas, quarum et antea in historia memini . . .

45. Phravithus Romanorum dux Gainam in Chersoneso victum ibique adhuc demorantem non insecutus; (quum alioqui tutum breveque negotium fuisset victoriam absolvere) *demonstravit* se fortunam nosse, neque inmodicae persecutioni esse indulgendum. Atque hic tutiore consilio utens, praeclarum exemplum imperatoriae artis suppeditavit. Multi tamen id stultum veluti lutoque crassius reputabant, dum ipsi imperandi periti videri vellent. Itaque praedictam rem ludibrio habentes sermonibusque carpentes ac superciliis adductis irridentes, invidia in-

(a) Desideratur in periodo aliquod verbum. Et quidem hoc loco codex aegerrime legitur.

(1) Obiurgat perverse Eunapius Christianorum Deo acceptas ferebant.
pietatem, qui victorias suas actis publice gratiis

(2) In his lacunis pericrunt versus ferme tres.

γῳ πληγέντες, τ̃ Φρά|βυθον ἐπιψήφιζον μὲν εἰδέναι νικᾶν (a), νίκη δὲ οὐκ
εἰδέναι χρῆ|σθαι· (1) ὁ γοῦν . . τ̃ Χερρόνησον ἐγκατέλιπεν (2) . . .
. . αἰχμάλωτον ὀπίσω σω|τηρίας . . προσηκόντως τύχωσι· θέαμα δ̃
νίκης ἄξιον . . | κ̀ οὗτοι μὲν πρ . . εθρα . . και ὑπέσπειρον
εἰς τὰ βασίλεια τῷ | λόγῳ ποίκιλον τι κ̀ ῶδε . . ις, ὡς βάρβαρ@
βαρβάρῳ | κ̀ μύσης μύσῃ (3) παρέχων δ̃αφυγὴν κ̀ σωτηρίαν· ὁ δὲ Φραύιθ@
μα|λα φαιδρῶς κ̀ . . προς . . ἐπὶ Κωνσταντίνα πόλιν | οὕτω δ̃ φή-
μης . . ℭ σκοτεινὸν ὑφιέμενον | δ̃ προφερομένης . . παρελθὼν εἰς τὰ
βα|σίλεια φαιδρὸς κ̀ γεγηθὼς . . μένων πρὸς τὸ πα|ράλογον δ̃ τύχης κ̀
θεὸν ὁρᾶν ὑπολαμβανόντων μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον· | οὕτως ὅτι ὅζι νικᾶν κ̀ χεῖ-
ρας ἔχειν οὐκ ἠδέσαν πρὸς τ̃ βασιλέα | μ̃ ἐλευθερίας . . εἰ μὴν δ̃ατει-
νάμεν@ ἐξεβόησεν | τ̃ῦ καταφρυαττομένων φθόνων κ̀ νηστείαις καθάρ|ματα
. . πόσον ὁ θεὸς δύναται θεῖῳ μὲν ὅτι βου| . . τὸ δυν . . ἐκείνα
κακῶς . . τηλικοῦτον ἐν | . . κατα πε . . ἔργον οἶσθα βασι| .
. τ̃το δὲ τὸ ἔργον | . . ἀλλότριον δ̃ ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς· τ̃ δὲ | . .
ἐπινεύοντ@ πρόσωπον, δ̃ι' γὰρ ἁπλότητα πολλὴν συμπαθήσας πρὸς τὰ
λεγόμενα . . τα τ̃ῦ εὐνούχων εἶπεν· ὅτι προσηκόν ὅζιν ἐπινεύειν . .
. . τ̃ δὲ βασιλέως τ̃το εἰ|πόντ@ ὡς αἰτεῖν ἀνάγκη δ̃ωρεὰν, ὁ Φραύιθ@
ἔφησεν ἐπιτραπῆναι || κ̃ τ̀ πάτριον νόμον ἱερατεύειν θεόν· ὁ δὲ βασιλεὺς P. 61.
δι' ὑπεροχὴν | βασιλικῆς ἀρετῆς κ̀ τ̃ ὑπατείαν ἐπέτρεψεν· ὁ δ' ἐδέξα-
το (4). |

flammati factoque inopino attoniti aiebant : vincere scit Phravithus, sed victoria uti nescit . . Chersonesum deseruit . . severunt in regia rumores varios . . ceu si barbarus barbaro ethnicusque ethnico effugium salutemque concederet . Phravithus autem dum huiusmodi fama Constantinopoli pedetemptim manaret, . . in regiam gestiens laetabundusque delatus, improviso fortunae eventu deus potius quam homo visus est . . qui cum facie annuisset; namque ob multam moris sui simplicitatem dictis commotus fuerat . . ait aequum esse annuere . . quumque imperator diceret oportere ut Phravithus remunerationem peteret, hic ait postulare se ut patrio ritu Deum colere sibi liceret. Imperator autem propter eximiam quae in illo erat, militaris artis peritiam, consulatum quoque eidem contulit, quem ipse recepit.

(a) Deest in cod. νικᾶν.

(1) Haec reprehensio Phravithi (qui in fastis dicitur *Fravita*) extat etiam apud Zosimum aliis verbis V. 21. Idem porro dictum fuit de Hannibale post cannensem victoriam.

(2) Gainas scilicet omissa Chersoneso thracica ad Istrum secessit. Zosim. loc. cit.

(3) Phravithus quidem erat ethnicus, sed Gainas arianus; ut constat e divi Chrysostomi cum illo expostulationibus, propter arianorum gothorum ecclesiam quam barbarus in urbe regia statuere nitebatur. Sozomen. VIII. 4.

(4) Praedicto loco Zosimus (itemque praeceden-

Digitized by Google

XLVI. Ὅτι Φαμέας, ὁ Μίλκων (a) ἐπικαλούμενος (1), μυρία παρέχων κακὰ Ῥωμαίοις | , εἶτα Σκιπίωνος στρατηγοῦντος οὐ δυνάμενος , πῶ δὲ αἰτίαν ἐρωτώ|μενος ἐξειπεῖν , τὰ μὲν πρόβατα εἶναι ταυτὰ , ὁ δὲ ποιμένα σφοδρότερον καὶ τοῦ Ἄργω πολυωπώτερον . 4.

* Ἱέραξ, ἦν ὄνομα δὲ | τοῦτο ἀνθρώπῳ κύριον (2), ὃν εἶδεν ὁ συγγραφεὺς καὶ διελέχθη πρὸς αὐτὸ, | καὶ τὴν ψυχήν τε ἀνεμάξατο διὰ τῶν λόγων , καὶ συνελόν

46. Phameas cognomento Milcon , qui innumeris damnis Romanos adfecerat ; deinde Scipione exercitibus praeposito quum nihil iam posset , causamque rei rogaretur , ait : oves quidem eaedem sunt , sed pastor multo vigilantior atque Argo oculatior .

* Huic homini nomen proprium erat Accipiter ; quem quidem historicus de facie novit atque adlocutus est , animumque eius serendis sermonibus exploravit . Ut

(a) Ad nomina quod adtinet Eunapio contrarius est Appianus qui, ait *Himilconem* cognomento *Phameam*. Tum in Appiani textu est quidem Ἰμίλκων, sed eiusdem codices habent etiam variam lectionem Μίλκων. Item Appiano scribitur Φαμέας, Polybio Φαμέας, Zonarae Φαβέας, quae menda sunt vel diphthongi omissae aut oblitterae, vel litterae μ commutatae in β, quoniam horum formae valde sunt in codd. similes. Denique in cod. vat. utrum sit Φαμέας an Φανέας, ipse dubitabam, Hamilcari quoque magni Hannibalis patri cognomentum fuisse Φαβέας, ait Suidas voc. Ἀμίλκας.

te capite) ait Phravithum ethnicae sectae fuisse cultorem . Item ait ibidem fuisse ab Arcadio consulatu insignitum(nempe anno ch. CCCCI.)Post Gainae necem, id est inter cap.XXII et XXIII. quinti libri lacuna est apud Zosimum, quam ego ope codicis vaticani praestantissimi , cuius memini p.236. n. 1. frustra speravi me posse explere. Ibi enim (quamquam haec codicis pars recentiore , quam prior , manu scripta est) adnotatur in inferiore p. 128. b. margine ἐνταῦθα λείπει ἓν φύλλον, *heic desideratur folium unum* , id est paginae duae versa et recta codicis in 4°. Ergo sicut alibi deficientem saepe Eunapium supplet Zosimus , ita hoc loco vaticana Eunapii excerpta quid fere in Zosimo restituendum sit versa vice demonstrant. Nempe in Zosimi lacuna periit quidquid heic nunc occurrit usque ad Phravithi necem , quam certe Zosimus , nisi esset interruptus , non reticeret .

(1) De hoc homine eiusque facinoribus bellicis multa verba facit Appianus punic. cap. XCVII. sqq. Polybius apud Suidam voc. ἄψυχος eiusdem meminit , nec non Zonaras IX. 27. Appiani narratio de Phamea partim occurrit mihi etiam in vaticano excerptorum palimpsesto p. 190; sed locum , utpote editum , praetermisi . Argutum autem Phameae de Scipione romanisque militibus effatum apud praedictos auctores , quantum memini , non extat. Cur vero Eunapius antiquum hunc Phameam commemoraverit , causam esse suspicor quod eum cum Gaina , Phravithum cum Scipione , Arcadii milites cum Romanis apud Carthaginem decertantibus comparaverit. Nisi potius Phameam cum Phravitho contulit ; namque ut Phameas Scipionem adgredi non audebat , ita Phravithus Gainam cedentem noluit audacius persequi .

(2) Quisnam fuerit hic homo proprio nomine *Accipiter* , cui tam vehementer maledicit Eunapius , non divino. Vixque intelligendum puto Arbazacium ducem, quem in bello adversus Isauros luxuriose impudice et avare se gessisse ait Zosimus V. 25. Etenim nomen illud non tam hominem alexandrinum quam barbarum denotat . Ait tamen Suidas hunc hominem ob rapacitatem dictum fuisse vulgo Ἁρπαζάκιον pro Ἀρβαζάκιον ; qui lusus congruit cum *Accipitris* nomine , quae est avis rapacissima ; unde comicis *accipiter* est homo rapax . Certe Arbazacius opibus oblatis se redemit (Zosim. V. 25) quod factum ab Accipitre dicet p. 292. Eunapius. Denique cogitabam de Synesii fratre Hierace (Accipitre) quem Suidas memorat voc. Αἰθερία . Neque tempora vetant quin Eunapius hunc agnoscere quiverit : neque incredibile est dici ab Eunapio alexandrinum , qui cyrenaicus erat. Certe Theophilus alex. patriarcha , qui per id tempus Constantinopoli potenter versatus est, Synesii amicissimus erat ; ideoque ut hunc ad Ptolemaidis episcopatum , ita fratrem Hieracem saecularibus muneribus gratia sua admovere potuit .

Digitized by Google

τι γε εἰπεῖν | ἀλεξανδρεύς· ἡ κορακώδης (1) μὲν ἢ τὸ ἄπληστον ἐς τροφήν· | προσῆν | δὲ αὐτῷ ἡ τρυφὴ, πρὸς δὲ ἡδονὰς ἀλεκτρυώδης, ἡ οἷός τις ἂν | ἀλεξανδρεὺς ἀσελγέστερος γένοιτο, ἡ εἴ γε τι ἀλεξανδρέως ἀσελγέστερον· | ἀλλ' ὅμως ὁ συγγραφεὺς αἰδεσθῆναι τ' τοσαύτην ἀναίδειαν ἡ ἰτα|μότητα συμπείσας, ἐφ' οἷς ἦν λόγος ἔχετο ἀπιὼν, τεθηπότων τ' | παρόντων ὅτι ἄνθρωπος ἐξ Ἀλεξανδρείας γλῶσαν τε ἐπέσχε ἡ φλυαρίαν ἐπέσπσε ἡ τὸ πρόσωπον κατέκοψεν ἐρυθήματι.

XLVII. * Ὁ δὲ πρὸς | τ' Ἰωάννην (2) ἐπιστρέψας τ' λόγον, ἀλλὰ σύ γε εἶπε πάντων εἶ τ' κα|κῶν αἴτιος, τούς τε βασιλέας διατέμνων ἐκ σφῶν αὐτ' κολ|λήσεως (3), ἡ τὸ θεοπρεπέστατον ἔργον ἡ οὐρανομῆκες ὑποῤῥύττων ἡ | κατασείων ταῖς σαῖς μηχαναῖς ἐς διάλυσιν ἡ φοράν· ἔστι δὲ πανόλ|βιόν τι χρῆμα ἡ τεῖχος ἄῤῥηκτον ἡ ἀδαμάντινον τοὺς βασιλέας ἐν δύο σώμασι μίαν βασιλείαν ἔχοντας φαίνεσθαι· ἡ οἱ παρόντες τού|των λεγομένων, τὰς μὲν κεφαλὰς ἀπεσείον ἡσυχῇ ἡ δεδοικότες· | ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς ἄριστα λέγεσθαι· τ' δὲ Ἰωάννην τρέμοντες ἡ πρὸς τὰ σφέτερα κέρδη κεχηνότες· ἡ γὰρ ἀκολασία ἡ τοῖς πονηροῖς ἥπερ εἴρηται τιμὴν ἐχαρίζετο, δ' κοινῆς σωτηρίας ἀ-

breviter dicam, alexandrinus erat: et corvi quidem naturam ingluvie imitabatur: sed neque libidinibus carebat, ad quas galli ritu alacer erat, prorsusque incontinens instar hominis alexandrini, immo et siquid alexandrino incontinentius est. Sed tamen historicus tam impudentem tamque effrontem hominem pudorem edocuit, atque ad rem propositam devenit; mirantibus iis qui aderant, quod homo alexandrinus linguam cohiberet, nugas omitteret, et facie ruborem traheret.

47. * Is autem conversa ad Iohannem oratione; tu vero, inquit, malorum omnium causa es, qui concordiam regum dissocias, remque omnium praestantissimam atque caelestem artificiis tuis perturbatam pessum das. Quippe summa felicitas atque adamantina insuperabilisque firmitas est, cum duo reges unum regnum possidere videntur. Tum qui huic orationi aderant, capitibus taciti pavidique nutabant: visus enim erat rectissime dicere. Verumtamen dum a Iohanne sibi timent, et suum quisque lucrum meditatur (namque impurus ille improbis quoque hominibus honores, uti dictum est, largiebatur) communi

(1) En hoc vocabulum et quod mox sequitur ἀλεκτρυώδες idoneum Eunapio auctori dat testimonium, apud quem scilicet duo haec et alia vocabula legebat reprehendebatque Photius cod. LXXVII, dum aiebat pulchram esse Eunapii dictionem, siquis tamen exceperit κορακώδες, ἀλεκτρυώδες, ἱερακώδες etc.

(2) Num hic est Iohannes summa gratia apud Arcadium pollens, et quem plerique, ut certe ait Zosimus V. 18, parentem iudicabant eius filii, quem se Arcadius genuisse putabat? Num potius est sanctissimus ille maximusque Ioh. Chrysostomus, qui revera hoc ipso tempore magnis iactabatur inimicorum tempestatibus? (Lege Zosimum V. 23. 24.) Equidem de priore potius Iohanne cogitandum censeo. De Iohanne quodam, legationis male gestae reo, qui ad haec tempora pertinere videtur, loquitur Suidas voc. παραπρεσβεία, citatis anonymi verbis, qui fortasse est Eunapius. Nam de Iohanne, qui postea tyrannus in occidente fuit, cogitandum non iudico.

(3) Fortasse sermo est de Arcadii cum Honorio fratre propter Africam bello gildonico.

Digitized by Google

μελήσαντες, καὶ προ|τησάμενοι σφῶν αὐτῷ τὸ Ἰωάννην, τεχνικὸν δή τινα ἱερακότροφον, | τὸ Φράβυθον | ἀφείλοντο δὴ ψυχῆς.

XLVIII. Παμφυλία γοῦν ὑπὸ τῶν Ἰσαυρικῶν | πολέμων πορθουμένη χρυσὸν ἐνόμισε τὰς Ἰσαυρικὰς συμφοράς (1). | καὶ καθάπερ ἐν ταῖς διοσημείαις ἀστραπῆς κεραυ- 28.
νὸς φοβερώτερος, | ἡ μὲν γὰρ ἐφόβησε μόνον, ὁ δὲ διέφθειρεν, οὕτω καὶ τοὺς Ἰσαύρους φρι|κωδεστέρους, ὄντας ἀκοῦσαί τε καὶ ἰδεῖν, ἄνθος ἀπέδειξε καὶ 32.
τρυ|φερώτατόν τι καὶ χλοερὸν ἔαρ ὁ βέλτιστος ἐξ Ἀλεξανδρείας Ἱεραξ, οὕτω |||
P. 77. πάντα διερευνησάμενος καὶ συναρπάσας ἀθρόως ἐπὶ τῷ Φραβίθυ φό|νῳ (a). — Καὶ παραλαβὼν ὑπομολῆς ἐπειρᾶτο δραφεύγειν μὴ ῥύμην καὶ φο|ράν· ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἄλλο σκοπεῖν ὁ λύκιος Ἑρεννιανὸς βικάριος ὤν· ἀετὸς | δὲ γινόμενος αὐτὸ συν- 4.
ήρπασε τὸ Ἱέρακα, καὶ μόλις ἀφῆκεν, εἰ μὴ | τετρακισχιλίας ἐκεῖνος αὐτῷ χρυσοῦς ἀπέτισεν.

XLIX. Ὅτι ἐπὶ Πυλ|χερίας δὴ βασιλίσσης ἐξέκειτο δημοσίᾳ πιπρασκόμενα 8.
τὰ ἔθνη τοῖς βουλομένοις ὠνεῖσθαι τὰς ἀρχάς (2)· πᾶσι δὲ ἐπιπράσκοντο με|γάλα τε καὶ μικρὰ φανερῶς ἐπὶ δημοσίων τραπεζῶν, ὥσπερ ἄλ|λο τι τῶν ἐν ἀγορᾶς ὠνίων· ὁ βουλόμενος Ἑλλήσποντον ἀδικεῖν, εἶχεν | Ἑλλήσποντον πριάμενος, καὶ ἄλλος Μακεδονίαν, Κυρήνην, καὶ ὅπως | ἕκαστος ἐνόσει πρὸς τὸ ἄδικον ἢ ἐχθροὺς ἔχων. ἐξῆν δὲ καὶ καθέκαστον | ἔθνος τὴν μοχθηρίαν ὠνεῖσθαι ἑαυτοῦ πρὸς τὸ βλάπτειν 12.

omissa salute, Iohannem sibi praefecerunt, callidum scilicet Accipitris alumnum, Phravithumque vita spoliarunt.

48. Pamphylia isauricis bellis vastata, nihilominus beatam se iudicabat si his tantum adficeretur. Iam sicuti in procellis fulgure fulmen formidabilius est; illud enim territat, hoc interimit; sic etiam Isauros ceteroquin auditu visuque tremendos, veris tamen instar herbidi floridique ac voluptarii praeclarus hic demonstravit Accipiter, dum cuncta rimatur temereque diripit post Phravithi caedem. — Ille in pedes se coniiciens fugam rapidam et tumultariam molitus est: verum Herennianus vicarius huic mentem intendens, naturamque aquilae induens corripuit Accipitrem; vixque demum dimisit, quatuor acceptis ab illo aureorum milibus.

49. Pulcheria regnante prostabant publice venum gentes iis qui praefecturas coemere volebant: et sive hae magnae sive modicae essent, palam in publicis mensis, ceu venales in foro merces, distrahebantur. Igitur qui Hellespontum diripere avebat, Hellespontum emptam ferebat, alius vero Macedoniam, alius Cyrenem, prout quisque peculandi morbo laborabat, aut inimicos ulciscendi. Licebat autem his improbis vel singularum gentium praefecturas nocendi causa coemere,

(a) Ita hoc loco scribitur in cod.

(1) Motus isauricos narrat Zosimus V. 25.

(2) In aula byzantina sub caesaribus quoque superioribus venales fuisse magistratus, haud semel queritur Zosimus; iure ne an secus, non iudico; quamquam eiusmodi corruptelae nequaquam incredibiles sunt; eaeque sub optimis quoque principibus ministrorum praepotentium vitio fiunt. Ceteroquin Pulcheriam ipsam neque Eunapius culpat, et sanctitatem eius late depraedicat notissimus libellus ac eruditione plenissimus Matthaei Raderi S. I. qui inscribitur *aula sancta, Theodosii iunioris, s. Pulcheriae sororis, Eudociae uxoris, augustorum res gestas, complexa*. Lege etiam Suidam.

Digitized by Google

τοὺς ἐπηκόους, καὶ πολλὰ συλλαμβάνειν ἔθνη· τοῦτο γὰρ ὁ βικάριος ἐδύνατο | καὶ ἡ ἀνθύπατος ἀρχή(1)· καὶ δέος ἦν οὐδὲν τῶν ἀθλίων γραμμάτων | τοῖς
16. νόμοις ἐντεθνηκότων (2), ὡς δεῖ τὰ ἐπὶ χρήμασι δικάζοντα κολάζεσθαι· ἀλλ' οἱ μὲν νόμοι καθ' ὃν τὸν σκύθην Ἀνάχαρσιν οὐκ ἀραχνίων | ἦσαν ἀσθενέστεροι καὶ λεπτότεροι μόνον (3), ἀλλὰ καὶ κόνιος τοῦ παντὸς πρὸς | τὸ ῥεῖν εὐκόλως καὶ διανεμοῦσθαι παραφορώμενοι· ὁ δὲ τὸ ἔθνος ἢ τὰ ἔθνη παραλαβὼν, δυσὶ
20. τισὰς ἢ τρισὶ στρατιώτας συνεφελκόμενος | καθ' ἓν πλαγίαν εἰσιόντας θύραν, μὴ βουλόμενος μανθάνειν ὅτι | σιωπώντων κηρύκων, εἰ δὲ κήρυγμα σιωπώμενον γίγνεται, πρὸς | πάντα φθέγγεται· ὡς δὴ φησὶν Ὅμηρος (4) κλήδην εἰς ἀ-
24. γορὴν κικλήσκειν ἄνδρα ἕκαστον, μηδὲ βοᾶν, αὐτὸς δὲ μετ' πρώτοισι πο-νεῖτο· | καὶ ὁ ἄρχων διὰ τῶν ἀφθόγγων τούτων κηρύκων πρὸς τὸ οὖς ἑκάστων φθέγγεται ὡς πριάμενος εἴη τοὺς ὑπηκόους τόσου καὶ τόσου ἀργυρίου· καὶ πᾶσα γε ἀνάγκη τοῦτο καταβάλλειν, ἢ πράγματα ἔχον|τες ἐπιτρέπεσθαι θανά-
28. τοις καὶ δημεύσεσιν· οἱ μὲν οὖν ἔχοντες καὶ | συντελεῖς ἐκ περιπαρχούσης οὐσίας κατετίθεσαν οἰμώζοντες τὸ ἀργύριον· οἱ δὲ ἀποροῦντες, δημοσίᾳ κατε-δαπανῶντο ταῖς μά|στιξι τὰ σώματα· πρόφασις δὲ ἦν ἑτέρα τις· εὑρέθη γὰρ
32. γένος ἀνθρώπων δι' ἀπορίαν καὶ ἀπόνοιαν, ὀξυθάνατον καὶ φιλοκίνδυνον, οἳ τὰς ὕβ||ρεις οὐκ ἐνεγκόντες, ἐπὶ κατηγορίᾳ τῆς λῃστείας ὥρμησαν ἐπὶ τὴν | αὐ- P. 78.
λῆς ἔπαρχον (5)· κἀκεῖνος ἂν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα διεσχηματισμένος, πάλιν | καὶ αὐτὸς

vel etiam cumulate plurium : illatenus enim patebat vicarii vel proconsulis iurisdictio. Nullus autem metus erat decretorum tristium iampridem cum legibus mortuorum, quod poenae videlicet is qui ius venale habet obnoxius sit. Etenim leges non modo, prout scytha Anacharsis ait, araneosa tela infirmiores erant ac subtiliores, verum prorsus pulveris instar huc illuc facili iactu circumagebantur ac diffluebant. Qui vero unam gentem pluresve emerat, binis vel ternis stipatus satellitibus, qui ad se per posticum ventitarent; ultro ignorare affectans, quod etiamsi praecones sileant (si tamen praeconium tacitum fieri potest) cuncta prorsus in vulgus manant; more homerico nominatim ad forum viros singulos advocabat sine strepitu; ipse vero in primis fungebatur munere. Itaque magistratus his taciturnis praeconibus utens in cuiusque aurem insusurrabat, se singulos subditos hoc et illo argenti pondere venales habere. Prorsus autem necesse erat vel imperatam pecuniam pendere, vel calumniis implicitos supplicia perpeti et proscriptiones. Qui ergo nummati erant, ii pro facultatibus quisque suis cum gemitu pecuniam solvebant : tenuiores autem plagis publice impositis abibant. Iam et alia ratio simulationum erat. Extitit enim aliquando genus hominum qui ob egestatem ac stultitiam suam impendentem necem ac pericula temneret. Hi nimirum iniuriarum impatientes crimen pecula-

(1) Lege, si vacat, Gothofredum cod. theod. tom. VI. in notitia dignitatum.

(2) De legibus vivis et de mortuis confer interpretem tullianum a me editum in Vatin. IX. 5.

(3) Consentit Eunapius cum Plutarcho in Sol. cap. V, et cum Valerio Max. VII. 2. ext. 11, qui utercumque Anacharsidi hoc dictum tribuit. At Laërtius tribuit Soloni, Stobaeus Zaleuco; ut iam observarunt Laërtii interpretes.

(4) Iliad. IX. 11.

(5) Intellige praetorii praefectum, ut palam fit e Zosimo II 32.

Digitized by Google

ἕτερα τοιαῦτα πάσχων, τόν τε κατηγορηθέντα συνήρπα|σε, καὶ τοὺς κατηγορήσαντας ὡς παῤῥησίαν ἴσχοντας ἐπήνεσεν· [ὁ|πωσοῦν] τοιαῦτα γέ-νοιτο· ᾗ πρὸς τὸ ἀγῶνα τῆ|ς κρίσεως ἐλθούσης, | ἔφραζεν ἂν δῆ|λα τῇ πιστοτάτῃ τῶν εὐνούχων, ἄπιτε ὦ βέλτιστοι, πάνυ θαυμάζοντες, ὅτι μὴ τῶν κεφαλῶν ἄπιτε· κατηγορεῖν γὰρ ἀρχομένους | οὐκ ἔξεσιν· οἱ μὲν ἀπήεσαν ψηλαφῶντες τὰς κε- 8.
φαλὰς ἐπὶ τοῖς λόγοις | ᾗ ἀγαπῶντες ὅτι ἴσχεσι συνηρμοσμένας· ὁ δὲ νικήσας τὴ καδμεί|αν (1) μακρῷ πλέον ἦν ἀθλιώτατος, ᾗ τὴ ἀρχὴν πριάμενος ὅλης | τῆ ὑπαρχούσης οὐσίας, ᾗ τὸ κέρδος τῆ ἀρχῆς προσκαταβαλὼν | τῇ τοσαύταις 12.
ἐνέδραις ᾗ λοχοῖς· πᾶσαι γοῦν οἰκίαι πρὸς τοῦτον | ἐκενοῦντο ἂν τὴ δόλον· ᾗ ῥᾳδία ἦν ὁρᾶν ἄρξαντας διεξεκασμένης (a)· ὥσπερ πᾶ ᾗ ὁ κωμικὸς φησὶν, ἄρξαντος ἀνδρὸς δημόσια | τὰ χρήματα (2)· ὁ δὲ ἀγνοῶν τίς κωμικὸς, οὐδὲ ἀναγινώσκειν ἀξιῶν | τὴ γραφήν· οὕτω γοῦν ᾗ ὁ Ἑρεννιανὸς τότε τὴ Ἱέρακα τὰ | 16.
πλείονα μὲν ὑφελέσθαι, πλείονα δὲ καταβαλεῖν συλλαβὼν ἀπέδειξε | δικαίας ἀποτείνοντα τιμωρίας τῇ κῇ Φραυίθον φόνῳ· ὁ δὲ Ἱεραξ | καλούμενος ὑπὸ τῆ πλείονα καταθέντος ὥσπερ ἀϊτὸς συνειλημμέ|νος ἀνδὸν ἦν ἠσιόδιος (3) οὐ δυνα- 20.
μένη πρὸς κρείττονα ἀντιφερίζειν· | ᾗ αὐτὸς ᾖ ὁ ἀετὸς οὐδὲν διέφερε ἀνδόνος,

tus apud aulae praefectum detulerunt. Hic autem rem serio agere simulans (quippe et ipse in simili fortuna versans) eum, qui accusabatur, reum agebat, et accusatoris fiduciam commendabat, utcumque se res haberet. Verumtamen ubi iudicii disceptatio aderat, per fidelissimum sibi eunuchum nunciandum illis curabat: abite, viri optimi; lucroque apponite, quod salvo capite abitis: namque magistratibus diem dicere nequaquam licet. Tum illi discedebant, his auditis, capita sua contrectantes, et plane contenti quod ea cervicibus adhuc haererent. Qui autem cadmeam victoriam retulerat, multo iam infelicior erat; tum quia praefecturam olim omni suo patrimonio redemerat, tum quia nuper praefecturae lucra his insidiis et criminationibus propulsandis insumserat. Atque huiusmodi fraudibus domus omnes facultatibus vacuabantur; passimque videre erat magistratus pecunia corruptos: veluti ait comicus " viri publicum munus gerentis publica est pecunia ,, . Ille tamen neque comicum noverat, neque versiculum legendum curaverat. Sic igitur Herennianus Accipitrem, qui plurima item impenderat, comprehensum coegit poenas luere necis quam Phravitho intulerat. Hic autem nomine Accipiter ab eo qui plura impenderat, tamquam ab aquila correptus, luscinia evasit hesiodea, quae potiori par esse non potuit. Tum et ipsa demum aquila nihil distulit a luscinia, nisi quod ad extremum,

(a) Cod. δεδηκειγμένους, *morsos*; quae sicui lectio placet, eam iure suo amplectatur.

(1) Proverbium satis notum.

(2) Ludit sine dubio in ambiguo vocabuli δημόσιος sensu poeta comicus, de quo quaerendum est. Est autem hic festivissimus iocus et πολιτικώτατος. Sic Cicero pro Flacco ambigue dixit *amplecti remp.*, observante interprete meo vaticano cap. XVIII. 4.

(3) Legitur haec politica fabula Op. et D. v. 203. sqq. cuius memoranda sententia est: ὄρηϊ δ' ὃς κ' ἰθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν.

Digitized by Google

πλὴν ὅσα κὴ εἰς τ̃ ἕ μύθ κολιὸν ἐτέλει τ̃ ἰδίων πτερῶν ὥσπερ ἀλλοτρίων ἐσερημένος. |

25. L. Ὅτι ἐπὶ σ αὐσ βασιλίδος οὐκ ἦν τινα παρὰ τ̃ Κωνσαντίνυ πό|λιν μὴ ἕτο ἀκοῦσαι, τί ἢ σὺ πάντων ἀνδρῶν θαυμασιώτερε [πόλε]ων οὐκ ἄρχεις κὴ ἐθνῶν; κὴ ὁ λόγος ἦν ἕ κ̃ μύθον ἰοῦ τ̃ δι|φάδων | δυνατώτερος (1).

28. Ὁ ἢ Στελιχὼν οὐκ ἐφόνευσε σ̃ὺ ἀνθρώπους ἀλλὰ ζῆν αἰ|σχρῶς ἠνάγκαζε, πάντα ἀφαιρόμενος, κὴ πρὸς τὸ βαρύτατον ὡς φα|μὲν ἀνδρὸς τ̃ πενίαν θηρίον (2) κὴ . . . λέγων κὴ συςέλλων · |

Ὅτι ὑπ . . . ὡς σ διὰ φιλαρχίαν ἠροῦντο . . . ἅπαντες · οἱ σ ἔχοντες ζῆν μᾶλλον ἢ σ̃ὺ . . . σ ῖν πυρὶ κὴ φό|νῳ κὴ σιδήρῳ πάν-
32. τα σ απανήσασθαι . . . σ . . . χῆς | ἐν τῷ δ ιαφαίνεσθαι ὅτι μόνος Στελιχὼν ὑπὲρ ἀνθρωπίνην ἐν||| . . . (3)

* * *

Desiderantur paginae una usque ad finem excerptorum vaticanorum Eunapii.

ut est in fabula, in corvum desiit, cui plumae tamquam aliena res ereptae fuerunt.

50. Eadem regina imperante, nemo Constantinopoli non hos sermones audiebat: tu vero vir praeclarissime cur non urbibus populisque imperas? Atque hic sermo veneno illo, quod est in fabulis, serpentium dipsadum efficacior erat.

Stelicho homines non interemit, sed turpiter vivere coegit, ereptis bonis omnibus; eosque ad egestatem, molestissimam homini (ut dici solet) beluam, damnavit . . .

* * *

(1) Nimirum qui a dipsade morsus fuerit tam inexplebili siti adfici dicitur, ut quo magis potat eo vehementius sitiat. Res narratur apud Lucianum in opusculo de dipsadibus: quo exemplo satis apte Eunapius utitur ad irridendos ambitiosos et cupidos in publicarum dignitatum nundinis.

(2) Stelichoni Eunapius maledixit etiam pag. 282; idque ab eo factum in historiis, ait Photius cod. XCVIII.

11. . . Et fortitudine magis bella quam numero militum cernuntur. Nobis non paenitendae copiae sunt; bis enim mille cunctim censemur: locus vero munitissimus, unde discurrentibus licet nobis hostes male mulcare, dum palantes adgredimur, eorumque itineribus insidiamur. Quibus artibus facti superiores, et vires augebimus, et non modico adversariis terrori erimus: qui si in aciem processerint, resistemus, quia praeter arma non est inutilis haec loci munitio et silva; siquidem hostes diversis partibus incurrentes, nos haud satis sibi exploratos pertimescent; neque pari iam conditione pugnabunt; et solvent ordines: ac dum neque sagittas neque iacula ad certum scopum emittunt, et vanos ictus edent, et a nobis potius laedentur, qui nemore protecti certissima tela ex opportunissimis locis iaculabimur, tuti ad feriendum, alienis vero ictibus minime expositi. Iam ad ipsum proelium quod adtinet, si forte id patrare opus fuerit, reputandum est, a maximis periculis maximum animi vigorem suppeditari: et quanto salus incertior est, tanto contentionem acriorem fieri. Multa etiam insperata eveniunt, cogente necessitate, dum et cara quaeque protegimus, et supplicia praecavemus. Age vero neque ante nos quisquam maioris irae materiam habuit, qui videlicet genus nostrum et urbem in potestate hostium videmus. Tum et alii, qui coacti cum hostibus militant, in hos arma

(a) Supple duo ferme vocabula.

Digitized by Google

ραν | ἔφοδον αἴσθοιντο, ἐλευθερίας ἅμα σφετέρας ἐλπίδι.

XII. Πυνθάνομαι γὰρ καὶ τὸ βασιλέως (1) δύναμιν τὴν ναυτικὴν οὐκ ἐκὰς εἶναι ἀρήξ|-
24. σαν ἡμῖν, ἢ συνταξάμενοι συνεισβαλεῖν κράτιστα· καὶ ἐπὶ τῷδε | ἡγοῦμαι. ὡς καὶ σοὶ
Ἕλληνας ἐς τὸ αὐτὸ τοῦτο πρόθυμον ἐπαύξομεν. | αὐτὸς γὰρ οὐδὲν ἧσσον οὐκ ἐχὸν (a)
κινδύνου οὐδὲ εὐτυχέστερον πράττων ἐπὶ (b) ταῦτα ἴεμαι, ἀρετῆς ἐπιθυμῶν, καὶ
28. διακινδυνεύων, τὰ τιμιώτατα δὲ θέλων περιποιήσασθαι καὶ ἐς ἐμαυτὸν
μὴ καταλύσαι τῆς πόλεως τὴν ἀξίω|σιν (2)· καὶ συμβαίνω ὧδε γινώσκειν·
ἔπεισι μὲν ἡ τελευτὴ πάντας | ἀνθρώπους καταλύσαι τὸν βίον, ἐν τοῖς πρὸ τοῦ
πάσχειν ἀγῶσιν ἄθλον κάλλιστον καὶ δόξαν ἀίδιον φέρων· εἰ δέ τινα καὶ ἐπὶ
32. τοῖς εἰρημένοις τὸ τῆς | πόλεως πταῖσμα ἐκπλήσει, καὶ δι' αὐτὸ ἄθυμός ἐστιν,
ἴσω τὰς | τε τελευτὰς τῶν πόλεων ἐξ ἐνέδρας ἀπὸ τῶν πολεμίων ἠρημένας || . .
. . . καὶ τὴν ἀντισάντων αὐτῶν τὸ ἀντίπαλον ἐρημωθέντας . . ον ἢ P. 48.
4. βαρβαρικοῦ ἐπιτίθεσθαι. ἐν τῷ | . . . ἀνθισαμένῳ συνοισόμεθα | . . .
ον τῇ παρόδῳ χρήσονται ἀθρόον | . . . . ἱκανοὶ εἶημεν· ἀναχωρήσομεν
ἢ ἐς τὸ μετέωρον σὺν ἀσφαλείᾳ . . . . μέναν ἐπιθησόμεθα· κἀκ τού-
8. των τῶν ἐναντίων αἱ ἀπορίαι πρὸς ἡμᾶς | ἔσονται.

XIII. Συμπίπτειν δὲ ἡμῖν καὶ ἐκ τῆς τύχης τὸ εἰκὸς ἄγει· ἥ τε
γὰρ ὑπό|θεσις δικαιοτάτη καθ' ἣν ἀμυνούμεθα τοὺς προσδικήσαντας· καὶ |
τὸ δαιμόνιον ταύτῃ ὡς ἐπὶ πολὺ βραβεύει τὰ ἀνθρώπεια, προθυμότα|-
τον δὲ συμφορὰς ἐλαττῶσαι καὶ ἐς τὰ ἀμείνω σωάραθαι· καλὸν δὲ |
12. γνωρίσαι τὸ πάτριον ἡμῶν σχῆμα, καὶ αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησιν ἀρετῆς καὶ |

convertent, simul ac incursionem nostram cognoverint, de sua quoque libertate sperantes.

12. Audio regis quoque navales copias haud procul esse, opem nobis ferentes; quibuscum nos consociati praeclarissime proelium inibimus. Insuper existimo Graecos quoque ad eandem animorum alacritatem a nobis excitatum iri. Ego vero ipse haud me periculo submovens, neque beatiore sorte utens, in hanc belli aleam descendo virtutis ergo, tuendique res carissimas, et ne urbis dignitatem in me ipso dedecorem: vobisque auctor sum ut cum animis vestris sic reputetis; mortem scilicet omnes homines vita spoliare: verumtamen in certaminibus pro patria obeundis pulcherrimum praemium gloriamque immortalem secum ferre. Quod siquem, prae hactenus dictis, captivitas urbis territat, atque idcirco prostrato animo est; is cogitet urbium quoque esse interitum hostili astu captarum . . . ad altiora loca incolumes recedemus. Atque ita hostium difficultates e re nostra erunt.

13. Iam et ipsa fortuna in nostris iure meritoque partibus esse debet, quia iustissima est belli causa, dum adgredientes repellimus. Tum et Deus sic plerumque humana gubernat, ut calamitosos libentissime sublevet, ac meliore sorte donet. Interest etiam nostrae meminisse patriae dignitatis, nosque

(a) Corr. ἔχω? (b) Cod. ἐπεί.

(1) Intellige imperatoris romani classem.

(2) Est adhortatio hominis atheniensis ad cives suos commilitones. Ergo Dexippi ipsius est, qui Athenienses duces victoriam de Gothis reportavit, adfirmante historico Trebellio in testimoniis infra laudandis.

(*) NB. In praecedentis paginae versu graeco penultimo sic legito: εἰκὸς δὲ γενῶν τῶν ἡμετέρων καὶ πόλεως ὑπὸ τῶν ἐναντίων etc. Quae verba praeterimisit typotheta, sed interpretatio mea latina exhibet.

ἐλευθερίας γνώσθαι παράδειγμα· καὶ παρά τε τοῖς οὖσι καὶ τοῖς | ἐπιγιγνομένοις εὐκλείας ἀειμνήστου μετασχεῖν, ἔργῳ δεικνύντας | ὡς καὶ ἐν τῷ συμφοραῖς τὸ φρόνημα τὸ Ἀθηναίων οὐκ ἥττηται· | σύνθημα ἦν τῷ πολέμου παῖδας καὶ 16.
τὰ φίλτατα ποιησάμενοι | καὶ τὸ ταῦτα διασώσασθαι, εἰς τὸ ἀντίστασιν σωτατ-
τόμεθα, θεοὺς | ἐφόρους ἀρωγοὺς ἐπικαλεσάμενοι. Καὶ ὁ μὲν τοιαῦτα εἶπεν·
οἱ δὲ Ἀθη|ναῖοι τοῖς τε λεχθεῖσι πολὺ ἐπερρώσθησαν (δυνατὰ εἰς τὸ ἀντίστασιν | 20.
τὰ εἰρημένα), καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐξηγεῖσθαι σφῶν αὐτὸν ἠξίουν. |

Ὅτι τὸ τὰ ἄριστα προβουλεύων ἡ προθυμία, κἂν τὸ ἔργον μὴ σωνακο|λουθήσει, ἐπαινεῖται.

Ὅτι ἀλγεινοτέρα ἀνδρὶ ἀρχὴν ἔχοντι τὸ | παντὸς ἡ ἀποτυχία μᾶλλον, ἢ ἰκάστῳ ἡ καθ' αὑτὸ κάκωσις· τῷ | μὲν ἰδίῳ ἐπιγραφὴ ἡ τύχη τὸ συμβάντος, εἰς ἣν 24.
τὸ ἄρχοντα προ|σχωρεῖ τὸ συνεχθέντος ἡ αἴσθησις· ῥᾳστὴ δ' οὐκ ἐλαχί-
στη πεισθὼς | τῇ γνώμῃ ἀφαπλησίως ἔχειν· καὶ τὸ εἰκὸς τούτου οὐκ ἀπε-
. . | γεῖν ἐπ' εὐνοίᾳ· καὶ παρίσταται δ' ἐμοὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ θαρρεῖν, ἀφ' ὧν
καὶ | τὸ δυσχερὲς ὡρμήθη. 28.

Ὅτι φησὶν ὁ ΔΕΞΙΠΠΟΣ πρὸς τοὺς Ἕλληνας | δημηγορῶν (1). Καὶ μὴ
τῷ ἀφάσῃ ὡς . . σ' σωτηρίας ὑμῶν με | . . ὀφὲ ἐφε . . πω
. . ην ἴγνων τε γὰρ τὰ κοινῇ λυσιτελῆ | . . ἄλλος καὶ πρᾶξαι . . | . .
ἐπαίτιος ὅτου ἐστὶν ἐπισκέψασθαι τὰ συνοίσοντα καὶ . . | . . ἀνὴρ ἐκ
τοῦ δικαίου τὴν ἀρχὴν ἔχων καὶ πολιτεύων ἄριστα πιθοι ||| * * * 32.

met Graecis virtutis ac libertatis exemplar proponere: sempiternamque laudem a praesentibus posterisque consequi, dum reapse demonstramus, vigorem Atheniensium nullis cladibus extingui. Tesseram vero pugnae liberos nostros adfectusque atque horum salutem nobis proponentes, in aciem prodeamus, custodum deorum ope implorata. Sic ille concionatus est. Athenienses autem dictis magnopere confirmati (nam pugnae stimulos concio subiecerat) ut se in aciem duceret, ipsum rogabant.

Studium exequendi rem optime deliberatam, etiamsi opere interdum cassum fiat, nihilominus commendatur.

Homini magistratum gerenti publica calamitas magis molesta est, quam suum cuique infortunium. Nam privatus homo intra fines damni proprii maeret, verumtamen ad magistratum dolor quoque eius, qui secum dolere cogitur, pertinet . . Iam licet mihi ex eadem re laetitiam capere, unde olim molestia orta est . . .

DEXIPPUS in concione ad Graecos sic ait . . . vir iustum imperium consecutus, atque optime remp. gerens * * *

(1) Sequebatur alia Dexippi oratio, vel certe suprascriptae pars. Nemo vero existimet, partem quam retro collocavimus, ponendam esse post haec verba; pars enim praedicta reapse precedit in vaticano ipso folio, cuius in calce legitur ὅτι φησὶν ὁ Δέξιππος etc. Neque denique inseri hoc folium in praecedentem quaternionem poterat: connectitur enim cum folio habente Iamblichi fragmentum, qui auctor post Dexippum collocatus fuit: ideoque illud Dexippi folium in extremo quaternione erat.

Dubitabit aliquis num haec vaticana excerpta ex epitome Dexippi chronica, an ex eiusdem historiis scythicis sumpta fuerint. Ego vero aio priores certe partes, ubi Hyperidis sententiae ponuntur macedoque Alexander commemoratur, ad chronicum opus pertinere non ad scythicum. Postremae etiam, quia Claudii gothici tempora non excedunt, eodem e fonte, ut puto, manant.

Nunc quoniam Dexippi reliquiae nondum erant collectae, agesis legationum excerpta ab Hoeschelio edita, largum quoque a Scaligero in eusebianis chronicis fragmentum prolatum, alia denique minora quaedam undecumque a me conquisita frusta superaddam.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΔΕΞΙΠΠΟΥ

ΕΚΛΟΓΑΙ ΠΡΕΣΒΕΙΩΝ (1).

XIIII. Ὅτι Αὐρηλιανὸς κρατήσας νικήσας τοὺς Ἰαθούγγους σκύθας, καὶ τοὺς Ἴστρῳ περαιώσας εἰς τὴν ἀποφυγήν, πολλοὺς τούτων ἀνῄρει (a), οἱ λειπόμενοι εἰς σπονδὰς ἦκον καὶ πρεσβείαν ἐστείλαντο· τὸ δὲ αἴτησιν μὲν εἰρήνης εἰδέναι μὴ σὺν τῷ ἄγαν φοβεῖσθαι καὶ καταπεπληγότι ἐκ τῆς ἥττης ποιεῖσθαι· ὡς ἂν ὑπάρχοι σφίσι καὶ τὴν πρόσθεν φοιτώντων χρημάτων φορὰν Ῥωμαίων ἡ ἀποδοχή, μὴ εἰς τὸ ἀδεὲς πάντη τὴν ἐναντίων καθιζομένων· ὁ δὲ Ῥωμαίων βασιλεὺς Αὐρηλιανὸς, ὡς ἐπεπύθετο ἀφιγμένην τὴν Ἰαθούγγων πρεσβείαν, εἰς τὴν ὑστεραίαν φήσας χρηματιεῖν περὶ ὧν ἥκεσι, διέταττε τοὺς στρατιώτας ὡς εἰς μάχην, ἐκπλήξεως ἕνεκα τούτων ἐναντίων· ἐπεὶ δὲ καλῶς εἶχεν αὐτῷ ἡ διά-

EX HISTORIA DEXIPPI

EXCERPTA LEGATIONUM EDITA

CUM NOVA INTERPRETATIONE.

14. Aurelianus victos proelio Iuthungos scythas, dum ultra Istrum fugientes persequitur, permultos interemit: reliqui autem de pace cogitantes, legationem miserunt. Visum tamen illis est, non ita pacem esse petendam, ut gravem metum atque ab accepta clade consternationem prae se ferrent; videlicet ut consuetam pendi sibi a Romanis pecuniam, deinceps quoque acciperent, neque suos hostes extra omnem periculi aleam positos demonstrarent. Porro imperator Romanorum Aurelianus, ut Iuthungorum legatos advenisse cognovit, ait se in crastinum rei, cuius causa venerant, vacaturum. Interim vero milites

(a) Hoeschelius corrigit ἀνῄλων.

(1) Ante omnia coarguendus mihi est Meursii in bibliotheca attica error, Valesii item in notis criticis vana dubitatio, quod haec nimirum legationum excerpta ex epitome chronica potius Dexippi quam ex eius scythicis historiis petita sint. Atqui quum utraque legatio ad Aurelianum missa dicatur; chronica autem, epitome teste Photio cod. LXXXII mox referendo, in imperio Claudii, qui Aurelianum praecessit, desiverit; fieri non potest ut in illo chronico opere legationes tempore posteriores sedem habuerint. Sunt igitur, ut diximus excerpta haec legationum e scythicis historiis deprompta. Ceteroquin inscriptio in codice vaticano est, ἐκ τῆς ἱστορίας Δεξίππου ἀθηναίου. Porro Dexippi quoque legationum novam interpretationem proponendam putavi; quia Cantoclari illa in byzantinam collectionem temere recepta intoleranda mihi saepe et ridicula videbatur. Neque ego tamen interpretationi meae laudem adpeto; praesertim quin tumultario prorsus opere atque horis subsecivis eam scripserim instante proelio. Videbatur praeterea Dexippi elocutio satis difficilis atque, ut ait Photius, thucydidia. Codices certe omnes ab unico eoque immundo fonte derivati quam plurimis mendis scatent.

Digitized by Google

κόσμησις, ἐπὶ ὑψηλοῦ βήματος βέβηκε· ἡ ἀλυργίδα ἀμπέχων, ἣ πᾶσαν τάξιν ἐποίει ἀμφ' αὐτὸν (a) μηνοειδῆ· παρεσήσαντο δὲ καὶ τὴν ἐν τέλει, ὅσοι ἀρχάς τινας ἐπιτεταγμένοι, σύμπαντες ἐφ' (b) ἵππων· κατόπιν δὲ βασιλέως τὰ σήματα ἦν ἣ ἐπιλέκτου στρατιᾶς· τὰ δέ εἰσιν ἀετοὶ χρυσοῖ, καὶ εἰκόνες βασίλειοι, καὶ στρατοπέδων κατάλογοι γράμμασι χρυσοῖς δηλούμενοι· ἃ δὴ σύμπαντα ἀνατεταμένα προὐφαίνετο, ἐπὶ ξυσῶν ἠργυρωμένων· ἐπὶ δὲ τούτοις ὧδε διακοσμηθεῖσιν, Ἰαθούγγους ἠξίου· οὓς δὲ σωέβη θαμβήσεσθαι ἰδόντας, καὶ ἐπὶ πολὺ σιγῇ ἔσχεν· ἐπεὶ δὲ σφίσιν ἐκ τοῦ βασιλέως ἀπεδόθη λέγειν, διά τινος ἑρμηνέως ἔλεξαν τοιάδε.

XV. Οὔτε τῇ ἐπὶ καιροῦ συμβάσῃ κακοπραγίᾳ (c) ἡμῖν ὧδε τὸ εἰκὸς καταπεπληγότες, οὔτε δυνάμεως ἐνδεῶς ἔχοντες, ἢ καὶ πολέμων ἄπειροι καθεστηκότες, ἀσθενείας εὐπρεπείᾳ (1), καὶ τὸ ἡμῖν (d) αὐτοῖς μόνοις συμφέρον ἐς τὴν εἰρήνην ἀπευδόμεν (e)· ἀλλὰ περίεσι μὲν ἡμῖν τοσοῦτον ἐκ τοῖς πολέμοις παρουσίας, πλήθους ἕνεκα καὶ ἰσχύος, ὥστε μέρει ἐλαχίστῳ, τὰς πρὸς Ἴστρῳ πόλεις ἐπελθόντες, Ἰταλίαν μικροῦ πᾶσαν κατειληφαμεν (2)· ἱππικῷ μὲν στρατεύσαντες ἐς μυριάδας δ', καὶ τούτων οὐ μιγάδων, οὐδὲ ἀσθενῶν, ἀλλὰ Ἰαθούγγων καθαρῶς· ὧν πολὺς ἐφ' ἱππομαχίᾳ (f) λόγος· ἀσπίδα δὲ ἄγομεν διπλασίαν δυνάμεως ἣ ἱππικῆς· οὐδ' ἐκ τούτοις ἢ ἑτέρων ὁπλιτίαις ἐπισκιάζοντες τοῦ σφετέρου στρατὸ τὸ ἀνταγώνιστον· ἔχοντες δὲ καὶ οὐ-

in pugnae speciem instruxit, ut adversarios perterrefaceret: qui postquam apparatus bene se habuit, celsum ipse suggestum conscendit, purpura indutus, cunctumque exercitum circa se lunata forma disposuit. Aderant ductores ordinum, omnes in equis: post imperatorem signa erant collecti exercitus, aureae scilicet aquilae, imperatorum imagines, conscriptorum militum catalogi aureis litteris insignes: quae omnia conspicuo loco proposita erant in hastis argenteis. Hac ergo pompa suffultus Aurelianus accedere Iuthungos iussit, qui sane eo spectaculo commoti sunt, diuque conticuerunt. Postquam vero data est ab imperatore dicendi copia, per interpretem haec verba fecerunt.

15. Neque adverso proelio, quod nobis in praesenti contigit, ultra modum infracti; neque viribus destituti, neque bellorum imperiti, (causantes scilicet infirmitatem) neque nostrae tantummodo utilitatis causa pacem optamus. Tantae enim nobis adsunt belli gerendi copiae, sive hominum numero sive robore, ut illarum parte minima captis circa Istrum urbibus, Italiam prope universam debellaverimus, emissis in expeditionem quadraginta equitum millibus, neque his collecticiis aut calonibus, sed Iuthungis omnibus sine alieno milite, quorum in equestribus proeliis ingens gloria est. Clypeatorum vero numerum duplo maiorem equitatu ducimus: neque hos ipsos peregrinis admixtio-

(a) Codd. ἄμφαυστον vel ἄμφαστον; quem errorem egregie emendavit Hoeschelius. (b) Cod. vat. ἀφ' (c) Ita in codice vat. melius legitur, quam in edd. τῆς συμβάσης κακοπραγίας. (d) Edd. ὑμῖν. (e) Edd. κατασπεύδομεν. (f) Cod. vat. ἱππομαχίῳ.

(1) Simili fere sensu apud Thucydidem III. 11. ἐὐπρεπείᾳ τοῦ λόγου.

(2) De barbaris sub Aureliano Placentiam certe tenentibus legesis vaticana post Dionem excerpta cap. CXXV.

Digitized by Google

τω διδασκάλῃς διακρίνεσθαι, οὐ διαγινώσκομεν εἰς ἀντιλογίαν ἥκειν ἢ συμφορᾶς πέρι· οὐ διὰ τὸ μὴ (a) κρατῶν νενικῆσθαι, καὶ δὲ τὸ ἄδηλον τοῦ ἐκβησομένου, εἰρήνην πολέμῳ προτιμῶμεν· εἰκάζοντες καὶ ὑμῖν ὡς γένοιτ' ἂν διὰ γνώμης πρὸς Ἰαθούγγους εὖ διδασχὸν ἢ πρόσθεν διαφορᾶς συμβῆναι, οἷα δὴ ὑποῦσης καὶ παλαιᾶς ἀμφοῖν τοῖν γενοῖν πρὸς ἄλληλα πίστεως, εἰς τὸ ἡσυχάζειν· δι' ἣν χρὴ νῦν ἐπὶ καιροῦ διαφορὰν ἀπερίσκεπτον ἐν τῷ παρόντι καταλύσαντας, πρὸς τὸ παλαίτερον καὶ λυσιτελοῦν μετατίθεσθαι ἑκατέροις· ἵν τε τῷ πολέμῳ οὐκ ἐπὶ πλεῖον ἢ καταδρομαῖς λῃζόμενοι, ἀλλ' ὅσον εἰς ἀφορμὴν τῆς ἐπιτηδείων ἀγαπῶντες ἢ ἅθροισιν, μίχθει δὲ γνωμένης μάχης ἡσυχίᾳ ἢ καιρὸν διεξίβομεν· ὡς τοῖς ἐπιοῦσιν ὑμῖν σὺν τῇ ὑμετέρᾳ δυνάμει, τὸ καθ' αὑτοὺς ἀντιτάξαντες· ὃ δὴ καὶ νῦν ποιεῖν παρεσκεύασμεθα· καὶ τό τε ὑμέτερον πρὸς πάντα κίνδυνον ἐκ τούτου ἀσφαλέστερον ἕξει· καὶ ἤν μεγίστων στρατοπέδων συνῃθόντων, οὔθ' ἥτις (b) οὖν ἑτέρα χεὶρ ἀξιόμαχον ἡμῖν νομισθήσεται.

XVI. Εἰ δέ τις τῇ εὐτυχίᾳ τοῦ πολέμου ἐπαιρόμενος ὀλίγωρός ἐστι πρὸς τὰ σύμβασιν, γνώτω οὐ βεβαίῳ πράγματι θρασυνόμενος· καὶ ὅτι ἐπὶ παντὶ φέρον, ἢ δοκούσης εὐπραγίας ἡττηθέντας, καὶ πρὸς ἃ παροῦσαν ἢ τύχης ἀκμὴν ἀποκλίναντας, ἧσσον ἀμεινόνων ἐχηρτῆσθαι μόνων ἐλπίδων· καὶ ὑπὸ τοιαύταις ἀνομίαις, ἢ τε πρὸς θάτερον μεταβολῆς ὑφεῖσθαι, καὶ συμμαχίαν εὔκαιρον δίδομένην διαιτήσασθαι· πεφύκασί τε αἱ μείζους στρατιαὶ, διὰ μὲν τὰ πρώτην θάρσει οἰκείας δυνάμεως ἐπαιρόμεναι καὶ ἐλαχίστῃ προμηθείᾳ χρώμεναι, σὺν καταφρονήσει ἧσσον ἀντιπολεμούντων, ἐπὶ τὰς μάχας πορεύεσθαι, καὶ τὸ ἀφύλακτον ὡς ἐπὶ πολὺ τὸ ἧττον ἔχειν· αἱ δὲ

nibus adversus exercitus vestri inimicam vim protegimus. Ergo tanto apparatu quum simus ad dimicandum instructi, non tamen volumus de successu disceptationem instituere: nec quia proelio victi fuimus, sed propter Martis incertos casus pacem bello praeferimus: vosque ipsi nobis videmini non abhorrere a consilio componendi susceptum bellum; quandoquidem inter utrumque populum pacis foedera antiquitus firmata fuerunt: quorum causa praesentem inimicitiam ex inconsiderantia susceptam deponere oportet, atque ad priscam utilemque utrique parti conditionem reverti. Nam ad hoc bellum quod adtinet, nos quidem nonnisi raras incursiones praedae causa fecimus, contentique rebus obviis necessariisque fuimus: ceteroquin usque ad hodiernum proelium in quiete tempus transegimus: immo vero vestris hostibus, sociatis vobiscum armis, restitimus; quod et nunc facere parati sumus: atque ita vestrum usquequaque periculum levius fiet: et quamlibet maximi exercitus coalescant, nulla vis armata par nostris viribus esse censebitur.

16. Quod siquis victoria elatus pacem aspernatur, is plane sciat, se non stabili re inniti, sed quae solet transversos agere laetorumque tantummodo eventuum spe eos suspendere, qui vitrea felicitate gloriantur, praesentemque fortunae favorem nimis amplectuntur: qua immodica fiducia inflati, de conversionibus rerum non cogitant, atque opportunas belli suppetias respuunt. Solent autem numerosi exercitus principio certe ob confidentiam suarum virium minima cautela uti, hostes contemtui habere, pugnam inconsiderate conserere; quas ob res detrimenta plerumque patiuntur. Verum illi qui subitaneis inspe-

(a) Intelligo οὐ μή. (b) Male in edd. εἴτις.

τῷ αἰφνιδίῳ καὶ παρ' ἐλπίδα χωρήσαντι λογισμῷ τε ἀσφαλεῖ καὶ εὐεπιβούλῳ δυνάμεως βεβαίως ἐρρωμένοι, δυσμαχώτατοι τοῖς ἀντιπάλοις γίνεσθαι· σὺν δὴ τοιαύτῃ ἐλπίδι καὶ ἡμεῖς (a) διχῇ τὴν δύναμιν διελόντες τὸ πρῶτον, καὶ ἐν τῷ ποταμῷ τὰ πολλὰ τύχῃ μᾶλλον ἢ ἀρετῇ ὑμετέρᾳ σφαλέντες, οὐκ ἀπροσδόκητοι ἐσμὲν (1), ἀλλὰ νῦν, ἅμα τῷ τὸ μέλλοντι προμηθεῖ, οὐχ ὑποστατοι ὑμῖν γεγόναμεν· κρεῖττον δὲ τούτων εἶναι δι' εἰρήνης αἱρεῖσθαι ὑμᾶς τὰς ἐκ τῆς ὁμονοίας ὠφελείας, ἢ τὰ πολέμια πράγματα σὺν ἡμῖν τίθεσθαι· τῇ τε παρ' ὑμῖν συμμαχίᾳ ῥωσθέντας, πλέον ἔχειν πρὸς αὐτὸν ἐπιόντας· εἰ δὲ ταῦτα ποιεῖν ὧδε κρίνοιτε, ὑπάρχειν ἡμῖν δίκαιον καὶ ὅσα ἐν χρυσοῦ ἀσήμου τε καὶ ἐπισήμου δόσεσι καὶ ἀργύρου παρ' ὑμῶν ἐφοίτα ἐπὶ φιλίας βεβαιότητι· ἀπειπαμένων γάρ, ὅσα ἐχθρὸς ἀμυνόμενοι, καθότι δυνατὸν πολεμησόμενοι (b).

XVII. Πρὸς ταῦτα ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἔλεξεν ὧδε. Εἰ μὲν ἐς ἀφανὲς καθέντες τὴν γνώμην ὑμῶν, ἐφ' ὧν πρεσβεύεσθε, ἐδιδάσκετε, οὔθ' ἡμῖν τοῖς ἐκδεξαμένοις τὸν λόγον χαλεπὴν παρεῖχε ταύτην ἀπόκρισιν· ἐπεὶ δὲ τὰ εἰρημένα ἐς μὲν εὐπρέπειαν σύγκειται, ἔργῳ δὲ ἐναντίως ἔχει, πῇ μὲν εἰρήνης μνημονεύοντων, ὅτε δ' αὖθις πόλεμον ἐπανατεινομένων ὑμῶν, ὧν συγχεῖν ἔοικατε ἑκάτερον ἐκ θατέρου, ἀμφίβολον καὶ ἡμῖν (c) καθίσταται πρὸς ὅ τι χρὴ πρῶτον ἀποκειναμένους μὴ ἁμαρτάνειν· λέλειπται δέ τι καὶ ἐκ τῶν παρόντων βουλεύσασθαι· χρὴ γὰρ τῷ διττῷ τούτῳ λόγῳ διελόντας ἀπαντᾶν πρὸς ἄμφω· εἰ μὲν γὰρ καθαρῶς εἰρήνην ἐπαγγέλλεσθε, τί δεῖ μεμνῆσθαι

ratisque casibus, simulque toto consilio et virium copia, uti firmiter sciunt, inexpugnabiles hostibus evadunt. Quamquam igitur nos diviso ob fiduciam exercitu, tum priore proelio tum deinde apud fluvium, fortunae magis arbitrio quam vestra virtute magnam cladem acceperimus; spem tamen adhuc fovemus, providentia futuri adhibita, fore ut nostras postea vires nequaquam sustineatis. Quamobrem optimum vobis fuerit, pace composita, utilitatem concordiae sequi, et de bello nobiscum transigere: ita ut societate nostra corroborati, facilius hostibus resistatis. Quod si haec vobis sententia placuerit, aequum est ut quantum auri argentique seu rudis seu signati nobis antea continendae amicitiae causa pendebatis, id omne ratum perpetuumque postero quoque tempore sit. Nam si id forte recusetis, hostium loco vos habebimus, ac pro viribus bello persequemur.

17. Ad haec romanus imperator ait. Siquidem vos negotium, cuius causa legati estis, perspicue declarassetis, nobis vicissim, qui orationem audivimus, haud difficilis responsio esset. Nunc quia verba vestra honestum quid prae se tulerunt, res vero ipsa secus se habet, dum modo pacis mentionem facitis, modo bellum rursus intenditis, duasque res contrarias mutuo miscetis; nos quoque ambigimus quodnam prius sine errandi periculo responsum reddamus. Neque menti occurrit quid consilii in re praesenti capiendum sit. Nam vestro duplici sermoni bipartita aeque oratione occurrendum est. Profecto si pacem nunciabatis,

(a) Codd. et edd. ὑμεῖς. (b) Cod. vat. πολεμησομενοι. Hoesch. corr. πολεμήσομεν. (c) Codd. et edd. ὑμῖν.

(1) Dictio thucydidia VI. 69. Huius enim auctoris popularis sui stylum Dexippus passim adfectavit, sicuti etiam in curiosissima temporum notatione eundem imitatus fuerat, teste Eunapio apud nos in historiae prologo.

χρημάτων αἰτήσεως ; καί τοι κἂν τούτῳ, οὐ σὺν τῷ πρόχειρῳ ἡ βουλὴ τοῖς νενικηκόσιν πρὸς τὴν ἄρνησιν ἢ τὴν κατάινεσιν· εἰ δὲ ἐπισκοπεῖν ὑμῖν πρὸς ὃ συμφέρον, καὶ τὰς ἐκ τοῦ πολέμου πλεονεξίας ἡγεῖσθε τὴν σύμβασιν, καὶ ἥττηθέντες ὥσπερ δασμοὺς παρ' ἡμῶν ἀπαιτήσοντες ἥκετε, τῆς ῥᾳστώνης τὸ τερπνὸν, ὅσον εἰρήνη δίδωσιν, ἐκ παντὸς μεταδιώκειν ἡμᾶς νομίζοντες, ἔχεθε δ' ὁμοίας πρόσθεν ἐπιχειρήσεως· μηδεὶς εὐεργεσίας λόγων προισχέμενοι, τὸν πολέμου τὴν κατάλυσιν αἰτεῖτε μισθὸν τῆς συγχωρήσεως ὀνητὴν, καὶ οὐκ ἐθέλουσιν ποιούμενοι τὴν παροῦσαν εἰς τὴν φιλίαν πρόκλησιν· οὐ γὰρ δὴ πολέμων ἀπείρους ὄντας ἡμᾶς τῷ πλήθει δὲ πολλὰ δὴ κομπασθείσης ὑφ' ἡμῶν δυνάμεως ἐκπλήξετε· οὐ δὲ πλούτῳ (a) λαφύρων ἰταλικῶν ἐπικομιζόμενοι ἀδεῶς ἐπ' οἴκου πορεύσεσθε· ἀλλὰ δῆλαι μὲν ὑμῖν αἱ πεζαὶ ἀσκήσεις· οὐκ ἄδηλοι δὲ αἱ τῆς ἱππέων· πρὸς ἃς εἰς τόπους τὸ δυνατὸν ἀντισηκόμεθα· τολμῶμέν τε γὰρ μετ' ἀσφαλείας, καὶ ἀναχωροῦμεν σὺν προμηθείᾳ· οἷα δὲ λογισμῷ ἡγεμόνι εἰς πάντα χρώμενοι· οἷς ἡ ἰσχὺς βεβαιοτάτη· καὶ ἐμπειρίαν πολεμικῶν ἔργων διαφερόντως ἔχοντες.

XVIII. Ὑμεῖς δὲ μετά τε προθυμίας προχείρου, ἔπειτα καὶ διαμαρτάνοντες τῆς ἔργων, διὰ τὸ μὴ προσκέψασθαι ἐφ' ἃ δεῖ ἐλθεῖν, πείρᾳ τῷ βλάβην προπετοῦς φερόμενοι μεταγινώσκετε· τοῖς γὰρ ζέσει ἐς τὰς πράξεις (b) συμφερομένοις, ἀνάγκη τὸ βελτίστου ἁμαρτάνειν· καὶ ταχεῖαι μὲν ὑμῖν αἱ ἐπιχειρήσεις, δι' ὀλίγου δὲ αἱ μεταμέλειαι, καὶ τὸ σύμπαν καὶ τὸ εἰκὸς θαύματος ἀπήλλακται· ἀντιπάλους ἡμῖν τυχόντας καὶ ἠθῶν ἀνομοίων, καὶ ἐς τὰς γνώμας πραττομένων διεσάναι οὐκ ἀπεικός (c)· καὶ ὑμᾶς μὲν ἀμαθίᾳ, ἡμᾶς δὲ λόγῳ σωτῆναι· σὺν

cur opus erat pendendae vobis pecuniae mentionem iniicere? etiamsi forte victoribus non satis esset deliberatum utrum hanc pensionem negarent an vero annuerent. Quod si utilitatis tantummodo rationem habetis, pacemque belli fructum esse putatis; et quamvis victi, tributum nihilominus quoddam postulatum venistis, existimantes scilicet nihil nos magis quam pacificum otium sectari; vos quidem in prisca animi sententia manetis, nullaque beneficiorum mentione facta, veniae mercedem, a bello cessationem petitis, nosque etiam invitos ad amicitiam hanc provocatis. Equidem haud ita sumus bellorum inexperti, ut mole vestrarum, quas valde iactatis, virium perterreamur: neque italicis exsuviis domos vestras tuti repetetis. Noti quippe satis nobis sunt pedestres vestri exercitus, noti etiam equestres; quibus omnibus pro facultate nostra obsistemus. Nos enim et caute audemus, et prudenter cedimus, et duce ratione ad omnia utimur; quae res potentiam firmissimam reddunt; insuperque operis bellici singulari peritia praestamus.

18. At enim vos prompte ruitis; sed mox eventu frustrati, propterea quod rem ante considerandum adgressi eratis, poenam audaciae experti, resipiscitis. Nam qui fervidius ad agendum properant, eos necesse est ab optimo aberrare. Celeres igitur adgressiones vestrae sunt, celeris item paenitentia: idque omne, ut arbitror, nullatenus mirandum est. Porro quum nos adversarios nacti sitis, diversis moribus praeditos homines, consiliis quoque gerendarum rerum differre

(a) Hoeschelius corrigit πλούτου. (b) Codd. edd. heic inserunt μὴ, quod mihi eximendum videbatur. Vel pro ζέσει dicendum est συνέσει. (c) Ita cor. Hoeschelius lectionem constantem codicum ἀπεπίτου τάς.

Digitized by Google

ὦ μάλιστα καὶ τὸ κρατεῖν σὺν ἴσοις (a) ἢ πλειόνων ἀδυγίνεται, συνέστει πρὸς δυνάμεως πιστεύοντας· τούς τε πλείονας σὺν τῷ ἀλογίστῳ δίχα μάχης ἰόντας, κάκιον δαμνᾶσθαι (b), ἔργῳ πείρᾳ μᾶλλον ἢ λόγῳ κομπωδεστέρᾳ προσποιήσει διδάσκεσθε, βλέποντες ἐς τὰ Σκυθῶν πάθη (1)· μὴ σαφεστάτων γὰρ τεκμηρίων, καὶ οὐκ ἀμάρτυρα λέξομεν· οὗτοι δὴ λ μυριάσι (2) στρατοῦ ἑφ' ἑκατέρας τὰς ἠπείρους σκεδασθέντες πάσῃ τῇ δυνάμει ἡττήθησαν πρὸς ἡμῶν, καὶ λαμπρὰ τοῖς νενικηκόσιν ὑπελείποντο δ' οἰκείας ἀρετῆς ὑπομνήματα, ὧν τὴν εὔκλειαν ἐς τὸ παντελὲς ἔχομεν, νῦν τε καὶ ἔπειτα τῷ χρόνῳ συμπροθήσειν· τάς τε Γαλμιόνων (3) συμφορὰς ἄγειν σφᾶς ἢ προχείρως τῷ ἀναρριφθέντι δ' ἐπιχειρήσεως ταχυτέραν καὶ δι' ὀλίγου ἔθεντο πρὸ μετάγνωσιν.

XVIIII. Ἡμεῖς τε ἐπὶ ταῖς πλημμελείαις ὑμῶν, αἷς εἰς ἡμᾶς ἐπλημμελήσατε, οὐκ ἀποχρῆν ἡγούμεθα ὧν ἐπάθετε τιμωρίαν, εἰ μὴ καὶ τὸν Ἴστρον ὑπερβάντες, ἐν ὅροις τοῖς ὑμετέροις πρῶτοι ὀργὴν ὡς προαδικήσαντας ὑμᾶς ἀποπλεύσαμεν· πόλεμον γὰρ ἐπὶ σπονδαῖς ἀκήρυκτον ἐφ' ἡμᾶς ἠγείρατε, ἐγκλήματα μὲν ὡς εἰς προδικῆσαν (c) εἰπεῖν οὐκ ἔχοντες, ἐπιθυμίαις δέ τισι καὶ ἐλπίσι κυφισθέντες, σὺν αἷς ὅμιλος ἀλόγιστος ἑταίρεται στρατιᾶς καὶ πολέμου ἀντιλαμβάνεσθαι· ὅθεν οὐκ ἔχω προσδοκίας ἄγομεν καὶ πρὸς

invicem consentaneum est. Vos ergo inscite, nos perite agimus: quo maxime fit, ut minor numerus maiori praevaleat, dum is prudentia contra vim utitur. Plures autem qui adversus pauciores inconsiderate tendunt, turpius vinci solent. Iam vos a rei potius experientia quam a pompatico orationis ornatu eruditi poteritis, si cladem Gothorum consideraveritis. Licet enim nobis evidentibus argumentis uti, atque omnia idoneis testimoniis confirmare. Gothi, inquam, trecentis millibus in utramque continentem emissis, cum omni suo exercitu a nobis debellati fuerunt, splendidumque victoribus reliquerunt virtutis propriae monumentum, cuius inlibatam gloriam et nunc, inquam, et in omne aevum retinebimus. Galmionum quoque calamitatis meminisse decet, qui effuso impetu ad bellum subitum progressi, mox paenitentiam experti sunt.

19. Age vero ob ea quae adversus nos peccavistis, haud illa poena contenti fuimus quam in clade bellica pertulistis; sed Istro quoque traiecto, in fines vestros, qui primi iniuriam fecistis, iram transtulimus. Etenim bellum contra ius foederis pacificis nobis conflavistis; nihil quidem nobis veluti offensoribus crimini dantes; sed spe nescio qua et cupiditate elati, qui mos insani vulgi est, bellum suscepistis. Quare fiducia non caremus, fore ut a numine praesidium no-

(a) Arbitror corrigendum ἥττους. (b) Cod. et edd. ἀμανᾶσθαι, quod Hoeschelius corrigendum putabat ἀμύνασθαι: ego vero multo malui emendare δαμνᾶσθαι, verbo scilicet homerico in precibus Agamemnonis iliad. VIII. 244, et Nestoris XV. 376. (c) Hoeschelius recte corrigit προαδικήσαντας.

(1) Loqui videtur Aurelianus de clade gothica sub Claudio imperatore, cui ipse successerat. Lege Trebellium in Claudio cap. VI. sqq.

(2) Trebell. cap. VIII.

(3) Quinam sint populi Galmiones nescit ipse Valesius; et praeterea utrum haec lectio sincera sit nec ne, dubitare merito licet. Certe heic graeca oratio hiulca videtur; nec nisi coniecturalem eiusdem interpretationem tentare licuit.

Digitized by Google

τοῦ θείου ἔσεσθαι ἡμῖν ἀρωγά· οἷα δὴ ἡμῖν μὲν θεσμὸν ἢ ἐπὶ σπονδαῖς οὐκ ἀτιμασάντων, Ἰαθούγγων ἢ ἄδικον ὁδόν τε ἐφ' ἡμᾶς ἐλθόντων, καὶ ὅρκους καὶ πᾶσαν πίστεως βεβαιότητα φῦλα φαῦλον τιθεμένων· τοῖς τε αὖ φθάνουσι κατορθώμασιν τὸ μέλλον λαμβάνοντες, καὶ ὥσπερ ἤδη ἐσομένων οὐκ ἀπεικότως πρὸς τοῖς εἰρημένοις χρηστὰ δοξάζομεν· ἡ μὲν γὰρ ἐπ' εὐπραγίᾳ ἐλπὶς, ἰσχυρὸν φέρει, φόβος (a) ἢ ἡ ἐπὶ τἀναντίᾳ· λογισμῷ τε ἡγεμόνι πρὸς τὰς πράξεις χρώμενοι, τάς τε δόξας ἤδη συμβησομένων οὐκ ἀβασανίστως προσιέμεθα· κἂν τοῖς παροῦσιν, οἷα ἄνδρες ἀθληταὶ κινδύνων ἤδη ἀρίστων, οὐκ ἐκπλαττόμεθα ἢ τοῦ πολέμου καλεπώτησιν· ἐξ ὧν τὸ ἐλπιζόμενον κέρδος οὐκ ἀσθενὲς, ἢ ὥσπερ τὸ ἀχθηδόνος· τὸ γὰρ πλῆθος ὑμῶν σώμασί τε ἥκιστα ἰσχύει καὶ φρονήμασιν· ἐπείληπται γὰρ Ῥοδάνου (1) μὲν εἴσω καὶ τῶν ἡμετέρων ὁρίων· πανίῳ ἢ ἀγορᾷ συνεχόμενον, καὶ τῇ ἄλλῃ ταλαιπωρήσει, τοῖς μὲν ἤδη σύνεσιν, τοῖς δὲ μέλλει· καὶ προκαμὸν ἐν τῷ ἀεὶ μοχθεῖν, ἀτολμότερον ἔσαι· καὶ χρῆσθαι αὐτῷ παρέξει ἀμαχεὶ ὅ τι ἂν βουλώμεθα, ὡς ἂν πρὸς πολὺ χρόνιον δυσξυβῆν ἀπειρηκότι· ὅθεν ὑμῖν τε τὸ πᾶν ὥσπερανεῖ κινδυνεύεται· καὶ ἡ δὲ εἰρήνης ὑμῶν αἴτησις ἐπ' εὐπρεπείᾳ τῷ φόβου σύγκειται, ὅπως ἂν τὸ σφέτερον δέῃ ἐπιλυγάζησθε (b), ἤν τι δὴ προσίεσθε καλῶς ὑπάρχον, πανταχόθεν ἀποκλεισθεῖσιν ὑμῖν δὲ οἰκαδε πορείας, καὶ οἷον εἴσω πυλῶν ἀπειλημμένοις, χρῆ-

bis adsit; quippe qui foederis iura non violarimus, dum vos, Iuthungi, interim iniqua adversum nos expeditione suscepta, et iusiurandum et quodvis fidei vinculum flocci fecistis. Nos igitur ex his quae diximus bonos haud immerito eventus nobismet spondemus. Etenim expectatio quae prosperitate nititur, animos addit; illa secus, quae contrario casu gignitur, metu consternat. Scilicet duce actionum ratione utentes, spem eventuum haud temere concipimus; quidquid autem in diem acciderit, nos more athletarum certaminibus strenuis assuetorum, bellicis periculis non exterremur: quo fit ut boni successus haud infirma spes evadat, et laboris molestiam gaudio superet. Vestra quidem multitudo nec robore corporum nec superbia animorum iam valet, postea quam intra Rhodanum nostrosque fines conclusa est; et penuria victus premitur, aliasque incommoditates partim iam experitur, partim expectat: qua longa adflictatione vexati, minus alacres eritis: et tamquam diutina exercitatione fessi, sine proelio etiam nobis obnoxii fietis, ut pro libito nostro de vobis statuamus. Atque ita res vestra publica manifeste omnis nutabit. Et vestra quidem pacis petitio ad dissimulandam formidinem composita fuit, cui sane pro viribus velum obtenditis, verbisque decoris utimini, si tamen honestum aliquid in hoc negotio prae vobis ferre potestis; qui nimirum reditu in patriam quaqua versus prohibemini, claustrisque tenemini; ita ut bene vel

(a) Puto scribendum φόβον. Praeterea vel hoic scribendum videtur ἐπὶ τῷ ἐναντίῳ, vel in praecedentibus ἐπ' εὐπραγίας. (b) Cod. vat. ἐπιλυγάζεσθαι.

(1) Sapiens est coniectura Valesii, qui Ἠριδάνου pro Ῥοδάνου scribendum hoc loco existimat. Reapse hos barbaros Placentiam ad Padum sub Aureliano occupantes, retro iam legimus.

Digitized by Google

σθαι εὖ τε καὶ μὴ, ὅπως ἂν ἔχωμεν πρὸς ὑμᾶς διανοίας. Ἐπὶ τούτοις λεχθεῖσιν ἐκ τοῦ βασιλέως κατεπλάγησάν τε Ἰαθοῦγγοι, καὶ ὡς οὐδὲν αὐτοῖς τὰς ἐλπίδας ἐπράττετο, παντελῶς τὴν ἀπογνώσει ἐχόμενοι τοῦ σφετέρους ἀπεχώρησαν.

XX. Ὅτι ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ οἱ Βανδῆλοι τῷ κράτει ἡττηθέντες τοῦ Ῥωμαίων, πρεσβείαν ἐποιήσαντο πρὸς Ῥωμαίους περὶ διαλύσεως πολέμου καὶ συμβάσεως, καὶ πολλὰ ἀναμεταξὺ (a) εἰπόντων ἀλλήλων, τήν τε βασιλέως καὶ τὴν βαρβάρων, διελύθη μὲν ὁ σύλλογος· τῇ δ' ὑστεραίᾳ τό τε πλῆθος τῶν Ῥωμαίων στρατιωτῶν αὖθις ἠθροίσθη· καὶ ἐρομένου βασιλέως, ὅ τι σφίσι περὶ τῶν παρόντων λαῶν εἶναι δοκεῖ, κρίνοντες τὴν εὐτυχίαν τὴν ὑπάρχουσαν προμηθείᾳ δὲ ὑπὲρ τῶν ὄντων ἀσφαλείας διασώσασθαι, καὶ βοῇ τὸ βουλόμενον σημαίνοντες, σύμπαντες εἰς τὴν κατάλυσιν τοῦ πολέμου ἐχώρησαν· καὶ οἵδε μὲν ὧδε σωνήχθησαν γνώμῃ· οἱ δὲ τῶν βαρβάρων βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες, ἥκοντες καθότι σφίσι προειρημένον, ἔδοσαν ὁμήρους σφῶν αὐτῶν, οὐ τὰ δεύτερα ἀξιώσεως καὶ τύχης· οἵ τε γὰρ βασιλεῖς τοὺς παῖδας ἑκάτεροι διδόασιν εἰς τὴν ὁμηρείαν, ἐνδυάσαντες οὐδὲν, καὶ ἕτεροι ἅμα αὐτοῖς οὐ μάλα πόρρω ἀξιώσεως· καὶ ἐπὶ τούτοις ἐχώρησάν τε πρὸς σύμβασιν, καὶ αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο· συνεμάχουν δὲ ἀπὸ τῆσδε Ῥωμαίων (b), Βανδήλων ἱππεῖς εἰς δισχιλίους (1)· οἱ μέν τινες αἱρετοὶ ἐκ τοῦ πλήθους εἰς τὴν συμμαχίαν καταλεχθέντες, οἱ δὲ καὶ ἐθέλοντες ἐκούσιον στρατιὰν ὑποδυόμενοι (c)· ὁ δὲ λοιπὸς Βανδήλων ὅμιλος ἐπ' οἴκου ἐκομί-

male vobis facere arbitrii nostri sit. Hac imperatoris oratione Iuthungi territi fuere: tum quia nihil ex eorum sententia evenerat, desperata pace ad suos redierunt.

20. Aureliano imperante Vandali proelio a Romanis victi legationem ad eosdem pacis impetrandae causa miserunt. Multis vero utrimque sermonibus habitis, conloquium dissolutum est. Postero tamen die congregatum denuo romanum exercitum interrogabat imperator quid ei de his gentibus, quae se coram obtulerant, statuendum videretur. Quumque exercitus iudicaret praesentem prosperitatem provido in posterum consilio esse conservandam, suamque voluntatem clamoribus significaret, communi, suffragio finis bello impositus fuit. Sic igitur horum sententiae conspiraverunt. Mox barbarorum reges atque optimates supervenerunt, prout ipsis imperatum fuerat, ut obsides ex primaria nobilitate censuque darent. Nimirum et ambo reges filios suos sine ulla dubitatione obsides obtulerunt; idemque alii factitabant, qui dignitate proximi regibus erant. Tum demum statuta pax est et foedus ictum. Atque ex eo tempore auxiliarii Romanorum vandali equites bis mille fuerunt; quorum alii de populo ob opem ferendam lecti, alii nomina militiae sponte obtulerunt. Reliquum Vandalorum

(a) Hoesch. ἀνὰ μεταξύ. (b) Hoesch. corrigit Ῥωμαίους. (c) Ita corrigo. Nam codd. et edd. habent ἀποδυόμενοι.

(1) Hinc oritur mihi suspicio, Dexippi esse fragmentum quod anonymum voc. διοσημία citat Suidas παρῆσαν δὲ οἱ δισχίλιοι Σκύθαι, πάσης ὀξύτεροι διοσημίας ἤτοι ἀστραπῆς ἢ πρηστῆρος ἢ κεραυνοῦ ἢ σκηπτοῦ ἢ διάττοντος ἀστέρος: *aderant autem illi bis mille Scythae omni velociores tempestate vel fulgure vel fulmine vel emicante stella*. Scythae enim vocabantur prope generatim a Graecis septentrionales populi,

ζετο, παρέχοντος τῶν Ῥωμαίων ἄρχοντος ἀγορὰν ἕς τε ὅπι τὸν Ἴστρον· καὶ τὸ μὲν πλεῖστον αὐτοῦ ἀπαθὲς διεσώθη· ὅσοι δὲ ἀβασάνιστοι τῶν στονδῶν ἐπὶ λείας συλλογὴν ἀφθόνως ἀπεσκιδάσθησαν, ἀνηρέθησαν σύμπαντες ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος τῶν ξενικῶν στρατοπέδων, οὐ μείους γενόμενοι πεντακοσίων· οἱ γὰρ δὴ δι' φιλίας δὴ χώρας πορευόμενοι, καὶ θάρσει δὴ γενομένης πρὸς Ῥωμαίους εἰρήνης ἐπαρθέντες, δὴ πάσης τάξεως προεξαίροντες, κατά τινας αἰφνιδίους ἐπιδρομὰς προσέβαλλον, γνώμῃ τοῦ ἄρχοντος, καὶ οὐκ ὀλίγα δὴ χώρας ἐκακούργουν· καὶ τὸ ἔργον τοῦτο τοῦ εἰργασάμενον ὤφελε τῷ βασιλεῖ κατατοξεύθῆναι· οἱ δὲ λοιποὶ Βανδήλων διεσκιδάσθησαν καὶ ἀπενόσησαν ἐπ' οἴκου. βασιλεὺς δὲ Ῥωμαίων τὴν πλείστην δυνάμεως δὴ πεζικῆς καὶ ἱππικῆς ἐκπέμπει ἐπ' Ἰταλίας· καὶ διελιπὼν οὐ μάλα συχνῶν ἡμερῶν, τήν τε ἀμφ' αὐτὸν τάξιν ἱππικὴν, καὶ ὅση δορυφορία τοῦ ἄρχοντος, τῶν τε συμμάχων ὅσοι ἦσαν Βανδήλων, ἓξ τοὺς ὁμηρεύειν αὐτῷ δοθέντας παῖδας ἐπαγόμενος· καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἰταλίας ἐξήλαυνε σπουδῇ δὴ τὴν τῶν Ἰθουγγων αὖθις παρουσίαν.

vulgus domum revertebatur, commeatum romano imperatore ad Istrum usque suppeditante. Pars ergo maxima incolumis abiit: quibus tamen praeter foederis legem ad colligendam largiorem praedam palari libuit, eos peregrinae militiae dux supplicio omnes adfecit, haud minus quingentis. Quum enim per amicum agrum iter facerent, et initae cum Romanis paci confiderent, deserto ordine subitas incursiones faciebant, connivente tribuno eorum, neque levia agro detrimenta inferebant. Verumtamen eum tribunum, qui sic deliquerat, rex suus telis confecit. Reliqui Vandali manipulatim distributi in patriam se receperunt. Romanorum vero imperator plurimam pedestrium equestriumque copiarum partem in Italiam misit; atque ipse haud longo dierum intervallo subsecutus est cum militari familiarium comitatu et praetorianis atque auxiliaribus vandalis, et cum obsidibus pueris: maturabatque in Italiam iter propter Iuthungos qui illic denuo apparuerant.

(*) Constitueram (immo p. 330. in adnotationibus iam promiseram) post Dexippi excerpta legationum, subtextere synopsim illam macedonici regni a Carano usque ad Perseum, quam sub Dexippi nomine audacter et indubitanter vulgavit Scaliger in eusebiani chronici parte graeca (ed. secund. p. 56-59.) Sed quia idem scriptum occurrit apud Syncellum (ed. Paris p. 260-269) idque sine Dexippi nomine, coepi dubitare iurene an secus Scaliger Dexippi nomen inscripserit. Et primo quidem falli cernebam Scaligerum eusebiano chronico partem hanc adscribentem: namque opus Eusebii nostra demum aetate integritati suae restitutum, nihil habet mutuatum a Dexippo. Sed hoc obiter. Illud deinde gravius videbatur, quod coniectura tantum levi fretus Dexippum nobis obtrusit Scaliger. Quaenam porro fuit coniectura? Nimirum apud Syncellum p. 263, quem exscribebat transferebatque ad Eusebium Scaliger, (itemque apud Cedrenum Syncelli adsectam ed. Paris. p. 151) semel legitur Dexippi nomen, ubi magnus Alexander Aristotelis discipulus regnum adiisse dicitur. Ea nos verba, ut genuina Dexippi, in excerptis vaticanis iam posuimus p. 322. Verumtamen hoc unico indicio Scaliger tractum universum ad Dexippum retulit. Sed enim et stylus macedonicae huius historiae, mea certe sententia, prorsus repugnat dexippianae iam cognitae elocutioni; tum ille Alexandri cum pontifice Hebraeorum Iaddo congressus a Iosepho antiq. XI. 8. sumptus mihi videtur: tum denique mentio Maccabaeorum et alia quaedam ita Dexippum auctorem negant, ut ipse Scaliger interpolatos saltem locos fateri debuerit. Ego vero dexippianum esse scriptum prorsus infitias eo.

Digitized by Google

DEXIPPI HISTORIARUM FRAGMENTA

EX AUCTORIBUS GRAECIS.

XXI. Ὁ ἵππος αὐτῷ ἤσκητο ἄρα καὶ ἄνευ ἡνίας ἐλαυνόμενός τε ὠκύτατα φέρεσθαι, καὶ βάδην προϊόντος πρᾳότατα ἵστασθαι, καὶ ἐκκλίνοντος, ὅπως θᾶττον ἀποίσεται καὶ κυκλώσεται, εὐκαμπέστατα ἐπιστρέφειν. *Suidas voc.* ἵππος.

Παραπολὺ ἀπελείποντο τοῦ πείθεσθαι τοῖς εἰσηγουμένοις ἡσυχίαν ἀγεῖσθαι. *Voc.* παραπολύ.

Ἦν δὲ τοῦ καθηγουμένου πρὸς πᾶν τὸ ἀπαγγελλόμενον ἔκπληξις· ὑπὸ γὰρ ἐμφύτου δειλίας καὶ ἀπειρίας τῶν πολεμικῶν ἀναπεπταμένοις μὲν τοῖς ὠσὶ, τεθορυβημένοις δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς, πτοᾶσθαι δὲ τῇ καρδίᾳ, ἀεί τι ἀκούσεσθαι ἐλπίζων, τοῖς ἀρχομένοις κατάδηλος ἦν ὡς φυγῇ χρήσεται. *Idem voc.* πτοᾶσθαι.

Ἀπὸ δὲ τούτων πάντων ἀναπειθόμενος τοῦ πλεονεκτημάτων, πάντα τὰ ἀνθιστάμενον τιθεὶς ἐν δευτέρῳ, εὐθαρσῶς ἐωθει· συνηνέχθησαν δὲ ἄμφω ἀλλήλοιν. *Idem voc.* ἀπὸ δὲ *et* εὐθαρσῶς.

Καὶ ὡς ἐν τῷ ὠδαχρῆμα ὥρμητό τε ἐξιέναι καὶ ψηφίσματι τὴν στρατείαν ἐκύρωσαν, ὥρμητό τε πᾶς ἐς τὴν ἐπιχείρησιν. *Idem voc.* παραχρῆμα.

XXII. Δίξιππος φησὶν ὅτι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν αἴτιον αὐξηθῆναι τὸ φιλόμαχον ἐθνῶν καὶ τὸ εὐσύντακτον δὲ δυνάμεως (1). *Idem voc.* Ῥωμαίων ἀρχή.

Σεμνὸν γὰρ αὐτὴ ἀπέφαινε τά τε ἄλλα καὶ ὅτι οἱ εὖ ὁ πατὴρ στρατηγήσειε. *Idem voc.* σεμνόν.

21. Eius equus ita institutus erat, ut et sine habenis velocissime ferretur, et illo pedetemptim incedente, placidissime staret, et declinante ut locum aliquem circumiret, agillime se converteret.

Multum aberat, ut iis, qui pacem suadebant, obtemperarent.

Dux vero ad quemvis nuncium, qui adferebatur, animo expavescebat. Quum enim ob insitam timiditatem et rerum bellicarum imperitiam, arrectis esset auribus oculisque attonitis et corde palpitante, quasi idemtidem novi aliquid auditurus; milites quibus praeerat manifeste inde coniiciebant eum fugam animo meditari.

His igitur rebus omnibus, quibus inter ceteros praestare se sentiebat, adductus, omnesque adversarios impares sibi iudicans, fidenti animo cum adortus est. Ambo igitur in mutuum certamen ruerunt.

Quum autem subito impetum cepissent ad bellum proficiscendi, et expeditionem illam publice decrevissent, et quilibet ad rem adgrediendam cupide se compararet.

22. Dexippus ait causam, quare imperium Romanorum adeo fuerit auctum, fuisse bellicam fortitudinem gentis et disciplinam militarem.

Auctoritatem ei conciliabant cum alia, tum etiam illud, quod pater eius laudabiliter exercitum duxisset.

(1) Utrum alia quae sequuntur apud Suidam sint Dexippi, incertum est.

Digitized by Google

Σακχαῖοι ἔθνος μαυρούσιον, ὡς Δέξιππος χρονικῶν δεκάτῳ. *Stephanus byz. voc.* Σακχαῖοι.

Ἕλυροι σκυθικὸν ἔθνος, περὶ ὧν Δέξιππος ἐν χρονικῶν ιϛ. *Idem voc.* Ἕλυροι, *nec non Etym. M.*

Τότε Ῥόδος ἡ νῆσος οἰκίζεται ὑπὸ Λακεδαιμονίων, ὡς Ζεύξιππος (*corr.* Δέξιππος) ἱστορεῖ, μετοικησάντων ἐκ Πελοποννήσου διὰ τὴν Ἡρακλειδῶν ἐπίθεσιν. *Syncellus p.* 177. *ed. Paris.*

Δέξιππος ἐν χρονικῷ (a) δεκάτῳ γράφει οὕτω. Καὶ Μακεδόνων Ἐπίδαμνον εἰς ὕστερον Δυρράχιον μετονομασθεῖσαν, πόλιν τῆς Μακεδονίας μεγάλην καὶ εὐδαιμονοῦντα κατὰ κράτος αἵρουσιν. *Porphyrogenitus them. II.* 9.

Succhaei populus maurus, ut Dexippus ait chronicorum libro decimo.

Heluri, gens scythica, de quibus Dexippus duodecimo chronicorum libro.

Tunc Rhodus insula a Lacedaemoniis frequentata incolis fuit, uti narrat Dexippus, migrantibus e Peloponneso propter Heraclidarum incursionem.

Dexippus chronicorum libro decimo ita scribit: Et Macedonum Epidamnum, quae postea Dyrrachium nominata est, urbem Macedoniae magnam atque opulentam vi capiunt.

(a) Male in editionibus χειμερινῷ, ut iam critici monuerunt.

DEXIPPI HISTORIARUM FRAGMENTA
EX AUCTORIBUS LATINIS.

XXIII. Dexippus dicit uxorem eum (1) cuiusdam Martiani filiam duxisse, eundemque ab eo caesarem nuncupatum: verum quum vellet insidiis occidere Alexandrum Martianus, detecta factione, et ipsum interemptum, et uxorem abiectam. Idem dicit fuisse patruum Antoninum Heliogabalum Alexandri, non sororis uxoris eiusdem filium. *Lampridius in Alexandro Severo cap.* XLIX.

Addit Dexippus tantum odium fuisse Maximini, ut interfectis Gordianis, viginti viros senatus creaverit, quos opponeret Maximino: e quibus fuerunt Balbinus et Maximus, quos contra eum principes fecerunt. Idem addit, in conspectu Maximini iam deserti a militibus, Anolinum praefectum praetorio ipsius et filium eius occisum. *Capitolinus in Maximino iuniore cap.* VI.

Dexippus et Arrianus et multi alii Graeci scripserunt, Maximum et Balbinum imperatores contra Maximinum factos: Maximum autem cum exercitu missum, et apud Ravennam bellum parasse, Aquileiam autem nisi victorem non vidisse. *Idem ibidem cap.* VII.

Gordiani non, ut quidam imperiti scriptores loquuntur, duo, sed tres fuerunt; idque docente Arriano scriptore graecae historiae, docente item Dexippo graeco auctore, potuerunt addiscere: qui etiamsi breviter, ad fidem tamen omnia persequuti sunt. *Idem in Gordianis cap.* II.

(1) Alexandrum Severum.

Digitized by Google

Filius (Gordiani) legatus patris , exemplo Scipionum , ut Dexippus graecae historiae auctor est , gladii potestate succinctus est. *Idem ibidem cap.* IX.

Dexippus putat eius filium esse Gordianum tertium , qui post haec cum Balbino et Pupieno , sive Maximo , puerulus adeptus est imperium. *Idem ibid. cap.* XIX.

Dexippus asseverat , ex filio Gordiani tertium Gordianum esse natum. *Idem ibid. cap.* XXIII.

XXIIII. Dexippus et Arabianus Maximum et Balbinum dicunt electos contra Maximinum post Gordianos. *Idem in Max. et Balb. cap.* I.

Dexippus graecorum scriptor Maximum et Balbinum imperatores dicit factos contra Maximinum post Gordianos duos , et a Maximo victum Maximinum , non a Pupieno. *Idem ibid. cap.* XV.

Sub his (1) pugnatum a Carpis (2) contra Moesos fuit , et scythici belli principium , et Histriae excidium eo tempore ; ut autem Dexippus dicit Histricae civitatis. Dexippus Balbinum satis laudat , et dicit forti animo militibus occurrisse , atque interfectum ; ut mortem non timeret , quem in omnibus disciplinis instructum fuisse dicit. Maximinum vero negat eiusmodi virum fuisse , qualem Graeci plerique dixerunt. Addit praeterea contra Maximum Aquileiensium tantum odium fuisse , ut de crinibus mulierum suarum arcubus nervos facerent , atque ita sagittas emitterent. Dexipppus et Herodianus , qui horum principum historiam persequuti sunt , Maximum et Balbinum fuisse principes dicunt delectos a senatu contra Maximinum post interitum duorum Gordianorum in Africa , cum quibus etiam puer tertius Gordianus electus est. *Idem ibid. cap.* XVI.

Docet Dexippus Titum tribunum Maurorum , qui a Maximino inter privatos relictus fuerat , timore violentae mortis , ut alii dicunt : invitum vero et a militibus coactum , ut plerique asserunt, imperasse ; atque hunc intra paucos dies post vindicatam defectionem , quam consularis vir Magnus Maximino paraverat , a suis militibus interemptum. Imperasse autem mensibus sex. *Trebellius in triginta tyrannis cap.* XXXII.

Dexippus Claudium non dicit occisum , sed tantum mortuum : nec tamen addidit morbo , ut dubium sentire videatur. *Idem in Claudio cap.* XII.

Geberichus primitias regni sui in vandalica gente extendere cupiens , contra Visumar eorum regem , Asdingorum e stirpe , quae inter eos eminet , genusque indicat bellicosissimum , Dexippo historico referente , qui eos ab oceano ad nostrum limitem vix in anni spatio pervenisse testatur prae nimia terrarum immensitate. *Iornandes de reb. get. cap.* XXII.

(1) Maximo et Balbino.

(2) Carporum bellum narratum fuisse a Dexippo , ait quoque Evagrius hist. V. 24.

Digitized by Google

PHOTII TESTIMONIUM DE DEXIPPO

EX CODICE LXXXII.

XXV. Ἀνεγνώσθη ΔΕΞΙΠΠΟΥ τὰ μὲτ' Ἀλέξανδρον, ἐν λόγοις τέσσαρσιν. Ἀνεγνώσθη ἢ αὐτοῦ καὶ ἕτερον σύντομον ἱστορικόν, μέχρι τοῦ Κλαυδίου, ἐπιβέβηκον τὰς κεφαλαιώδεις πράξεις, βασιλείας. Ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ σκυθικὰ, ἐν οἷς αἱ τῶν Ῥωμαίων αὐτῷ καὶ Σκυθῶν ἀναγράφονται πρὸς ἀλλήλους μάχαι καὶ ἀξιόλογοι πράξεις. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν ἀπέριττός τε, καὶ ὄγκῳ καὶ ἀξιώματι χαίρων, καὶ (ὡς ἄν τις εἴποι) ἄλλος μετά τινος σαφηνείας Θουκυδίδης, μάλιστά γε ἐν τοῖς σκυθικαῖς ἱστορίαις· ἄρχεται δὲ ἐν τοῖς μετ' Ἀλέξανδρον ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τῆς βασιλέως τελευτῆς· καὶ διέξεισιν, ὅπως εἰς τὸν ἀδελφὸν Ἀλεξάνδρου τὸν Ἀριδαῖον, ὃς ἦν ἐκ Φιλίννης τῆς λαρισσαίας τῷ Φιλίππῳ γεγονὼς, ἡ τῶν Μακεδόνων ἀρχὴ περιέστη, εἰς αὐτόν τε καὶ εἰς τὸ μέλλοντα Ἀλεξάνδρου παῖδα τίκτεσθαι ἐκ Ῥωξάνης· ἐν γαστρὶ γὰρ ἔχουσα καταλέλειπτο· καὶ εἰς οὓς ἀμφὶ Περδίκκαν, οἱ κρίσει τῶν Μακεδόνων ἐπετρόπευον αὐτοῖς τὴν ἀρχήν· διέξεισι καὶ ὅπως ἡ τοῦ Ἀλεξάνδρου διενεμήθη ἀρχή· τὰ μὲν οὖν τῆς Ἀσίας οὕτω· Πτολεμαίῳ ὁ Λάγου, Αἰγύπτου (1) πάσης καὶ Λιβύης, καὶ τῆς ἐπέκεινα γῆς, ὁπόση Αἰγύπτῳ συνάπτει, ἄρχειν ἐτάχθη· ὁ δὲ τῷ βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ ἐπὶ τῇ σατραπείᾳ ταύτῃ τεταγμένῳ Κλεομένης, ὕπαρχος Πτολεμαίῳ ἀποκατέστη· Λαομέδων δὲ ὁ μιτυληναῖος, Σύρων ἡγεῖσθαι ἀπεφάνθη· καὶ Φιλώτας μὲν Κιλικίας. Πίθων δὲ Μηδείας. Εὐμένης δὲ Καππαδοκίας τε καὶ Παφλαγονίας, καὶ τῶν ἐπὶ τὸν Εὔξεινον πόντον κατιόντων μέχρι καὶ εἰς Τραπεζοῦντα. Ἀντίγονος δὲ Παμφιλίων καὶ Κιλίκων, μέχρι Φρυγίας. Καρῶν δὲ Ἀσάνδρῳ. Μένανδρος δὲ Λυδῶν. Λεοννάτος δὲ ὁ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας. Καὶ τὰ μὲν ἀσιανῶν, οὕτω· Τῶν δ' εὐρωπαίων, Θρᾴ-

25. Lecti sunt DEXIPPI *rerum post Alexandrum gestarum libri quatuor*. Lecta et eiusdem altera *epitome historica usque ad imperium Claudii augusti*, summa gestarum rerum capita attingens. *Scythica* quoque eiusdem legimus, quibus Romanorum et Scytharum inter se proelia, resque memoratu dignas commemorat. Oratio eius ut nihil habet redundans, ita pompam quandam ac maiestatem adfectat: unde quis eum iure dixerit alterum esse, sed cum perspicuitate quadam, Thucydidem; praesertim vero in scythicis illis historiis. Rerum post Alexandrum gestarum narrationem ab ipso mox regis excessu inchoat, refertque porro ut ad Alexandri fratrem Aridaeum, (qui ex Philine larissaea Philippo natus fuerat) Macedonum regnum devenerit; ad illum, inquam, et Alexandri filium, qui expectabatur de Roxane, quae praegnans relicta fuerat; itemque ad Perdiccam et socios, qui Macedonum decreto pro dictis regibus imperium procurabant. Narrat deinceps, ut Alexandri sit divisum imperium; Asiae quidem hoc modo. Ptolemaeo Lagi filio totius Aegypti et Libyae et omnis ultra hanc regionis Aegypto adiacentis, imperium datum. Cleomenes vero ab Alexandro rege huic satrapiae impositus, vicariam Ptolemaeo praestare operam iussus est. Laomedon mitylenaeus Syriam tenuit; Pithon vero Mediam; Eumenes Cappadociam et Paphlagoniam gentesque ad Euxinum mare sitas, ad usque Trapezuntem. Antigonus Pamphyliis et Cilicibus praefectus est, usque ad Phrygiam. Casandro Cares obvenerunt; Lydi vero Menandro. Leonatus Phrygiam, quae ad Hellespontum est, obtinuit. Atque ita

(1) Aegyptum veteres Asiae potius quam Africae attribuisse compertum est.

Digitized by Google

κης μὲν καὶ Χερρονήσου Λυσιμάχῳ. Ἀντίπατρος ὁ ἐπὶ πᾶσι Μακεδόσι καὶ Ἕλλησι, καὶ Ἰλλυριοῖς, καὶ Τριβαλλοῖς, καὶ Ἀγριᾶσι, καὶ ὅσα δ' ἠπείρου ἐξ ἔτι Ἀλεξάνδρου στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ἐτέτακτο. Τὴν δὲ κηδεμονίαν, καὶ ὅση προσασία δ' βασιλείας, Κρατερὸς ἐπεζάπη· ὃ δὴ πρώτιστον τιμῆς τέλος ἔσχε Μακεδόσι· Περδίκκας δὲ τ' Ἡφαιστίωνος χιλιαρχίαν· ἦσαν δὲ ἄρχοντες Ἰνδῶν μὲν ἁπάντων, Πῶρος καὶ Ταξίλης· ἀλλ' ὁ μὲν Πῶρος οἳ ἐν μέσῳ Ἰνδοῦ ποταμοῦ καὶ Ὑδάσπου νέμονται· Ταξίλης δὲ τῆς λοιπῶν. Πίθων δέ τις τῆς τούτοις ὁμόρων ἠγεῖτο, πλὴν Παραμισάδων. Οἱ δὲ συνάπτοντες Ἰνδοῖς, ὅσοι ὑπὸ καυκάσια ὄρη νέμονται, Ὀξυάρτῃ τῷ βακτρίῳ, ὃς ἦν Ῥωξάνης πατὴρ, εἰς ἀρχὴν ἀπενεμήθησαν· ἧς ἐτέχθη παῖς μετὰ τὸν τοῦ παιδὸς Ἀλεξάνδρου θάνατον, ᾧ τὸ Μακεδόνων πλῆθος τοῦ παιδὸς τὴν προσηγορίαν Ἀλέξανδρον ἔθεντο· Ἀραχοσίων δὲ καὶ Γεδρωσίων ἐπῆρχε Σιβύρτιος, καὶ Στασάνωρ ὁ σόλιος Ἀρείων καὶ Δράγγων ἠγεῖτο· Φιλίππου δὲ ἦν ἀρχὴ, Σογδιανοὶ· καὶ Ῥαδαφέρνης Ὑρκανίαι· καὶ Νεοπτολέμου Καρμανία. Πέρσαι δὲ ὑπὸ Πευκέστῃ ἐτάχθησαν. Τὴν δὲ Σογδιανῶν βασιλείαν Ὀρώπιος εἶχεν, οὐ πάτριον ἔχων ἀρχὴν, ἀλλὰ δόντος αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου· ἐπεὶ δὲ τύχη τις αὐτῷ συνέπεσεν, ἐπανασάσεως αἰτίαν φεύγοντι ἁλῶναι δ' ἀρχῆς, τότε κοινῶς αὐτῇ τ' ἀρχὴν εἶχε. Βαβυλωνίων δὲ καὶ δ' μέσης τ' ποταμοῖν Τίγρητος καὶ Εὐφράτου τ' μὲν Σέλευκος, δ' δὲ Μεσοποταμίας Ἀρχέλαος ἦρχε· τόσος δὲ ἀριθμὸς ἐθνῶν τε καὶ ἐθνέσιν ἀρχόντων ἦν, ὅτε Περδίκκας μετὰ τ' Ἀλεξάνδρου τελευτὴν τὰς ἀρχὰς ἔνειμε· καὶ τὰ ἄλλα δι' ἐξείσιν ἐν πολλοῖς, ὡς κἀν τούτοις, Ἀρριανῷ κατὰ τὸ πλεῖστον σύμφωνα γράφων.

quidem Asia distributa. In Europa, Thracia quidem et Chersonesus Lysimacho cessit. Antipater autem praefuit universae Macedoniae et Graeciae, Illyriis item et Triballis atque Agrianis, omnibusque adeo iis, quibus in continente [europaea] fuerat ab Alexandro adhuc superstite cum summa potestate imperator praepositus. Curatoris porro officium, quaeque ad regiam pertinerent tutelam Cratero mandata, quod summum est apud Macedonas dignitatis culmen. Perdiccas Hephaestionis chiliarchiam tenuit. Indorum omnium praefecti Porus et Taxiles fuere. Ac Poro quidem, quae Indum inter et Hydaspen flumina iacent; Taxili vero reliqua sunt attributa. Pithon alter finitimis imperavit, exceptis Paramisadis. Qui vero Indis contermini sunt, sub caucaseis montibus incolentes, Oxyartae bactriano, Roxanes patri, regendi obtigerunt. Huic Roxanae filius natus est, post Alexandri patris obitum, quem aeque parentis nomine Alexandrum Macedones appellarunt. Arachosiis et Gedrosiis Sibyrtius praefuit. Stasanor solensis apud Arios et Drangos regnavit. Philippus Sogdianis imperavit, ut Radapharnes Hyrcaniis, et Neoptolemus Carmaniae. Persae Peucestae paruerunt. Sogdianorum quippe regnum Oropius tenuerat, non a patre relictum, sed ab Alexandro acceptum: qui postquam in eam calamitatem incidit, ut perduellionis reus regno exuendus esset, communicatum cum alio imperium horum [Sogdianorum] tenuit. Babyloniorum vero eiusque regionis, quae media Tigrim inter et Euphratem fluvios sita est, ita distributum imperium, ut illis quidem Seleucus, Mesopotamiae vero Archelaus imperaret. Hic itaque gentium earumque praefectorum catalogus, postquam Perdiccas post Alexandri excessum regna distribuit. In ceteris autem plerisque narrationibus, aeque ut in his, cum Arriano plurimum Dexippus consentit.

Digitized by Google

ALIA TESTIMONIA DE DEXIPPO.

Eunapius vit. Porphyrii fin.

XXVI. Κατὰ τοὺς χρόνους ἐς Γαλιηνὸν καὶ Κλαύδιον, Τάκιτόν τε καὶ Αὐρηλιανὸν καὶ Πρόβον, ἦν Δέξιππος ὁ τὴν χρονικὴν ἱστορίαν συγγράψας, ἀνὴρ ἁπάσης παιδείας τε καὶ δυνάμεως λογικῆς ἀνάπλεως.

Evagrius hist. lib. V. 24.

Καὶ Δεξίππῳ ἢ πλεῖστα περὶ τούτων πεπόνηται, ἀπὸ μυθικῶν ἀρξαμένῳ, καὶ λήξαντι ἐς τὴν Κλαυδίου τοῦ μὴ Γαλιηνὸν βασιλείαν· ᾧ συνανείληπται περὶ ὧν Κάρποι καὶ ἕτερα βάρβαρα ἔθνη κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ Θρᾴκην καὶ Ἰωνίαν διεπολεμοῦντες ἔπραξαν.

Suidas.

Δέξιππος, Δεξίππου, ὁ Ἑρέννιος χρηματίσας, ἀθηναῖος ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Βαλεριανοῦ καὶ Γαλιηνοῦ καὶ Κλαυδίου δευτέρου καὶ Αὐρηλιανοῦ τῶν βασιλέων ῥωμαίων (1).

26. Circa tempora Gallieni, Claudii, Taciti, Aureliani, Probique, cognoscebatur Dexippus chronicae historiae scriptor, vir omni eruditione et logica quoque facultate plenus.

Multa quoque iisdem de rebus elaboravit Dexippus, qui a fabulosis temporibus incipiens, ad Claudii usque; qui Gallieno successit, regnum pervenit. Idem scripto suo complexus est bella etiam quae Carpi aliaeque barbarae gentes per Graeciam, Thraciam, Ioniamque gesserunt.

Dexippus, Dexippi filius, Herennius dictus, atheniensis rhetor, claruit sub Valeriano, Gallieno, Claudio secundo, atque Aureliano romanis imperatoribus.

(1) Suidae locum exscribit Eudocia p. 130.

Digitized by Google

Tzetzes chil. IX. hist. 274.

Δέξιππος ὁ φιλόσοφος, μύστης ὢν Ἰαμβλίχου (1)
Πολλὰ μὲν συνεγράψατο καὶ ἕτερα βιβλία,
Ὧν (a) τῷ ἐνὶ ἐντετύχηκον τῷ εἰς κατηγορίας.
Ἔγραψε δὴ καὶ σκυθικὰ, ἃ μέχρι τῶν οὐκ οἶδα,
Καὶ ἕτερα ὡς εἶπον· μόνον τὸ ἓν δ' ἀνέγνων (2).

Lapis atheniensis apud Sponium itiner. T. III. part. II. p. 129.

ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΠΕΡΟΤΗΜΑ ΤΗΣ ΕΞ ΑΡΕΟΥΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ [ΤΩΝ Χ ΚΑΙ (b)] ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΟΝ ΑΡ-

Dexippus philosophus, mystes Iamblichi,
Multos quidem et alios scripsit libros;
Quorum unum nactus sum qui est in categorias.
Scripsit etiam res scythicas, quod opus nondum vidi;
Item alios, ut dixi, libros, sed unum ego novi.

Ex consulto areopagitici senatus, et senatus sexcentorum, et populi atheniensis, regem inter thesmothetas, archontem eponymum, praesidem sollemnis conventus et agonothetam in magnis panathenaeis sponte sua, sacerdotem sanctissimum, P. HERENNIUM DEXIPPUM Ptolemaei *filium*, hermeium civem, rhetorem et historicum, virtutis ergo Filii *honorant*.

(a) Edd. ἐν. (b) In Sponii exemplari tantumdem lacunae est, quam coniecturaliter explevit his litteris Corsinius fast. att. T. II. p. 167.

(1) Etiam Simplicius ad categorias Arist. p. 1. ait: Καὶ Δέξιππος ὁ Ἰαμβλίχου καὶ αὐτὸς μὲν τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίον συντόμως ἐξηγήσατο, προηγουμένως δὲ τὰς Πλωτίνου ἀπορίας, ὡς ἐν διαλόγῳ προτεινομένας αὐτῷ, διαλῦσαι προὐθετο. Sed tamen Dexippum philosophum, Iamblichi adsectam, distinguunt plerique critici a Dexippo historico, qui paulo senior ipsis videtur. Atqui Tzetzae opinioni testimonium quoque Eunapii mirifice adstipulatur, a quo Dexippus historicus dicitur simul *logica facultate plenus*. Notissimum autem est, logicum esse Dexippi philosophi opus; quippe quod in Aristotelis categoriis declarandis insumitur.

Iam quod Dexippum Iamblichi μύστην dicit Tzetzes, vocabulum hoc religiosam scilicet sectam significat; et sic loquitur apud nos Eunapius p. 289. Sed ecce rursus controversia oritur quisnam hic fuerit Iamblichus, quoniam quatuor distinguit Iamblichos Lamius in adnotationibus ad Meursii opera T. II. p. 711. Constantinianus certe eclogarius cogitavit de illo Iamblicho qui babylonica amatoria scripsit, quoniam scripti eius fragmentum in suis eclogis cum Dexippi historia connexuit, ceu nunc reapse in vaticano palimpesto se habet, uti mox dicemus.

(2) Hinc fere cognoscimus, iam Tzetzae aetate Dexippi historias fuisse deperditas; solumque philosophicum commentarium, qui adhuc in bibliothecis superest, in manibus eruditorum fuisse.

Digitized by Google

ΞΑΝΤΑ ΤΗΝ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΝ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣ ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΠΑΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΩΝ ΟΙΚΟΘΕΝ ΙΕΡΕΑ ΠΑΝΑΓΗ Π. ΕΡΕΝ. ΔΕΞΙΠΠΟΝ. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ (1) ΕΡΜΕΙΟΝ (2) ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ ΚΑΙ ΣΥΓΓΡΑΦΕΑ (3) ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ (4).

Trebellius in Gallieno cap. XIII.

Gotthi Cyzicum et Asiam, deinceps Achaiam omnem vastaverunt, et ab Atheniensibus duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi sunt (5).

(1) Fallitur ergo Suidas qui dicit Dexippum Dexippi filium.

(2) Hermus Atticae populus, seu pagus in Acamantide tribu, unde civis hermeius, uti docent Stephanus byz. et Hesychius; inter Athenas et Eleusin, observante Sponio. Igitur natale Dexippi historici solum ex hac insigni inscriptione cognoscimus.

(3) Ea historicus dicitur Dexippus, ne forte de alio homine cogitemus. Iam ut Eunapius et Tzetzes historicum cum logico miscent, ita Suidas et atheniensis lapis rhetorem simul et historicum Dexippum praedicant.

(4) Hanc inscriptionem paulo interdum aliter interpretatus est, atque illustravit Corsinius fast. att. T. II. p. 168.; idemque T. IIII. p. 190 nos docuit Dexippum fuisse archontem eponymum olympiade CCLXII, Christi anno CCLXVIIII, ad quem usque adamussim annum, qui erat Claudii gothici primus, historiam suam perduxisse Dexippum observat Corsinius.

(5) Ex his testimonis Dexippus apparet (ut summatim repetam) rhetor, historicus, philosophus logicus, omni disciplina excultus, dux victoriosus, archon eponymus, rex thesmotheta, panegyriarcha, agonotheta panathenaicus spontaneus (vel iure hereditario, ut explicat Corsinius), sacerdos; pater etiam philostorgus, ut filiorum, qui titulum posuerunt, gratus animus declarat. Praenomen denique Dexippi *Publium* ex hoc atheniensi praeclaro lapide nanciscimur.

Digitized by Google

DE IAMBLICHI FRAGMENTO

EDITORIS MONITUM.

Vaticanorum Dexippi excerptorum extremum folium, habens paginam 47 et 48, cohaeret cum folio habente paginam 61 et 62. In his ego duabus postremis paginis, quamquam admodum oblitteratis, erotici argumenti reliquias legebam; de quarum auctore quum aliquantulum addubitassem, mox omnem mihi perplexitatem exemit Photius, qui cod. XCIV. opus Iamblichi eroticum (nunc deperditum) describit copioseque delibat. Nam quum in fragmento vaticano nomina legissem Rhodanis et Sinonidis et Soracchi, quae in photianis eclogis personae dramatis sunt (1), *evidenter cognovi Iamblichi excerpta me tenere. Sed tamen ne duas quidem quae solae supersunt, paginas satis feliciter commodeve legi: etenim prior ita est deleta, ut nonnisi abruptas reliquias aegre extuderim; posterior item ambiguitatibus aliquot non caret. Senioris huius Iamblichi, qui se vixisse ait, teste Photio, M. Aurelio imperante, non solum praedictus Photius erotica excerpta protulit; verum et aliud copiosum ἀποσπασμάτιον in antiquo codice inventum appinxit bibliothecae photianae editor. Leo quoque Allatius in excerptis rhetorum p. 250-255, fragmentum aliud operis edidit, quamquam sub falso Hadriani rhetoris nomine; quem errorem recentior critice iam emendavit; ego vero inde ortum video, quia in miscello, quem vidi, vaticano codice, Hadriani declamatio praecedit, ad quem auctorem consequentia quoque excerpta Allatius incaute vel audacter retulit. Nostra insuper aetate cl. Passowius in Eroticorum graecorum lipsiensi editione an. MDCCCXXIV, Iamblichum eroticum, corrasis diligenti studio ex Suida permultis aliis fragmentis, collegit et auxit. Nunc denique vaticanum fragmentum accedit novissimum; quicum si ego partes iam editas copularem, multo maiores scilicet cum frusto minimo, ineptus prope essem, volumenque meum alienis opibus praegravarem. Solas igitur novas ponam vaticanas, quantulaecumque in palimpsesto mutilo sunt, reliquias. (Nam quod Villoisonus anecd. gr. ind. p. 312. suspicatur Iamblichi babylonica latitare inter vaticanos Christinae svecae codices; id tam futile est, quam quod Vossius a me p. 247. n. 2. redargutus, Priscum historicum in vaticanis item codicibus extare autumavit.) Iam constantinianus eclogarius, quamquam graves historicos semper excerpsit, nihilominus in titulo* de sententiis *hac usus libertate est, ut fabulosam quoque historiam ad partes vocaret, propter copiam scilicet sententiarum; quibus hoc scriptum abundavisse, cognoscimus etiam ex Allatii supradicto libro in quo, pag. certe 254-255, nihil aliud legitur quam sententiarum abruptarum ex Iamblicho ecloge. Titulus operis apud Photium est:* Ἰαμβλίχου δραματικόν; *verum Suidas magis proprium titulum ponit:* ἔγραψε τὰ καλούμενα βαβυλωνικά· ἔστι δὲ Ῥοδάνης καὶ Σωνιδος ἔρως ἐν βιβλίοις λϑ: *"scripsit ea, quae vocantur* babylonica, *id est Rhodanis et Sinonidis amores libris, XXXIX* (2) *". Causa tituli est, quia drama, vel potius fabulosa historia, in babylonica regione contigisse fingitur.*

(1) Rhodanem et Sinonida nominat Photius etiam cod. CLXVI. p. 364, ubi rursus Iamblichum inter eroticos scriptores numerat.

(2) Codex Suidae vaticanus praestans a me consu'tus habet XXXV, id est λε pro λϑ. Immo vero ex fragmento quodam in Photii editionem inserto videntur operis fuisse libri *sexdecim*, quae postrema lectio probabilior videtur.

Digitized by Google

IAMBLICHI

FRAGMENTUM.

ΕΚ ΤΩΝ ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ ΒΑΒΥΛΩΝΙΚΩΝ.

4. . . . κινδύνους οὐκ ἀναγκαίους ἔξεστι ζῆν, εἰ μὴ φιλεῖς· ἀλλ' ἴθι | μᾶλλον P. 61.
κὴ κάθου δὸς παρ' ἐκείνην τὴν ξένην (1) . . . | σίκυα κηδεστοῦ κὴ τὸ χρυσὸν
δὸς (2) . . χείρας μὲν εἴτε τυχὸν ἤδη κὴ τὸ πρόσωπον κεκαθαρμένη . . κε|-
κοσμημένην (3) τὴν ὀλίγην ἐκείνην κόρην· τί γὰρ ἔτι Σινωνίδῃ χρῇ|ζεις; ἔχεις κό-
ρην κεκοσμημένην ὡς ἐγὼ, εὐτυχέστερον ἢ Σινωνίδῃ . . | της δὲ Σινωνίδῃ ὁ
8. Ῥοδάνης οὐκ ἀνείχετο ἀλλ' ἐν | . . οὐκ ἀνδρὶ χαριζομένη . . | το κὴ
χεῖρας ἀντήρατο κὴ πολλὰς ἀπειλὰς ἐνε . . κὴ δείξασ[α] . . | τὸ τραῦμα
12. ὃ ποτε ἔβωσεν αὐτὴν, ὁρᾷς ἔφη τοῦτο ὦ κακέ; . . | ὁρᾷς ὅτι δὲ ψυχῆς Σι-
νωνὶς οὐ φείδεται; ἔχεις . . δείγματος . . δὲ ἐστιν ἐρώσης . . ζο-
μένη . . μαρ|τύρομαί σε, Ῥόδανη, ἄρξεις σήμερον μεγάλης κακοῦ . . |
16. . . θυγάτης . . ἀλλόζιον . . | . . δειλὴ τεθωμένη . . | . .
20. . . δειν . | . τὴν φόνου δὲ πύρας . | . μένη . | . τὴ ἀλλὰ | μένη ἀριστ-
τερὰν . . τὴ δὲ δεξιὰν | ἐφόσον . . πρω . . | ἐπεὶ . . λοιδο|-
24. ροῦντος κῇ δὲ . . πως . . . | ὑπεξέρχεται . . δραμὼν δι' τῆς
σελήνης . . δὲ ἐπ . . | . . ap ἐτύγχανεν . . ἴχνεσα | εἰσδρα-
μεῖν . . τοῦ γεωργοῦ τὴ θυγατέρα ὑπάρξασθαι | . . χώραν . | .

EX IAMBLICHI BABYLONICIS.

Extra pericula minime necessaria licet vivere, si amorem omittis. Verum abi potius, atque apud illam peregrinam cubita . . aurumque da . . iam facie munda . . *torques* pauperculam illam puellam ornans. Cur diutius Sinonide indiges? Habes puellam haud iam minus, quam ego sum, exornatam; felicioribus autem quam Sinonis auspiciis utentem . . Sinonidis verba haud diutius tulit Rhodanes . . viro gratificans . . manus intendit, minasque multas addidit . . tum et vulnus, quod ipsa sibi fecerat, ostendens; viden hoc, inquit, improbe? . . viden ut Sinonis vitae suae non parcit? . . . . Testor te ipsum, Rhodane; ingentis hodie calamitatis initium facis . . . . agricolae filiam fuisse . . *cognovit* mentem eius Rhodanes. Tu qui-

(1) Describitur iurgium Sinonidos cum Rhodane propter zelotypiam circa puellam quandam rusticam. Lege Photium p. 244-245.

(2) Aurum in prato Rhodanes invenerat. Phot. p. 236.

(3) Intellige torquem pretiosam a rustica puella gestatam, de qua Iamblichus in excerpto apud Phot. p. 244, rursusque apud Suidam voc. τελώνης.

Digitized by Google

τὴν διάνοιαν αὐτῆς οἱ περὶ τὸν Ῥοδάνην· σὺ μὲν εἶπεν ὁ Σόραιχος, | 28.
ὦ Ῥοδάνη, καὶ χώραν μένε, καὶ μὴ παρωξ . . . μη καὶ δόξεις ἐπαμύνειν τὴ
ἐρωμένῃ ῥύσασθαι· ἀλλὰ φυλαξόμεθα κόρην ἐρῶσαν καὶ φωνῶσαν· ἐγὼ γὰρ ἑκάστην
μετρεύσομαι· πείθω γὰρ ἐμαυτὴ ὅτι | ταχέως αὐτῷ ἐπαντηρῶ· θάρρησον· οἶδα νι- 32.
P. 62. κᾶν πρὸς || τὸν Σινωνίδου θυμούς· τί θυμεῖς ὦ Ῥοδάνη; μένε, εἰ Σινωνίδα
θέλεις | ἀπολαβεῖν, εἰ πιστεύεις Σοραίχῳ τῷ δι' ὑμᾶς πλανωμένῳ. Τοσαῦ|τα
ὁ Σόραιχος εἰπὼν, μόλις μὲν ἔπεισε τὸν Ῥοδάνην μένειν, μάλιστα | μὲν ὑπὲρ τοῦ 4.
Σινωνίδου φοβούμενον· ἔμελε γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦ κινδυ|νευούσης κόρης, μή τι δει-
νὸν ἀπολήψεται τοῦ ζηλοτυπίας· καὶ τὸ μὲν οὖν | πρῶτον οὐδὲ [ἐγκαταλείψει] τῷ
Σοραίχῳ ἡ Σινωνὶς ἐφαίνετο· καὶ γὰρ προ|εῖχε πολὺ, καὶ θεῖν ἦν ὀξυτέρα
τοῦ Σοραίχου· ἦν γὰρ καὶ ὑπὸ τοῦ ὀργῆς | ἐλαφροτέρα [τ' ἔχει] τοῦ θυμοῦ τάχει
κουφοτέραν αὐτὴ εἰργάζετο | τῷ σώματι· οὕτως γὰρ συντεινόμενος ὁ Σόραιχος 8.
καὶ πᾶσαν δύναμιν ἀ|μιλλώμενος, ὡς ὁρᾷ . . . καν τοῦ Σινωνίδου πόρ-
ρωθεν βοᾶν μεί|ζον, Σίνωνι· Σόραιχος ἐγὼ μόνος, καὶ Ῥοδάνης οὐ πάρεσ-
στιν· οὐ βάλον βέλος· | ἡ γὰρ ἐπέσχε τὸ δρέμειν, καὶ τὸ ὅρκον πιστὸν ἠγημένη, 12.
καὶ τὸ Σόραιχον | αἰδεμένη (1)· ἐπελθὼν γὰρ ὁ Σόραιχος πρῶτον αὐτὴ ἐκέλευσεν
προι|έναι, καὶ λέγει, ὦ Σίνωνι, ἀμφοτέρας μὲν ὑμᾶς φιλῶ, ἐπείπερ ἀπὸ τοῦ | τύ-
χης [ἔδοξεν] ὑμῖν πᾶ· σὲ γὰρ πρότερον ἢ Ῥοδάνην ἐκτησάμην (2)· | ἀλλὰ Ῥοδάνην 16.
μὲν οὐκ ἀπολύω τοῦ αἰτίας· σὲ δὲ οὐκ ἀξιῶ πάντα | τῷ θυμῷ χαρίζεσθαι,
οὐδὲ δίκην τοσαύτῳ λαμβάνειν περὶ γυ|ναικὸς καὶ ξένης, ἀφ' ἧς τάχα μὲν καὶ
κινδυνεύσομεν, πάντως δὲ εἰς δίαιτον ξένιον ἀ[δικ]ήσομεν· αὐτὴ γὰρ καὶ

dem, o Rhodane, inquit Soraechus, tuo in loco mane, neque ad iram concites . . salutique amatricis videberis opem ferre. Sed puellam amantem clamitantemque observemus. Ego vero utramque persequar: ac magnopere spero me illam ociter allocuturum. Bono animo esto. Novi ego Sinonidis iras compescere. Quid furis, Rhodane? Cessa, si Sinonidem recipere vis; et si certe Soraecho credis, qui vestri causa vagatur. His dictis Soraechus aegre Rhodani ut maneret persuasit, praecipue quia Sinonidi timebat. Nam sollicitus de puella erat, nequid ea gravius ob zelotypiam auderet. Et primo quidem Sinonis haud Soraecho conspiciebatur; multum enim illa praecesserat, et Soraechum pernicitate vincebat. Erat insuper ob iram cursu velocior, quia furor leviora membra reddiderat. Sic ergo conisus Soraechus et supra vires certans . . visa Sinonide, clamare procul coepit: mane, Sinoni: solus ego Soraechus sum, neque Rhodanes adest; ne telum cruentes. Illa autem cursum cohibuit, fidele iusiurandum existimans, et Soraechum reverens. Ubi autem illam adsecutus est Soraechus, primo quidem ipsam praecedere iussit; deinde ait: ambos equidem vos amo, quoniam ita vestra fortuna tulit; teque prius quam Rhodanem acquisivi. Sed enim Rhodanem haud absolvo crimine: attamen te nolo irae omnes effundere habenas, neque poenas tantas de peregrina femina sumere; ob quam fortasse etiam pe-

(1) Scilicet Soraechus Sinonida zelotypam prohibuit ab interficienda puella rustica. Phot. p. 245.

(2) Soraechus publicani filius, ut ait Photius, utrumque emerat.

Digitized by Google

τραπέζαν παρέθηκεν ἡ|μῖν, κὴ ξενίοις ὑπεδέξατο (1)· κὴ τάχα μὲν ἐβιάσθη, τάχα δὲ ἐξεπατή|θη ἢ ἐψυγαγωγήθη · οὐ σοὶ μόνον, τέκνον, Ῥοδάνης ἔστι καλός· ἢ ᾗ (2) πρὸς αὐ|τὸ τοῦτο ἀνεφλέχθη κὴ οὐχ ὑπέμεινε τ̄ λοιπὸν λόγον · ἀλλ' εἶπεν, | ὦ Σόραιχε, τ̄το σοι τὸ δύσηνον πνεῦμα κεχάρισμαι · κὴ τότε καλῶς ὤφελον γὰρ ἀποθανεῖν πρὶν ἀκοῦσαι ὅτι ἐστὶν ἄλλῃ τινὶ Ῥοδάνης · | μή με κωλύσῃς μηδὲ θελήσῃς φόνον ἰδεῖν ἐν ἐρημίᾳ · οἶδας δὲ ὅτι οὐ ψεύδομαι · σὲ γὰρ μάρτυρα τ̄ τόλμης ἔχω · ὁρᾷς δὲ ὅτι ἔχω | μὲν ξίφ@, ἔχω δὲ τραῦμα (3) · κὴ Ῥοδάνης ἀνεσταυρώθη μόνον (4), ἐγὼ | δὲ κὴ ἠφάμην τ̄ θανάτu, κὴ πεῖραν ἔλαβον ὅτι ἀποθνήσκοντες | οὐκ ἀλγοῦσιν ἄνθρωποι, οὐδὲ ἐστιν ἀηδὴς ὁ θάνατ@ (5)· τοῖς δὲ ἐρῶσι κὴ ἡδύς | ἐστιν · τί μu λαμβάνῃ Σόραιχε; μαρτύρομαι, Ῥοδάνης τὴν ἐρωμένην σῶσαι θέλεις · μηδέ μοι κινδύνους ἀπείλει, μηδὲ συλλήψεις, μηδὲ τι|μωρίαν · οὐδένα φοβοῦμαι, ἢ μὴ φοβηθεῖσα νύκτας (6) μηδὲ σταυρούς ||| . . .

riclitabimur . Prorsus autem adversus hospitale ius peccabimus. Illa enim et mensam nobis apposuit et xeniis excepit. Fortasse etiam vis illi facta est, fortasse decepta fuit, ac illecebris victa. Non tibi uni, o filia, Rhodanes pulcher est. Tum enimvero Sinonis excanduit, neque reliquum sermonem expectavit ; atque, o Soraeche ait, hanc tibi infelicem animulam largior . Immo tum quidem feliciter moriendum mihi fuerat, ante quam audirem Rhodanem alterius amore retineri. Ne me impedias ; neque meum in hac solitudine supplicium spectare velis. Porro nosti me non mentiri ; nam testem te audaciae habeo. Scis apud me esse gladium et vulnus. Rhodanes autem tantummodo est cruci adfixus ; ego vero et mortem gustavi, atque experiendo didici morientes nequaquam dolere homines, neque obitum esse insuavem ; immo vero amantibus dulce quid sapere. Cur me tenes Soraeche ? Per deos, tu quidem Rhodanes amatricem conservare conaris. Neque vero mihi pericula intermineris, neque poenas . Nihil ego iam formido, quae noctes illas crucesque *contempsi* . .

(1) Lege de hospitio rustico Photium p. 237. et 244.

(2) Furit Sinonis zelotypa propter puellam rusticam a Rhodane, ut putabat, adamatam.

(3) Sinonis vulnerata apud Photium p. 244. Rhodanes item p. 248.

(4) Rhodanem cruci destinatum a Garmo rege babylonio, propterea quod amatricem Sinonida nollet ei concedere, ait Photius p. 235. et 250. Item eidem supplicio Soraechum addictum p. 236. 249.

(5) Videntur Sinonidis, quae venenum haustura erat, verba ad Soraechum prohibentem. Conf. Photium p. 240.

(6) Lege Photium p. 245. Porro cum hac sententia ita conspirat alia apud Allatium p. 254, in excerptis ex hoc eodem opere effatis, ut fere ad hunc vaticani palimpsesti locum pertinere videatur: θανάτου καταφρονήτης ἄνθρωπος δεσπότην οὐκ ἔχει, *contemptor mortis homo sub nullius potestate est.*

Digitized by Google

ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ

ΕΚ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΕΚΛΟΓΑΙ.

Ι. [Μένανδρος (1) Προτίκτωρ, ἱστορικός, ὃς λέγει περὶ ἑαυτοῦ. Ἐμοὶ πατὴρ Εὐφρατᾶς ἐκ Βυζαντίου (a) ὁρμώμενος ἦν· οὗτος δὴ οὖν ἥκιστα τῶν λόγων μετειλήχει παιδείας· (Ἡρόδοτος μὲν οὖν μοι ὁμόγνιος, τοὺς πρὸς τὸν νόμον ἀπογευσάμενος παιδείας (b)·) εἶτα ἀφωσίασε τοὺς περὶ ταῦτα σπουδῆς· ἀλλ' ἔγωγε οὔτι χρῆναι ᾠόμην μὴ καὶ νόμοις ὁμιλῆσαι, καὶ εἰς τέλος ἐκέσθαι τῷ πόνων· καὶ δὴ ἀφικόμην, ὡς μοι ὑπῆρχε δυνατόν· ἥκιστα δὲ ἐχρησάμην τῇ ἐπαγγελίᾳ τῶν ἐπιτηδεύματος· οὐ γάρ μοι θυμὸς ἦν ἀγωνίζεσθαι δίκας, οὔτε μὴν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ θαμίζειν, καὶ δεινότην λόγων τὰς τῶν ἐντυγχανόντων οἰκειοῦσθαι φροντίδας· καὶ τὰ σπουδαῖα τοιγαροῦν παρεὶς, καὶ τὰ χείρω ἑλόμενος, κεχηνὼς θεωρίαν· καί μοι κατεθύμιοι ἦσαν οἵ τε θόρυβοι τῶν χρωμάτων (c), καὶ οἱ ἀμιλλητήριοι τῶν ἵππων ἀγῶνες, ἔτι γε μὴν καὶ ἡ παντόμιμος ὄρχησις· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παλάστραις ἐναπεσμώμην· καὶ εἰς τοσοῦτον ἐξώκειλα ἀφροσύνης, ὡς καὶ τὴν φαινόλην ἀποδύσασθαι, συναποδύσασθαι δὲ αὐτῷ τὸ νουνε-

MENANDRI

HISTORIARUM EXCERPTA.

1. [Menander Protector, historicus, de se ipso ita scribit: Pater mihi fuit Euphratas, Byzantio oriundus; minime ille quidem eruditus. (Herodotus vero mihi frater germanus erat, qui legum doctrina degustata) statim ab harum studio recessit. Ego vero et leges minime negligendas esse, et ad finem laborum perveniendum mihi esse existimavi: idque feci, ut licuit. Minime tamen huius studii professione sum usus. Haud enim mihi cordi fuit causas in foro agere, vel regiam porticum frequentare, et eloquentiae facultate aliorum studia mihi conciliare. Quare neglectis rebus seriis, deteriora sectari, et otiosus circumire coepi. Ac placuere mihi strepitus musici, et decursiones equestres: praetereaque saltationes pantomimorum. Ad haec et in palaestris frequenter me exercui, et eo amentiae processi, ut paenulam quoque, et cum ea sanam mentem, omnemque modestiam, quae vitam ornat, exuerem. Posteaquam vero Mauricius

(a) Suidae codex vaticanus Βυζάντου. (b) Verba haec uncis inclusa abiunt a codice vaticano; rectene an secus, non definio. (c) Ita etiam cod. vat.; non ἁρμάτων *curruum*, ut malebat Wolfius.

(1) Totus hic, qui a me uncis includitur, λέξεως εὐγενεῖ etc. sine dubio pertinet ad eandem tractus, non ex codice vaticano est sed ex Suidae lexico. Quia tamen in eo Menander historiae suae praefatur; primum autem vaticani codicis fragmentum Menandri praefationem, ideirco utrumque fragmentum in editione mea coniungendum esse putavi.

Digitized by Google

χὲς (a), κὴ ἄλλο ὅ τι ἐς βίον ἀγλάϊσμα· ἐπεὶ δὲ Μαυρίκιος τὸ βασίλειον διεδύσατο κράτος, τοῦτο μὲν προμηθέστατον (b) ἔχων ἐς τοὺς ἐπηκόους, τοῦτο δὲ κὴ μουσῶν ἐραστὴς, ποιημάτων τε κὴ ἱστορίας ἥδιστα ἐπαΐων, ὡς κὴ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς μέρος καταναλίσκειν ἀεὶ τὰς τοιαύτας φροντίδας, κὴ παρορμᾶν ἐντεῦθεν κὴ ὀξύνειν τοῖς χρήμασι σὺν ἀμβλυτέρᾳ τῇ λογισμὸν, ἀγαπητῶς ἐν τῷ τότε ἔγωγε ἀλύων, κὴ δυτανασχετῶν τῷ μὴ τὰ δέοντα ἔχειν, ἀναλογιζόμενος ἦν ὡς οὐ χρεὼν ἀνόητά με ἀεινοεῖν· ὥστ' (c) ἂν οὖν μὴ δι' παντὸς κενεμβατοίην, ὡρμήθην ἐπὶ τήνδε συγγραφὴν, ἄρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ Ἀγαθίου, καὶ τῆς ἱστορίας ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν (1).]

* * *

. . . . . λέξεως εὐχρεῖ, ὅσον τῇ τῶν P. 341.
πραγμάτων ἀφηγήσει καρποῦσθαι | θαρρήσας· πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν ἐμὲ ἐς τοσοῦτον ἀφῖχθαι παιδείας, |
4. ὡς κὴ ἐς τὸ συγγράφειν ἴέναι; ἀμέλειαν γὰρ ἐσότι ἐμοί γε ὁ βί|ος κὴ ἐκδεδιητημένος ὑπῆρχεν (2).

II. [ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ἐν τῇ πρώτῃ. — Ἐν ταύτῃ τῇ γῇ πρεσβεύς τις ἀκοντισθεὶς διὰ τοῦ στήθους ἀπώλετο· κὴ ἐντεῦθεν Ἴωσι κὴ Αἰολεῦσιν αἴνιγμα ἐγί-

imperium capessivit, princeps qui et populi salutem provide curabat, et musas amabat, poematibusque et historiis audiendis quam plurimum delectabatur, utpote qui magnam noctis partem ipse in iis studiis consumeret, et ingenia hebetiora munificentia excitaret atque acueret; tunc ego merito dolens et animo aeger, quod ea, quibus opus esset, non haberem; mecum reputare coepi, non oportere me vitam adeo inertem et otiosam traducere. Quare ne prorsus nihil agerem, ad hanc historiam animum appuli, eiusque conscriptionem ab obitu Agathiae auspicatus sum.]

* * *

. . . tantam mihi tribuens elocutionis nobilitatem, quanta rebus fructuose narrandis opus est. Nam qui fieri potest ut ego eruditionem adquisiverim historiae componendae necessariam, qui rudem vitam et sine disciplina duxi?

2. [MENANDER libro primo. — Hac in regione legatus quidam iaculo per pectus transfixo interiit. Atque hinc apud Ionas Aeolesque proverbium ortum

(a) Cod. vat. νουνὲς. (b) Ita cod. At edd. προμηθέστατα. (c) Ita cod. At edd. ὡς.

(1) Hinc Eudocia p. 299. vocat Menandrum διάδοχον τῆς Ἀγαθίου ἱστορίας. Nimirum, ut iam docti critici observaverunt, Menander annos XXII. historia sua complexus fuerat, ab anno scilicet trigesimo tertio Iustiniani (Christi DLX) usque ad obitum Tiberii secundi, nempe usque ad Christi annum DLXXXII.

(2) Recole superius ex Suida fragmentum.

Digitized by Google

νετο, Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται. *Suidas voc.* Θρᾷκες. (1)]

Ὅτι ὁ πρὸς τ̃ κρατοῦν|τ@ ἠδικημέν@ χαλεπαίνει ὡς τὰ πολλὰ τῷ κοινῷ. |

Ὅτι ὁ Σιλζίβυλ@ ὁ τ̃ῷ Τούρκων ἡγεμὼν, ἠκηκόᾳ γὰρ ἤδη τ̃ῷ | Ἀβάρων τ̃ φυγῆς πέρι, καὶ ὡς τὰ Τούρκων δεδηλησάμενοι | ᾤχοντο, οἷα φύσει 8.
φρόνημά τι ἔπεται βαρβάρῳ, ἀπαυθαδησάμε|νο@ ἔφη, ὡς οὔτε ὄρνεις πε-
φύκασιν ὅπως τῇ πτήσει ἀνὰ | αἴθερα δεφεύγοιεν τ̃ῷ Τούρκων τὰ ξίφη· οὔ-
τε μὴν ἰχθύες ὡς | ἂν ὑποβρύχιοι γιγόμενοι, εἰς τὰ κατώτατα τ̃ θαλατ-
τίης ἀφανι|σθήσονται κλύδων@, ἀλλ' ὑπέρθε φανεροστοῦσι τ̃ γῆς· καὶ | ἡνίκα 12.
μοι ὁ κ̃ῦ τ̃ Ἐφθαλιτ̃ ξυνυσθήσεται πόλεμο@ (2), ὁπιθή|σομαι καὶ Ἀζμιροῖς (a),
καὶ τὰς ἐμὰς ἥκιστα φεύξεσι δυνάμεις· | ταῦτα λέγεται ὁπικομπάσαντα τ̃ Σιλ-
ζίβυλον ἐλέσθαι τ̃ ἐπ' Ἐφθαλίτας ὁρμῆς. 16.

[Εσήμηνε Σιλζίβυλ@ ὁ Τούρκων ἡγεμὼν, ὡς ὁ Ῥωμαίων φίλ@ οὐχ ἧττον καὶ αὐτῷ ἐπιτήδει@, καὶ ὁ δυσμενὴς ὁμοίως (3)· ἐπειδὴ τηνικαῦτα Ῥω-
μαῖοι Πέρσαις ἐπολέμουν ἐπὶ τῇ προσρήσει, δέον εἶναι ἐν καιρῷ καὶ αὐτὸν ἐπιθέσθαι Πέρσαις (4).]

III. Ὅτι ὁ Κάτυλφ@ (5) κωλυῶν (b) τ̃ τ̃ Ἐφθαλιτ̃ ἡγεμόνα τ̃ πρόσω πο-

est, Thraces foedera nesciunt.]

Qui a principe iniuriam passus est, is rempublicam plerumque odit.

Silzibulus Turcarum dux, audita Abarorum fuga in qua hi res Turcarum detrimentis adfecerant, solita barbarorum superbia iactanter ait: ne si aves quidem hostes sint, aërio volatu suo Turcarum gladios effugient: neque si pisces marini sint, profundo se pelago obruent, sed in arida sistentur. Simul ac autem ephthaliticum bellum absolvero, Abaros adgrediar, qui meis profecto viribus non resistent. Haec aiunt iactantem Silzibulum, adversus Ephthalitas esse profectum.

[Turcarum dux Silzibulus significavit, Romanorum amicos et hostes sibi etiam non minus tales esse. Quoniam igitur tunc Romani bellum cum Persis gererent, se quoque ex foedere Persas pro oblata occasione adgredi debere.]

3. Catulphus ut averteret Ephthalitarum ducem quominus proxime agmen du-

(a) Ita cod. Sed scribendum prorsus videtur Ἀβάροις. (b) Ita evidenter codex, non κωλύων.

(1) Alterum ex Suida transfero huc Menandri fragmentum, quoniam ex huius primo libro desumptum dicitur. Neque tamen aio sedem ei definitam assignari posse. Et quidem sciat lector, quod iam critici senserunt, eclogas quoque legationum menandrianas prorsus in editionibus esse perturbatas, sine temporis et historiae ordine.

(2) Revera in Menandri eclogis ed. ven. p. 73. dicuntur Turcae Ephthalitarum victores.

(3) Turcae Romanorum amicitiam societatemque adpetunt' apud Menandrum p. 72.

(4) En hunc alium ex Suida (voc. προσρήσεως et voc. Σιλζίβουλος) sumpsi tractum: quamvis enim Suidas Menandrum auctorem non nominat, nunc tamen evidenter agnoscimus et verba esse Menandri historici, et fere ad hunc pertinere excerptorum locum.

(5) Catulphus ephthalites quidem gente erat, sed ob iniuriam sibi a rege suo illatam, ad Turcas defecerat. Menand. ecl. p. 72.

Digitized by Google

ρείας, ἐφθέγξετο βαρβαρικὸν | μέν τι καὶ παροιμιῶδες, ὅμως γ' ἐχόμενον πειθοῦς (1), ἕνα κύνα | ἐν τοῖς οἰκείοις, ὀθνείων δέκα ῥωμαλεώτερον εἶναι.

20. Ὅτι περὶ | οὐδὲν οὕτω βέβαιον ὡς τὸ τῆς νίκης ἀβέβαιον.

Ὅτι ἐν τοῖς | μεγίστοις κινδύνοις πολλάκις συμπαίστη γε τῇ τόλμῃ τὸ ἐλπίζε|σθαι.

Οὐ γὰρ ἐμοί γε τἀληθῆ σιγητέον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς χάριν | εἰπεῖν

24. τοῖς μέγα δυναμένοις· οἷς γὰρ οὐκ ἔνεστι τὸ εὐκλεές, τούτοις | ἐγκώμια προσφέρων τις ἅμα καὶ πᾶσι παντὸς δόξαν καταγέλαστον τίθησι τὸν ἐπαινούμενον· καὶ τὴν ἀλήθειαν ὑποσκιάζειν βου|λόμενον, κἂν τοῖς ὁμολογουμένοις ψεύδεσθαι δόξει. |

28. Ὅτι ἀναπτερώτατόν τι χρῆμα ἡ νίκη καὶ διαδιδράσκειν οἷά τε οὖσα | ῥᾳδίως· ταῦτα τοι καὶ Ὁμήρῳ αὐτῷ φησὶν ἐπαμείβεσθαι θεοὺς ἄνδρας (2).

Ὅτι ψυχὴ τυραννουμένη πρὸς φόβου τῶν δεόντων | κατ' οὐδὲν ὁτιοῦν προμηθεύσεται.

32. Πᾶν γὰρ ἀγαθόν τε καὶ κακὸν τῇ | ἀνθρωπίνῃ ταλαντεύεται γνώμῃ, καὶ τῷ βουλομένῳ προσδέχεται τὸν ῥοπήν.

IIII. Ὅτι φησὶ ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ὁ ἱστορικὸς περὶ Πέτρου (3) || τοῦ πρέσβεως καὶ Χοσ- P. 342.

ceret, dixit barbaricum quidem proverbium, aptum tamen ad persuadendum: unum canem in propriis aedibus, externis decem esse validiorem.

Nihil est adeo constans ut victoriae inconstantia.

In maximis periculis saepe comitatur audaciam spes.

Neque a me veritas reticenda est, neque ad gratiam potentium loquendum. Etenim si hominibus, qui nihil commendabile habent, laudes contra omnium sententiam quisquam tribuat, tum is qui laudatur ridiculus evadit, tum qui veritati fucum facere nititur, in manifestis etiam rebus mentiri postea videbitur.

Volucris admodum victoria est, et facile aufugere solet; atque ob id mihi videtur ipsa ab Homero dici inter homines alternare.

Animus timore oppressus nullum officii respectum habebit.

Namque omne bonum malumque in humano libratur iudicio, atque a voluntate inclinationem accipit.

4. MENANDER historicus de Petro legato et de Chosroe sic loquitur.

(1) Imitatur presse Menander Agathiam lib. III. ed. ven. p. 50. ἐρθέγγετο παροιμιώδές τι βαρβαρικὸν μὲν καὶ ἀφελές, ἐνεργὸν δὲ ὅμως καὶ χρήσιμον; quem locum refert Suidas voc. ἀφελὲς et σχέσις. Sed tamen ipsum quod sequitur apud Agathiam proverbium diversum est ab hoc Menandri.

(2) Iliad. VI. 339: νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας.

(3) Petri huius multa est notitia apud veteres novosque historicos, quorum narrationes nolo heic repetere. Eiusdem Petri eclogae legationum cum illis Menandri nostri editae extant. Nunc a Menandro accuratiorem accipimus historiarum a Petro scriptarum notitiam. Quod vero ait Suidas Petrum praeter historias, composuisse etiam opus περὶ πολιτικῆς καταστάσεως, ego sane magnopere arbitror me copiosas huius deperditi operis invenisse reliquias in alio vaticanae bibliothecae palimpsesto, in quo titulus est περὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης. Certe idemmet est opus, quod Photius cod. XXXVII. legebat aeque anonymum. Nam personae quae apud Photium dialogum faciunt, prorsus eaedem loquuntur in praedicto codice vaticano. Sed utcumque se res habet, politicae quas dixi reliquiae in huius meae collectionis voluminibus lucem denique aspicient.

Digitized by Google

ρόν. Οἱ μὲν οὖν λόγοι προῆλθον ἐξ ἀμφοῖν, | καὶ οὐχ ἕτερα νοήματα
ἐλέχθη (1) Σουανίας πέρι· οὐδὲ μὴν ἀνθ' ἑτέρων | ἑτέραις λέξεσιν ἐχρησάμην, ἢ τὸ
χθαμαλώτερον (2) πῶς ἐστιν ἢ τ | λόγων καθόσον οἷόν τέ μοι μετέφρασα εἰς τὸ 4.
ἀττικώτερον· οὐ γὰρ ἐμοί γε θυμῆρες τὰ εἰρημένα κυρίως καὶ εἰς ἐμὲ ἥκοντα
ὡς οἶμαι | εἰς τὸ ἀκριβὲς, μεταφέρειν εἰς ἑτερολογίαν (3)· καὶ τῷ γλαφυρῷ τ ῥη|-
μάτων οὐχὶ τὰ ὅσα ἐρρήθη, ἀλλὰ γὰρ τ δ ῥητορικῆς ἐπιδείκνυσθαι δύνα- 8.
μιν, μάλιστα καὶ ὡς' ἀνδῶν οὕτω μεγίστων δυοῖν βασι|λέοιν καὶ πολιτείαιν
ποιουμένῳ μοι τ ἐπαγγελίαν· εἰ δέ γε ἄρα | βούλεταί τις τὰ ὅσα Περσῶν βα-
σιλεὺς καὶ Πέτρῳ τοιαῦτα ἀκριβο|λογησάμῳ ἥδιον εἰδέναι, ἀναλεξάσθω
ταῦτα ἐκ δ αὐτ | Πέτρου συναγωγῆς (4)· ἅπαντα γὰρ αὐτῷ ἀναγέγραπται εἰς τὸ 12.
ἀκριβὲς ὁ|σα Χοσρόης καὶ πρεσβεὺς Ῥωμαίων καὶ Περσῶν ἔλεξάν τε καὶ | ἤκου-
σαν αὐτοῖς τοῖς λόγοις τῇ φθεγξαμένων εἰρημένα, εἴ τε | καὶ θωπείαν τινὰ
ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μέροιν τυγχάνουσι λεγόμενα· | εἴ τ' οὖν κατασοβαρδόμενοι 16.
σφῶν ἔλεξαν ἅττα, ἢ εἰρωνδόμενοι, | ἢ καὶ ἐπιτωθάζοντες, ἢ καὶ ἀποφλαυρί-
ζοντες (5), καὶ ἁπλῶς ὅσα | ἐνῆν καὶ ὅπως ὡς' τόσα πράγματος διαλεγομένους
χρὴ ἀμφο|τέρας πολιτείας ἄνδρας εἰπεῖν, ἐνθένδε ἀναλεκτέον· τεῦχος | γὰρ 20.
μέγιστον, ἐστὶ τῇ τοιῶνδε πεπλήρωται, οἶμαι, ξὺν ἀληθείᾳ λό|γων· εἰ μὴ
Πέτρῳ κομψεύεταί τι δ αὐτ χάειν εὐκλείας· ὡς | ἂν τοῖς μετέπειτα δοκεῖν
ὡς μάλα ἐμβριθὴς καὶ ἀνάλωτος | ἐν τῷ ῥητορεύειν, τὸ καταμαλάξαι φρονή-

Hi ergo utrimque habiti sunt sermones, neque aliis sententiis actum est de Suania. Neque enim ego alia aliis verba substituerim; neque siquid humiliore stilo dictum fuit, id ego conatus sum pro meis viribus in attici sermonis elegantiam transferre: neque mihi libuit, quae proprie dicta sunt quaeque ad me incorrupta, ut arbitror, devenerunt, ea deinde in alia verba convertere: ita ut splendore vocabulorum, non singula quae reapse dicta fuerunt, sed rhetoricam potius vim, repraesentarem: praesertim quum foedera narrem tantorum duorum regum atque imperiorum. Quod siquem scire etiam delectat quidquid adamussim inter Persarum regem Petrumque actitatum est, is adeat Petri ipsius commentarios, in quibus cuncta diligenter scripsit, quaecumque Chosroes legatusque tum Romanorum tum Persarum locuti sunt vel audierunt, conceptis ipsis loquentium verbis: sive haec adsentatione quadam utrimque dicta fuerunt, sive serio, sive ironice, sive etiam irridenter et contemptim: atque omnino cuicui modi sunt quae de re tanta collocuti fuerunt utriusque imperii personam gerentes viri, ea indidem repetere oportet: est enim volumen maximum, plenum veridicorum, ut puto, sermonum: nisi forte Petrus aliquantulum ostentat se, famae suae gratificans; ut nimirum posteritati demon-

(1) De Suania provincia, quam Romani a Persis repetebant, multus sermo est in Menandri eclogis editis.

(2) Puta orationes barbarorum hominum, regis eiusque legati. Certe ipse Chosroes in ecl. ed. p. 97. imparem se graecae eloquentiae fatetur.

(3) Menander ecl. p. 92. profert epistulam persae regis αὐτολεξεί, graece tantum conversam.

(4) Atqui Menander ipse in eclogis editis haud breviter scribit Petri legationem et colloquia cum legato Persarum et cum ipso Chosroe p. 90—99.

(5) Haec omnia cognoscenda sunt in praedictis Menandri eclogis.

Digitized by Google

24. ματα βαρβαεικὰ σκλη|ρά τε κ᾽ ὀγκώδη (1)· ἅπαντα δ᾽ ἢ οὖν ἐν τῇ τούτων βί-
βλῳ τ᾽ ἀναλε|γόμβῳ ὅσις οὖν εὑρήσει· οὐ γὰρ ἐμοί γε ὑπῆρχεν ἀναγκαῖον
οὐδὲ | ἄλλως ἁρμόδιον ἐν ξυγγραφῇ πραγματολογίᾳ χρῆσθαι τὸ ἐφ᾽ ἑνὶ | κεφαλαίῳ
28. ἐμφιλοχωρεῖν· ὡς εἴ γε ἅπαντα ἂν ἐγραψάμην τὰ ὅ|σα κατ᾽ ἐκείνην γε δή-
που φέρεται τὴν διφθέραν, ἀπέχρησε μοὶ | ἂν ἡ τῆς ἀπορδῶν ῥαψῳδία ἐς με-
γίστης ἱστορίας ὑπόθεσιν· ἐγὼ δ᾽ ἐκεῖθεν ἀρυσάμην ὅ τι χρειώδες ἐν ὀλίγῳ
ἔλεξα (2).

V. Ὅτι ἐν ταῖς εὐπραγίαις, τὸ δυσμενῶν διπλασιάζεσθαι πέφυκε τὸ |
32. ἔχθος.

Ὅτι τὸ εὐτυχεῖν οὓς οὐκ ἐχρῆν ὑπόθεσις γίνεται τῷ μὴ ||| τὰ δέοντα φρο- P. 351.
νεῖν τοῖς μὴ λογισμῷ βεβηκότι χρωμένοις τῇ τύχῃ.

Ὅτι φιλοτάραχον χρῆμα ὁ δῆμος, καὶ φύσις αὐτῷ ἡ προπετεία.

Ὅτι χαλεπὸν ἀμελούμενον τὸ χρῆμα· καὶ δυσκαταγώνι|στον ἐμφύλιος πό-
4. λεμος.

Ὅτι ἀνδρείας ἐπίδειξις προερχομέ|νη καὶ τῇ φύσει δυσμενῶν καὶ οὐ καὶ τῶν
ὁμοζήλων, ἐνδοξότε|ρον τίθησι τὸ ὑποδεικνύμενον.

Ὅτι οἱ Γότθοι παντῇ ὑπὸ | Ῥωμαίων ἡττήθησαν· καὶ ἐγώ γε τὰ τοιά-
8. δε ἄγαμαι οὐδαμῶς· χρόνῳ | δὲ συμμεμορφοῦσθαι πέφυκε τὰ ἀνθρώπεια·
εὔροις τε σχεδὸν ἅ|πασαν ἱστορίαν τῶν τοιῶνδε χαλεπῶν ἀνάπλεων· ἔνια τε μέ-
γιστα | καὶ πόλεις, νῦν μὲν ἐς ἅπαν εὐημερήσαντα, νῦν δὲ ἐς τὸ μὴ εἶναι |

stret, se fuisse praevalidum atque invictum in arte rhetorica ad emolliendos duros atque elatos barbarorum spiritus. Lector igitur omnia eo in libro inveniet. Neque enim mihi necessarium, immo neque concinnum est, scribenti historiam longis sermonibus uti, atque in uno rerum capite tamdiu versari. Nam si omnia referrem, quae membranis illis continentur, sufficeret foederis illius tractatus ad copiosissimae historiae argumentum. Ego igitur illinc haustis, quae utiliora esse videntur, breviter rem expedivi.

5. Sicui res prospere eveniunt, tunc malivolorum odium duplicari solet.

Indignorum hominum felicitas in causa est, quominus illi congruos spiritus mente agitent, qui teneriore animo fortunam suam ferunt.

Populus tumultuandi amans est, et natura sua temerarius.

Incuria negotium difficile reddit; bellum autem civile aegerrime extinguitur.

Ea demum fortitudo facit hominem inclytum, quae adversus naturales hostes, non quae contra cives exseritur.

Gothi a Romanis penitus domiti fuerunt. Neque ego id miror: nam aeque ut tempus, res humanae labiles sunt. Cunctam vero propemodum historiam tremendorum huiusmodi casuum plenam invenies: et quidem maximas gentes urbesque modo felicissimas, modo ad nihilum redactas. Haec et similia,

(1) Reapse Petrus apud Menand. p. 97. dat operam ut ab ipso Persarum rege eloquentia sua laudetur.

(2) Scilicet innuit Menander ea quae in legationum excerptis legimus.

Digitized by Google

κατολισθήσαντα παντῷῶς· ταῦτα μὲν οὖν κὴ τοιάδε ἡ περι|φορὰ νεοχμοῦσα τὸ 12.
χρόνε κὴ πρὸ τοῦ ἐπεδείξατο, κὴ μὲν | δὴ δείξεται αὖθις, κὴ ἐπιδεικνυμένη οὐ
παύσεται, ἐς τ' ἂν ἄνθρωποί | τε ὦσι κὴ μάχαι.

[Ὁ δὲ Ναρσῆς, ὃς εἰώθει τῷ πολεμίων ἀεὶ κρατεῖν, κατά τινα θείλατον
ὀργὴν (corr. ὁρμὴν) ἔφυγε προτροπάδην. *Suidas voc.* θείλατος (1).]

VI. Ὅτι μέχρι τοσούτε δέον πονεῖν, ἄχρι δ' | ἐκ τῶν πόνων ὠφελίας ἐν ἀπο-
λαύσει καθεσάναι δύναιτό τις· ὁ γὰρ | μὴ οὕτω βιωτεύων, εἰ κὴ πλέον ἔσχε 16.
τῶν ἄλλων, ἧττον ἔχει τῶν ἀγα|θῶν.

Ὅτι ὁ ξὺν τῇ δυνάμει τῷ πέλας νικήσας, οὐδὲν ἧττον | ὥσπερ νενικη-
κόσι τοῖς ἡσημένοις ὠδαχωρήσει μεγαλαυχεῖν | τῷ πρὸς δίττὴν αὐτὸν ἀγω-
νίζεσθαι δύναμιν.

Ὅτι κινδύνων | ἐλπὶς ἄνδρ κινδύνων τίθησι τὸ ἐλπίζοντα, τῷ προεσφα- 20.
λίσθαι | τὸ δυσχερῶν τῇ δοκήσει τὰ πράγματα· πολλάκις γὸ κὴ τό γ' | ἀ-
ληθὲς ἐν ὑπονοίᾳ χρώμενον ἀσφαλές.

Ὅτι κὴ αὖθις ὁ τῷ | Ἀβάρων ἡγούμενος τὸ πρώιμον ἐχρήσατο ἀπειλαῖς·
κὴ ἐπειδὴ | κομπάζων κὴ μεγαλορήμων ἐστὶ ὑπάρχων οἷός τε οὐκ ἐγένε- 24.
το ἐκ|δειματῶσαι τοὺς Ῥωμαίους· οὗτοι γὸ δὴ πρὸς οἷς οὐκ ὀρρωδία τὶς |
αὐτοῖς ἐνέσκηπε, ἀλλὰ γὰρ κὴ ἀπεφλαύριζον τὸ ὠμὸν φρόνεμ | τὸ βάρβαρον,
οὐ μὴν ἀλλὰ τὸ κομπωδεστέραις ἐχρῶντο τὸ | ἀντιλογίαις.

Ὅτι μεμίσηται τυραννὶς, κὴ ἀντίπαλος εἴη ὁ | τυραννούμενος. 28.

Ὅτι τῇ κακηγορίᾳ ἔνεστιν ὡς τὰ πολλὰ ἐπὶ χαμαικάκῳ ὄσῃ ἀόκνως

inquam, temporis circumactio ac perpetua novitas, tum ante nos demonstravit, tum et deinceps, donec hominum genus erit et bellandi usus, spectanda exhibebit.

[Narses autem, qui semper hostes vincere consueverat, tunc immisso divinitus impetu fugam praecipitem arripuit.]

6. Eatenus laborandum est, quatenus laborum utilitate frui quis potest: nisi enim ita vivit, is etiamsi ceteros divitiis superet, ubertate tamen verorum bonorum inferior est.

Qui finitimorum viribus adiutus vicit, is occasionem praebebit victis ceu si essent victores gloriandi, quasi ipsi contra vires duplo suis maiores pugnaverint.

Periculorum expectatio extra periculum expectantem collocat; propterea quod suspicione malorum cautum reddit: saepe enim id etiam quod reapse impendet, si suspicione praeoccupetur, tuto cavemus.

Abarorum dux praedictas denuo minas intentavit: neque tamen iactantia tumidisque verbis Romanos territare potuit. Porro hi, quamquam nullo timore correpti essent, immo barbarum temnerent ac flocci facerent, nihilominus iactantioribus responsis temperabant.

Tyrannis invisa est, fitque inimicus qui tyrannidem patitur.

Solet homo maledicus inter improbos rumores spatiari plerumque ac lae-

(1) Quoniam de Gothis debellatis in superiore fragmento Menander loquitur, idcirco putavi, fragmentum hoc a Suida servatum, non inconcinnam, etsi minime fortasse propriam, heic habere sedem. Namque a Narsete finem gothico regno impositum fuisse, notissimum est. Ceteroquin in Italia certe bellum gothicum iam inde ab anno DLIII. debellatum fuerat, ante historiae menandrianae argumentum.

Digitized by Google

φθινοτεῖν τε καὶ ὑπευρύνεσθαι· τὸ ἑαυτῆ | οὖν ὀπτηθεῖσα ἐφότε φιθυρίζοισα κῇ
32. τούτῳ· ἐπεὶ ἦ ἐνε|φώλευε τοῖς ὠσὶ, τὸ ἀστάθμητον τε καὶ ἀλλόκοτον τούτῳ
ἐκβαγω||δοῦσα· οἱ (a) . . . . . | ὑπήκοον ἤχθοντο, καὶ φθιέ- P. 352.
φερον ἐν σώματι ἢ ἡγεμόνα ἅτε | ἀνοσιουργόν.

VII. Ὅτι ὁ ἱστορικὸς φησὶ ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ φθεὶ Ἰσαοζίτῃ | τούτῳ ἐν Πέρσαι
σταυρωθέντῳ τραγῳδίαν θέμην (1) καὶ ἢ ἄνδρα | εἰς τό τι ἀγαθεὶς, ἐν νῷ
4. ἐβουλόμην ὡς ἐ ἄξιον τῷ ἢ θεοῦ θεραπευτῇ | τῷ βαρβάρῳ ἐν ἑξαμέτρῳ ἐπί-
γραμμα λέξαι· καὶ δὴ λέλεκταί μοι | ἐπίγραμμα ὧδε (2).

Ἦν πάρος ἐν Πέρσῃσιν ἐγὼ μάγος (3) Ἰσαοζίτης (b) |
Εἰς ὁλοὴν ἀπάτην ἐλπίδας ἐκκρεμάσας.
8. Εὖτε ἦ πυρσὸς ἔδα|πτεν ἐμὴν πόλιν, ἦλθον ἀρῆξαι,
Ἦλθε ἦ καὶ Χειστοῦ πανσενέος θε|ράπων.
Κείνῳ δ' ἐσβέσθη (c) δύναμις φλογὸς, ἀλλὰ καὶ ἔμπης
Νικηθεὶς νί|κην ἤνυσα θειοτέρην.

12. Ὅτι ὁ αὐτὸς Ἰσαοζίτης φθαινούν|των αὐτῷ ἐσταυρωμένον ὄντα εἰς τὰ πά-
τρια μεταθεῖναι νόμιμα | καὶ σώζεσθαι, ἔφη μεταμελεῖσθαι οὐχ ὅτι εἰς τοῦτο ἦλθε

tari ; atque in eo suum officium exsequitur , quod alienae famae obtrectat . Postquam vero ad alienas aures adrepsit , tum rem ceu inopinam monstrosamque exaggerans . . obsequentem oderant , ac veluti scelestum dilerebant sermonibus ducem .

7. Ait historicus MENANDER . De hoc Isaozita , apud Persas in crucem acto , tum tragoediam olim composui hominis admiratione correptus , tum eidem destinaveram sex versiculorum epigramma , prout famulo Dei , quamquam barbaro , dignum erat , inscribere . Est autem epigramma hoc :

Eram olim inter Persas magus ego Isaozita ,
Qui perniciosa in fraude spem collocaveram .
Cumque urbem meam ignis corripuit , veni auxiliaturus ;
Venitque simul Christi invicti famulus .
Ille sane vim igneam extinxit ; sed tamen ego
Victus victoriam retuli diviniorem .

Idem Isaozita , quum quidam hortarentur eum cruci iam adfixum ut ad patria sacra revertens fatum supremum declinaret ; paenitere se ait , non quod

(a) Unus versiculus legi nequit. (b) Anthologiae editio cl. Iacobsii anni MDCCCXIII. T. I. p. 27. (seu potius codex palatinus) habet Ἰσβοζήτης. (c) Palimps. videtur habere δὲ θυνέσθαι.

(1) Notemus incognitam Menandri tragoediam.

(2) Quod sequitur epigramma Menandri , editum iam fuerat e codice praestantissimo anthologiae palatinae , qui diu bibliothecam vaticanam exornavit , nunc vero post bellum gallicum Heidelbergam relatus est. Eu autem iam constat , e Menandri ipsis historiis decerptum fuisse epigramma ; et nunc belle accidit ut ex alio pervetusto bibliothecae vaticanae codice non sine aliquot varietatibus idem prodeat.

(3) Magi cuiusdam persae conversionem ad Christum , viso prodigioso super martyrum corporibus igne , eiusdemque martyrium , habemus apud Assemannum martyr. orient. T. I. p. 94–95. Sed alius homo is videtur. Magorum item complurium ad christianam fidem accessio narratur in praedicto volumine p. 40.

Digitized by Google

σωτηρίας ἐλθεῖν, | ἀλλ' ὅτι ἔγνω ὀφέ. Ταῦτα ἔλεγε γλιχόμενος καὶ τὸ ἀ-
σφαίτητον τὲ | καὶ καρτερὸν τῆς οὐρανίων ἐκ. . (a) δια' παλαιῶν στεφάνων τὰ
ἀκη|ραια ἀνακεῖσθαι νικητήρια, καὶ ἠξίει τὸ βραχὺ καὶ ἀνόνητον | τοῦ βίου δοκεῖν 16.
τίθεσθαι ὅπη' ρη . . δια . . (b) | ες ἀεί.

VIII. Ὅτι ἡ εἰς τὰ μέγιστα τῶν ἐγχειρημάτων ὁρμὴ πλέον πέ|φυκε τὸ ἀναγκαι-
τίζον τοῦ παρορμῶντος ἔχειν· ἄλλως τε κἂν ἦν αὖ|θυς ὧσιν οἱ ἐς προῦπτον κίν- 20.
δυνον ἐθέλοντες ἀφίεναι.

Ὅτι φησὶ Προκοπίου τοῦ ἱστορικοῦ καὶ δικηγόρου φησὶν ὁ ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ. | Οὐ
γὰρ ἐμοί γε δυνατὸν οὐδέ γε ἄλλως πέφυκε θυμῆρες τοσαύτῃ | λόγων ἀκτῖνι τὴν [με- 24.
σημβρινὴν δᾷδα (c)] ἀνταναστεῖν· ἀρκήσει δέ μοι | ἐν μικροῖς [πάλαλον δεῖσθαι (d)]
τοῖς ἐμαυτοῦ· καὶ τῷ ἀσκραίῳ [ἔπεσθαι] ποιητῇ ἠλίθιόν τινα καὶ παράφρονα εἶ-
ναι φάσκοντι τὲ ἐς | σὺν κρείττονας ἁμιλλώμενον (1).

Ὅτι μὴ τὲ τῆς Ἀβάρων | π· . . . λέγεται καὶ τὲ· . . . ὁ τῆς
Ἀβάρων . . (e)
. . μον ἐπενεγκεῖν ἐτόλμησ . . · γράμματα τὲ καὶ δι᾽ φ . . . . |
εἰσίν· ὅθεν ἀναλεγόμενοι γνω . . . .
χωτάτῳ ἐς τὰ φύλα . . Τιβέριον ᾗ φάναι ἀμοιβαίῳ (2) || . . .
[Κατιόντων τῶν Ἀβάρων κατ' ὀλίγους (3), οἱ στρατηγοὶ γνώμῃ ἐχρῶντο σφαχθῆ-
ναι ἐπιθέσθαι σφίσι, κἀκ τούτου ἀνάρρωστον τιθέναι τὴν τῆς Ἀβάρων κατάβασιν.
Suidas voc. ἀνάρρωστον.]

VIIII. [Οἱ ᾗ Ἄβαροι καὶ τὸ τῶν πολέμων κίνησιν ἐβούλοντο ἦχον ἐγεῖραι ξυμ-
μιγῆ τε καὶ ἄγριον, ἔτι δὲ οὖν ξὺν τῷ ἀλαλάγματι ἐπισυναῆσαι τοῖς τυμπά-
νοις, ὅπως ἂν ἐς τοσοῦτον αὐτοῖς ὁ κτύπος ἐξαρθείη, ὡς καταπλῆξαί τε

ad salutarem religionem pervenisset, sed quod serio eius notitiam nactus fuisset. Haec aiebat cupiens per suam firmitatem atque constantiam caelestes coronas adipisci . . . optabat brevem hanc et inutilem vitam deponere . . .

8. Fiducia qua ad res maximas gerendas quis ruit, multum ferociae ab eo contrahit, qui ipsarum rerum hortator est; idque praecipue si ii praesentes sint, qui ad apertum discrimen hominem impellunt.

De Procopio historico et iuridico ait MENANDER. Neque mihi possibile est, neque alioquin animo destinatum, ut contra tantum eloquentiae splendorem facem meridie veluti attollam. Satis erit mihi tenuitas mea; ascraeoque poetae audiens ero, qui cum potioribus certantem stultitiae insimulat atque dementiae.

. . . . . .

[Quum Abari manipulatim descenderent, visum est ducibus ilico eos adgredi, atque ita retrogradam ellicere illorum incursionem.]

9. [Abari autem sub initium proelii dissonum et horridum clamorem tollere, et cum fremitu bellico tympana quoque pulsare statuerant, ut inopino illo

(a) Unum verbum oblitteratum. (b) Duo vel tria verba legi nequeunt. (c) In codice vidvor mihi legere ἑκάστου δρίμυδα. (d) Ita legebam. (e) Hae lacunae neque ad paginae finem occupant versus sex.

(1) Hesiodi locum adscripsi ad Eunap. p. 294. n. 3.

(2) Nemo putet, etiamsi forte extremum verbum huius folii sit ἀμοιβαίῳ, idcirco esse subiungendum verbis λέξεως εὑρεσις; namque ibi est exordium, heic historia; ibi loquitur Menander heic Tiberius.

(3) De Abarorum descensu in romanam ditionem legesis Menandri eclogas p. 67. 76.

Digitized by Google

καὶ διδίξασθαι τὸ ῥωμαικόν· ταῦτα ἐπεὶ προέγνω ὁ Βῶνος (1) προαφηγήσατο τοῖς στρατιώταις, ὥστε αὐτοὺς τῷ ἀθρόῳ μὴ καταπληγῆναι, ἀλλὰ προανατυποῦντας ὅπερ ἔμελλεν ἔσεσθαι ἐθίζεσθαι τῇ δοκήσει καὶ τῷ μήπω παρόντι πρὸς τὸ ἐσόμενον· καὶ ὅταν αἰσθοιντο ἢ πάταγον τῶν τυμπάνων ἀντιπαταγεῖν καὶ αὐτοὺς ταῖς ἀσπίσι, καὶ ἐπαλαλάζειν τὸ ἐνυάλιον, καὶ παιανίζειν, καὶ τοῖς ὑδροχόοις ἀγγείοις ξυλίνοις οὖσιν ἐπικτυπεῖν. Suidas voc. ἐπιδιπῆσαι οἱ διδιξασθαι.

* * *

. . . . . (2) εἶναι ἐπιτήδειον.

Ὅτι ὀρθότατα διάνοια προσφερομένη πρὸς | τὸν πέλας καὶ μὴ ἐκτραπεῖσα ἢ περίποντος, οὐκ ἀγνωμονοθήσε|ται τῷ ἀδήλῳ τῆς ψυχῆς ἀνταλλάγματι. P. 321.

4. Ὅτι ἐλπίδι ἢ νικᾶν | ἢ πλείονος ὀρεγόμενος, τὸ ἀδήλως ῥοπῆς ἀναλογισάμενος τὸ | σφαλερὸν, ἔχει τὴν αὐτὴν δόκησιν εὐβυλίας (a) ὑπόθεσιν. |

Ὅτι οἱ ἄνθρωποι οὐ καθ' αὑτοὺς ἀδικοῦνται μόνοι, ἀλλὰ συναδικοῦνται καὶ | φίλων, ὡς εἰκὸς, ὑφ' ἑτέρων πασχόντων κακῶς.

8. Ὅτι οὐχ ὅσις ἀντε|πιβουλεύει ἢ δικαίως κατόπιν ὀφθήσεται, ἀλλ' ὃς ἐπιβουλεύει πρῶ|τος γίνεται.

vehementique strepitu Romanos percellerent ac territarent. At Bonus id praecognitum militibus iam praedixerat, ne re subitanea consternarentur; sed opinione praecipientes id quod futurum erat, assuescerent ei quod nondum acciderat: et ubi strepitum tympanorum audissent, ipsi quoque vicissim scutis concreparent, et paena canerent, et situlis ligneis inter se collisis strepitum ederent.

* * *

. . . . esse idoneum.

Mens quae rectissime erga aliquem tendit, neque ab officio detorquetur, haud fidem rumpet arcana animi volubilitate.

Qui spe victoriae animum ad plura concupienda adiicit, is si incertorum eventuum lubricitatem secum reputet, hac ipsa consideratione ad sana consilia revocabitur.

Homines non in propria tantum persona laeduntur, verum etiam in aliena, cum amici nostri videlicet ab aliquo iniuriam patiuntur.

Non qui insidias pari astu repellit, iustitiam deserere videtur; sed qui prior insidiatur, is mali causa est.

(a) Cod. ἀβουλίας.

(1) De Bono romano duce confer ecl. p. 75. 76. 105, et alibi.

(2) Menandri in palimpsesto vaticano superest sesqui folium. Scilicet unius eiusdemque quaternionis pars anterior occupatur Agathiae excerptis, posterior excerptis Menandri. Quaternionis ipsum folium quartum seu intimum habet Menandrum in paginis continuis 341. 342. 351 352. Folium tertium habuit item partim Menandrum; sed nunc desideratur. Folium vero primum et secundum habuerunt in priore parte Agathiam, in posteriore Menandrum. Unum autem ex his superest (primum vel secundum) habens Agathiae ex libb. tertio quarto quintoque excerpta in anteriore parte; in posteriore autem Menandri excerpta in duabus paginis 321. 322, quas ego nunc lectori exhibeo.

Digitized by Google

X. Ὅτι ἀφιλοπρωτεία μόνη καὶ φθόνου κατάλυσις | τὰ καιριτώατα συνιςᾷ.
Ὅτι τὸ εὐδαῖμον οὐκ ἐξ αὐτομάτου τινὸς | ἐπιῤῥεῖ, ἀλλ' ὅτι δ' ἀληθοῦς εὐτυχίας οἱ πόνοι γονεῖς· ὅθεν καὶ ἡδυτέ|ρα τις ἡ ἐκ τῶν πόνων ἀπό- 12.
λαυσις.
Ὅτι ὡς ἔοικε πρὶν ἢ Μαυρίκιον | ἡγεμονεῦσαι τοῦ ςρατοῦ, τὰ κῷ τῆῷ δασμοφορούντων ἀδικήματα | ἔσφηλε Ῥωμαίους· ταύτῃ τοι κατά τινα θεήλατον ὀργὴν (a) τὰ δο|κηθέντα οὐκ ἐτελέσθη· ἀλλὰ γὸ κὰ ἀπέσκηψεν εἰς τοὐναντίον.
φιλεῖ | γάρ πως τὸ θεῖον τοῖς ἄδικα πεπραχόσι οὔτ' οἰομένοις τὰς ποινὰς ἐ- 16.
πιφέρειν, ὡς ἂν τῷ ωδγελόγῳ τῶν ἀποβάντων σωφρονιζοιντο πλέον.
Ἀφεσηκότος γὸ ἔτι τῶν πολεμίων ςρατοῦ κὰ τὸ πλῆθος δ' ῥωμαϊκῆς δεδιότος, καιροφυλακοῦντος ἢ εἰ πῆ δίκασπασθεῖεν, κὰ | δώσοιεν αὐτοὶ δ' καθ' 20.
ἑαυτῶν ἐφόδια καιρὸν ἀσύμφορον· ἔδοξε ἤ|τισι θεῖν ἅμα πάντας ἀπροσμάχους νομιζομένους, τούτους κὰ | τὸ δ' πολεμίαν διαιρεθέντας εὐεπιχειρήτους ποιῆσαι.
XI. Ὅτι εἰπὼν ωδε' τῶν ὀκτακοσίων λευκῶν ἵππων ὑπὸ Ἀζαρέφθου (1) ἀλόν|των 24.
κὰ ἐς θρύαμβον ἀχθέντων, φησὶν ὁ ἱςορικὸς ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ. Ταῦτα | μὲν ἡ ἀβουλία κὰ ἡ καταφρόνησις ἥλικα κατέργαζον τὰ κακὰ ωδγασῆ|σαι βουλομένῳ, λέλεκται· κὰ ὡς ὁ θεὸς ἡνίκα ἂν οὐ ξυνεπιλαμβά|νηται κὰ τὰ δοκοῦντα εὖ βεβουλεῦσθαι ωδάγεται ἐς τοὐναντίον, κὰ ὡς | ἄγαν χαλεπὸν κὰ πολιτείαν 28.
διαφθεῖραι δυνάμενον, τὸ τῆῷ ὑπηκόων ἀήκοον· | Μαυρίκιος μὲν γὰρ ὁ τῆῷ

10. Sola ambitionis fuga et invidiae omissio res deploratissimas corrigunt.
Felicitas haud a caeco eventu fluit, sed reapse bonae fortunae parentes labores sunt. Quare et suavior est post exantlatum laborem voluptas.
Ante quam Mauricius ductaret exercitum, iam iniuriae, ut arbitror, adversus stipendiaros populos rem romanam labefactaverant. Eam ob rem, atque ob caelestem nescio quam iram, suscepta consilia successu caruerunt, immo contrarium exitum nacta sunt. Solet enim Numen iniquis nec opinantibus poenas infligere, ut subitis casibus modestiores reddantur.
Nam quum adhuc hostilis procul esset exercitus, copiarumque romanarum numerum pertimesceret, atque idoneum tempus specularetur, dum hae fortasse dispergerentur, atque incursioni hostili damnosius patescerent; visum est nonnullis optimum fore, si qui coniunctim invicti essent, eos per hostilem agrum palantes periculis irretirent.
11. Postquam narravit de octingentis albis equis ab Azarephtho captis atque in triumpho ductis, MENANDER historicus ait. Et quanta quidem mala a stultis consiliis contemptuque manaverint, hactenus dictum esto: quodque Deus, nisi in partibus nostris sit, ea quoque quae recte excogitata videntur, in contrarium vertat: et quod gravis sit ac pessumdandae reip. idonea subditorum inobedientia.

πον, εὐθέως ὑπέλαβε τὸ ποιεῖν αὐτοὺς διὰ τὸ τὴ | Τροίαν ἁπὸ ἵππου δο-
κεῖν ἑαλωκέναι · πλὴν ὅτι γε κακῶς ἱστόρηκε | καὶ τὰ περὶ τὴν Λιβύην καὶ τὰ περὶ

te. Nam profecto Ephorus Corocbum atque Margitem stultitia superavisset, nisi ratiocinando colligere valuisset, quod duo et quadraginta si cum tribus et viginti iungantur, quinque efficiunt et sexaginta. Quod si hoc in Ephoro incredibile mendum est, sequitur ut manifestus librarii lapsus sit. Timaei autem criminandi studium et acerbitatem nemo vel patietur vel commendaverit.

2. Rursus in Pyrrhi historia ait Romanos sua adhuc aetate captum Ilium commemorantes, die quadam iaculis configere solitos bellatorem equum ante urbem in eo qui campus dicitur; propterea quod Troia olim ligneo equo capta fuerit. Est autem adfirmatio haec plane puerilis. Sic enim oporteret omnes barbaros Troianorum posteros appellare. Cuncti enim, vel certe plerique, cum vel bellum suscipiunt, vel privatim etiam adituri aliquod periculum sunt, equo caeso litant, ut rem futuram ex equi casu divinent.

3. Timaeus igitur hoc dementiae documento, non imperitiam tantummodo, immo et multam ruditatem suam, videtur mihi patefacere, qui equi sacrificium temere existimavit idcirco a Romanis fieri quia Troia per equum capta creditur; verum etiam hinc iure arguimus quam malus etiam in rebus libycis

(a) Ita scribitur in cod.

(1) Notemus vocabulum.

(2) Proverbium est *stultior Corocbo*; ex virgiliano loco aen. II. 407. ductum *furiata mente Corocbus*. Margitem ut stultitiae exemplar profert ipse Polybius XII. 25. ad quem locum legesis Schweighaeuseri adnotationem. Et quidem res est notissima.

(3) Timaei de Pyrrho historiam citat Polybius etiam III. 32.

(4) Hanc quorumdam fuisse sententiam dicit etiam Plutarchus quaest. rom. ed. Reisk. tom. VII. p. 155. Reapse autem equus Romae immolabatur Marti, teste Festo voc. *october*. Causam vero sacrificii ut puto verissimam tradit hoc loco Polybius.

Digitized by Google

τὴν Σαρδόνα, καὶ μάλιστα τὰ | κατὰ τὴν Ἰταλίαν (1), ἐκ τούτου ἐστὶ συμφανές· καὶ καθόλου διότι τὸ περὶ τὰς ἀνακρίσεις μέρος ἐπισεσύρεται παρ' αὐτῷ τελέως (2)· 12.
ὅπερ ἐστὶ | κυριώτατον δ' ἱστορίας· ἐπειδὴ γὰρ αἱ μὲν πράξεις ἅμα πολλα|χῆ συντελοῦνται, παρεῖναι δὲ τὰ αὐτὰ ἐν πλείοσι τόποις κατὰ | τὰ αὐτὰ καιρὸν ἀδύνατον, ὁμοίως γε μὴν οὐδ' αὐτόπτην γίνεσθαι | πάντων τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην τό- 16.
πων δὲ τῶν ἐν τοῖς τόποις | ἰδίων αὐτῶν τὰ ἕνια δυνατὸ, καταλείπεται πυνθανεσθαι μὲν ὡς | παρὰ πλείσων, πιστεύειν δὲ τοῖς ἀξίοις πίστεως, κριτὴν δ' εἶναι | τῶν προσπιπτόντων μὴ κακόν.

IIII. Ἐν ᾧ γένει μεγίστην ἐπίφασιν ἔλκων | Τίμαιος πλεῖστον ἀπολείπεσθαι μοι 20.
δοκεῖ δὲ ἀληθείας· τοσοῦτο γὰρ | ἀπέχει τῶν δι' ἑτέρων ἀκριβῶς τὰ ἀληθειαν ἀρτίζειν, ὡς οὐδὲ τούτων | ὧν αὐτόπτης γέγονεν καὶ ἐφ' οὓς αὐτὸς ἦκει τόπους, οὐδὲ περὶ τούτων | οὐδὲν ὑγιὲς ἡμῖν ἐξηγεῖται· τοῦτο δ' ἔσται δῆλον, ἐὰν ἐν τοῖς κατὰ τὰ | Σικελίαν δείξωμεν αὐτὸ ἀγνοοῦντα ὧδε· ὧν ἀποφαίνεται· 24.
σχεδὸν | δὲ οὐ πολλῶν προσδεήσει λόγων ὑπέρ γε δὲ ψευδολογίας, ἐὰν | ἐν οἷς ἔφη καὶ ἐγράφη τόποις, δὲ τούτων ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις, ἐν τού|τοις ἀγνοῶν εὑρεθῇ καὶ παραπαίων δὲ ἀληθείας· φησὶ τοιγαροῦν | τὴν Ἀρέθουσαν κρήνην (3) τὴν 28.
ἐν τῇ Συρακούσαις, ἔχειν τὰς πηγὰς | ἐκ τῆς κατὰ Πελοπόννησον, διά τε δὲ Ἀρκαδίας δὲ δὴ δὲ Ὀλυ|μπίας ῥέοντος ποταμοῦ Ἀλφείου· ἐκεῖνον γὰρ δῦντα κατὰ γῆς | τετρακισχιλίους σταδίους, ὑπό γε σικελικὸν ἐνεχθέντα πέλαγος, καὶ |
P. 58. ἀναδύναι ἐν τῇ Συρακούσαις· γίνεσθαι δὲ τοῦτο δῆλον ἐκ τῆς κατά || τινα χρό- 32.

et in sardiniensibus, ac praesertim in italicis, historicus sit: et quod omnino rerum inquisitionem, id quod praecipuum in historia scribenda caput est, prorsus negligat. Nam quia res humanae multis simul locis fiunt, nemoque plurifariam uno eodemque tempore interesse potest, neque oculatus cunctorum orbis locorum rerumque in locis singulis gestarum testis fieri; superest ut a plurimis res gestas audiat; fide dignis credat; ipse autem nunciatarum rerum haud ineptus iudex sit.

4. Atque in hoc historici officio etsi Timaeus multum sibi tribuit, nihilominus plurimum mihi a veritate aberrare videtur. Adeo quippe alienis testimoniis historiam suam non firmat, ut ne de rebus quidem quas ipse oculis suis spectavit, neque de locis quos pede trivit, quicquam sanum nobis enarret: id quod luculenter patebit, si ipsarum sicularum, quas narrat, rerum inscium eum demonstrabimus. Profecto longis sermonibus falsitas eius coarguenda non erit, si vel ipsorum locorum in quibus natus alitusque est, et quidem illustrissimorum, ignarus deprehendetur atque a veritate desciscens. Ait igitur fontem Arethusae, qui Syracusis est, origines inde usque a Poloponneso trahere, ab Alphaeo nimirum fluvio qui per Arcadiam atque Olympiam decurrit. Hunc ait fluvium ter mille stadiorum spatio tellure absorptum, et sub siculum mare labentem, emergere Syracusis. Idque ait demonstratum aliquando fuis-

(1) Timaei ignorationem locorum arguit Polybius etiam editis lib. II. 16. XII. 3. sqq.

(2) Ad hunc suum locum provocat ipse Polybius in excerptis editis XII. 27.

(3) Quae sequitur opinio vel fabula de origine Arethusae passim narratur, ut iam observavit Cellarius, a scriptoribus Strabone, Virgilio, Seneca, Plinio. Strabo autem lib. VI. 2. Pindarum quoque citat atque Timaeum; fabulamque, aeque ac Polybius, diligenter refutat:

Digitized by Google

νον οὐρανίων ὄμβρων ῥαγέντων κ᾽ τὴ τῇ ὀλυμπίων καιρόν, κὴ τὸ ποταμοῦ τὸν κ᾽ τὸ τέμενος ἐπικλύσαντος τόπους, ὄνθ᾽ (a) | τε πλῆθος ἀναβλύζῃ τὴ Ἀρέθουσαν
4. ἐκ τῆς κ᾽ τῷ πανήγυ|ειν θυομένων βοῶν, κὴ φιάλην χρυσῆν ἀναβαλεῖν, ἣν ἐπιγνόντες | εἶναι δ᾽ ἑορτῆς, ἀνείλοντο. *

V. Ἐκ τούτων ἄν τις συλλογιζόμενος Ἀριστοτέλει πρόσχοι μᾶλλον ἢ Τιμαίῳ(1)· κὴ μὴν τὸ συνεχὲς τούτῳ τῆς|ως ἄτοπον· τὸ γὰρ ὑπολαμβάνειν καθάπερ ἐκεῖ-
8. νος ὑποδείκνυσι | ὡς οὐκ εἰκὸς ἦν τοὺς οἰκέτας τῆς Λακεδαιμονίων συμμαχησάν|των τὴ τῆς κυρίων εὔνοιαν ἀναφέρειν πρὸς τοὺς ἐκείνων φίλους, εὔηθες· οὐ γὰρ μόνον τὰς εὐνοίας ἀλλὰ κὴ τὰς ξενίας | κὴ τὰς συγχωρείας τῆς δεσποτῆς οἱ
12. δουλεύσαντες, ὅτ᾽ ἂν εὐτυχήσωσι | παραδόξως κὴ χρόνος ἐπιγένηται, πειρῶνται προαποιεῖσθαι | κὴ σωζανεσθαι τῆς κ᾽ φύσιν ἀναγκαίων, μᾶλλον αὐτὸ τοῦτο | ποιούμενοι, τὴ προγεγραμμένην ὑπὲρ αὐτῶν ἐλάττωσιν κὴ | τὴ ἀδοξίαν ἐξαλεί-
16. φειν, τῷ βουλεύεσθαι τῆς δεσποτῆς ἀπόγονοι μᾶλλον ἐπιφαίνειν, ἤπερ ἀπελεύθεροι.

VI. Τοῦτο ἢ μάλιστα πού | τοὺς Λοκροὺς εἰκὸς ὀρθῶς γεγονέναι· πολλοὶ γὰρ ἐκτοπίσαντες ἐκ | τῶν σωφρόνων κὴ προσλαβόντες σύνεργον τὴ χρόνον, οὐχ οὕτως |
20. ἄφρονες ὥστε ταῦτ᾽ ἐπιτηδεύειν, δι᾽ ὧν ἔμελλον ἀνανίωσιν ποιεῖσθαι | τῶν ἰδίων

se ob immodicas quasdam pluvias quae olympicorum ludorum tempore deciderunt, ita ut fluvius proximos fano locos inundaverit: tum enim fimum plurimum vomuisse Arethusam, boum videlicet in conventu illo caesorum: auream denique phialam fonte emersisse, quam homines quum noscerent de sollemnitate provenientem, sustulerunt. *

5. Ex his quisque ratiocinans ad Aristotelis magis quam ad Timaei sententiam accedet. Et quidem aliud huic proximum, prorsus est absurdum. Namque opinari, ut Timaeus ostendere nititur, consentaneum non fuisse ut famuli Lacedaemoniorum, qui militiam cum his tolerabant, dominorum benivolentiam ad illorum necessarios referrent, id quidem stultum est: neque enim tantummodo benivolentiam, verum etiam hospitii ius et adfinitatem dominorum servi, si praeter solitum fortuna felici utantur et tempus ferat, sibi vindicare nituntur, atque immutare naturalis conditionis necessitatem; dantes apprime operam ut suam pristinam humilitatem obscuritatemque abstergant, dum adfectant dominorum se potius posteros quam libertos videri.

6. Id nimirum apud Locrenses usuvenisse apprime verisimile est. Multi enim qui se a naturalis conditionis consciis submoverunt, atque a tempore subsidium petiverunt, non ita sunt dementes ut ea faciant, quibus memoriam re-

(a) In codicis margine glossa est ξειπὼν κόπρου.

(1) De Locrensium italicorum origine opinionem Aristotelis praefert narrationi Timaei Polybius etiam in excerptis editis XII. 5. sqq. Item cap. XI. „ Aristoteles (inquit Heynius opusc. tom. II. p. 46.) „ coloniam ex fugitivis mancipiis, moechis et plagiariis collectam esse dixerat; Timaeus ingenuorum civium ex Locris Graeciae profectorum fuisse „ adseveraverat. Polybius ex iis quae uterque adtulerat, neutrum fide satis explorata, verum fama „ et opinione accepta narrasse; Aristotelem tamen „ ait probabiliora dixisse „. Aristotelis opinionem sectatur Dionysius periegeta v. 364. sqq. quem fusius explicat Eustathius thessalonicensis in scholiis. Iam quod ea fugitiva mancipia (locrensia) apud Lacedaemonios servirent, seque horum posteros simulaverint, rem quodammodo confirmat Pausanias III. 3. dicens Lacedaemonios non procul initio belli messeniaci deduxisse coloniam in Italiam Locrosque epizephyrios incolis frequentavisse.

Digitized by Google

ἐλαττωμάτων, ἀλλὰ μὴ τοὐναντίον, δι' ὧν ἐπικαλύψειν ταῦτα· διὸ καὶ τὴν ὀνομασίαν τῇ πόλει τὴν ἀπὸ τῶν γυναικῶν εἰκότως ἐπέθεσαν, καὶ τὴν οἰκειότητα καὶ τὰς γυναῖκας προσεποιήσαντο· ἔτι δὲ τὰς φιλίας καὶ τὰς συμμαχίας τὰς προγονικὰς τὰς ἀπὸ τῶν γυναικῶν ἀνανεοῦντο· ἢ καὶ τὸ τοὺς Ἀθηναίους πορθῆσαι τὴν χώραν αὐτῶν (1), οὐδὲν ὅτι σημεῖον φαύλως λέγειν τὸν Ἀριστοτέλη· εὐλόγως γὰρ ὄντος ἐκ τῶν προειρημένων, εἰ καὶ δεκάκις ἦσαν οἰκεῖται, τὴν προσποιεῖσθαι τὴν τῶν Λακεδαιμονίων φιλίαν τοὺς ἐξάραντας ἐκ τῶν Λοκρῶν καὶ καταστόντας εἰς τὴν Ἰταλίαν, εὔλογος γίνεται καὶ ἡ τῶν Ἀθηναίων ἀλλοτριότης πρὸς τοὺς προειρημένους, οὐκ ἐξεταζόντων τὸ γεγονὸς, ὡς τὴν προαίρεσιν, νὴ Δία, ἀλλὰ πῶς αὐτοὶ μὲν ἐξαπέστειλαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς ἀκμάζοντας εἰς τὴν παῖδα τεκνοποιΐας χάριν· τοὺς ||| δὲ Λοκροὺς τὸ παραπλήσιον οὐκ εἶων ποιεῖν· ἔκαστα δὲ ταῦτα οὐ μόνον τὸ πιθανὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειαν, μεγάλως ἔχει διαφοράν· οὔτε γὰρ κωλύειν τοὺς Λοκροὺς ἔμελλον, ὡς τοῦτο ὅμοιον ποιοῦντες· ἄτοπον γάρ· οὐδὲ μὴν κελευόντων αὐτῶν (2), οἱ Λοκροὶ πάντως ποιήσειν ἐκείνοις τὸ παραπλήσιον· παρὰ μὲν γὰρ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ πάνυ εὔκαιρον ἦν καὶ συνῆθες τρεῖς ἄνδρας ἔχειν γυναῖκα καὶ τέτταρας, τότε δὲ καὶ πλείους ἀδελφοὺς ὄντας, καὶ τέκνα τούτων εἶναι κοινά· καὶ γεμνήσαντα παῖδας ἱκανοὺς, ἐκδόσθαι γυναῖκα τινὶ τῶν φίλων, καλὸν καὶ συνῆθες (3)· διόπερ οἱ Λοκροὶ μήτε τῆς ἀρᾶς ὄντες ἔνοχοι μήτε τοῖς ὅρκοις, ὤμοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι μὴ πρότερον εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανήξειν πρὶν ἢ τὴν Μεσσήνην καὶ κράτος εἶλεῖν· τοὺς μὲν

24.

28.

32.

P. 25.

4.

8.

12.

fricent suarum humilitatum; sed contra curant ut eas occulant. Quamobrem nomen urbi a mulieribus convenienter imposuerunt, cognationemque per feminas simulaverunt: insuper amicitias et foedera avita a feminis contracta renovaverunt. Iam et quod Athenienses regionem illorum depopulati sint, ne id quidem inquam indicium est falsa narrare Aristotelem. Nam quum fuerit facile, ob ea quae diximus, etiamsi decies servitutem servissent, simulari Lacedaemoniorum amicitiam ab iis qui Locris (*Graeciae*) digressi in Italiam navigaverunt, facilis quoque fuit adversus praedictos Atheniensium inimicitia, qui haud hercle quid reapse acciderit scrutati sunt, ceu si sponte id actum fuisset, sed quomodo ipsi Lacedaemonii puberes suos in patriam remiserint sobolis creandae causa. Locrensibus tamen haud ut idem facerent concesserunt. Haec enim singula non solum ad credibilitatem, verum etiam ad veritatem quod adtinet, magnopere inter se differunt. Nam neque Locrenses prohibituri erant Lacedaemonii, siquidem ipsi paria facerent: absurdum enim foret. Neque si hi forte iussissent, Locrenses tamen parem ritum secuturi erant. Quippe apud Lacedaemonios patrium consuetumque est, ut unam habeant uxorem tres viri vel quatuor, immo et plures aliquando viri si fratres sint; hisque liberi sint communes. Insuper laudi datur atque in more positum est, ut is qui iam satis liberorum susceperit, uxorem alicui amico cedat. Quare quum Locrenses neque diris devoti essent neque sacramento adstricti; Lacedaemonii contra iure iurando confirmarunt se haud ante patrium solum revisuros, quam Messenem vi expugnavissent. Itaque a ge-

(1) Rem hanc narrat Diodorus siculus lib. XII. 54.

(2) Ergo Locrenses graeci servichant in exercitu laconico apud Messenem; hique postea in Italiam profecti Locros epizephyrios condiderunt.

(3) Lege Plutarchum in Lycurgo cap. XV.

Digitized by Google

καὶ τὸ κοινὸν ἐξαποστολῆς εὐκόλως οὐ μετέσχον, καὶ ἡ μέρος τοῦ ἐπανό-
δους ποιούμενοι καὶ ἀπανίσω, ἔδοσαν ἀναστροφὴν τῇ γυναιξὶ | πρὸς οἰκέτας ἠμιθέαν συν-
16. ήθειαν, ἢ πρὸς τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἄνδρας· | τῇ ἢ παρθένοις καὶ μᾶλλον· ὃ καὶ τῆς
ἐξαναστάσεως αἴτιον γέγονεν (1).

Sequitur in codice locus ὅτι μὲν οὖν ἡμέτεροι κατὰ τὸν εἰκότα λόγον etc. *usque ad* Τίμαιος κατὰ Ἀριστοτέλους, *qui extat in excerptis editis lib. XII. 8. Pergit deinde codex ut infra.*

32. VII. Ὅτι Τίμαιος φησὶ | μέγιστον ἁμάρτημα εἶναι τῆς ἱστορίαν εἶναι τὸ ψεῦδος·
1. διὸ καὶ || παρεῖναι τούτοις, οὓς ἂν ἐξελέγξῃ διαψευσμένους ἐν τοῖς συγγράμ- P. 26.
μα|σιν, ἕτερόν τι ζητεῖν ὄνομα τοῖς βιβλίοις, πάντα ἢ μᾶλλον ἢ καλεῖν ἱστο-
ρίαν.

Sequitur in codice locus καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν κανόνων etc. *usque ad* γίνεται διήγημα, *qui extat in excerptis editis XII. 7; unde cognoscimus perversum esse in editionibus fragmentorum ordinem; nempe caput octavum praeversum esse septimo. Quare locus praedictus* ὅτι μὲν οὖν etc. *praeponendus est in futuris editionibus loco* καθάπερ γάρ.

Τούτων δ' ἡμῖν ὁμολογουμένων, αὐτῆ τούτου τῆ ψεύδους μεγάλῳ ὑπο-
16. λαμβάνω διαφορὰν εἶναι τῆ κατ' ἄγνοιαν γινομένου καὶ τῆ κῇ | προαίρεσιν· τὸ
μὲν ἐπιδέχεσθαι συγγνώμην καὶ διόρθωσιν εὐμενικήν, | τὸ ἢ ἀπαραιτήτου δικαίως
20. ἂν τυγχάνειν κατηγορίας (2)· ᾧ γένοι μάλι|στα ἂν εὕροι τις ἔνοχον αὐτῆ ὄντα τῆ
Τίμαιον· διότι δ' ἔστι τοιοῦτος, | σκοπεῖν ἤδη πάρεστιν. * (3)

nerali quidem reditu facile abstinuerunt; et dum certo numero regrediuntur ac raro, occasionem tempusque uxoribus obtulerunt ut cum famulis rem haberent, vel cum iis qui antea mariti fuerant; idque praesertim virginibus usuvenit: quae res demigrandi causa fuit.

7. Timaeus ait maximum esse peccatum in historia mendacium: quamobrem licere illis, quorum scripta falsitatis convicta fuerint, quemlibet alium potius quam historiae titulum libris suis facere.

Quae quum ita se habeant, ipsa tamen falsitas plurimum interest utrum incaute an sponte pronunciata sit. Involuntarius enim error veniam meretur et blandam emendationem; voluntarius autem severam postulat castigationem. Atque huic postremo falsitatis generi Timaeus maxime obnoxius deprehenditur. Et quod ita reapse is peccet, iam licet cognoscere. *

(1) Quia servi scilicet dum timent dominos, quorum matrimonia violaverant, seditione commota, Lacedaemonem deseruerunt. Lege Diodori excerpta vaticana p. 10.

(2) Similis locus, verbis aliquot tantum variatis, extat in editis XII. 8. Verior tamen lectio est palimpsesti vaticani; nam illam editam nonnisi a margine urbinatis codicis vel palatini habemus, ubi eam breviator aliquis libere scripserat. Polybii sententiam expilat Diodorus siculus lib. XIII. 90, qui pariter Timaeum obiurgat.

(3) Heic arbitror intercedere lacunam, quamquam codicis scriptura continua est.

Digitized by Google

VIII. Ἐπὶ τ̃ ἀθετούντων τὰς ἀπολογίας | προφερόμεθα ταύτῃ τ̃ παροιμίαν, Λοκροὶ τὰς συνθήκας (1)· τοῦτο | δέ τις ἐξισόρηκεν, ὅτι κ̀ παρὰ τοῖς συγγραφεῦσι κ̀ παρὰ τοῖς ἄλλοις | ἀνθρώποις ὁμολογούμενον ἐστί· διότι 24.
κ̃ τ̃ τ̃ Ἡρακλεϊδῶν ἔφοδον συν|θεμένων τ̃ Λοκρῶν τοῖς Πελοποννησίοις πολεμίοις πυρσοὺς | αἴρειν, ἐὰν συμβῇ σ̃ Ἡρακλείδας μὴ κ̃ τ̃ ἰσθμὸν ἀλλὰ κα|τὰ τὸ νήϊον ποιεῖσθαι τ̀ν διάβασιν, χάριν τ̃ προαισθομένους φυλάξασθαι | τ̃ ἔφοδον αὐτ̃· οὐ ποιησάντων ἢ τ̃ Λοκρῶν, πᾶν ἢ τοὐναν|τίον φιλίους ἀράντων πυρσοὺς ἅτε παρῆσαν, σ̃ μὲν Ἡρακλεί|δας συνέβη μετ' ἀσφαλείας 28.
χρῆσθαι τῇ διαβάσ|ει, σ̃ δὲ Πελοπον|νησίους κατυλιγωρήσαντας μαθεῖν παρα- 32.
δεξαμένους εἰς τ̀ οἰ|κείαν σ̃ ὑπεναντίους παρασπονδήσαντας (2) ὑπὸ τ̃ Λοκρῶν. |||

* * *

P. 15. VIII. . . κατηγορεῖν κ̀ θείας εὑρεῖν τ̃ ὀνεί|ρωττόντων κ̀ δαιμόνων τ̃ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν· ὅσοι γε μὴν | αὐτοὶ πολλὴν δ̀ τοιαύτης ἐμπεποίηνται φλυαρίας, σ̃ τοιού|τους ἀγαπᾶν ἂν δέοι μὴ τυγχάνοντας κατηγορίας, μηδέ τι ℭ 4.
τ̃ | ἄλλων αὐσ̃ καταζέχειν, ὃ συμβέβηκε πᾶσι Τίμαιον· ἐκεῖνος (2) | γὰ κόλακα μὲν εἶναι αὐτ̃ κάλλιστον κ̀ τοιαῦτα γράφοντα, κ̀ πλεῖστον | ἀπέχειν φιλοσοφίας, κόραξι δ' προσέχοντα κ̀ κορυβαντιῶσαις | γυναιξί· δικαίως δ' αὐτ̃ ὑπ' Ἀλεξάνδρ τετύχηναι τιμωρίας δι|εφθαρκότα ταύτῃ ἐκείνῃ τύχην καθόσον 8.

8. Iam adversus eos qui defensionem nullam admittunt, proverbium illud proferimus — Locrensium promissiones —. Est autem rei narratio haec, quam neque historici neque mortalis quisquam inficias it. Nempe quod imminente Heraclidarum incursione, Locrenses Peloponnesiis receperant hostiles faces se elaturos (si forte accideret ut Heraclidae haud per isthmum sed navibus transitum molirentur) ut hi admoniti incursioni resisterent. Quum id tamen Locrenses minime praestitissent, immo hostibus supervenientibus amicas faces extulissent, contigit ut Heraclidae transmissionem tuto facerent, Peloponnesii autem perfidia Locrensium lusi, neglecta omni exploratione, intra suos fines hostem reciperent.

* * *

9. . . . reprehendere; ac veluti divinas habere somniantium geniorumque fabulas quae in historiis occurrunt. Quicumque igitur eiusmodi vanitati indulgent, ii boni consulant si reprehensionem effugerint; non autem alios vituperent, quod facit Timaeus. Ille enim exquisitum se adsentatorem haec scribens demonstravit, atque a philosophia longe remotum, corvis autem et furentibus feminis similem. Quare et merito tulit ab Alexan ro poenam, quoniam

(1) Lege apud Schottum proverbium Λοκρῶν σύνθημα. Nam Λοκροὶ τὰς συνθήκας aliam habet originem. Quare haud scio utrum ex Polybio Zenobius sit corrigendus; an potius vice versa.

(2) Aristobulus historicus Alexandri adsentator? an potius Callisthenes, ut mox dicemus? Praecedens lacuna notitiam accuratiorem rei et auctoris nobis eripuit.

(a) Ita cod. pro παρασπονδηθέντας.

Digitized by Google

οἷος τε ἦν (1)· Δημοσθένει | μὲν καὶ τοὺς ἄλλους ῥήτορας τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀκμάσαντας | ἐπαινεῖ, καὶ φησὶ δ' Ἑλλάδος ἀξίους γεγονέναι· διότι τὸν
12. Ἀλεξάνδρῳ | τιμαῖς τοῖς ἰσοθέοις τὸ τέλεον τόνδε φιλόσοφον αἰγίδα καὶ κεραυνὸν τιθέντα θνητῇ φύσει, δικαίως αὐτὸ ὑπὸ τοῦ δαιμονίου | τετευχέναι ταῦτ' ὧν ἔτυχεν. |

X. Ὅτι φησὶ Τιμαίου φησὶν ὁ ΠΟΛΥΒΙΟΣ μεγαλοπολίτης. Καθάπερ γὰρ ἐκ |
16. τῶν παροιμιῶν ἱκανὸν εἶναι φασὶ σταλαγμὸν ἕνα τοῦ μεγίστου τεύχους | εἰς τὸ γνῶναι τὸ πᾶν ἔγχυμα, τὸ αὐτὸ δόξον καὶ τούτων ὑποκεῖσθαι χρὴ δύναμιν· ἐπεὶ δὲν γὰρ ἐν ᾧ δεύτερον εὑρεθῇ ψεῦδος | ἐν τοῖς συγγράμμασι, καὶ τοῦτο
20. γεγονὸς ἦν καὶ προαίρεσιν, δῆλον | ὡς οὐδὲν ἂν ἔτι βέβαιον οὐδ' ἀσφαλὲς γένοιτο τῶν ὑπὸ τοῦ τοιούτου | συγγραφέως λεγομένων· τὸ δ' αὐτὸ ἂν καὶ τοὺς φιλοτιμότερον διακειμένους μεταπείσωμεν· Ῥητὸν ἂν εἴη καὶ δ' αἱρέσεως αὐτοῦ | ἐν
24. μᾶλλον δ' καὶ τὰς δημηγορίας καὶ τὰς παρακλήσεις ἔτι ἂν | μᾶλλον τοὺς πρεσβευτικοὺς λόγους, καὶ συλλήβδην πᾶν τοιοῦτο γένος | ἃ σχεδὸν ὡσεὶ κεφάλαια τῶν πράξεων εἶη, καὶ συνέχει τὴν ὅλην ἱστορίαν· διότι γὰρ [τὰς παρακλήσεις] ἐν τοῖς ὑπομνήμασι κατα|τέταχε Τίμαιος, καὶ τοῦτο πεποίηκε καὶ πρόθεσιν, τίς
28. οὐ παρακολουθεῖ τῶν ἀναγνωκότων; οὐ γὰρ τὰ ῥηθέντα γέγραφεν, οὐδ' ὡς ἐρρήθη ἐπ' ἀληθείαν, ἀλλὰ προθέμενος ὡς δεῖ ῥηθῆναι, | πάντας ἐξαριθμεῖται τοὺς ῥηθέντας λόγους, καὶ τὰ παρεπόμενα τοῖς πράγμασιν (2) οὕτως, ὡστα-

eius gloriam quantum in ipso fuit corruperat. Demosthenem autem ceterosque qui per id tempus floruerunt oratores laudat, Graeciaque dignos ait fuisse. Quamobrem hunc egregium philosophum, qui ut divinos Alexandro conciliaret honores, aegidem et fulmen humanae naturae attribuit, iustam illam poenam a numine retulisse.

10. POLYBIUS megalopolitanus de Timaeo ait. Sicut enim in proverbiis est, sufficere stillam unam ex vase maximo ad omnem liquorem qui intus est cognoscendum; sic etiam in re praesente reputandum est. Postquam enim semel aut iterum mendax in historia, et quidem de industria, deprehensus est; satis constat nihil eorum iam fore firmum atque tutum quae ab huiusmodi historico dicuntur. Atque in hoc demum illorum quoque mentem flectemus qui ardentius Timaeum sectantur. Dicendum quoque esset de more eius praesertim circa conciones et adhortationes ac potissimum circa legatorum orationes, atque omnino totum hoc dicendi genus, in quo fere vertitur rerum caput atque omnis historia continetur. Nam quia cohortationes in historia collocavit Timaeus, et quidem id definito studio ac voluntate fecit; quis artificium non intelligit lectoris? Non enim quod reapse dictum fuit scribit, nec vera verba refert; sed quae dici debuerant ponens, cunctos veluti adnumerat qui finguntur sermones, cum negotiorum circumstantiis: prorsus ea ratione quam in schola quilibet sequeretur dum proposito themate dis-

(1) Alexandri adversus quosdam immodicos adsentatores indignatio ex eiusdem historicis satis nota est. Et quidem de Callisthene historico heic loqui Polybium vix dubitabis, si conferes excerpta edita XII. 23; praesertim quia praedicto in loco Valesius, et cum Suida Reiskius, malunt ἀπεθεώθη Ἀλέξανδρον ἐβουλήθη, pro οὐκ ἐβουλήθη. Quamquam vulgo dicitur potius Callisthenes superbiae Alexandri adversatus.

(2) Sic loquitur Polybius etiam II. 56; verumtamen ibi non sophistae sed tragico comparat eiusmodi historicum.

Digitized by Google

νέ τις ἐν διαζεύξῃ πρὸς ὑ|πόθεσιν ἐπιχειροίη, ὥσπερ ἀπόδειξιν δ' ἑαυτῇ δυνάμεως ||
P. 16. ποιούμενος, ἀλλ' οὐκ ἐξήγησιν τῆς καθ' ἀλήθειαν εἰρημένων. |

XI. Ὅτι δ' ἱστορίας ἰδίωμα τοῦτ' ἔστι τὸ πρῶτον μὲν αὐτοὺς τοὺς καθ' ἀ|λήθειαν εἰρημένους, οἵοί ποτ' ἂν ὦσι, γνῶναι λόγους· δεύτερον δὲ | αἰτίαν συνθάνεσθαι 4.
παρ' ἣν ἢ διέπεσεν ἢ κατορθωθὲν ἠρνήθη· ἐπεὶ φιλῶς λεγόμε-
νον ἂν τοῦτο γένος ψυχαγωγεῖ μὲν, ὠφελεῖ | δ' οὐδέν· προσθείσης δὲ δὴ αἰ-
τίας, ἔγκαρπος ἡ δὴ ἱστορίας γίνεται χρῆσις (1)· εἰ γὰρ (a) τῶν ὁμοίων ἐπὶ τοῦ οἰκείους
μεταφερομένων | καιροὺς ἀφορμαὶ γίνονται καὶ προλήψεις εἰς τὸ προϊδέσθαι τὸ 8.
μέλ|λον· καὶ ποτὲ μὲν εὐλαβηθῆναι, ποτὲ δὲ μιμούμενον τὰ παραγεγο|νότα,
θαρραλεώτερον ἐγχειρεῖν τοῖς ἐπιφερομένοις· ὁ δὲ καὶ | ῥηθέντας λόγους καὶ
τὰ αἰτίαν παρασιωπῶν, ψοφῶδη δὲ καὶ τού|των ἐπιχειρήματα καὶ διεξοδικοὺς λέ- 12.
γων λόγους, ἀναιρεῖ τὸ δὴ | ἱστορίας ἴδιον· ὃ μάλιστα ποιεῖ Τίμαιος· καὶ διότι
τούτων τῶν μερῶν | ἐστὶ πλήρη τὰ βίβλια παρ' αὐτῷ πάντες γινώσκομεν.

XII. Ἴσως δ' οὖν ἄν | τις ἐναπορήσειε ποῖός τις οὗτος ὢν, οἷον ἡμεῖς ὑποδείκνυ-|
μεν, τοιαύτης παρ' ἐνίοις ἀποδοχῆς τέτυχε δὴ πίστεως; τοῦτο | δ' ἔστιν αἴτιον 16.
διότι πλεοναζούσης αὐτῷ καὶ τῆς πραγματείας | δὴ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτιμήσεως καὶ
λοιδορίας, οὐκ ἐκ δὴ αὐτοῦ | χωρεῖται πραγματείας οὐδ' ἐκ τῶν ἰδίων ἀπο-
φάσεων, ἀλλ' ἐκ δὴ | τῶν πέλας κατηγορίας, πρὸς δὲ γένος καὶ πολυπραγμοσύ- 20.
νην δοκεῖ|μοι καὶ φύσιν προσενέγκασθαι διαφέρουσαν· παραπλήσιον γὰρ Στράτω-
νι τῷ φυσικῷ (2) συμβέβηκε· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὅτ' ἂν ἐγχει|ρήσει τὰς τῶν

putaret; magisque de eloquentiae suae demonstratione, quam de verae rei narratione laboraret.

11. Historici proprium officium est, ut primo quidem qui revera habiti sunt sermones, quicumque demum fuerint, eos noverit. Rursus ut causam investiget, propter quam susceptum negotium bene vel male gestum fuerit. Nuda enim narratio delectat quidem, sed nihil prodest: contra si causa adiecta fuerit, fructuosa historiae lectio est. Dum enim paris generis res ad tempora nostra transferimus, eae nobis indices ducesque fiunt ad futurum praenoscendum: ita ut partim cavendo partim praeterita imitando, negotia confidentius adgrediamur. Ille autem veros, qui dicti fuerunt, sermones rerumque causas reticens, ac pro his falsa epichiremata verbosasque orationes nectens, historiae proprietatem perimit. Hoc nimirum vitio urgetur potissimum Timaeus; nam materia huiusmodi maxime scatere libros eius nemo est qui nesciat.

12. Quaeret fortasse aliquis, talis quum sit Timaeus qualem esse nos demonstravimus, cur tantam fidem apud nonnullos consequatur. Rei causa est, quod quum eius universa historia alienorum scriptorum obiurgationibus maledictisque redundet, non sui operis merito neque propriae virtutis demonstratione nititur, sed aliorum accusatione; ad quod sane studii genus videtur mihi natura singulariter esse comparatus. Idem fere Stratoni quoque physico accidit. Namque et hic donec aliorum sententias perpendit falsasque coarguit, mirificus est; cum

(a) Εἰ γὰρ, saltem cum opt. modo, vim quandam habet optandi apud Polybium, ut in eius indice graecitatis recte admonetur.

(1) Confer lib. ed. III. 31. 32. XI. 2.

(2) Strato physicus, Theophrasti auditor, Ptolemaei philadelphi praeceptor, philosophus celeberrimus, sed impietatis accusatus. Huius vitam multosque libros cognoscimus apud Laërtium V. 58.

Digitized by Google

ἄλλων δόξας διαπίπτειν καὶ ψευδοποιεῖν, θαυμάσιός ἐστιν· ὅτ' ἂν δ' ἐξ αὐτοῦ τι προφέρηται καὶ τῶν ἰδίων ἐπινοημάτων | ἐξηγῆται, παρὰ πολὺ φαίνεται τοῖς ἐπιστήμοσιν εὐηθέστερος αὐτοῦ | καὶ νωθρότερος· καί μοι δοκεῖ παντάπασιν ὅμοιόν τι γίνεσθαι | τῷ τοῦ συγγράφοντος τῷ τῶν ὅλων ἡμῶν βίον συμ-
28. βαίνοντι· | καὶ γὰρ ἐν τούτῳ "τὸ μὲν ἐπιτιμῆσαι τοῖς πάλαι ὅτι ῥᾴδιον, τὸ δ' αὐτὸ | ἀναμάρτητον παρέχεσθαι, χαλεπόν (1)"· καὶ σχεδὸν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἴδοι τις ἂν τὰς (a) προχειροτάτας τοῖς πάλαι ἐπιτιμῶντας, πλείστα | τοῦ ἴδιον βίον ἁμαρτάνοντας.

32. XIII. Τῷ δὲ Τιμαίῳ καὶ ἕτερόν τι | χωρὶς τῶν προγεγραμμένων συμβέβηκεν· ἀποκαθίσας γὰρ Ἀ|θήνησι σχεδὸν ἔτη πεντήκοντα, καὶ πρὸς τοῖς τῶν προγεγονό- P. 67.
τῶν | ὑπομνήμασι γυμνάζων, ὑπέλαβε τὰς μεγίστας ἀφορμὰς ἄγειν | πρὸς τὴν
4. ἱστορίαν· ἀγνοῶν ὡς γε μοι δοκεῖ· ἐχούσης γάρ τι παραπλήσι|ον ἡ ἱστορία καὶ ἡ ἰατρικῆς, διὰ τὸ καὶ τὰς ὁλοσχερεῖς | διαφορὰς ἑκατέραν αὐτῶν ὑπάρχειν τριμερῆ, παραπλησίως | εἶναι συμβαίνει καὶ τὰς τῶν ὑπεβαλλομένων ἐπ' αὐτὰς διά-
8. θέσεις· | οἷον εὐθέως ἡ ἰατρικῆς, ἑνὸς μὲν μέρους αὐτῆ ὑπάρχοντος λο|γικοῦ (2), τοῦ δ' ἑξῆς διαιτητικοῦ, τοῦ δὲ τρίτου χειρουργικοῦ καὶ φαρμακευτι|κοῦ γένους (3)· ὁλοσχερῶς δὲ καὶ τολμᾶν καὶ καταψεύδεσθαι τοῦ ἐπιτηδεύματος· τὸ δὲ λογικὸν ὁ δὴ
12. πλεῖστον ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ἄρχεται | παρὰ τῶν Ἡροφιλίων καὶ Καλλιμαχίων (4) ἐκεῖ προσαγορευομένων, τοῦτο μέ|ρος μέν τι κατέχει τῆς ἰατρικῆς· τὸ δὲ πρὸ ἐπί-

autem suum aliquod cogitatum profert, tum denique intelligentibus valde videtur vilior et contemtibilior. Atque ego existimo idem prorsus accidere historicis, quod in communi vita usuvenit: in qua quidem reprehendere alios perfacile est; se ipsum vero inculpatum exhibere, perarduum. Ut breviter dicam, videre licet eos qui promptissime ad aliorum reprehensionem feruntur, in vita sua peccare saepissime.

13. Iam Timaeo aliud quoque, praeter id quod dictum est, usuvenit. Etenim Athenis residens annis prope quinquaginta, atque in antiquorum commentariis legendis tempus conterens, existimavit maximam se facultatem ad historiam conscribendam hoc pacto nancisci; falsa, ut arbitror, opinione utens. Nam quum historia ac medicina ferme similes sint, quia utriusque insigniores partes tres sunt; consimiles accidit ut studiosorum quoque utriusque pares conditiones sint. Ecce enim medicinae una pars est rationalis, altera diaetetica, tertia chirurgica et pharmaceutica; generatim vero impostura et artis simulatio. Et rationalis quidem quae ex alexandrina urbe plurimum derivatur, ab iis nimirum qui vocantur illic Herophilii et Callimachii, pars est ut diximus medicinae quaedam; quae sane ad speciem quod attinet et pol-

(a) Cod. τά.

(1) Extat haec brevis sententia in editis XII. 25.

(2) Interpretor *rationalis*, quia sic loquitur Celsus in praef.

(3) Aliam divisionem tradit Celsus in praefatione: *in tres partes medicina diducta est; ut una esset quae victu, altera quae medicamentis, tertia quae manu mederetur. Primam διαιτητικήν, secundam φαρμακευτικήν, tertiam χειρουργικήν Graeci nominarunt.*

(4) Immo Callimachus vulgo dictus est *herophileus* propter suum herophileae sectae studium.

Digitized by Google

φασιν κὴ τ̃ ἐπαγ|γελίαν τοιαύτῳ ἐφέλκεται φαντασίαν, ὥςε δοκεῖν μηδένα τ̃ῷ ἄλ|λων κρατεῖν τ̃ πράγματος· οὓς ὅτ' ἂν ἐπὶ τ̃ ἀλήθειαν ἀπαγαγὼν ἄρ|ῥω-
σον ἐγχειρήσῃ, τοσοῦτον ἀπέχοντες γινώσκονται δ̃ χρείας, ὅσον | κὴ οἱ μη- 16.
δὲν ἐγνωκότες ἁπλῶς ἰατρικὸν ὑπόμνημα· οἷς ἤδη τινὲς | τ̃ ἀῤῥώστων ἐπιζέ-
ποντες αὐτοῦ, δι' ἃ τ̃ ἐν λόγῳ δύναμιν (1), οὐδὲν | ἔχοντες δεινὸν, τοῖς ὅλοις
πολλάκις ἐκινδύνευσαν· εἰσὶ γὰρ ἀλη|θῶς ὅμοιοι τοῖς ἐκ βίβλων κυβερνῶσιν·
ἀλλ' ὅμως οὗτοι μὴ φαντα|σίας ἐπιπορεύόμενοι τὰς πόλεις, ἐπειδὰν ἀθροι- 20.
σωσι τοῦ λόγους ἐπ' ὀ|νόματος (a), τοῦ ἐπ' αὐτ̃ τ̃ ἔργων ἀληθινὴν πεῖραν δε-
δωκότας | αὐτ̃, εἰς τ̃ ἰσχάτῳ ἄγουσιν ἀπορίαν, ὃ καταφρόνησιν παρ' αὐ|τοῖς
ἀκούουσι, δι' ἃ τ̃ λόγου πιθανότητος καταγωνιζομένης πολλάκις τ̃ ἐπ' αὐτ̃ τ̃ 24.
ἔργων δοκιμασίαν· τὸ δ' ζήτειν τὸ τ̃ ἀληθινὴν προσφερόμενον ἔξιν ἐν ἑκά-
στοις τ̃ ὑπομνευμάτων, οὐ μόνον | ὑπάρχει σπάνιον, ἀλλὰ κὴ πολλάκις ὑπὸ τ̃
συμβουλίας κὴ τόλμης | ἐπισκοτεῖται δι' ἃ τ̃ τ̃ πολλῶν ἀκρισίαν.

XIIII. Τὸν αὐτ̃ δὲ τρόπον κὴ | τ̃ πραγματικῆς ὑπαρχούσης τριμέρους, τ̃ δὲ μερῶν | 28.
αὐτ̃, ἑνὸς μὲν ὄντος τ̃ πρὸ' τ̃ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι πολυ|πραγμοσύνῃ, κὴ τ̃ παρά-
θεσιν δ̃ ἐκ τούτων ὕλης· ἑτέρου δὲ | τ̃ πρὸ' τ̃ θέαν τ̃ πόλεων κὴ τ̃ τόπων, πρὸ' τε
ποταμῶν | κὴ λιμένων, κὴ καθόλου τ̃ κῆ γῆν κὴ κῆ θάλασσαν ἰδιωμάτων || κὴ 32.
P. 68. δυσημάτων· τρίτου δὲ τ̃ πρὸ' τὰς πράξεις τὰς πολιτι|κάς (2)· παραπλησίως δ' ἐφίεν-
ται μὲν ταύτης πολλοὶ δι' ἃ τ̃ προ|γεγυμνασμένῳ πρὸ' αὐτ̃ δόξαν, προσφέρον-
ται δὲ πρὸς τ̃ ὑπόληψιν | οἱ μὲν πλεῖστοι συγγραφόντων ἁπλῶς, δίκαιον οὐδὲν 4.

licitationes, tantam sui facit ostentationem, ut nemo videatur tantopere artis suae esse securus: qui tamen homines, si forte ad verum experimentum eos pertrahens, aegrotum ipsis tradideris, tam inepti ad rem comperientur, quam qui nullum omnino scriptum medicum legerint. Reapse his nonnulli facundiae vi capti quum aegrotum aliquem haud magnopere laborantem credidissent, summo saepe discrimini obiecerunt. Sunt enim huiusmodi medici revera similes iis qui de scripto gubernant. Hi ergo non sine pompa urbes perambulantes, postquam nomine suo famam collegerunt, homines illos qui se certae operum experientiae tradunt, in summam perplexitatem adducunt; atque ab iis demum se contemni sentiunt, dum saepenumero vis facundiae ab ipso operum experimento refutatur. Tertia autem pars, quae habet veram rei substantiam in omnibus disciplinis, non solum rara est, verum etiam a loquacitate plerumque et audacia obscuratur, propter falsa vulgi iudicia.

14. Similiter et pragmatica historia quum sit tripertita; cumque eius partes sint, prima commentariorum conquisitio, et materiae ex his coacervatio: altera urbium locorumque et fluminum portuumque inspectio, generatimque omnium terra marique qualitatum et intervallorum: tertia denique civilium rerum cognitio; ad hanc postremam pariter multi confluunt, propter praeiudicatam de ea opinionem; atque eiusmodi provinciam temere sibi sumunt plurimi ex his

(a) Ἐπ' ὀνόματος saepe significat *nominatim* apud Polybium. Heic tamen alio mihi sensu praelata locutio videbatur. Sed esto peritorum iudicium.

(1) Contra hos ergo torqueri possunt Celsi verba: *illis verba superesse, deesse medendi scientiam.*

(2) Similem divisionem scientiae imperatoriae statuit Polybius XI. 8.

Digitized by Google

πλὴν εὐχέρειαν | καὶ τόλμαν καὶ ῥᾳδιουργίαν · παραπλήσιον τοῖς φαρμακοπώλαις | δοξοκομποῦντες καὶ πρὸς χάριν βλέποντες, εἶτα πρὸς τοὺς καιροὺς | ἕνεκα τῆς
8. πορίζειν τὸν βίον διὰ τούτων · περὶ ὧν οὐκ ἄξιον πλείω | ποιεῖσθαι λόγοι.

XV. Ἔνιοι δὲ τῶν δοκούντων εὐλόγως προσάγειν πρὸς | τὴν ἱστορίαν, καθάπερ οἱ λογικοὶ τῶν ἰατρῶν ἐνδιατρίβοντες | ταῖς βιβλιοθήκαις . . . καθ' ὅλου τὴν ἐκ τῶν ὑπομνημάτων περι|ποιησάμενοι [οἱ] ἐπιδὰν πείθωσιν αὐτοὺς ὡς ὄντες
12. ἱκανοὶ | πρὸς τὴν ὑπόληψιν, καὶ . . . . . ἀρκοῦν δοκοῦσι προσφέρεσθαι | εἰ μὴ . . . . μενοι ὡς ἐμοὶ δοκεῖ πρὸς τὴν . . . ἱστορίαν· τὸ γὰρ
16. ὑποπτεῦσαι τὰ προγεγενημένα . . . . τας τῶν ἀρχαίων διαλή|ψεις, καὶ τὴν εὔνοιαν . . . . εἶχον ὑπὲρ ἐκείνων τούτων, ἐθνῶν, πολι|τειῶν, πράξεων . . προς . . . (1) τὰς ἐκείνων περιστάσεις | καὶ τύχας αἷς κέχρηνται καὶ τοῦ ἀνω-
τέρω χρόνους εὔχρηστον | ἐστί · συνεφίστησι γὰρ τὰ προγεγονότα πρὸς τὸ μέλλον
20. ἡμᾶς οἰκείως · | ἐάν τις ὑπὲρ ἕκαστον ἀληθινῶς ἱστορῇ τὰ διαλυθέντα · τά γε | μὲν ἀπ' αὐτῆς ταύτης δυνάμεως ὁρμηθέντα πεπεῖσθαι χρή|ναι τὰς ὑπαρχούσας πράξεις καλῶς, ὃ πέπεισται Τίμαιος, τε|λέως εὐηθες, καὶ διαπλησίως
24. ὡς ἂν εἴ τις τὰ τῶν ἀρχαίων ζω|γράφων ἔργα θεασάμενος, ἱκανὸς οἴοιτο ζωγράφος εἶναι καὶ | προσάτης τῆς τέχνης.

XVI. Δῆλον ἔσται τὸ λεγόμενον ἔτι μᾶλλον ἐκ τῶν | ἐπιφερομένων · οἷον εὐθέως ἐκ τῶν συμβεβηκότων Ἐφόρῳ κατὰ | τόπους τινὰς τῆς ἱστορίας · ἐκεῖ-
28. νος γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς, | τῶν μὲν κατὰ θάλατταν ἔργων ἐπὶ πόσον ὑπόνοιαν ἐσχηκέναι μοι | δοκεῖ · τῶν δὲ καὶ γῆν ἀγώνων ἄπειρος εἶναι τυγχάνει · τοιγαροῦν | ὅταν μὲν [ἐπὶ] τὰς [πρὸς] Κύπρον ναυμαχίας καὶ τὰς

qui historias scribunt, nec quicquam laudabile adferunt praeter levitatem suam et audaciam atque imposturam: ac pharmacopolis similes falsa ostentant, et gratiam aucupantur, temporibusque serviunt, ut vitae adiumenta lucrentur. De quo hominum genere plura dicere non interest.

15. Quidam vero qui apte videntur ad historiam scribendam studium conferre, non secus ac rationales medici, versantes in bibliothecis, statim ac post collectam ex libris materiam satis sibi videntur ad opus comparati . . . *narrare* illorum vicissitudines et temporum superiorum fortunas utile est. Nam praecedentium rerum cognitio adtentos nos ad futuras convenienter reddunt, si certe historicus praeterita singula vere narret. Verum enimvero qui praedicta tantum facultate sunt praediti, eos plane confidere se res posteriores perbene posse scribere (in qua opinione Timaeus versatur) id plane insanum est: veluti siquis spectatis antiquorum pictorum tabulis, idcirco arbitraretur idoneum se pictorem atque in arte praecipuum.

16. Idque adeo ex iis quae dicemus manifestum fiet; et nominatim quidem ex eo quod Ephoro accidit in nonnullis historiae locis. Is enim bellicorum operum, quae quidem mari geruntur, notitiam aliquantulam habere mihi videtur; verumtamen proeliorum terrestrium plane est iguarus. Quare siquis Ephorum

(1) Quot verba circiter in his lacunis oblitteratae paginae amiserimus, versiculorum numerus a me adscriptus demonstrat.

Digitized

περὶ Κύπρον (a) | ἀτενίσῃ τις, αἷς ἐχρήσαντο οἱ βασιλέως στρατηγοὶ πρὸς Εὐαγό-
P. 1. ραν | τὴν σαλαμίνιον, καὶ πάλιν πρὸς Λακεδαιμονίους (1), θαυμάζειν (b) τὴν συγγρα||φέα 32.
καὶ τὴν δύναμιν καὶ καὶ τὴν ἐμπειρίαν, καὶ πολὺ | τῶν χρησίμων ἀπενήνεχθαι πρὸς
τὰς ὁμοίας περιστάσεις· ὅ|ταν δὲ περὶ Λεύκτρα μάχλω ἐξηγῆται Θηβαίων καὶ Λακε-
δαι|μονίων, ἢ τὴν ἐν Μαντινίᾳ πόλει, τὴν αὐτῶν τούτων ἕνεκα (c) | μετήλλαξε τὸν 4.
βίον Ἐπαμείνωνδας (2), ἐν τούτοις ἐὰν ὅπη τὰ κατὰ | μέρος ἐπισκήσας τις
θεωρεῖ τὰς κατάξεις καὶ μετατάξεις τὰς | κατ' αὐτοὺς τοὺς κινδύνους, γηγοῖος φαί-
νεται καὶ παντελῶς ἄπειρος καὶ ἀόρατος τῶν τοιούτων ὢν· ὁ μὲν οὖν ἐν τοῖς Λεύκ- 8.
τροις | κίνδυνος ἁπλοῦς γεγονὼς καὶ καθ' ἕν τι μέρος δυνάμεως (3), οὐ |
λίαν ἐκφανῆ ποιεῖ ταύτῃ τὴν συγγραφέως ἀπειρίαν· ὁ δὲ περὶ | τὴν Μαντίνειαν,
τὴν μὲν ἔμφασιν ἔσχε ποικίλην καὶ στρατηγικήν (4), | ἔστι δ' ἀνυπόστατος καὶ τῇδε 12.
ἀδιανόητος τῷ συγγραφεῖ· τοῦτο δ' ἔσται δῆλον ἐάν τις τοὺς τόπους ὑποθέ-
μενος ἀληθινῶς | ἐπιμείξῃ τὰς κινήσεις τὰς ὑπ' αὐτῶν δηλουμένας· τὸ δ' αὐτὸ
συμ|βαίνει καὶ Θεοπόμπῳ καὶ μάλιστα Τιμαίῳ, περὶ οὗ νῦν λόγος· οὐ | μὲν γὰρ 16.
ἂν ὑπὲρ τῶν τοιούτων κεφαλαίων ἢ ποιήσωνται τὴν ὑπό|θεσιν δι᾽αλανθάνουσιν,
οὐδ' ὧν βεληθῶσι διαθήσεσθαι καὶ σωυτοδείξαι | τι τῶν κατὰ μέρος· τοιοῦτοι φαί-
νονται καὶ πάντες οἷος (d) Ἔφορος. |

XVII. Ὅτι οὔτε περὶ τὸν κατὰ πόλεμον συμβαινόντων δυνατόν ἐστι γρά|ψαι καλῶς 20.

spectet verba facientem de navalibus ad Cyprum Cnidumque proeliis, quae persici regis duces tum contra Evagoram salaminium tum adversus Lacedaemonios commiserunt, mirabitur sane historici facundiam atque peritiam: atque hinc multam utilitatem ad similes casus colligere possumus. Cum autem pugnam ad Leuctra narrat Thebanorum et Lacedaemoniorum, aut illam qua apud urbem Mantineam conserta est, in qua vitam Epaminondas profudit, huius inquam narrationis siquis partes consideret, et aciei instructiones eiusque varias mutationes, quae fervente proelio acciderunt, ridiculus videbitur auctor et plane imperitus, ceu qui numquam eiusmodi quicquam viderit. Leuctricum igitur proelium quia simplex fuit ac uno genere artificii militaris peractum, historici inscitiam non admodum arguit: verum illud ad Mantineam, quia variam et plenam arte imperatoria formam habuit, id ab historici ingenio neque ferri neque intelligi potest. Quae res prorsus patebit, siquis vera locorum facie sibi proposita, motus illos in his dimetietur quos Ephorus narrat. Atque id ipsum Theopompo quoque accidit atque Timaeo, de quo postremo nunc verba facimus. Neque enim est obscurum qua ratione in his capitibus gesturi se essent, vel quid singillatim exposituri ac demonstraturi. Prorsus omnes perinde ut Ephorus se habent.

17. Profecto fieri nequit ut praeclare scribat res belli gestas, qui nulla

(a) Cod. Κνήδον. (b) Ita cod. (c) Cod. ἕνη·κα. (d) Codex videtur habere οἵῳ.

(1) De pugna prope Cyprum lege Diodorum XV. 2. sqq; de illa ad Cnidum videsis eundem Diodorum XIV. 83.

(2) Scilicet haec omnia tempora ad Ephori historiam pertinent, quae fuit universalis, a reditu Heraclidarum usque ad vigesimum annum regnantis Philippi Amynta nati, per annos circiter DCCL deducta.

(3) Diodorus XV. 55.

(4) Diodorus XV. 85. sqq.

Digitized by Google

ἢ μηδεμίαν ἐμπειρίαν ἔχοντα τῆς πολεμικῶν ἔργων · | οὔτε πρὸς τὰ ἐν ταῖς πο-
λιτείαις τὰ μὴ πεπειρημένον τῆς τοιούτων πράξεων καὶ πρᾶσεων · λοιπὸν, οὔτε
24. ἐμπείρως ὑπὸ τῶν | βιβλιακῶν, οὔτ' ἐμφαντικῶς οὐδενὸς γραφομένου, συμβαίνει | τὴν
πραγματείαν ἄπρακτον γίνεσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν · εἰ | γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας ἀφέ-
λοι τις τὸ δυνάμενον ὠφελεῖν ἡμᾶς, τὸ | λοιπὸν αὐτῆς ἄζηλον καὶ ἀνωφελὲς γί-
νεται παντελῶς. ἔτι ἢ τῶν πόλεων καὶ τόπων ὅταν ἐπιβάλωνται γράφειν τὰ τῶν
28. μέ|ρος ὄντες ἀτριβεῖς τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας, δῆλον ὡς ἀνάγκη | συμβαίνειν τὸ
ὠδαπλήσιον · καὶ πολλὰ μὲν ἀξιόλογα παραλι|πεῖν, πρὸς πολλῶν ἢ ποιεῖσθαι
πολὺν λόγον οὐκ ἀξίων ὄντων · | ὃ δὴ συμβαίνει μάλιστα Τιμαίῳ διὰ τὴν ἀορα-
σίαν. |

32. XVIII. Ὅτι Τίμαιος φησὶν ἐν τῇ τριακοστῇ καὶ τετάρτῃ βίβλῳ (1). Πεντήκοντα || P. 2.
συνεχῶς ἔτη διατρί|ψας Ἀθήνησι ξενιτεύων, καὶ πάσης ὁμολογου|μένως ἄπειρος
ἐγενόμην πολεμικῆς χρείας · εἰ δὲ καὶ τῶν τό|πων θέας, λοιπὸν ὅτ' ἂν εἴς
4. τι τῶν μερῶν τούτων ἐμπέσῃ καὶ | τὴν ἱστορίαν, πολλὰ μὲν ἀγνοεῖ καὶ ψεύδεται ·
κἂν ποτε δὲ καὶ ἀλη|θείας ἐπι|ψαύσῃ, παραπλήσιός ἐστι ζωγράφοις τοῖς ἀπὸ
τῶν ἀ|να[μεμι]γμένων (2) θυλάκων ποιουμένοις τὰς ἀπογραφάς· καὶ γὰρ ἐπ' ἐκεί|νων
ἡ μὲν ἐκτὸς ἐνίοτε γραμμὴ σώζεται, τὸ δὲ τῆς ἐμφάσεως | καὶ τῆς ἐνεργείας τῶν
8. ἀλκίμων ζῴων ἄπεστιν, ὅπερ ἴδιον ὑπάρχει | τῆς ζωγραφικῆς τέχνης.

bellicae artis peritia sit praeditus: neque rursus is res politicas apte narrabit, qui in his neque exercitus umquam neque versatus fuerit. Sequitur ergo, ut cum ab iis qui in lectione tantummodo librorum operam contriverunt, nihil perite vel ad veritatem exactum scribatur, liber inutilis legentibus sit. Nam si ex historia tollatur id quod nobis prodesse potest, nihil iam in ea nisi vile cassumque supererit. Insuper de urbibus atque regionibus siquando particulatim scribere volunt, propter geographiae imperitiam, necesse est eodem errore laborent: nempe ut multa relatu digna praetermittant; multa rursus prolixe commemorent quae satius negligerentur: id quod Timaeo potissimum evenit, qui regiones non peragravit.

18. Timaeus trigesimo quarto libro ait. Quinquaginta continenter annos Athenis hospes versatus sum, atque omnis usus bellici fateor me esse expertem. Iam si ne regiones quidem oculis lustravit, sequitur ut siquam geographiae partem in historia attingat, inscitia mendacioque plerumque labatur. Quod si aliquando ad veritatem collineat, similis est pictoribus illis qui de perturbatis saccis tabulas colorant. In eiusmodi quippe artificio extima quidem linea bene interdum se habet; vis tamen et excitatus generosorum animantium habitus abest, quod est pictoriae artis praecipuum.

(1) Notandus hic librorum historicorum Timaei numerus; conferendusque Suidas ubi agit de numero voluminum eius.

(2) Aegre et incerte legitur hoc vocabulum in oblitterata pagina; ideoque interpretationem quoque loci mutare necesse est.

Digitized by Google

XVIIII. Τὸ δ' αὐτὸ συμβαίνει κὴ τῷ Τίμαιον, κὴ καθόλε τῆςδε ταύτης δ βιβλιακῆς ἕξεως ὁρμημένυς· ἡ γὰρ | ἔμφασις τ̃ πραγμάτων αὐτοῖς ἄπεσιν, δι' τὸ μόνον ἐκ δ αὐτο|παθείας τοῦτο γενέσθαι δ τ̃ συγγραφέων· ὅθεν οὐκ 12. ἐστίκτυ|σιν ἀληθινοὺς ζήλυς τοῖς ἀκούυσιν, οἳ μὴ δι' αὐτ̃ πεπραγμένοι τ̃ πραγμάτων· εἰ κὴ τοιαύτας ᾤοντο δεῖν ἐν τοῖς ὑπομνήμα|σιν ὑπάρχειν ἐμφάσεις οἱ πρὸ ἡμῶν, ὥσθ' ὅτε μὲν ὑπὲρ πολιτικῶν | ὁ λόγος εἴη πραγμάτων 16. ἐπιφθέγγεσθαι δ ιότι κατ' ἀνάγκην ὁ γράφων | πολιτεύεται, κὴ πεῖραν ἔσχηκε τ̃ ἐν τούτῳ τῷ μέρει συμβαινόν|των· ὅς τε δὲ τῷ πολεμικῶν, ὅτι πάλιν ἐστράτευκε κὴ κεκινδύνευ|κε· κὴ μὴν ὅτε τῷ βιωτικῶν, ὅτι τέτραφε τέκνα κὴ μετὰ γυναικὸς | ἔζηκε· τὸ δὲ παραπλήσιον κὴ τ̃ ἄλλων τοῦ βίυ 20. μερῶν· ὃ παρὰ μόνοις εἰκὸς εὑρίσκεσθαι τ̃ συγγραφέων τοῖς δι' αὐτ̃ πεπραγμένοις τ̃ πραγμάτων, κὴ τοῦτο τὸ μέρος τῷ πεποιημένοις δ ἱστορίας· πάντων μὲν οὖν οἷον αὐτεργὸν γενέσθαι | κὴ δρασ̃, δυσχερὲς ἴσως· τ̃ μέν 24. τοι μεγίστων κὴ κοινοτάτων, | ἀναγκαῖον (1).

XX. Ὅτι δὲ τὸ λεγόμενον οὐκ ἀδύνατον, ἱκανὸν ὑπόδειγμα πρόσεστιν ὁ ποιητὴς, παρ' ᾧ πολὺ τὸ δ τοιαύτης ἐμφάσεως | ἴδοι τις ἂν ὑπάρχον· ἐξ ὧν πᾶσιν εἰκότως συγκαταλάβοιτο τρίτον | εἶναι μέρος δ 28. ἱστορίας κὴ τρίτην ἔχειν ἔξιν πρὸ ἐκ τ̃ ὑπο|μνημάτων πολυπραγμοσύνην· ὡς δὲ ἀληθές ἐστι τὸ νῦν λεγόμε|νον, σκοπείσατον γένοιτ' ἂν ἐπί τε τ̃ συμβυλευτικῶν κὴ πα|ρακλητικῶν ἔτι δὲ πρεσβευτικῶν λόγων οἷς

19. Idem accidit etiam Timaeo, immo vero generatim iis qui facultate per libros acquisita confidunt. Rerum scilicet gestarum spiritu carent, qui solis rerum expertis inesse potest historicis. Quare nec veros cient motus in auditoribus nisi illi historici qui negotiis ipsis interfuerunt. Immo maiores nostri tam plenos evidentia commentarios esse volebant, ut siquod fieret de re politica scriptum, necessario auctor vitam politicam agitare, rerumque in ea contingentium peritus diceretur. Item qui de bellicis scriberet, bellum gessisse et pericula adiisse; qui denique domesticae vitae commentarios faceret, is et uxorem duxisse et liberos educasse existimaretur. Idemque sermo ad quodlibet vitae genus valebat. Igitur hanc facultatem apud eos tantummodo scriptores deprehendere licet qui res ipsas quas scribunt tractaverunt, et qui hoc genus practicum historiae sectantur. Sed enim omnes artes ac facultates proprio opere profiteri difficile fortasse est; praecipuas tamen et communioris usus, necessarium est.

20. Quod autem nequaquam sit impossibile, exemplum Homeri sufficit, apud quem permulta harum rerum cognitio expositioque apparet. Unde iam quivis merito intelligere potest, curam studiumque legendorum librorum tertiam historicae facultatis partem esse, nec nisi tertium habere dignitatis locum. Quod autem vera dicamus, id quidem clarissimum fiet consideratis suasoriis, exhortatoriis, nec non legatorum orationibus, quibus Timaeus utitur. Pauci quidem

(1) Sic prorsus loquitur vel de antiquioribus vel de perfectis oratoribus Cicero de or. III. 32; qui ad hunc Polybii locum respexisse videtur.

Digitized by Google

32. κέχρηται Τίμαιος· | ὀλίγοι (a) μὲν γὰρ (1) [μακροὺς] πάντας ἐπιδέχονται δέχεσθαι τοὺς ἐνόν|τας λόγους· οἱ δὲ πλεῖστοι βραχεῖς· καὶ τίνας τοῦ ὑπόντων (b)· P. 99.
καὶ τούτων ἄλλους μὲν οἱ νῦν, ἄλλους δὲ οἱ προγεγονότες· καὶ τίνας μὲν Αἰ-
4. τωλοὶ προσίενται, τίνας δὲ Πελοποννήσιοι, τίνας δὲ Ἀθηναῖοι, καὶ διό|περ (c) Ἀθηναῖοι καιρῷ· καὶ πρὸς πάντας διεξιέναι τοὺς ἐνόντας | λόγους, ὃ ποιεῖ Τίμαι-
ος πρὸς πᾶσαν ὑπόθεσιν εὑρετιλογῶν, | τελέως ἂν εὐηθες (d) καὶ μειρακιῶ-
δες καὶ διατριβικὸν φαίνεται· καὶ πολ|λοῖς ἀποτυχίας αἴτιον ἤδη τοῦτο γέγονεν καὶ
8. καταφρονήσεως· τὸ | δὲ τοὺς ἀρμόζοντας καὶ καιρίους ἀεὶ λαμβάνειν, τοῦτ' ἀναγκαῖον· |

XXI. Ἀνασάτου δὲ τῆς χρείας οὔσης καὶ πόσοις καὶ ποίοις τισὶν ἐνόντων | χρηστέον, ἀλλοιωτέρας τινὸς δεῖ ζήλου καὶ παρασκέλματος, εἰ μέλ|λοιμεν μὴ
12. βλάπτειν ἀλλ' ὠφελεῖν τοὺς ἀναγινώσκοντας· ἔστι μὲν οὖν | ὁ καιρὸς ἐν πᾶσι δυσπαράγγατος, οὐ μὴν ἀδύνατος εἰς ὑπόνοι|αν ἀναχθῆναι διά τε τὴν ἐκ τῆς ἠθοπαθείας (e) καὶ ζιβῆς θεωρημά|των· ἐπὶ ᾧ τε παρόντος μάλις' ἂν ὑπονοη-
θείη τὸ λεγόμενον | ἐκ τούτων· εἰ γὰρ οἱ συγγραφεῖς ὑποδείξαντες τοὺς καιροὺς |
16. καὶ τὰς ὁρμὰς καὶ διαθέσεις τῶν βουλευομένων, κἄπειτα τοὺς κα|τ' ἀλήθειαν ῥηθέντας λόγους ἐκθέντες, διαφήσαιεν ἡμῖν τὰς | αἰτίας δι' ἃς ἡ κατώρθω-
χῆσαι συνέβη τοὺς εἰπόντας ἢ διαπε|σεῖν, γένοιτ' ἂν τις ἔννοια τῶν πράγμα-

cunctos apud eum sermones prolixos fieri amant; multitudo tamen lectorum breves exoptat: et quidem ex his nonnisi aliquos: rursusque alios mavult nostra aetas, alios maluit praeterita: hos recipiunt Aetoli, illos Peloponnesii, alios Athenienses; et quidem alii alio tempore Atheniensibus placuerunt. Iamvero ad omnium notitiam perferre dictos sermones, quod facit Timaeus in omni re quam tractat verbosissimus, id usquequaque vile est et puerili schola dignum, multisque historicis detrimento fuit et lectorum contemptum conciliavit. Contra vero congruentium ac tempestivorum sermonum perpetuus delectus, id demum plurimi interest.

21. Quum ergo vagus incertusque sit orationum usus, neque satis liqueat quot vel quales usurpandae sint; diverso quodam studio ac disciplina opus est, ut prodesse magis lectoribus quam nocere videamur. Iam dicendi tempestivitas difficulter sane praecipitur; neque tamen non potest tradi, si certe mores et consuetudines apte condiscamus. Ad rem vero praesentem quod adtinet, licet id quod aio intelligere ex his quae addam. Nimirum si historici ubi occasiones et studia atque consilia deliberantium demonstrassent, ac deinde orationes quae revera habitae sunt posuissent; si tum, inquam, causas nobis aperirent, cur eloquentia sua oratores bene vel secus profecissent; tunc sane vera oriretur

(a) Dubitabam utrum in obliterato codice scriptum esset λογικοί; quod interpretarer *rationalis sectae historici*.
(b) Ita cod. Num pro εἰπόντων? (c) Ita cod. (d) Cod. ἀληθές. (e) Cod. αἰθοπαθείας.

(1) In sequentibus quatuor versiculis quaedam sunt difficultates sive a corrupta aut obscurata codicis lectione, sive fortasse aliunde, quae me interpretem valde ambiguum reddebant.

Digitized by Google

τῷ ἀληθινή, καὶ δυνάμεθα | ἅμα μὲν διακρίνοντες ἅμα δὲ μεταφέροντες ἐπὶ 20.
τὰ πραγματικὰ κατιδεῖν ἀεὶ τὰ προκειμένων· ἀλλ' ἔστιν οἶμαι τὸ μὲν αἰ|τιολογεῖν δυσχερές, τὸ δὲ ῥητορικοπρεπῶς τοῖς βιβλίοις ῥᾴδιον· τὸ μὲν δ' ὀλίγα καιρίως εἰπεῖν, καὶ τούτοις παραγγέλλειν εὑρεῖν, ὀλί|γοις ἔφικτον· τὸ δὲ πολλὰ 24.
διαθέσθαι καὶ ματαίως, τὰ ἐν μέσῳ κειμένων (a) καὶ κοινόν.

XXII. Ἵνα δὲ καὶ περὶ ταῦτα βεβαιωσώμεθα τὴν ἀπόφασιν τὴν ὑπὲρ Τιμαίου, καθάπερ καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς ἀγνοίας, | ἔτι δὲ τὰς ἐκκοπὰς ψευδογραφίας, βραχέως προσοισόμεθα τῇ ὁμολογουμένων αὐτῶν λόγων ἐπ' ὀνόματος· ὅτι τὰ δεδυνα|στευκότων ἐν Σικελίᾳ μὲν Γέλωνα πραγματικωτάτους | ἄνδρας παρειλήφαμεν 'Ερμοκράτη, Τιμολέοντα, Πύρρον τὸν | ἠπειρώτην (1)· οἷς ἥκιστ' ἂν δέοι περιάπτειν μιμακιώδεις καὶ διαζιβικοὺς λόγους· ὁ δὲ φησὶν ἐν τῇ μιᾷ καὶ εἰκοστῇ βίβλῳ (2) 32.
P. 100. καθ' ὃν || καιρὸν Εὐρυμέδων (3) παραγενόμενος εἰς Σικελίαν παρεκάλει τὰς | πόλεις εἰς τὸν κβ' τῶν Συρακουσίων πόλεμον, τότε δὲ Γελῳνίους κάμνοντας τῷ πολέμῳ διαπέμψασθαι πρὸς τοὺς Καμαρι|ναίους ὑπὲρ ἀνοχῶν· τῶν δὲ προθύμως δεξαμένων, 4.
μὴ ταῦτα | πρεσβεύειν ἑκατέρους πρὸς τοὺς ἑαυτῶν συμμάχους καὶ παρακα|λεῖν ἄνδρας ἐκπέμψαι πιστοὺς, οἵτινες εἰσηθόντες εἰς Γέλωνα | βουλεύσονται περὶ διαλύσεως καὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων· πα|ραγενομένων δὲ πρὸς σωιδέιον, καὶ διαβουλίου προτεθέντος | τοιούτοις τισὶ χρώμενον εἰσάγει λόγοις τὸν Ἑρμοκράτη. 8.

negotiorum cognitio; copiaque foret, partim discernendo partim ad similia transferendo, rem propositam semper attingendi. Sed enim, ut video, causas rerum tradere perarduum est; ostentare in libris eloquentiam perfacile. Rursus breviter et tempestive dicere, atque huius rei praecepta excogitare, pauci queunt: at multa stulte provolvere, vulgare tritumque est.

22. Atque ut sententiam de Timaeo nostram confirmemus, itemque de inscitia eius et de spontanea scribendi falsitate, lubet partes aliquot indubiorum scriptorum eius nominatim proferre. Nam quum omnium qui in Sicilia dominati sunt peritissimos reip. fuisse acceperimus Hermocratem, Timoleontem, Pyrrhumque epirensem; his, inquam, quam minime decet pueriles scholasticasque orationes affingere. Nunc ecce Timaeus vigesimo primo libro ait, quo tempore Eurymedon in Siciliam delatus civitates concitabat ad inferendum Syracusanis bellum; tunc Gelae cives adversa fortuna adflictos legationem ad Camarinenses pro induciis impetrandis misisse; qui quum eorum votis alacriter annuissent, mox populum utrumque misisse oratores ad socios suos, eosque rogasse ut per delectos fideles viros Gelonem adirent, cum eoque de pace et de communibus commodis capita conferrent. Qui quum in senatum venissent, resque ad deliberandum esset proposita, his verbis loquentem Timaeus Hermocratem facit.

(a) Cod. κείμενον.

(1) Hermocrates clarus in rebus syracusanis apud Thucydidem. Timoleonte nihil est illustrius. Pyrrhi denique in Siciliam excursio in nostris quoque excerptis Diodori, Dionis, Dionysiique memoratur.

(2) Timaei librum XXI. citat Polybius etiam XII. 25, quo loco meminit pariter orationis cuiusdam ridiculae quam Timoleonti Timaeus affingit.

(3) Hic quoque apud Thucydidem bello Atheniensium et Syracusanorum illustris est.

Digitized by Google

XXIII. Ἐπαινέσας γὰρ ὁ προειρημένος ἀνὴρ τοὺς Γελώους καὶ τοὺς Καμαρινα[ίους],
πρῶτον μὲν τὰ αὐτὰ ποιησάντων τὰς ἀνοχάς· δεύτερον | ὅτι τοὺς [ὑπὲρ ἰδίων . . .
ὅτι]γένοιτο λόγους αἴτιοι καθεστήκασι. | τρίτον ὅτι προνοηθείεν τοῦ μὴ βουλεύ-
εσθαι τὰ . . [κοὐ δι]αλύσεων, ἀλλὰ . . . τας τῆς πολιτ . . [κ]
σαφῶς εἰ|δότας τίνα διαφορὰν ἔχει ὁ πόλεμος καὶ εἰρήνης· μᾶ[λ]λον [ταῦ]τα δύο
ἢ τρία λαβὼν ἐπιχειρήματα πραγματικὰ, λοιπόν [ἔφη] | αὐτοὺς ἐπισήσαντας
μαθεῖν ἡλίκην ὁ πόλεμος διαφορὰν | ἔχει καὶ εἰρήνης, μικρῷ πρότερον εἰρηκὼς
ὅτι κατα . . . | χάριν ἔχει τοῖς Γελώοις τὸ μὴ γίνεσθαι τοὺς λόγους ε . . .
ἐν | συνεδρίῳ καλῶς γινώσκοντι τὰς τοιαύτας ἀπο[δ]οχάς· ἐξ [οὗ] | ὁ Τί-
μαιος οὐ μόνον καὶ πραγματικῆς ἐπιδέξιον ἀπολείπεσθαι | δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ
τῆς ἐν ταῖς διατριβαῖς ἐπιστημῶν [πολὺ] | ἐλάττων· πάντες (a) γὰρ οἴονται
δεῖν τὰς ἀπο . . . | φέρειν τῆς ἀγνοουμένων καὶ οὐκ ἀπιστουμένων ἀπο[δ]ὰ τοῖς ἀκρο-
αταῖς· | ἀλλ' ἢ τῆς ἤδη γινωσκομένων ματαίστατον εἶναι [ἀλλὰ καὶ] παι|δα-
γωγιώδεστατον τὸ καθευρεσιλογεῖν . . . μῦθον ἢ τὸ | γινωσκόμενον· ὁ δὲ χωρὶς
καὶ ὅλης ἀποπτώσεως, οὐδ' . . . (1) | θεῖναι τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ λόγου πρὸς
τὰ καθάπαξ μὴ προσδεόμε|να λόγου· καὶ λήμμασι χρῆται τοιούτοις οἷς τὸν μὲν
Ἑρμοκράτει (2) | τίς ἂν κεχρῆσθαι πιστεύσειε τὸν συναγωνισάμενον μὲν Λακε-
δαιμονίοις τοῦ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, αὐτανδρίᾳ δὲ χειρω|σάμενον τὰς
Ἀθηναίων δυνάμεις καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ Σι||κελίαν; ἀλλ' οὐδὲ μειράκιον· P. 109.
ὅς γε "πρῶτον μὲν οἴεται δεῖν ἀναμνησθῆναι τοὺς συνέδρους κ. τ. λ. „

23. Namque is collaudatis Gelae civibus et Camarinensibus, primo quia inducias fecissent; iterum quod sibi verba faciendi causa fuissent; tertio quod consulto cavissent ne . . . quia nimirum probe cognoscerent quid inter pacem bellumque intersit. Deinde duobus tribusve politicis sententiis interiectis; reliquum est, inquit, ut attente cognoscatis quantopere bellum a pace differat; id quod scilicet nuper dixerat eos *probe scire* . . . gratiam se habere ait Gelensibus quod sermones . . in senatu non habeantur, qui haec studia optime novit. Quambrem Timaeus non politica solum virtute destitutus videtur, verum etiam disciplinarum, quae in scholis discuntur, valde rudis. Omnes enim existimant . . . res vel incognitas vel antea non creditas ad audientium aures esse perferendas: verumtamen de rebus notis vanissimum videri, immo prorsus puerile, prolixos sermones nectere . . . vel cognitum. Is autem, praeter quam quod usquequaque labitur . . . . plurimam sermonis partem in iis insumit, quae ne uno quidem verbo indigent: atque argumentis eiusmodi utitur, quae ab Hermocrate adhibita fuisse quis, oro, credat; qui vir scilicet et Lacedaemonios adiuvit in navali pugna ad Aegospotamos, et Atheniensium praeterea copias cum suis ducibus captivas in Sicilia fecit. Sed ne puerulus quidem sic umquam loqueretur. Namque is " primum existimat, revocandum esse in memoriam iis qui consilio intererant etc. „

(a) Cod. πάντας.

(1) Lacunarum harum spatia supputatis versiculis cognoscuntur.

(2) Hermocrates commendatur a Xenophonte hist. gr. I. 1.

Digitized by Google

Sequitur in codice post πρῶτον μὲν locus qui in Schweighaeuseri editione constituit caput XXVI. libri XII, usque ad verba καὶ τοῦτοις ἕτερα παραπλήσια. Est autem haec tota Timaei oratio ore Hermocratis pronunciata, quam Polybius ut ineptam irridet. Fallitur ergo Reiskius, qui Polybium ipsum heic loquentem putat. Fallitur Gronovius qui hunc locum communem esse dicit ad comparationem pacis et belli. Denique ne ipse quidem Schweighaeuserus Timaeum loci huius auctorem agnovit. Subtexitur deinde in codice sine ulla intervallo θαυμάζω δὴ etc.

Θαυμάζω δὴ τίσι ποτ' ἂν | ἄλλοις ἐχρήσατο λόγοις ἢ προφοραῖς μειρα- 24.
κιώδεσι γενόμενον (a) δι|ατριβὰς καὶ τῇ ὑπομνημάτων πολυπραγμοσύνας, καὶ |
βουλόμενον παραγγελματικῶς οὐκ ἐπὶ παρισαμένων τοῖς προσώ|ποις ποιεῖσθαι τὴν 28.
ἐπιχείρησιν· δοκεῖ γὰρ . . . πρὸς ἄλλα τούτοις | οἷς Τίμαιος Ἑρμο-
κράτην κεχρῆσθαι φησί.

XXIIII. Πάλιν δὲ ὅτ' ἂν ὁ Τι|μόλεων ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ παρακαλῶν τοὺς
Ἕλληνας πρὸς τὴν ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους κίνδυνον, καὶ μόνον οὐκ ἤδη μελλόν-
των συνάγειν | εἰς τὰς χεῖρας τοῖς ἐχθροῖς παραπλησίοις οὖσι(1), πρῶτον μὲν 32.
P. 110. ἀξιοῖ || μὴ βλέπειν πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ὑπεναντίων, ἀλλὰ πρὸς τὴν | ἀνανδρεί-
αν (b)· καὶ γὰρ τὴν Λιβύης ἁπάσης συνεχῶς οἰκουμένης καὶ πλη|θυούσης ἀνθρώπων, ὅ-
μως ἐν ταῖς παροιμίαις ὅταν που ἐρημίας | φάσιν βουλόμεθα ποιῆσαι, λέγειν 4.
ἡμᾶς ἐρημότερα τὴν Λιβύης· | οὐκ ἐπὶ τὴν ἐρημίαν φέροντας τὸν λόγον, ἀλλὰ
ἐπὶ τὴν ἀνανδρείαν (c) τῶν | κατοικούντων· καθόλου δὲ φησί τις φοβηθεὶς τοὺς ἄν-
δρας, οἵ τινες|τὴν φύσεως τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις ἰδιωκυίας ἴδιον παρὰ τὰ λοι-
πὰ τῶν ζῴων, λέγω δὲ τὰς χεῖρας (2), ταύτας παντὸς τὸν βίον ἐντὸς | τῶν 8.
χιτώνων ἔχοντες, ἀπράκτους ἀφιέρυσι· τὸ δὲ μέγιστον οἱ | καὶ ὑπὸ τοῖς χι-

Miror equidem quibusnam aliis uteretur sermonibus verbisve pueriliibus homo in scholasticis exercitiis lectionumque curiositate versatus, quique vellet praeceptivo veluti modo ex praesentibus personis argumentationem conficere. Videntur enim ad alios quoque usus usurpatae aliquando fuisse locutiones quibus Hermocraten Timaeus concionantem inducit.

24. Rursus cum Timoleon in eodem libro Graecos adhortatur ad committendum cum Carthaginensibus proelium; cumque iam manus cum hostibus propinquis essent conserturi; primum quidem orat, ne multitudinem adversariorum considerent sed imbecillitatem. Quippe etiamsi Libya multitudine hominum ubique sit frequentata, nihilominus siquando desertum locum proverbio aliquo designare volumus, plusquam Libya solitarium dicimus: atque hanc locutionem non ad solitudinem, verum ad incolarum virilitate praeditorum raritatem referimus. In summa quis metuat, ait, viros qui id quod natura prae ceteris animantibus proprium hominibus dedit, manus dico, per omnem vitam intra tunicas continent inertissimas? quodque praecipuum est, qui sub tuniculis subliga-

(a) Ita cod. (b) Cod. ἀνδρείαν. (c) Col. rursus ἀνδρείαν. Lubit autem Timaeus in duplici sensu morali et physico vocabuli ἀνανδρία. Veluti cynicus ille pleno hominum foro hominem lampade quaeritare se aiebat.

(1) Scilicet apud Crimessum flumen, quo loco Timoleon maximas Carthaginiensium copias fugavit, totaque Sicilia exegit, ut ait Nepos in eius vita.

(2) Manuum ministerium a Deo homini attributum celebrat inter summa beneficia Lactantius de opif. D. cap. III.

Digitized by Google

τωνίσκοις φησὶ θωρηκίοις φοροῦσι, ἵνα μηδ' ὅταν | ἀποθάνωσιν ἐν ταῖς μάχαις φανεροὶ γίνωνται τοῖς ὑπεναντίοις (1).

12. XXV. Ὅτι Γέλων ἐπαγγελλόμενος τοῖς Ἕλλησι δυσμυρίοις πεζοῖς, δια-
κοσί|αις δὲ ναυσὶ καταφράκτοις βοηθήσειν, ἐὰν αὐτῷ τὴν ἡγεμονίας | ἢ τὴν κῦ γῆν
16. ἢ τὴν κῦ θάλατταν παραχω|ρήσωσι (2), φασὶ τοὺς προκαθημένους ἐν Κορίνθῳ
τὸ Ἑλλήνων πραγ|ματικώτατον ἀπόκριμα δοῦναι τοῖς παρὰ τοῦ Γέλωνος πρεσ-
βευ|ταῖς· ἐκέλευον γὰρ ὡς ἐπίκουρον (a) ἔρχεσθαι τὸ Γελῶνα μὲτ τῆς δυνά|-
μεων, τὸ δὲ ἡγεμονίαν ἀνάγκη τὰ πράγματα παραθήσειν τοῖς | ἀρίστοις τῶν
20. ἀνδρῶν· τοῦτο δ' ἔστιν οὐ (b) τὸ καταφευγόντων ἐπὶ τὰς | Συρακουσίων ἐλπί-
δας, ἀλλὰ πιστευόντων αὐτοῖς καὶ παρακαλου|μένων τὸ βουλόμενον ἐπὶ τὸ τὴν ἀν-
δρείας ἀγῶνα καὶ τὸ τῶρι' | τὴν ἀρετὴν στέφανον· ἀλλ' ὅμως Τίμαιος εἰς ἕκαστα
24. τῶν προκειμ|ένων τοσούτους ἐντείνει λόγους καὶ τοιαύτῃ ποιεῖται σπουδὴν | τῶρι'
τοῦ τὲν μὲν Σικελίαν μεγαλομερεστέραν ποιῆσαι τὴν συμπά|σης Ἑλλάδος, τὰς
δ' ἐν αὐτῇ πράξεις ἐπιφανεστέρας καὶ καλλίους | τῶν κῦ τὸ ἄλλῳ οἰκουμένῳ, τῶν
δ' ἀνδρῶν τῶν ἐπὶ σοφίᾳ δι|ενηνοχότων σοφωτάτους τοὺς ἐν Σικελίᾳ, τῆς δὲ
28. πραγμάτων | ἡγεμονικωτάτους καὶ θειοτάτους τοὺς ἐκ Συρακουσῶν· ὥστε μὴ | κα-
ταλιπεῖν ὑπερβολὴν τοῖς μειρακίοις τοῖς ἐν ταῖς διατρι|βαῖς καὶ τοῖς τόποις
πρὸς τὰς παραδόξους ἐπιχειρήσεις, ὅταν | ὁ Θερσίτου λέγων ἐγκώμιον ἢ Πηνε-
32. λόπης προθῶνται ψόγον | ἢ τινὸς ἑτέρου τῶν τοιούτων.

cula, inquit, gestant, ut ne in proeliis quidem extincti aspectibus hostium pateant?

25. Gelone promittente auxiliarem se Graecis adfuturum cum viginti mille peditibus, navibusque cataphractis ducentis, dummodo sibi terra vel mari ducatum concederent; fama est Graecorum senatum, qui Corinthi sedebat, plenum sapientia politica legatis eius responsum dedisse. Iubebat enim ut auxiliator adveniret Gelo cum copiis suis; verumtamen opus esse, ut ducatum quidem res gestae ipsae ad praesentissimos virorum deferrent. Quo dicto significabant nequaquam se confugere ad spes syracusanas, sed sibimet ipsis confidere, atque adhortari volentem quempiam ut ad fortitudinis certamen virtutisque coronam conveniret. Sed enim Timaeus in praedictis singulis tam longos producit sermones, tantoque studio committur ut Siciliam ampliorem splendidioremve universa Graecia ostendat; resque in ea gestas inlustriores esse et pulchriores quam in qualibet orbis parte; Siculos insuper sapientia omnibus antecellere; tum denique negotiis regendis aptissimos omnium esse summosque Syracusanos; ut nullam reliquam faciat hyperbolem pueris, qui declamationibus locisque communibus ad argumenta mirabilia exercentur; veluti cum Thersitae laudationem, aut Penelopes vituperationem, vel aliud simile sibi proponunt.

(a) Cod. ἔπικον. (b) In codice deest οὐ.

(1) Notemus hunc Polybii locum de more Afrorum celandi manus et de cura pudoris. Manus quidem passim sub tunicis palliisve celantur in picturis homericis ambrosianis a me editis, et in illis Virgilii Terentiique vaticanis.

(2) Recole Diodori vaticana nostra excerpta p. 39; ibique in mea interpretatione scribe *marive* pro *marique*.

Digitized by Google

P. 11. XXVI. Λοιπὸν ἐκ τούτων δῆλ᾽ τῷ ὑπερ||βολὴν τ῀ παραδ῀οξολογίας οὐκ εἰς σύγκρισιν αλλ᾽ εἰς καταμώκη|σιν ἀπ῀ κ῍ τοὺς ἄνδρας κ῍ τὰς πράξεις ὡς βούλεται προῖσασθαι· | ἃ σχεδὸν εἰς τὸ παραπλήσιον ἐμπίπτει τοῖς περ῍ τοὺς ἐν ἀκαδ῀ημίᾳ λόγους τ῀ προχειρισ́τατον λόγον ἠσκηκόσι· 4.
καὶ γὰρ ἐκείνων τινὲς βυλόμενοι (a) περ῍ τε τ῀ προφανῶς καταληπτ῀ εἶναι δ῀οκούντων κ῍ περ῍ τ῀ ἀκαταλήπτων εἰς ἀπορίαν ἄγ῀ν σ῀ὺν προσ|μαχομένους, τοιαύταις χρῶνται παραδ῀οξολογίαις, κ῍ τοιαύτας εὐπορο῀ῦσι πι῀θανότητας, ὥστε δ῀ιαπορεῖν δ῀υνατόν ὁπ῀ | σ῀ὺν ἐν Ἀθήναις ὄντας ὀσφραίνεσθαι τ῀ῆ῀ς ἐ῀φομένων ὠῶν ἐν | Ἐ῀φέσῳ· κ῍ δ῀ιάζ῀ην μή πῳ καθ᾽ ὃν καιρὸν ἐν ακαδ῀ημίᾳ δ῀ιαλέγονται | περ῍ τούτων, οὐχ ὑπὲρ ἄλλων ἄρ᾽ ἐν οἴκῳ κατακείμενοι τούτυς | δ῀ιατίθενται σ῀ὺν λόγυς (1)· ἐξ ὧν δ῀ῆλ᾽ τῷ ὑπερβολὴν τ῀ 12.
παρα|δ῀οξολογίας εἰς δ῀ιαβολὴν εἴχασι (b) τ῀ ὅλῳ αἵρεσιν· ὥστε καὶ τὰ | καλῶς ἀπορούμενα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀπιστίαν ἦχθαι· κ῍ χω|ρὶς τ῀ ἰδίας ἀσχολίας, κ῍ τοῖς νέοις τοιοῦτον ἐντετόκασι ζῆλον | εἰς τὸ τ῀ῆ῀ς μὲν ἠθικῶν κ῍ πραγματικῶν λόγων μηδ῀ὲ τ῀ τυχοῦ|σαν ἐπίνοιαν ποιεῖσθαι, δ῀ι᾽ ὧν ὄνησις τοῖς φιλοσοφοῦσι· περ῍ ἣ τὰς | ἀνωφελεῖς κ῍ παραδ῀όξυς εὑρεσιλογίας κενοδ῀οξοῦντες καταζ῀ί|βυσι σ῀ὺν βίκι. 16.

XXVII. Τὸ δ᾽ αὐτὸ κ῍ Τιμαίῳ συμβέβηκε περ῍ τ῀ ἱσο|ρίαν κ῍ τοῖς τούτυ ζηλωταῖς· παραδ῀οξόλογος γὰ῀ὢν κ῍ φιλόνεικ῀ος | περ῍ τὸ προτεθὲν, σ῀ὺν μὲν πολλοὺς καταπέπληκται ἀλόγως, π῀ανάγκακε δ᾽ αὐτῷ δ῀ῆλ᾽ τ῀ ἐπίφασιν τ῀ ἀληθινολο- 20.

26. Atque ex his conficitur, ut historicus propter excessum portentosae narrationis haud sane iusto lumini et comparationi, sed potius irrisioni, tum res tum homines, quandoquidem ita vult, exponat. Quemadmodum illis fere academicis accidit eloquentiae studiosis, qui nimis versatile orationis genus adfectant. Quidam enim ex his dum adversarios suos volunt tam in evidentibus quam in obscuris rebus perplexos reddere, tam admirabiles fabulas nectunt, tot talibusque argumentis abundant, ut iam dubitare liceat, num ii qui Athenis degunt, ovorum odorem, quae Ephesi coquuntur, sentiant; ambigantque utrum eo tempore in academia de his rebus verba reapse faciant, an potius domi sedentes de negotio alio confabulentur. Igitur hoc insano ac prodigioso dicendi genere sectam universam calumniae obiiciunt; ita ut homines ne iustis quidem quaestionibus fidem iam adhibeant. Quare isti academici non solum ipsi a suo proposito aberrant, verum etiam adulescentibus hunc morbum creant ut ethicae politicaeque eloquentiae nullum studium impendant, quae tamen sola utilis frugi hominibus est; atque interim in inanis atque incredibilis verbositatis ostentatione vitam conterant.

27. Idem in historia Timaeo usuvenit eiusque imitatoribus. Quum enim mirabilium rerum narrator sit, dictorumque suorum contentiosus propugnator,

(a) Cod. βουλόμενον. (b) Num pro εἴληχασι?

(1) Ineptam putidamque dialecticorum horum subtilitatem irridet diserte Fronto ad M. Aurelium scribens de eloq. ed. rom. p. 237; multoque magis Sextus empiricus.

Digitized by Google

γίας · τινὰς ἢ | κὴ προσκέκληται , κὴ μετ' ἀποδείξεως δοκεῖ πείσειν · κὴ μάλιστα | ταύτῃ γ' ἐνείργασται τ̃ δόξαν ἐκ τ̃ῦ τῶν τὰς ἀποικίας κὴ | κτήσεις κὴ συγχύσεις ἀποφάσεων · ἐν ᾧ δὲ τούτοις τηλικαύ|τῃ ἐπίφασιν ποιεῖ δι' ἃ δ̃ ἀκριβολογίας κὴ δ̃ πικρίας δ̃ | ὅτι τ̃ῦ ἐλέγχων οἷς χρῆται κ̃ῦ τ̃ῦ τέλους, 28.
ὥστε δοκεῖν κα|τὰ σοῦ ἄλλους συγγραφέας ἅπαντας συγκεκοιμῆσθαι τοῖς πράγ|μα|σι , ᾧ κατεσχεδάσθαι δ̃ οἰκουμένης , αὐτ̃ ἢ μόνον ἐξετα|κέναι τ̃ ἀκρίβειαν κὴ διὰ χρόνου τὰς ἐν ἑκάστοις ἱστορίας , | ἐν οἷς πολλὰ μὲν ὑγιῶς λέγεται , πολλὰ ἢ κὴ ψευδῶς .

XXVIII. Οὐ μὴν ἄλλοι | πλείω χρόνον συντραφέντες (a) ἐν τούτοις πρώτοις ὑπομνήμασιν || ἐν οἷς αἱ τ̃ προειρημένων εἰσὶ συντάξεις , ὅτ' ἂν ἅπασαν | συν- P. 12.
ταξάμενοι τ̃ ὑπερβολὴν δ̃ ἐπαγγελίας ἀποδείξουσι , | κἄπειτά τις αὐτοῖς 4.
ἀποδ̃ῦναι τ̃ Τίμαιον , ἐν οἷς πικρότατ|ᾳ ὅτι κ̃ῦ τ̃ πέλας , αὐτ̃ ἔνοχον ὄντα , καθάπερ ἡμεῖς ἀρτίως | ὅτι τ̃ Λοκρῶν κὴ τ̃ ἑξῆς παραπλήσια συνεγράψαμεν , δυσέρι|δες γίνονται κὴ φιλόνικοι κὴ δυσμετάθετοι , κὴ σχεδὸν ὡς 8.
ἔπ|ᾳ εἰπεῖν | οἱ φιλοπονέστατα προσεδρεύσαντες τοῖς ὑπομνήμασιν αὐτ̃ | τοῦτ' ἀποφέρονται τὸ λυσιτελὲς ἐκ δ̃ ἀναγνώσεως , οἵ γε μὲν τ̃ | δημηγορίαις προσχόντες τούτῳ κὴ καθόλου τοῖς διεξοδικοῖς λόγοις , | μειρακιώδεις κὴ διατριβικοὶ τ̃ῇ ἀναληθεῖς γίνονται δι' | τὰς ἄρτι ῥηθείσας αἰτίας .

XXVIIII. Λοιπὸν ἢ τὸ πραγματικὸν αὐτ̃ῷ μέρος | δ̃ ἱστορίας , ἐκ πάντων συγκείμενον τ̃ ἁμαρτημάτων , ὧν τὰ | πλεῖστα διεληλύθαμεν · τ̃ δ' αἰτίαν δ̃ ἁμαρτίας νῦν ἐροῦμεν , | ἥτις οὐκ ἔνδοξος μὲν φαίνεται τοῖς πλείστοις , ἀληθινωτάτη 12.

multos vana admiratione defigit , sibique specie veri conciliat . Quosdam etiam provocat , atque argumentis suis persuadere videtur : idque maxime sibi vindicat in coloniarum et urbium conditarum atque adfinitatum descriptionibus . Hac enim in parte tantopere se ostentat tum sermonis curiositate tum etiam reprehendendi ceteros acerbitate , ut apud alios quidem scriptores cuncti homines videantur rebus indormiisse , orbemque terrarum socorditer incoluisse , ipse vero solus diligenti inquisitione usus peritusque iudex et auctor historiarum videatur ; in quibus tamen cum multa sana dicuntur tum etiam mendacia abundant .

28. Sed enim alii , qui diutius in prioribus eius commentariis versati fuerunt , in quibus praedictae res perscribuntur ; postquam universam mente comprehenderint promissorum magnitudinem hisque fidem adhibuerint ; si mox aliquis iis demonstret , haec ipsa Timaeum peccare quae acerbissime in aliis reprehendit (veluti nos nuper falsum illum in Locrorum rerumque consequentium historia exhibuimus) ipsi inquam , moleste id ferunt atque adversantur , sequeque aegre a sua opinione divelli patiuntur . Denique , ut summatim dicam , quicumque impensissime Timaei commentariis studuerunt , hunc referunt lectionis fructum , ut in concionibus eius prolixisque sermonibus diu triti , pueriles et scholastici cassique veritate ob praedictas causas evadant .

29. Reliqua est Timaei pragmatica historiae pars , quae pariter ex omni errorum colluvie concreta est , quorum plurimos iam recensuimus . Nunc autem peccandi causam dicemus , quae etiamsi haud credibilis nonnullis videtur ,

(a) Ita legebam in cod. συν potius quam συσ.

Digitized by Google

δ' εὑρι|θήσεται τῷ Τιμαίῳ κατηγορημάτων · δοκεῖ μὲν γὰρ καὶ τὴν ἐμ|πειρικὴν ὡς ἐκασ- 16.
τα δύναμιν καὶ τὴν ὅλη̣ν δ' πολυπραγμο|σύνης ἕξιν παρεσκευάσθαι, καὶ συλλήβδ|ην φιλοπόνως προελη|λυθέναι πρὸς τὸ γράφειν τὴν ἱστορίαν· ἐν οἷοις δ' οὐδεὶς οὔτ' ἀπειρότατος οὔτ' ἀφιλοπονώτατος φαίνεται γ|υόμεν|ος τῶν ἐπ' ὀνό- 20.
μασι | συγγραφέων· δῆλον δ' ἔστι τὸ λεγόμενον ἐκ τούτων· " δύειν γὰρ ὄντων καθ' φύσιν ὡσανεί τινων ὀργάνων ἡμῖν κ. τ. λ. „ |||

Sequitur in codice locus prolixus editus lib. XII. 27. 28. usque ad ἐπιδεικτικοῖς λόγοις, *qui occupat in codice sesquipaginam: post quae verba rursus pergit ineditus vaticanus codex* πρᾶγμα τοιῶν *etc. Sed enim ego paulo altius scripturam incipiam, ut sententia vaticani palimpsesti clarius intelligatur.*

P. 73. XXX. " Ὅτι τοιοῦτός (a) ἐστιν, αὐτὸν ἀνθομολογούμενον εὐχερὲς φαίνε- 31.
P. 74. σθαι τὸν Τίμαιον · καὶ γὰρ τὸ προοίμιον τῆ̣ || ἕκτης βίβλου φησὶ τινὰς ὑπολαμ-
βάνειν διότι τινὸς μείζονος δεῖται | φύσεως καὶ φιλοπονίας καὶ παρασκευῆς τοῦ τῶν
ἐπιδεικτικῶν | λόγων γένους, ἢ τοῦ τῆ̣ ἱστορίας· ταύτας ἢ τὰς δόξας πρότε-
ρον | μὲν Ἐφόρῳ φησὶ προσπεσεῖν· οὐ δυνηθέντος δ' ἱκανῶς ἐκείνου | πρὸς 4.
ταῦτα λέγοντας ἁπαντῆσαι, πειρᾶται συγκρίνειν αὐτὸς | ἐκ παραβολῆς τὴν ἱστορίαν
τοῖς ἐπιδεικτικοῖς λόγοις· „ — πρᾶγμα | ποιῶν πάντων ἀτοπώτατον· πρῶτον μὲν τὸ
καταψεύσασθαι | τὴν συγγραφέως· ὁ γὰρ Ἔφορος παρ' ὅλ|ου τὴν πραγματείαν | θαυμάσιος ὢν 8.
καὶ κατὰ τὴν φράσιν καὶ κατὰ τὸν χαρισμὸν καὶ κα|τὰ τὴν ἐπίνοιαν τῶν λημμάτων, δυνότατος ἐστὶν
ἐν τοῖς πα|ρεκβάσεσι καὶ τοῖς ἀφ' αὑτῶν γνωμολογίαις · καὶ συλλήβδ|ην ὅ|τ' ἂν τις 12.
τὸν ὑπομιμνῄσκοντα λόγον προτίθηται, κατ' δέ τινα συντυχί|αν εὐχαρίστατα καὶ πιθα-
νότατα ὡς ἐπὶ τὸ συγκρίσεως εὕρηκε | τὸν τῶν ἱστοριογράφων καὶ λογογράφων · ὁ δ'
ἵνα μὴ δόξῃ ταῦτα λέγειν Ἐφόρῳ πρὸς τὸ καταψεῦσθαι ἐκείνου καὶ τῶν λοιπῶν

verissima tamen Timaei culparum origo est. Is enim cum ostentet practicam in singulis virtutem et curiosam sedulitatem; quumque, ut summatim dicam, magno labore se scribere historiam simulet; nihilominus in aliquot certe operis partibus imperitissimum et omnium qui appellantur historici socordissimum semet praebet. Rem ex sequentibus confirmabo. " Nam quum duo sint nobis a natura veluti instrumenta data etc. „

30. " Quod autem eiusmodi sit Timaeus, ipsum ultro fatentem exhibere facile est. Nam in sexti libri prohoemio ait quosdam opinari maiorem ingenii vim, gravioremque laborem atque apparatum ad epidicticum dicendi genus quam ad historicum requiri; atque hanc sententiam a nescio quibus aliquando Ephoro fuisse oppositam; quam quum ille verbis refutare non potuerit, conatur ipse comparationem quandam duorum generum instituere immixtis in historia epidicticis orationibus „; — rem omnium absurdissimam faciens, primo quia historicum calumniatur: namque Ephorus in universa historia permirus est sive elocutione, sive materiae tractatu, sive argumentorum excogitatione; tum digressionibus faciendis sententiisque de penu suo depromendis ingeniosissimus; atque ut breviter dicam, quotiescumque sermonem aliquem praeter rem praecipuam et quasi ad pompam adornat, nescio quo casu accidit ut suavissima quaedam maximeque probabilis exsistat comparatio historici et oratoris. Interim Timaeus, ne videatur adversus Ephorum aliosque calumniam struere, quidquid ceteri histo-

(a) Ed. τοιοῦτον.

Digitized by Google

ἂν | κατέγνωκε γὰρ τὰ ὑπ' ἄλλων δεόντως κεχρισμένα μακρῶς καὶ | σαφῶς, καὶ τῷ παντὶ χεῖρον ἐξηγούμενος, οὐδένα τῶν ζώντων | ὑπέλαβε τοῦτο πεπραγματηκέναι.

XXXI. Οὐ μὴν ἀλλὰ βουλόμενος αὔξειν | τὴν ἱστορίαν, πρῶτον μὲν τηλικαύ-
την εἶναι φησὶ διαφορὰν τῆς | ἱστορίας πρὸς τοὺς ἐπιδεικτικοὺς λόγους ἡλίκην ἔχει τὰ κατ' ἀλή|θειαν οἰκοδομημένα καὶ κατασκευασμένα, τῶν ἐν τοῖς σκηνο|γραφίαις φαι-
νομένων τόπων καὶ διαθέσεων· δεύτερον αὐτὸ | συναθροῖσαι φησὶ τὴν πραγματικὴν τῆς πρὸς τὴν ἱστορίαν, μεῖζον | ἔργον εἶναι τῆς ὅλης πραγματείας τοῖς ἐπιδεικτι|κοὺς λόγους· αὐτὸς γοῦν τηλικαύτην ὑπομένειν δαπάνην | καὶ κακοπάθειαν τοῖς συναγαγεῖν τὰ πεπραγμένα τινῶν ὑπομνημάτων, | καὶ πολυπραγμο-
νῆσαι τὰ Λιγύων ἔθη καὶ Κελτῶν, ἅμα δὲ τούτοις | Ἰβήρων, ὥστε μηδὲν αὐτὸς ἐλ-
πίσαι μήτ' ἂν ἑτέροις ἐξηγουμένοις | πεπεισθῆναι περὶ τούτων· ἡδέως γ' εἴτις ἂν ἔροιτο τῶν συγγραφέ|ων, πότερον ὑπολαμβάνει μεῖζον δεῖσθαι δαπάνης καὶ κακοπα|θείας τὸ καθήμενον ἐν ἄστει συνάγειν ὑπομνήματα καὶ πολυπραγ-
μονεῖν τὰ Λιγύων ἔθη καὶ Κελτῶν, ἢ τὸ πειραθῆναι τῶν πλείστων ||| ἐθνῶν, P. 29.
καὶ τούτων αὐτόπτας γενέσθαι (1); τί δ' αὖ τὸ συνθάνεσθαι τὰς πεπατάξεις καὶ πο-
λιορκίας, ἔτι δὲ ναυμαχίας τῶν πεπατευχηκότων | τοῖς κινδύνοις, ἢ τὸ πεῖ-
ραν λαβεῖν τῶν δεινῶν καὶ τῶν ἅμα τούτοις | συμβαινόντων ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων (2);

rici laudabiliter tractaverunt, diu aperteque vituperat; et dum omnia ad peiorem partem trahit, malitiam suam nemini viventi cognitum iri putat.

31. Et tamen historiae laudes augendi cupidus, primo quidem tantam esse ait differentiam historiae ab orationibus epidicticis, quanta est inter vera aedificia et illa in scenis figmenta locorum ac dispositionum. Deinde adfirmat vel solam materiae ob instruendam historiam conquisitionem maius esse opus, quam quidquid laboris insumitur in epidicticis ipsis sermonibus componendis. Ipse igitur tantas toleravisse dicit impensas tantosque labores in colligendis nonnullorum auctorum commentariis, atque in percontando de Ligurum et Gallorum, adde si vis Iberorum, moribus, ut neminem speret fidem ei talia narranti adhibiturum. Atqui aliquis ex historicis libenter cum interrogaret, utrum existimet gravioris esse impensae atque laboris sedentem in urbe comparare sibi libros, et de Ligurum Gallorumque ritibus vestigare; an reapse adire plurimos populos, eosque propriis oculis collustrare. Quantum porro interest inter proeliorum terrestrium aut maritimorum vel obsidionum ex illorum ore qui interfuerunt auditiones, et ipsam terribilium operum martiorumque laborum experientiam? Equidem haud tantum

(1) Dum Timaei quietem reprehendit Polybius, itinera ipse sua tacite commendat; quae reapse ab eo ob historiam recte sapienterque scribendam per Europam Libyamque suscepta fuisse scimus, teste eodemmet lib. III. 48. 59. et Plinio lib. V. sect. 1. Peregrinationem praeterea suam aegyptiacam commemorat Polybius XXXIV. 14.

(2) Polybium advocatum fuisse e Graecia litteris Manilii consulis ut bello punico tertio interesset, suaque ad id gerendum consilia praesens conferret, dicit ipse auctor in excerptis vaticanis p. 447. Tum Africano iuniori multis in bellis comitem fuisse, narrat Arrianus tacticorum initio. Capiendae Carthagini adfuisse Polybium, ait praeter Appianum, Diodorus in vaticanis excerptis p. 93. Corintho item delendae denique interfuit, teste Plutarcho vit. Philopoem. fin. et ipso Polybio apud Strabonem VIII. 6.

Digitized by Google

ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ οἶομαι τηλικάυτην διαφορὰν ἔχειν τὰ κατ' ἀλήθειαν οἰκοδομήματα, τῆς ἐν τ | σκηνογραφίαις τόπων· οὐδὲ τ ἱστορίαν, τῆς ἐπιδεικτικῶν | λόγων, ἠλίκην ἔτι πασῶν τῆς συντάξεων τ ἐξ αὐτοψίας | καὶ τῶν ἐξ αὐτοπαθείας 8.
ἀποφάσιν, τῆς ἐξ ἀκοῆς καὶ διηγήμα|τος γραφομένων· ἣν εἰς τέλος ἄπειρος ὤν, εἰκότως ὑπελάβε|το πάντων ἐλάχιστον καὶ ῥᾷστον εἶναι τοῖς πραγματευομέ-
νοις | ἱστορίαν· λέγω δὲ τὸ συνάγειν ὑπομνήματα καὶ συντίθεσθαι παρὰ | τῆς 12
εἰδότων ἕκαστα τῆς πραγμάτων· καί τοι γε ἐφ' τοῦτο τὸ μέρος ἀνάγκη μεγάλα διαψεύδεσθαι τοὺς ἀπείρους· πῶς γὰρ οἷόν τε καλῶς | ἀνακρίναι ἐφ' παρατάξεως ἢ πολιορκίας ἢ ναυμαχίας; | πῶς ἂν συνεῖναι τῆς ἐξηγουμένων τὰ
κοῦ μέρος, ἀνεννόητον | ὄντα τῆς προφρημένων; οὐ γὰρ ἔλαττον ὁ συνθανόμενος 16.
τ | ἀπαγγελμάτων συμβάλλεται πρὸς τ ἐξήγησιν· ἡ γὰρ τ παρεπο|μένων τοῖς πράγμασιν ὑπόμνησις αὕτη χειραγωγεῖ τ ἐξηγούμενον | ἐφ' ἕκαστα τῆς συμβε-
βηκότων· ὑπὲρ ὧν ὁ μὲν ἄπειρος (a), οὔ|τε ἀνακρίναι ἐφ' προγεγονότας ἱκανός 20.
ὅζιν, οὔτε συμπαρὼν | γνῶναι τὸ γεγόμενον· ἀλλὰ κἂν παρῇ, τρόπον τινὰ
μὴ (b) παρών.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΓ.

I. Ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ αἰτωλὸς (1) νομοθετοῦντος Δωριμάχου καὶ Σκοπᾶ | ἀντί-

differre arbitror vera aedificia ab illorum delineationibus; neque tantopere historiam ab epidicticis orationibus; quantum in omni scriptione distat is qui non sine proprio opere atque experientia narrat, ab eo qui ex aliena traditione audituque rem litteris commendat. Imperiti denique pro suo iure existimant minimum esse atque facillimum negotium historiam scribentibus, commentarios colligere atque ab iis qui singula norunt summam rerum ediscere. Sed enim hac quoque in parte falli saepe imperitos necesse est. Nam qui fieri potest ut hi recte interrogent de terrestribus maritimisque proeliis et de obsessionibus? Rursus quomodo intelliget res particulatim expositas, is qui omnia praedicta nescit? Multum enim prodesse solet narrantibus ipsis ratio qua interrogat is qui audit. Namque eorum qui negotiis interfuerunt ipsa suggestio per singula facta narrantem ducit: de quibus sane imperitus neque maiores natu consulere scit; neque si res forte aetate sua contigerunt, eas ipse intelligere potest. Nam etiamsi adest, tamen quodammodo abest.

EX LIBRO XIII.

1. Alexander aetolus Dorimacho et Scopae legumlatoribus resistebat, mul-

(a) Cod. ἔμπειρος. (b) Deest in codice μὴ; quam tamen particulam esse addendam, suadet sensus, tum etiam similis Polybii locus ed. XII. 24.

(1) Huius Alexandri, cognomento Isii, non semel apud Polybium mentio est.

Digitized by Google

λείπε τοῖς γραφομένοις, ἐκ πολλῶν ὀπισθοφυλάκων ὅτι "παρ' οἷς | ἔφυ τὸ φυτὸν τοῦτο, οὐδέποτε κατέληξε πρότερον ἢ μεγάλοις | κακοῖς ἐμβαλεῖν τοὺς ἅπαξ αὐτῷ χρησαμένους (1)„· διόπερ | ἠξίου μὴ μόνον πρὸς τὸ παρὸν ἀποβλέπειν εἰ κουφισθήσονται τῶν | ἐνεστώτων συναλλαγμάτων (2), ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μέλλον· ἄτοπον γὰρ εἶναι πολεμοῦντας μὲν καὶ τὸ πνεῦμα προΐεσθαι χάριν τῶν τέκνων | ἀσφαλείας, βαλλομένους δὲ μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τοῦ μὴ ταὐτὰ χρόνῳ.

II. Ὅτι Σκόπας (3) ὁ Αἰτωλῶν νομογράφος ἀποτυ|χὼν τῆς ἀρχῆς, ἧς χάριν τοὺς νόμους ἔγραφε, μετέωρος ἦν εἰς | τὴν Ἀλεξάνδρειαν τῇ ἐκεῖθεν ἐλπίσιν ἀναπληρώσων τὰ λεί||ποντα τοῦ βίου, καὶ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν· οὐκ P. 30.
εἰδὼς | ὅτι καθάπερ ὅταν τοῦ ὑδρωπικῶν οὐδέποτε ποιεῖ παῦλαν οὐδὲ κό|ρον (a) ἡ ἐπιθυμίας ἡ τοῦ ἔξωθεν ὑγρῶν παράθεσις, ἐὰν μὴ τὶς | ἐν αὐτῷ τῷ σώματι διάθεσιν ὑγιάσῃ τις· τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ | τὴν πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν οἷόν τε κορέσαι, μὴ οὐ τὶς ἐν τῇ ψυχῇ | κακίαν λόγῳ τινὶ διορθωτάμενον (b)· ἐμφανέστατον δὲ τοῦτο συμ|βῆναι γενέσθαι ἐπὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὑπὲρ οὗ νῦν ὁ λόγος.

Sequitur in codice locus de vi veritatis, καὶ μοι δοκεῖ etc. usque ad καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος; *qui locus occurrit in excerptis editis lib. XIII. 5. Tum additur in codice vaticano clausula praedicti loci inedita:* ὡς συνέβη γενέσθαι ἐπὶ τὸν Ἡρακλείδην τὸν τοῦ Φιλίππου τοῦ βασιλέως εἰς Ῥόδον ἀφικόμενον.

tis argumentis demonstrans, " ubicumque eiusmodi legum germen esset, haud ante id extingui solitum quam ingentibus malis eos qui uterentur obrueret „. Quamobrem rogabat, ut ne cogitarent tantummodo num in praesentiarum alieni aeris gravamine levarentur, verum etiam futurum tempus spectarent. Namque animam pro liberorum tutela in bello profundere, in pacilicis autem consiliis nullum futuri temporis respectum habere, absurdum esse dicebat.

2. Scopas Aetolorum legislator amissa dignitate, cuius causa leges scripserat, vota sua Alexandriam transtulit, bonis illic obtinendis vitae inopiam suamque animi cupiditatem sperans se expleturum. Nescius videlicet, quod sicuti hydropico nullam adfert sitis pausam vel satietatem, humidorum externorum propinatio, nisi ipsius corporis adfectio medicina curetur; ita prorsus habendi amorem nemo potest saturare, nisi animi vitium ratione aliqua emendaverit. Eius rei perspicuum exemplum in hoc homine fuit, de quo nunc verba facimus.

(a) Cod. κύριον. (b) Cod. διορθωσάμενος.

(1) Hi duo, quos uncis inclusi, versiculi extant in editis lib. XIII. 2. apud Schweighaeuserum, sed praeposterе ab eo collocati post Scopae mentionem; qui locus in genuina vaticani codicis dispositione posterior est. Hunc igitur ac minutos alios huiusmodi a me notatos errores emendabunt futuri editores; quin tamen vel Schweighaeuserum acrius obiurgent, vel in his victoriolis insolentius volitent: nemo enim mortalis omnibus horis sapit: neque tot verum recta dispositio ab uno plerumque homine, et quidem occupato, fieri plerumque potest.

(2) Ab Aetolos acre alieno pressis, duumviros legibus novis scribendis creatos Dorimachum et Scopam dicit Polybius etiam in excerptis editis XIII. 1.

(3) Hic de Scopa tractus extat in excerptis editis XIII. 2; sed cum varietate, et modo brevior modo prolixior.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΔ.

Σχολ. Ἰστέον ὅτι τὸ προοίμιον μόνον δι᾽ισάφει τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου λόγου· τὰ δ᾽ ἐφεξῆς πάντα ἐνέλειπεν μέχρι λ φύλλων (1).

Ὅτι φησὶ ΠΟΛΥΒΙΟΣ περὶ ἑαυτοῦ καὶ περὶ τῶν βίβλων ὑποθετικῆς ἐξηγήσεως. Ἴσως μὲν οὖν ἐπὶ πάσαις ταῖς ὀλυμπιάσιν αἱ προθέσεις τῶν πράξεων εἰς ζήτησιν ἄγουσι τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ διὰ τὸ πλῆθος καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν γεγονότων, ὡς ἂν ὑπὸ μίαν σύναψιν ἀγομένων τῶν ἐξ ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔργων (2)· οὐ μὴν τὰ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ὀλυμπιάδα μᾶλλον νομίζουσιν ἐπιτηρεῖν τοὺς ἀναγινώσκοντας, διὰ τὸ πρῶτον μὲν τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Λιβύην πολέμους ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις εἰληφέναι τὴν συντέλειαν· ὑπὲρ ὧν τίς οὐκ ἂν ἰσορρῆσαι βουληθείη ποία τις ἡ καταστροφὴ καὶ τίς τὸ τέλος αὐτῶν ἐγένετο; φύσει γὰρ πάντες ἄνθρωποι ἑκάστων τὸ τέλος ἱμείρουσι μαθεῖν· πρὸς δὲ τούτοις συμβαίνει καὶ τὰς προαιρέσεις τῶν βασιλέων ἐκφανεστάτας γεγονέναι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους· ἃ γὰρ πρότερον ἐγένετο περὶ αὐτῶν, τότε σαφῶς ἐπεγνώσθη πάντα παρὰ πᾶσι, καὶ τοῖς μηθ᾽ ὅλως ἐθέλουσι πολυπραγμονεῖν· διὸ καὶ βουλόμενοι κατ᾽ ἀξίαν τῶν ἔργων ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν, οὐ (a) τὰς ἐν κ (b) δυεῖν ἐτῶν (3) πράξεις κατατετάχαμεν εἰς μίαν βίβλον, καθάπερ ||| ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἀποδεδώκαμεν. *

16. 20. 24. 28. 32.

P. 37.

EX LIBRO XIIII.

Scholion. Sciat lector, prohoemium tantummodo nobis se conspiciendum obtulisse quartidecimi libri; reliquias vero partes defuisse usque ad folium trigesimum.

Ait POLYBIUS de se et de expositione argumenti librorum. Fortasse igitur actorum cunctis olympiadibus propositiones curiositatem lectorum commovent, tum numero suo tum etiam magnitudine rerum gestarum; quia sub una veluti serie universi orbis acta ponuntur: non autem illis rebus, quae intra unamquamque olympiadem geruntur, existimabunt magnopere occupari lectores. Nam primo quidem bella per Italiam et Africam patrata, nostra demum aetate exitum nacta sunt; quorum quis non catastrophen atque finem pervidere velit? Naturaliter quippe omnes homines cuiusvis rei exitum cognoscere avent. Praeterea regum consilia extremis rerum temporibus apprime innotescunt: quae enim antea per haec fiebant, tunc manifesta omnibus quantumlibet incuriosis evadunt. Nos igitur cupidi res pro sua dignitate narrandi, nequaquam acta annorum viginti duorum in uno libro congessimus, sicuti iam in superioribus tradidimus. *

(a) Suspicatur delendam esse hanc particulam *οὐ nequaquam*. (b) In codice scribitur κτῶν δυεῖν, quasi *εἰκοστῶν*. Sic in Latinorum antiquis codicibus post notam numeralem memini me videre aliquando vocabuli terminationem, v. gr. $\overline{\text{A}}\Lambda\text{mus}$ pro *vigesimus*.

(1) Mutilum fuisse in codicibus quartum decimum Polybii librum testatur etiam eclogarius valesianus (ed Schw. T. III. p. 488.) in calce fragmentorum huius libri, his verbis: ζήτει· ἐνέλειπε γὰρ φύλλα $\overline{\mu\alpha}$, ἐν οἷς περὶ τοῦ Πτολεμαίου ἐνεργεῖτο καὶ Ἀρσινόης: *Reliqua quaerenda. Deerant enim XLVIII folia, in quibus de Ptolemaeo et Arsinoe agebatur.*

(2) Non absimilem sententiam pronunciat Polybius XIV. 12, loquens de Ptolemaei philopatoris regno, quod temporis spatium coniunctim se velle describere ait.

(3) Intellige annos, quibus regnavit Ptolemaeus philopator, qui reapse totidem circiter fuerunt, teste Eusebio chron. lib. I. 22. ed. Mediol. p. 123, ibidemque Syncello.

Digitized by Google

Sequuntur in codice orationes duae Hannibalis et Scipionis in colloquio prope Zamam habito, quae extant in excerptis editis lib. XV. 6—9; ideoque a me pro more meo praetermittuntur.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΕ.

17. I. Ὅτι (1) εἰς πολλὰς καὶ μεγάλας ἀτυχίας προφανῶς οὐκ οἴσθα πῶς ἐμπί- P. 3.
πτουσι πάντες ἄνθρωποι, καὶ οὐ δύνανται λῆξαι τῆς ἐννοίας, | ἀλλ' οὐδὲ βρα-
20. χὺ διαπεῖσαι ῥᾴδιον, καθάπερ ἔνια τῶν ἀλόγων ζώων · | ἐκεῖνα γὰρ οὐ μόνον
ἐὰν αὐτὰ πολὺ δυσχερήσῃ φθεῖ τὰ δέλεατα | καὶ τὰς ἄρκυς, ἀλλὰ κἂν ἕτερον ἴδῃ
κινδυνεύον, οὐκ ἂν ἔτι ῥᾳδίως | αὐτὰ προσαγάγοις πρὸς οὐδὲν τῶν τοιού-
των, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον ὑπο|πτεύει, καὶ παντὶ τῷ φαινομένῳ διαπεῖσεῖ · οἱ δὲ ἄν-
24. θρωποι τὰς μὲν ἀκού|οντες ἀπολλυμένας πόλεις ἄρδην ζόπῳ τινί, τὰς δὲ
ἀκμὴν ὁρῶν|τες, ὅμως ὅταν τις τῷ πρὸς χάριν λόγῳ προτείνῃ τὴν ἐλπίδα |
καὶ ἐξ ἀλλήλων ἐπανορθώσεως, πρόεισι πρὸς τὸ δέλεαρ ἀνεπι|σάτως · σαφῶς
28. εἰδότες ὅτι τῆς τὰ τοιαῦτα δελέατα καταπιόντων | οὐδεὶς οὐδέποτε σέ-
σωσται, πᾶσι δ' ὁμολογουμένως ὄλεθρον ἐπήνεγ|καν αἱ τοιαῦται πολι-
τεῖαι.

II. Ἴσως μὲν γὰρ πάντες οἱ βασιλεῖς κατ|ὰ τὰς πρώτας ἀρχὰς τοῖς ἀν-
θρώποις (a) προτείνουσι τὸ μὲν ἐλεύθερίας ὄνομα | καὶ φίλους προσαγορεύουσι καὶ
32. συμμάχους κοινωνήσαντας σφίσι τῶν | αὐτῶν ἐλπίδων (2)· καθικόμενοι δὲ τῶν πρά-

EX LIBRO XV.

1. Nescio quo pacto omnes homines in multas magnasque calamitates palam se proruunt; neque ab hac sua voluntate cessare queunt, neque aliquantulum saltem diffidere, quod perfacile foret, sicuti bruta aliquot animalia solent. Haec enim non solum si valde aliquando laboraverint vel ab esca dolosa vel a retibus; verum si aliud animal periclitari viderint; haud iam tibi facile fuerit ea deinceps ad eiusmodi pericula trahere; immo et ipsum locum suspectum habent, atque omni ostento diffidunt. Homines autem etiamsi audiant alias quidem urbes funditus ut ita dicam fuisse eversas, alias vero etiamnum ita iacere videant; nihilominus siquando aliquis cum blando ac laudatorio sermone spem mutuorum commodorum obiicit, in fraudem inconsiderate decidunt; alioquin probe gnari, neminem qui huiusmodi escas voraverit incolumem evasisse, atque omnibus manifesto exitio fuisse has reipublicae formas.

2. Plerique sane reges, dum imperium suscipiunt, libertatis nomen hominibus ostentant, amicosque et socios appellant eos qui spes suas cum ipsis communicaverunt. Verumtamen ubi rerum potiti sunt, continuo non ut sociis sed

(a) In cod. est tantummodo τοῖς. Addidi ergo ἀνθρώποις; nisi forte pro τοῖς mavis πᾶσι.

(1) Quae sequitur materia usque ad Agathoclis mentionem videtur collocanda inter capp. XX et XXV. libri XV.

(2) Loquitur fortasse Polybius de Philippo Macedonum rege penultimo, qui in regni primordiis optimus fuit et laudatissimus princeps, deinde pessimus evasit. Polyb.

Digitized by Google

P. 4. ξεων, ωὗτα᾽ πόδας || οὐ συμμαχικῶς ἀλλὰ δεσποτικῶς χρῶνται τοῖς πιστεύσασι· διὸ καὶ | τὴν μὲν καλοῦ δραφεύσονται, τὴν ἣ παρ᾽ αὐτοῖς συμφέροντος ὡς ἐπίπαν οὐκ ἐπιτυγχάνουσι· τὴν (a) δ᾽ ἐπιβαλλόμενον τοῖς μεγίστοις καὶ φιλαμ- 4.
βάνοντα τὴν ἐλπίσι τὴν οἰκουμένην, καὶ πάσας ἀκμὴν ἀκεραίους ἔχοντα τὰς ἐπιβολὰς, εὐθέως ἐν τοῖς ἐλαχίστοις καὶ πρώτοις | τῶν ὑποπιπτόντων ἐπικηρύττειν ἅπασι τὴν ἀθεσίαν αὐτὴν καὶ τὴν | ἀβεβαιότητα, πῶς οὐκ ἂν δόξειεν ἀλόγιστον εἶναι καὶ μανικόν;

Ὅτι ἐπεὶ πάσας καθ᾽ ἕκαστον ἔτος τὰς κατάλληλα πράξεις γινομένας | 8.
καὶ τὴν οἰκουμένην ἐξηγούμεθα, δῆλον ἀεὶ ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ τέλος | ἐπ᾽ ἐνίων πρότερον ἀφέρειν τὴν ἀρχῆς, ἐπειδὰν πρότερον ὁ τόπος | ὑποπίπτῃ κατὰ τὴν τῆς ὅλης ὑποθέσεως μερισμόν· καὶ καὶ τὴν τὴν | διηγήσεως ἔφοδον, ὁ τιὼ συντέ- 12.
λεται τὴν πράξεως ἔχων, τὴν τὴν | ἀρχὴν καὶ τὴν ἐπιβολὴν ἐπιέχοντος.

III. Ὅτι Δείνωνα τὸν Δείνωνος ἐπανείλετο Ἀγαθοκλῆς, καὶ τοῦτο ἔπραξεν τὸν ἀδίκων ἔργων | ὡς ἡ παροιμία φησὶ δικαιότατα· καθ᾽ ὃν μὲν γὰρ καιρὸν τὰ | γραμμάτων αὐτῷ προσπεσόντων ὑπὲρ τὴν ἀναιρέσεως τὴν Ἀρσινόης, ἐξουσίαν 16.
ἴσχε μιαίνειν τὴν πρᾶξιν, καὶ (b) σῶσαι τὰ καὶ τὴν βασίλειαν· τότε | δὲ συνεργήσας τοῖς περὶ τὸν Φιλάμμωνα, πάντων ἐγένετο τῶν ἐπιγινομένων κακῶν αἴτιος· μετὰ δὲ τὸ συντελεσθῆναι τὸν φόνον (c) ἀναμεούμενος καὶ πρὸς πολλοὺς οἰκτιζόμενος, καὶ μεταμελόμενος ὅτι τὸ τοιοῦτον καιρὸν καταλιπεῖν, δῆλος ἐγένετο τοῖς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα· | διὸ καὶ σφαγτικὰ τυχὼν τὴν ἁρμοζούσης τιμωρίας, μετήλλαξε τὸν | βίον (1). 20.

ut famulis utuntur iis qui se in illorum fidem tradiderunt. Itaque et honestatem relinquunt, neque utilitates plerumque suas consequuntur. Iamvero homo qui summas res adfectaverat, terrarum orbem spe sua occupaverat, quique in summa gerendarum rerum prosperitate versabatur; nonne hic inquam stultissimus furiosusque videbitur, si eo redactus fuerit, ut mox inter subditos suos minimos aeque ac summos inconstantiam infirmitatemque fortunae suae fateatur?

Quia cunctas per singulos annos res in orbe gestas contemporaneas narramus, sine dubio necesse est ut finis quandoque prius quam initium dicatur, prout se prima intulerit occasio in universi argumenti dispositione: proque vario narrationis cursu res interdum finalis principio exordioque negotii praevertatur.

3. Dinonem Dinonis filium interfecit Agathocles; hancque fecit rerum iniustarum, ut est in proverbio, iustissimam. Nam quo tempore litterae illi obvenerunt de patranda Arsinoes caede, in eius potestate fuit rem patefacere regnumque servare. Verum ipse coniuncta potius cum Philammone opera, malorum omnium causa fuit. Post caedem vero peractam, immutato animo et apud multos rem gestam deplorans, paenitensque quod tantam occasionem praetermisisset; delatus est apud Agathoclem, statimque digno supplicio adfectus vitae finem nactus est.

(a) Cod. τά. (b) Cod. καὶ τὴν πρᾶξιν σῶσαι. (c) Cod. φόξον.

(1) Ineditum est, ut cetera, hoc Polybii fragmentum. Fata vero Arsinoes, quae soror et coniunx Ptolemaei philopatoris fuit, perspicue narrat Iustinus XXX. 1. (quamquam eam falso nomine appellat Eurydicen.) Nimirum Ptolemaeus Agathocleae, quae soror erat Agathoclis potentissimi apud regem,

Digitized by Google

Ὅτι ὡδὶ Ἀγαθοκλέους τ̃ ψευδεπιβόπου (1) Πτολεμαίου φησὶν ὁ ΠΟΛΥΒΙΟΣ.
" Ἐγὼ δ' οὐκ ἀγνοῶ μὲν τὰς τερατείας κ̀ διασκευασίας κ. τ. λ. "

Sequitur in codice locus editus in excerptis lib. XV. 34. usque ad finem capitis 36. μήτε πρᾶπειν δυναμένων. Cui loco accedit in codice vat. clausula inedita : περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν εἰρήσθω.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ Ις.

25. I. Ὅτι μ̀ τὸ σωτηρισθῆναι τ̀ ὅλὴ τ̀ Λάδλω | ναυμαχίαν (2), κ̀ σῶσ μὲν P. 50.
Ῥοδίους ἐκποδὼν γενέσθαι, τ̀ ἢ Ἄτταλον μη|δέπω συμμεμαχηκέναι (a), δῆλον ὡς
28. ἐξῆν τηρεῖν τῷ Φιλίππῳ τ̀ εἰς | τ̀ Ἀλεξάνδρειαν πλοῦν (3)· ἐξ οὗ δὴ € μά-
λισά τις καταμάθοιτο μανιώδη γενόμενον Φίλιππον τοῦτο πρᾶξαι (b)· τί οὖν
ἦν τὸ τ̀ ὁρμῆς ἐ|πιλαβόμενον ; οὐδὲν ἕτερον ἀλλ' ἢ φύσις τ̃ πραγμάτων·
32. ἐκ πολλοῦ | μὲν γὰρ ἐνίοτε πολλοὶ τ̃ ἀδυνάτων ἐφίενται δι' τὸ μέγεθος | τ̃
προφαινομένων ἐλπίδων, κρατούσης τ̀ ἐπιθυμίας τ̃ ||| . . . .

* * *

Desiderantur paginae duae.

ΕΚ ΤΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΙΘ. Κ. ΚΑ. (4)

I. . . (5) ἐξ αὐτ̃ τ̀ ῥηθέντα ὡδὶ τούτων πρὸς αὐτόν· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τ̃ | πλεί- P. 13.

De Agathocle falso Ptolemaei tutore ait POLYBIUS. " Non ignoro equidem praestigia atque artificia etc. "

EX LIBRO XVI.

1. Post debellatum apud Laden navale proclium, amotis Rhodiis, Attalo belli societatem iam omittente, perspicuum est licuisse Philippo Alexandriam usque navigare : unde potissimum liquet Philippum dementi animo percitum ita se gessisse. Quid enim illum ab eo cursu inhibebat ? nihil profecto aliud quam solita rerum natura. Multi enim ad impossibilia diu interdum anhelant, speratarum rerum magnitudine impulsi, cupiditate occupante . . .

* * *

EX LIBRIS XIX. XX. XXI.

1. . . *Lacedaemonii deliberabant* quisnam e civibus ad Philopoemenem de

(a) Cod. συμμεμυχέναι, quasi a συμμύω; quam lectionem mutandam esse iudicavi. (b) Malim μὴ πρᾶξαι.

illecebris captus Arsinoem uxorem occidendam curavit. Et Philammonem quidem caedis auctorem fuisse dicit etiam Polybius in editis XV. 33; nunc vero cognoscimus Dinonem quoque fuisse sceleris socium, cuius quum postea paenitentiam prae se gereret, ab Agathocle interfectus fuit. Domus autem agathocleae universae supplicium narrat Polybius XV. 30. sqq.

(1) Sic appellat Agathoclem Polybius etiam XV. 25. Puer autem quinquennis erat Philopatoris filius Ptolemaeus epiphanes, cuius tutelam usurpaverat Agathocles.

(2) Pugna circa Laden insulam accidit olympiade CXLIV, in eaque Philippus Rhodios et Attalum pergamenum superavit. Confer Valesium et Schw. in notis ad Polyb. XVI. 14.

(3) Scilicet ad occupandum Ptolemaei epiphanis pueri regnum, quod inita cum Antiocho societate sibi partim vindicabat Philippus. Polyb. XV. 20.

(4) Sic pono ex coniectura mea. Etenim inter materiam decimi sexti libri, et illam quae mox diserte dicitur libri XXII, intercedunt in codice paginae quatuor; quarum duae priores desiderantur ob amissum folium; posteriores duae supersunt; quamquam postremae pauca verba leguntur. Censui igitur quinque librorum a XVI. ad XXI. excerpta ita esse distribuenda, ut in folio amisso duos fere priores libros cum parte sextidecimi; in superstite, tres fere posteriores credibiliter delibatos putarem.

(5) In sequenti polybiana narratione legationis

Digitized by Google

σων ἐργολάβους πολλοὶ προσφέρουσι τὰς τοιαύτας χάριτας | καὶ ταύτῃ ἀρχὴν ποιοῦνται
φιλίας καὶ συνάσεως, οὕτως ἐπὶ Φιλοποίμενος ὁ προσοίσων ταύτῃ τὴν χάριν (1) οὐκ 4.
εὑρίσκετο τὸ παράπαν· ἕως ἂν ἀπορήσαντες ψήφῳ προεχείρησαν Τιμόλαον, ὃς
ὑπάρχων καὶ ξένος πάτριος καὶ συνήθης ἐπὶ πολὺ τῷ Φιλοποίμενι | δὶς (2) εἰς
τὴν μεγάλην πόλιν ἐκδημήσας αὐτοῦ τούτου χάριν, οὐκ ἐτόλμησε Φιλοποι- 8.
μένη[ι] (a) . . οὐθέν· μέχρις ὅτε μυωπίσας ἑαυτὸν, | ἐν τρίτον ἐλθ[ὼν εἰάρρησε]
μνησθῆναι δὲ δωρεᾶς· τὴν ᾗ Φιλοποίμε|νος παρὰ δόξαν [λόγους] τούτους ἀποδεξα-
μένου καὶ φιλανθρώπως, | ὁ μὲν Τιμόλαος περιχαρὴς ἦν, ὑπολαβὼν κα-
θίχθαι δὲ ἐπιβολῆς· | ὁ δὲ Φιλοποίμην εἶξεν εἶφη μετ' ὀλίγας ἡμέρας εἰς δὲ 12.
Λακεδαίμονος (b)· | θέλειν γὰρ εὐχαριστῆσαι πᾶσι τοῖς ἄρχουσι περὶ τού-
των· ἐλθὼν δὲ μὴ ταῦτα καὶ κληθεὶς εἰς τὸ συνέδριον, πάλαι μὲν ἔφη γι- 16.
νώσκειν τὴν τῶν | Λακεδαιμονίων εἰς αὐτὸν εὔνοιαν, μάλιστα δ' ἐκ τῆς νῦν προτει-
νομέ|νης στεφάνης καὶ δὲ τοιαύτης τιμῆς· τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν αὐτῶν | ἔφησεν ἀπο-
δέχεσθαι τῷ ἐγχρίσματι δυσωπεῖσθαι· δεῖν γὰρ οὐ τοῖς φίλοις δίδοσθαι
τὰς τοιαύτας τιμὰς καὶ σοὺς στεφάνους, ἐξ ὧν ὁ πεπιθέ|μενος οὐδέποτε μὴ τὴν
ἰὸν ἀπονίψηται, πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖς ἐχθροῖς· | ἵνα οἱ μὲν φίλοι τηροῦντες πρὸ 20.
παῤῥησίαν πιστεύωνται πρὸς τοὺς Ἀ|χαιούς, ἐπὰν προθῶνται τῇ πόλει βοη-

his rebus orator pergeret: quumque multi, ut plurimum, pretio redemptis fungi soleant huiusmodi gratiosis legationibus, quia sic amicitiae ac sodalitiorum nanciscuntur occasiones; tamen ad Philopoemenem nemo prorsus inveniebatur qui hanc Lacedaemoniorum gratiam deferre vellet: donec hominum penuria coacti, Timolaum suffragiis designaverunt, qui paterno hospitio ac vetere necessitudine Philopoemenai devinctus erat. Is ergo bis Megalopolim negotii huius causa venit; neque tamen Philopoemeni legationis suae propositum indicare ausus est: donec ipse sibi vim veluti faciens, tertioque ad eum profectus, mentionem denique doni fidenter fecit. Tunc Philopoemene sermonem hunc, praeter spem, humaniter excipiente, laetus admodum Timolaus erat, quia se voti compotem esse putabat. Sed enim Philopoemen venturum se paucos post dies Lacedaemonem denuntiavit: velle enim se cunctis principibus ob hanc rem gratias agere. Reapse illuc profectus atque in curiam introductus; iamdiu quidem, ait exploratam sibi fuisse Lacedaemoniorum erga se benivolentiam, praecipue tamen eam nunc agnoscere ob oblatam coronam tantumque honorem. Verumtamen quominus munus id ex eorum manu reciperet, pudore se deterreri: quippe huiusmodi honorificentias atque coronas nequaquam amicis esse tribuendas, qui si eas sibi circumposuerint, ii aeruginem quae ex iisdem in animos influit numquam expurgabunt. Inimicos ergo potissimum his esse donis adficiendos. Sic enim amici quidem incolumi animi linguaeque libertate, fidem apud Achaeos nanciscentur, siquando Spartam suppetiis adiuvandam suaserint: inimici autem, esca vorata,

(1) Verbum unum legi nequit. (b) Subintelligitur πόλιν. Velati Latini dicunt *ad Vestae* id est templum.

laconicae ad Philopoemenem, insigne nunc demum detegimus Plutarchi plagium, qui in vita Philopoemenis (ed. Reisk. tom. II. p. 639. sqq.) Polybium tacite sibi vindicat, verbis tantummodo plerumque immutatis.

(1) Centum viginti talenta intellige, ut ait Plutarchus; vel potius coronam, ut infra Polybius.

(2) Cod. δὶς *aegre* pro δὶς *bis*. Verumtamen δὶς legebat apud Polybium Plutarchus, qui pariter ait Timolaum bis et tertio venisse Megalopolim.

Digitized by Google

θεῖν · οἱ ᾗ ἐχθροὶ καταπίνοντες (a) | τὸ δίκαιον, ἢ συνηγορεῖν αὐτοῖς ἀναγκάζονται, ἢ σιωπῶντες (1) μηδὲν | δύνωνται βλάπτειν.

24. II. Ὅτι οὐχ ὅμοιόν ἐστιν ἐξ ἀκοῆς περὶ πράγματα | διαλαμβάνειν ἢ γινόμενον κατ' ὄψιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλα διαφέρει · | πολὺ δ' ἔτι συμβάλλεσθαι πέφυκεν ἑκάστοις ἡ κατὰ τὰ ἐνέργειαν | πίστις.

Ὅτι τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον σπανίως εἴωθε συντρέχειν · | καὶ σπάνιοι
28. τῶν ἀνδρῶν εἰσὶν οἱ δυνάμενοι ταῦτα συνάγειν καὶ συναρμόζειν πρὸς ἄλληλα · κατὰ μὲν γὰρ τὸ πολὺ πάντες ἴσμεν διότι τό τε καλὸν | φεύγει τὸ τοῦ ἰδιωτικὰ λυσιτελοῦς φύσιν, καὶ τὸ λυσιτελὲς τὸ | τοῦ καλοῦ · πλὴν Φιλοποίμενι προέθετο ταῦτα, καὶ καθίκετο ἐπι|βολῆς · καλὸν μὲν γὰρ τὸ κατάγειν τοὺς
32. αἰχμαλώτους φυγάδας εἰς τὴν Σπάρτην (2) · συμφέρειν δὲ τὸ ταπεινῶς αὐτὴν τὴν Λακεδαιμονίων || πόλιν (3) . . σαι · τούς γε δορυφορήσαντας . . | P. 14. θεωρῶν δή τι πάσης βασιλείας . . ρω τὰ χρήματα . . | τῇ φύσει
4. συνεχὴς ὢν καὶ στρατηγικὸς . . | γένοιτο κομιδῇ καὶ τὸ ἔξω . . μένων χρημάτων . . | πράξεως δὲ περὶ τὸ Ἀριαράθην (4) εἰς τὸ παροιμίαν ἄξοντες | . . τοῖς πολεμίοις . . | τὸ ἐπάνοδον ποιεῖσθαι τὸ Θρακῶν . . .
21. . . . ἐλέους καὶ συγγνώμης . . | σαθαι τὸ βασιλέα πολὺς μὲν . . | ων

vel cum Lacedaemoniis conspirare cogentur; vel certe ad silentium adacti, iam nocere non poterunt.

2. Nequaquam idem est, immo magnopere interest, utrum negotia auditu an visu cognoscamus. Solet enim unicuique multum prodesse certa rerum notitia opere ipso conquisita.

Honestas cum utilitate raro conspirat: rarique mortales utramque rem copulare atque inter se concinnare queunt. Etenim compertum est honestatem plerumque adversari praesenti utilitati, vicissimque honestati utilitatem. Verumtamen Philopoemen utriusque rei studiosus, voto suo potitus est. Scilicet honesta erat captivorum exulum Spartam reductio: utile autem erat Lacedaemoniorum ipsam urbem humiliter . . . sapiens et imperatoria virtute ornatus . . .

. . . Ariarathis negotium in proverbium pertracturi . . . reditum e Thracia . . misericordia veniaque regem prosequi . . qui quum esset regali animo praeditus,

(a) Cod. καταλιπόντες.

(1) Hinc proverbium apud Zenob. II. 70: βοῦς ἐπὶ γλώττης, vel quia bos mutus est; vel potius quia bos pro nummo quodam atheniensi dicitur, cui bos erat insculptus.

(2) Exules Lacedaemonem a Philopoemene reductos dicit Plutarchus p. 651. et 654.; quem priorem Plutarchi locum perperam Schweighaeuserus posuit in Polybii fragmentis libri XXII. 23. Namque is liber in genuino vaticani codicis ordine incipit post alteram paginam. Pertinet ergo potius fragmentum ad librum XXI. Quomodo autem hiatus sententiae sequentis explendus sit, haud scio an significet Plutarchus praedictis locis.

(3) Paginae huius nonnisi pauca verba legi queunt.

(4) Ariarathis Cappadocum regis legationem ad Romanos mittentis ob impetrandam societatis cum Antiocho veniam, mentio est in excerptis editis lib. XXII. 24. Nunc tamen videtur legatio illa ponenda potius in libro XXI. Recole huius paginae notam 2.

Digitized by Google

γε μὴν ϰ᾽ βασιλικώτερος . . | ἀθετηθῆναι γὰρ ὑφ᾽ ἑτέρων χρεῖττον ἦν ἢ πρότερον αὐτὸν ἀθετεῖν | πίστεις· ὁ μὲν ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ προ[αδικεῖν] . | . . || 25.

P. 59. III. . . ἀλλὰ ϰ᾽ πάσχων ὑπ᾽ Ἀθηναίων, νικήσας αὐτὸς τ᾽ ϖερὶ Χαιρωνείαν | μάχλω, τοσοῦτον ἐπίσχε τ᾽ χρήσασθαι τῷ καιρῷ ϖρὸς τ᾽ ϰ᾽ τ᾽ | ἐχθρῶν βλάβην, ὅς γε τοὺς μὲν τεθνηκότας τ᾽ Ἀθηναίων κελεύσας | θάψαι, τοὺς δ᾽ αἰχ- 4.
μαλώτους χωρὶς λύτρων προσαμφίεσας ἀπέσηλε | τοῖς ἀναγκαίοις· μιμοῦνται δ᾽ ἥκιστα τ᾽ τοιαύτην προαίρεσιν, ἀμιλ|λῶνται δὲ τοῖς θυμοῖς ϰ᾽ ταῖς τιμωρίαις ϖρὸς τούτους οὓς ϖολεμοῦσι | τούτων αὐτ᾽ ἕνεκα.

* " Πλὴν ὅ γε Πτολεμαῖος δήσας τοὺς ἀνθρώπους γυμνοὺς | ταῖς ἁμά- 8.
„ ξαις εἵλκε, ϰ᾽ μ᾽ ταῦτα τιμωρηθέντας (a) ἀπέϰτανεν „ (1). |

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΒ.

I. Ὅτι φησὶν ὁ ΠΟΛΥΒΙΟΣ ἐν εἰϰοστῷ δευτέρῳ. Περὶ δὲ τ᾽ τ᾽ ἐν Μαϰεδονίᾳ βασιλέων οἰϰίαν, ἤδη τις ἀϖὸ τούτων τ᾽ καιρῶν ἐφύετο ϰα|ϰῶν ἀνηϰέστων ἀρχή· ϰαί τοι γε οὐϰ ἀγνοῶ διότι τινὲς τ᾽ συγγραφόν|των ϖερὶ 12.
τοῦ Ῥωμαίοις ϖολέμου ϖρὸς Περσέα, βυλόμενοι τὰς αἰτί|ας ἡμῖν ἐπιδειϰνύναι τ᾽ διαφορᾶς (3), πρῶτον μὲν ἀποφαίνουσι τ᾽ Ἀβρυπόριος (4) ἐϰπτωσιν ἐϰ τ᾽ ἰδί-

. . . satius enim esse si foedera ab aliis infringerentur, quum si ipse prior iniurius fieret. Velle se detrimentum potius pati quam inferre . . .

3. . . . *Philippus* detrimentis licet ab Atheniensibus olim adfectus; nihilominus victoria ad Chaeroneam potitus, adeo noluit occasione illa ad hostium damnum abuti, ut extinctos etiam Athenienses sepeliri mandaverit, captivos sine pretio vestibus etiam donatos ad suos necessarios remiserit. Hi vero benignitatem illius minime imitantur, sed ira potius suppliciisque aemulantur adversus eos expromendis, quos eandem ob causam bello persequuntur.

" Verumtamen Ptolemaeus homines nudos curribus religatos trahendos curavit, atque ita excruciatos necavit „.

EX LIBRO XXII.

1. POLYBIUS vigesimo secundo libro ait. Adversus regum macedonum domum iam inde ab hoc tempore maximorum quaedam malorum occasio coepit. Non ignoro equidem scriptores aliquot belli Romanorum cum Perseo, dum causas dissidii aperire student, primam ex his ponere Abruporis ex regno suo depulsio-

(a) Edd. deterius τιμωρησάμενος.

(1) Notissima quidem in historiis est clementia Philippi Amynta nati post victoriam ad Chaeroneam; sed quorsus heic ab historico commemoretur, nescio; nisi forte fit invectio in Philippum Demetrii filium; adversus quem certe bellum gerebant Athenienses conspirantes cum Attalo pergameno. Polyb. XVI. 26.

(2) Fragmentum hoc de Ptolemaei saevitia extat in editis lib. XXIII. 16, sed male collocatum; pertinet enim ad librum XXI. Recole notam 2. praecedentis paginae.

(3) Ergo causae belli romani cum Perseo perperam a Schweighaeusero collocantur in libro XXIII. 4.

(4) Sic scribitur in codice nostro hoc nomen, quod apud Pausaniam VII. 10. ita corruptum est ut urbis nomen videatur. Appianus maced. cap. IX. ff. 3. scribit Ἀβρούπολιν. Et sic etiam Livius XLII. 13. 40. 41.

Digitized by Google

ας δυνασείας, ὡς καταδραμόντος αὐτοῦ τὰ ἐν Παγγαίῳ μέταλλα (1),
16. μετὰ τὸν Φιλίππου θάνατον· Περσεὺς δὲ ἐνδαβοηθήσας καὶ τρεφόμενος ὁλοσχερῶς ἐξέβαλε τὸν προειρημένον ἐκ τῆς ἰδίας ἀρχῆς· ἐξῆς δὲ ταύτην τὴν εἰς Δολοπίαν εἰσβολὴν (2), καὶ τὴν εἰς Δελφοὺς παρουσίαν Περσέως (3)· ἔτι δὲ τὴν Εὐ-
20. μενοῦς (a) τοῦ βασιλέως ἐπιβουλὴν γενομένην ἐν Δελφοῖς (4), καὶ τὴν ἐκ Βοιωτίας πρέσβεων ἐπαναίρεσιν (5)· ἐξ ὧν ἔνιοι φασὶ φῦναι (b) Περσεῖ τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον.

II. Ἐγὼ δὲ φημὶ κυριώτατον μὲν εἶναι καὶ τοῖς συγγράφουσι καὶ τοῖς φιλομαθοῦσι τὸ γινώσκειν τὰς αἰτίας ἐξ ὧν τὰ κακὰ γεννᾶται καὶ φύεται τὰ πραγ-
24. μάτων· συγχέχυται δὲ ταῦτα πολλοῖς τῶν συγγραφέων διὰ τὸ μὴ κρατεῖν τινι διαφέρει πρότασις αἰτίας· πάλιν προτάσεως, ἀρχὴ πολέμου· καὶ νῦν δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῶν προσυπομιμνησκόντων, ἠνάγκασται πάλιν ἀνα-
28. νεώσασθαι τὸν αὐτὸν λόγον· τῶν γὰρ ἄρτι ῥηθέντων πραγμάτων τὰ μὲν πρῶτα προτάσεις εἰσί· τὰ δὲ τελευταῖα οἷον τὴν τοῦ βασιλέως Εὐμενοῦς ἐπιβουλήν, καὶ τὰ οἷον πρεσβευτῶν ἀναίρεσιν, καὶ τούτοις ἕτερα παραπλήσια τῷ καὶ αὐτὸν καιροὺς γεγονότων, ἀρχὴ πρόδηλος τοῦ συστάντος Ῥωμαί-
32. οις καὶ Περσεῖ πολέμου, καὶ τοῦ καταλυθῆναι τὴν Μακεδόνων ἀρχήν· || αἰτία δὲ P. 60.
τούτων ἁπλῶς ἐστιν οὐδεμία· δῆλον δὲ τοῦτ' ἔσται διὰ τῶν ῥηθησομένων· καθάπερ γὰρ εἴπομεν Φίλιππον τὸν Ἀμύντου διανοηθέντα καὶ προθέντα συντε-

nem, quia is fodinas quae sunt ad Pangaeum invaserat post Philippi necem: quam ob rem bello Perseus commoto praedictum regem omni potentia spoliatum expulit. Secundam causam proferunt Dolopiae ex occasione illa occupationem, Perseique Delphos adventum. Tertiam insidias Eumeni regi Delphis structas, legatorumque boeoticorum caedem. Ex his, inquam, nonnulli bellum Persei cum Romanis conflatum aiunt.

2. Ego vero plurimum interesse tum historicorum tum etiam studiosorum legentium arbitror causarum cognitionem, ex quibus infortunia gignuntur et pullulant. Atqui magna confusio apud plerosque scriptores fit, quia nesciunt quid inter praeludium intersit et causam: rursus in quo praeludium a principio belli differat. Iamvero rebus ipsis me admonentibus, cogor eundem sermonem instaurare. Nam dictarum rerum primae quidem praeludia sunt: postremae autem, insidiae nimirum contra Eumenem regem et legatorum caedes, atque his similia facinora quae per ea tempora contigerunt, haec inquam manifesta fuerunt belli romani cum Perseo principia atque abolendi imperii Macedonum. Horum autem eventuum causa reapse nulla est; id quod ex dicendis a me patebit. Nam sicuti iam adfirmavimus, Philippum Amyntae filium molitum fuisse ac paravisse adversus Persas bel-

(a) Cod. Περιμένους; sed bene infra Εὐμενοῦς. (b) Cod. φῦναι.

(1) Pangaei montis fodinas auri argentique memorat Herodotus VII. 112.

(2) Lege Livium XLI. 22. XLII. 13.

(3) Rursus lege Livium XLI. 22.

(4) Lege Appianum maced. cap. IX. ff. 4. Polyb. XXVII. 7. et praesertim Livium XLII. 15. sqq.

(5) Confer Livium XLII. 13.

Digitized by Google

λεῖν τ̀ πρὸς τοὺς Πέρσας πόλεμον, Ἀλέξαν|δρον δὲ τοῖς ὑπ' ἐκείνου κεκριμέ- 4.
νοις χρῆσθαι τ̃ πράξεων (1)· οὕτω κ̀ | νῦν Φίλιππον μὲν τ̀ Δημετρίου φαμὲν
διανοηθῆναι πρότερον πο|λεμεῖν Ῥωμαίοις τ̀ τελευταῖον πόλεμον, κ̀ τὰς
παρασκευὰς ἑτοί|μους πάσας πρὸς ταύτην ἔχειν τ̀ ἐπιβολήν (2)· ἐκεῖνον δ' ἐκχω- 8.
ρή|σαντος, Περσέα χειρίσθαι χειρισὴν πράξεων· εἰ δὲ τοῦτ' ἀ|ληθὲς, κ̀ ἐκεῖνο
σαφές· οὐ γὰρ οἷόν τε ταύτας ὕστερον γενέσθαι | τ̃ τελευτ̃ τοῦ κρίναν-
τος κ̀ προθεμένου πολεμεῖν· ὃ συμβαίνει | τοῖς ὑπὸ τ̃ ἄλλων συγγραφέων εἰ- 12.
ρημένοις· πάντα γάρ ἐστι τὰ λε|γόμενα παρ' αὐτοῖς ὕστερα τ̃ Φιλίππου τε-
λευτ̃. |

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΓ.

I. Ὅτι Φιλοποίμην πρὸς Ἄρχωνα (3) τ̀ στρατηγὸν λόγοις τισὶ διεφέρετο· ὁ μὲν
οὖν Φιλοποίμην εὐδοκήσας ἐκ τοῦ καιροῦ τοῖς λεγομένοις, | κ̀ μεταγνοὺς ἐ- 16.
παίνει τ̀ Ἄρχωνα φιλοφρόνως, ὡς ἐντρεχῶς κ̀ | πανούργως τῷ καιρῷ κεχρη-
μένον· ἐμοί γε μὴν, φησὶ ΠΟΛΥΒΙΟΣ, οὔτε | τότε παρόντι τὸ ῥηθὲν εὐηρέσ-
κησεν, ὡς' ἐπαινοῦντα τινὰ κακῶς | ἅμα ποιεῖν, οὔτε μ̃ ταῦτα τ̃ ἡλικίας
προβαινούσης· πο|λὺ γὰρ δή τι μοι δοκεῖ κεχωρίσθαι κ̃ τ̀ αἵρεσιν ὁ πραγ- 20.
ματικὸς | ἀνὴρ τοῦ κακοπράγμονος, κ̀ παραπλησίαν ἔχειν διαφορὰν τῷ κα|-
κεντρεχεῖ πρὸς τ̀ ἐντρεχῆ· ἃ μὲν γάρ ἐστι κάλλιστα τ̃ ὄντων ὡς ἔπος | εἰ-
πεῖν, ἃ δὲ τοὐναντίον· ἀλλὰ διὰ τ̀ νῦν ἐπιπολαζούσαν ἀκρισίαν | βραχεί-

lum; tum deinde Alexandrum patris decreta in rem contulisse; ita nunc etiam dicimus Philippum Demetrii filium animo destinasse extremum hoc adversus Romanos bellum gerere, eiusque adgrediendi apparatum omnem in promptu apud se habuisse; verumtamen eo defuncto, Perseum operi manum admovisse. Iam si hoc verum est, illud quoque fit manifestum: neque enim apparatus recentior esse potuit morte eius qui bellum suscipiendum decreverat: in quam absurditatem ceteri scriptores incidunt; quia quidquid ab ipsis causae instar traditur, id omne Philippi morte posterius est.

EX LIBRO XXIII.

1. Philopoemen primo quidem ab Archone duce in sententia quadam dicenda discrepabat: mox pro tempore Philopoemen Archonis dictis acquievit; coepitque e contrario Archonem benivole collaudare, ceu callide sollerterque occasione utentem. Mihi vero, inquit POLYBIUS, neque tunc praesenti ea dicta placebant, nempe ut laudans quispiam, male simul laudato faciat; neque nunc etiam aetate maturiore rem talem probo. Animi quippe habitu magnopere mihi differre videtur vir pragmaticus a malefico; tantum scilicet discrepare, quantum vir sollers a malitioso: quorum primus, ut breviter dicam, optimus in rerum natura est; secundus, omne contra est. Verumtamen propter late grassantem

(1) Cicero de rep. III. 9.
(2) Ita censet etiam Livius XXXIX. 24.
(3) Huius hominis mentio est apud Polybium lib. XXIII. 10. XXIX. 10.

Digitized by Google

24. ας ἔχοντα κοινότητας τὰ προκρημένα σ' αὐσ' ἐπισημασίας κ) ζῆλω τυγχάνα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΔ.

I. * "Οἱ συνόντες (1) τῷ Φιλίππῳ τοιαύτας ἔλαβον παρ' αὐτοῦ τιμωρίας, ἕως οὗ τὸ ζῆν ἐξέλιπεν· ὡς κ) πάντας ἀνθρώπους ὁμολογῆσαι διότι κ) τ' παροιμίαν ἔστι δίκης ὀφθαλμός, ἣς μηδέποτε δεῖ καταφρονεῖν ἀνθρώπους ὑπαρχοντας." 28.

Ὅτι Φίλιππος ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς πολλοὺς τ' Μακεδόνων ἀνελὼν, κ) σὺν υἱοὺς αὐτ' ἀνεῖλεν, ὡς φασὶ τ' σίχον τοῦτον εἰπών (2)·

Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας υἱοὺς καταλείπῃ.

31. Καὶ διὰ ταῦτα τῆς ψυχῆς οἱονεὶ λυττώσης αὐτοῦ, κ) τὸ κατὰ σὺν υἱοὺς νεῖκος ἅμα τοῖς προκρημένοις ἐξεκαύθη.

II. * Τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες ἀναβιβαζούσης ὥσπερ ὅπι' σκηνὴν ἐν ἑνὶ καιρῷ τὰς τούτων συμφορὰς κατιδεῖν (3), μὴ μόνον ἀναγινώσκειν τὰς τραγῳδίας κ) σὺν μύθους κ) τὰς ἱστορίας, ἀλλὰ κ) γινώσκειν 4. καὶ συνεπιστάμενον ὅπι' τοῦτο τὸ μέρος, ἐν οἷς ἅπασιν ἐστὶν εὑρεῖν, ὡς ὅσοι μὲν τῶν ἀδελφῶν εἰς τ' πρὸς ἀλλήλους ὀργὴν κ) φιλονεικίαν ἐμπεσόν- P. 9.

nostra aetate stultitiam, quae nos diximus paucos oppido inveniunt adseclas, raramque laudem atque studium ab hominibus impetrant.

EX LIBRO XXIIII.

1. * " Quae furiae haerentes Philippo poenas huiusmodi ab eo exegerunt, donec animam efflavit. Quare omnes homines fateri cogebantur, ut est in proverbio, vigilare iustitiae oculum, quem nemini mortali contemnere licet. "

Philippus Macedonum rex post ereptam multis civibus vitam, horum quoque filios necavit, hunc versiculum, ut aiunt, pronuncians:

Stultus est qui parente occiso filios incolumes dimittit.

Propterea animus eius veluti in rabiem actus, ad odium quoque filiorum, nedum parentum, exarsit.

2. Fortuna, tamquam deliberato consilio, horum casus spectandos eodem tempore in scena veluti exposuit; ne tragoedias tantummodo et fabulas historiasque legamus, verum etiam ex hoc eventu cognoscamus planeque exploratum habeamus, id quod omnibus intelligere licet; quotquot nimirum fratres odia mutua et

(a) Cod. διατραπεσῶν.

(1) Ita acephalum posuit hoc fragmentum in codice eclogarius, qui sententiae tantummodo rationem habebat. Extat autem id in editis lib. XXIIII. 8. Proverbium vero sequens occurrit etiam apud Suidam voc. δίκης et voc. ἐστί.

(2) Hic quoque locus extat cum varietate in excerptis editis XXIIII. 8. Tum sequentem versum Stasini poetae esse, iam agnovit ex Clemente alex. Schweighaeuserus.

(3) Loquitur Polybius vel per se, vel potius Philippi regis ore, de Persei Demetriique fratrum interneciva discordia.

Digitized by Google

τες ὅτι πολὺ προὔβησαν, | ἅπαντας οὗτοι τοιούτους οὐ μόνον | σφᾶς ἀπολωλεκότας, ἀλλὰ καὶ τέκνα καὶ πόλεις ἄρδην κα|τεσκαφότας· ὅσοι δὲ μετρίως ἐζήλωσαν τὸ στέργειν αὐτὰς | τὰς ἀλλήλων ἀγνοίας, τούτους ἅπαντας σωτῆρας γεγονότας ὧν ἀξ|τίως εἶπον, καὶ μὴ τὴν καλλίστης φήμης καὶ δόξης βεβιωκότας. | * 8.

III. Καὶ μὴν ὅτι οὗτοι ἐν τῇ Λακεδαίμονι βασιλεῖς πολλάκις ὑμᾶς (1) ἐπέ-| στησα, λέγων ὅτι τοσοῦτον χρόνον διετήρησαν (a) τῇ πατρίδι | τὴν τῶν Ἑλλή- 12.
νων ἡγεμονίαν, ὅσον παθαρχοῦντες ὥσπερ γονεῦσι | τοῖς ἐφόροις ἠνείχοντο συμβασιλεύοντες ἀλλήλοις· ὅτε δὲ φρονή|σαντες εἰς μοναρχίαν τὰ πράγματα μετέστησαν, τότε πάντων ἅ|μα τῶν κακῶν πεῖραν ἐποίησαν λαβεῖν πρὸ Σπάρτης· τό- 16.
τε τελεύ|ταιον ὡσανεὶ κατ' ἔνδειξιν ὑμῖν λέγων, ἃ τιθεὶς ἐναργῶς ὑπὸ τὴν | ὄψιν διετέλων τούτους οὗτοι περὶ τὴν Εὐμένη καὶ τὸν Ἄτταλον, ὅτι | σμικροδόν- 20.
τες οὗτοι μικρὰν ἀρχὴν καὶ πρὸ τυχοῦσαν, πιέζήκασι | ταύτῃ, ὥστε μηδε-
μιᾶς εἶναι καταδεεστέραν, δι' οὐθὲν ἕτερον ἢ | δι' ἃ πρὸς αὐτοὺς ὁμόνοιαν καὶ συμφωνίαν, καὶ τὸ δύνασθαι κα|τ' ἀξίαν ἐν ἀλλήλοις διαφυλάττειν· ὧν ὑμεῖς ἀκούοντες οὐχ οἷον εἰς | νοῦν ἐλάμβάνετε, τὸ ἐναντίον ἤκούατε ἐμοὶ δοκεῖ οὗτοι κατ' ἀλλήλων θυμούς. 24.

contentiones diu protraxerunt, eos omnes non solum ipsos periisse, verum etiam liberos suos et civitates funditus evertisse: quotquot autem moderatis studiis utentes, alternisque infirmatibus compatientes fuerunt, hos inquam omnes salutem iis attulisse quos nuper dixi, nec sine optima fama gloriaque vixisse. *

3. Profecto ad reges quoque Lacedaemoniorum quod adtinet saepe vos admonui tamdiu eos Graeciae principatum in patria sua conservasse, quamdiu ephoris ceu parentibus obtemperantes manserunt, imperio invicem communicato. At enim ubi superbia elati rem publicam ad unius dominatum converterunt, tunc omnigenorum malorum causa Spartae extiterunt. Denique tamquam exemplar spectandum vobis exponens, perspicue oculis obtuli hos duos, Eumenem atque Attalum, qui exiguam vilemque ditionem hereditate sortiti, tantopere eam auxerunt, ut nulli fieret inferior: idque alia re nulla consecuti sunt, quam mutuo amore et concordia pro dignitate ac merito conservandis. Quibus vos exemplis auditis adeo mentem non adtendistis, ut magis e contrario odia mutua exacueritis.

(a) Cod. διατηρησεσθαι.

(2) Hinc adhuc manifestius videmus verba haec esse concionantis alicuius; nempe Philippi sine dubio ad filios de capitali crimine apud se disceptantes. Iamque cognoscimus Livium XL. 8. in ea, quam scribit ipse Philippi adlocutione, usum esse polybianis de more opibus, suppresso graeci auctoris nomine. En reapse ut Livius vaticanum excerptum mirifice interpretatur: *quoties ego* (inquit Philippus) *audientibus vobis detestatus exempla discordiarum paternarum horrendos eventus eorum retuli, quibus se stirpemque suam, domos, regna, funditus evertissent? Meliora quoque exempla parte altera posui; sociabilem consortionem inter binos Lacedaemoniorum reges, salutarem per multa saecula ipsis patriaeque. Eandem civitatem, postquam mos sibi cuique rapiendi tyrannidem exortus sit, eversam. Iam hos Eumenem Attalumque fratres, a quam exiguis rebus, prope ut puderet regii nominis, mihi, Antiocho, et cuilibet regum huius aetatis, nulla re magis quam fraterna unanimitate, aequasse* etc. Ergo etiam praecedentes subsequentesque eius concionis livianae partes vindicandae Polybio sunt, atque inter huius reliquias a futuro editore referendae: quem magnopere hortor ut Polybium diligentissime et quaquaversus in Livio expiscetur, iustoque postliminio ad originales propriasque sedes revocet.

Digitized by Google

IIII. Ὅτι Φιλοποίμην ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸς συλ|ληφθεὶς ὑπὸ Μεσσηνίων ἀνηρέθη φαρμάκῳ (1)· " ἀνὴρ ἡμόμβρος οὐ|δενὸς τῶν πρὸ αὐτῶν κατ' ἀρετὴν δεύτερος , δ' τύχης μέν τοι γ' | ἧττων (2) ,, καί τοι δόξας ἐν παντὶ πρὸ τοῦ βίῳ σύνερ-
28. γον ἰσχηκέναι | ταύτην· ἀλλά μοι δοκεῖ κῇ τὴν κοινὴν παροιμίαν εὐτυχῆσαι | μὲν ἄνθρωπον ὄντα δυνατὸν , δι|ατυχῆσαι γε μὴν ἀδύνατον· διὸ κἀμα|καιείσιον τῶν προτελευτηκότων οὐχ ὡς δι|ατυχηκότας τινάς· τίς γὰρ | ἀνάγκη ψεύδεῖ
32. λόγῳ χρωμένοις ματαίως προσκυνεῖν τὴν τύχην; ἀλλὰ | σοὶ ὡς πλεῖστον χρόνον ἐν τῷ ζῆν ἵλεω ἔχοντας ταύτην , || κἂν ποτε μετανοῇ , μετρίως πεσόντας P. 10.
συμφοραῖς . |

V. Ὅτι Πόπλιος ἐν τῷ συνεδρίῳ χρείας ποτὲ χρημάτων οὔσης εἰς τινὰ κα|τεπείγουσαν οἰκονομίαν , τοῦ δὲ ταμίου δι' τινὰ νόμον οὐ φάσκοντος ἀνοίξειν
4. τὸ ταμεῖον κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν , αὐτὸς ἔφη λαβὼν τὰς | κλεῖς ἀνοίξειν· αὐτὸς γὰρ αἴτιος γεγονέναι τοῦ κλεῖσθαι τὸ ταμεῖον (3) . | Πάλιν δέ ποτε λόγον ἀπαιτοῦντος τινὸς ἐν τῷ συνεδρίῳ τῶν χρημάτων , | ὧν ἔλαβε παρ'
8. Ἀντιόχου πρὸ τῶν συνθηκῶν , εἰς (a) τὴν τοῦ στρατοπέδου | μισθοδοσίαν , ἔχειν μὲν ἔφη τὸν λόγον , οὐ δεῖν δ' αὐτὸν ὑποσχεῖν οὐδε|νὶ λόγον· τοῦ δ' ὀπισαμένου καὶ κελεύοντος φέρειν , ἠξίωσε τὸν ἀδελφὸν ἐνεγκεῖν· κομισθέν-

4. Philopoemen Achaeorum dux a Messeniis comprehensus , veneno est extinctus . " Vir nemini , qui ante ipsum fuere , virtute secundus ; sed fortunâ minor ,, ; quamquam in omni praeterita vita adspirantem ipsam visus erat habere . Equidem censeo , ut in vulgari proverbio est , posse quidem hominem esse felicem , non tamen usque ad vitae exitum . Quare et iis qui laeta fortuna utuntur non ita gratulandum est , quasi hanc perpetuam consecuti sint ; (quid enim interest , falsam orationem usurpantes , fortunam stulte adorare ?) sed iis potius gratulandum qui diutissimo tempore benignam eam experti sunt ; quique , siquando eadem retro labitur , leviore casu ruunt .

5. Quum in senatu negotium quoddam tractaretur , cui conficiundo prompta pecunia opus erat ; quaestor autem , legis nescio cuius causa , negaret se aerarium illa die reclusurum ; Publius sumptis clavibus reseraturum se illud ait , quandoquidem et claudendi ipse auctor fuisset . Rursus quum in senatu rationem nescio quis ab eo reposceret acceptae ab Antiocho ante foedus pecuniae ob solvenda militibus stipendia ; rationes quidem apud se habere ait , non tamen oportere ab se cuiquam reddi rationem . Urgente adhuc accusatore et proferri rationes iubente , Publius fratrem ut eas adferret rogavit . Tum allatum libellum manu tenens

(a) Εἰς desideratur in cod.

(1) Sic etiam Plutarchus et Livius XXXIX. 50. veneno extinctum Pilopoemenem dicunt . Cuius rei ignarus Polybii latinus interpres XXIV. 12 Philopemenis ἀναίρεσιν interpretatus est *caedem* ; quasi ferro ictus periisset .

(2) Extat hic versiculus cum varietate in editis XXIV. 9.

(3) Hanc et sequentem narrationem vindicavit sibi ex Polybio Diodorus siculus , ut vaticana excerpta p. 70. demonstrant ; ad quem locum confer adnotationes meas .

Digitized by Google

τος ὑ τ̃ βιβλίᾳ, προτείνας αὐτὸ κ̀ κατα|πράξας πάντων ἐρώντων, τ̀ μὲν ἀπαιτοῦντα τ̀ λόγον ἐκ | τούτων ζητεῖν ἐκέλευσε· σ̃ὺ δ' ἄλλως εἴρετο πῶς τ̃ μὲν τρισχι|λίων ταλάντων τ̀ λόγον ὑπ̃ίζητ̃σι πῶς ἐδαπανήθη, κ̀ δ̀ᾳ τί|νων; τ̃ ὑ μυρίων καθόλ κ̀ πεντακισχιλίων, ὧν παρ' Ἀντιόχ | λαμβάνουσιν, οὐκέτι ζητοῦσι πῶς εἰσπορεύεται κ̀ δ̀ᾳ τίνων; οὐ ὑ | πῶς σ̃ Ἀσίας κ̀ σ̃ Λιβύης ἔτι ὑ σ̃ Ἰβηρίας κεκυριεύκασιν; | ὥσ μὴ μόνον καταπλαγῆναι πάντας, ἀλλὰ κ̀ τ̀ ζητήσαντα τ̀ λό|γον ἀποσιωπῆσαι. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰρήσθω σ̃ τε τ̃ μετηλ|λαχότων ἀνδρῶν εὐκλείας ἕνεκεν (1), κ̀ σ̃ τ̃ ἐπιγιγνομέ|νων ὠφελ|νήσεως πρὸς τὰ καλὰ τ̃ ἔργων.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΕ.

Ι. Ὅτι οὐ καλὸν τὸ φθείρειν | σ̃ὺ καρποὺς τ̃ ὑπεναντίων (2)· φησὶ γ̀ ὁ ΠΟ-ΛΥΒΙΟΣ. Οὐδέποτε ὑ ἐγὼ συντίθεμαι | τ̀ γνώμην τοῖς ἐπὶ τοσοῦτον δ̀ᾳτι-θεμένοις τ̀ ὀργὴν εἰς σ̃ὺ | ὁμοφύλους, ὥσ μὴ μόνον σ̃ὺ ἐπετείους καρποὺς ὠφελ|ρεῖσθαι | τ̃ῷ πολεμίων, ἀλλὰ κ̀ τὰ δένδρα κ̀ τὰ κατεσκευασμένα | δ̀ᾳφθείρ|ν, μηὺ μεταμ̃ελείας καταλιπόντας τόπον· ἀλλά μοι | δοκοῦσι μεγαλείως ἀγνοεῖν οἱ ταῦτα πράττοντες· καθόσον γ̀ ὑπο|λαμβάνουσι καταπλήττεσθαι σ̃ὺ πολεμίους λυμαινόμενοι τ̀ | χώραν, κ̀ ὠφελ|τούμενοι πάσας, οὐ μόνον τὰς κ̃ τὸ παρὸν, | ἀλλὰ κ̀ τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας τ̃ πρὸς τ̀ βίον ἀναγκαίων,

cumque palam cunctis discerpens, accusatorem quidem ut ex iis frustis rationem expiscaretur admonuit; reliquos vero praesentes interrogabat curnam quaererent quomodo vel a quibus ter mille talenta impensa fuissent; quindecim autem talentorum millia, quae ipsi ab Antiocho acciperent, non vestigarent quomodo vel quorum opera in aerarium inferrentur? neque rursus quomodo Asiae et Africae atque insuper Hispaniae domini facti essent? Quibus auditis, non solum concio stupore defixa fuit, sed accusator etiam obmutuit. Hactenus a nobis dictum sit, tum ut defunctorum virorum gloriae serviamus, tum ut posteros ad praeclara opera cohortemur.

EX LIBRO XXV.

1. Fruges hostium corrumpere illaudatum est. Ait enim POLYBIUS. Nequaquam ego illorum sententiae accedo, qui odium adversus suae conditionis mortales tantopere intendunt, ut non solum annuas hostium fruges diripiant, verum etiam arbores et aedificia corrumpant; nullum animis reconciliandis locum relinquentes. Atqui mihi videntur, qui ita se gerunt, magna inscitia laborare. Dum enim existimant hostes suos territare vastandis agris, atque omni non praesente solum verum etiam futura spe necessariarum vitae rerum praecidenda; homines vehemen-

(1) Polybius usquequaque commendat Scipionem heroa suum; verumtamen hunc Diodorus praedicto in loco paulo superbiorem recte pronunciat: nemo enim in rep. libera legibus est superior.

(2) Agri cum proprio detrimento vastati mentio est lib. XXV. 3. Quare illuc fere pertinere hoc fragmentum videtur.

Digitized by Google

καὶ τὰ τοσοῦτον ἀποθηριοῦντες τοὺς ἀνθρώπους, ἀμετάθετον ποιοῦσι τὸ πρὸς | αὐτοὺς ὀργὴν τῶν ἅπαξ ἁμαρτόντων.

32. Κατὰ δὲ τὴν Κρήτην | ἀρχὴ πραγμάτων ἐκινεῖτο μεγάλων, εἰ χρὴ λέ- γειν ἀρχὴν πραγμάτων ||| ἐν Κρήτῃ· ἔστι γὰρ τὴν συνέχειαν τῶν ἐμφυλίων πο- P. 39. λέμων, καὶ τὴν | ὑπερβολὴν δὴ εἰς ἀλλήλους ὠμότητος, ταυτὸν ἀρχὴ καὶ τέλος ἐ- στὶν | ἐν Κρήτῃ· καὶ τὸ δοκοῦν παραδόξως τισὶν εἰρῆσθαι, τοῦτο ἐκεῖ θεω- 4. ρεῖται | συνεχῶς τὸ γινόμενον (1).

II. Ὅτι τοιούτοις ἀπολογισμοῖς Ἀρίσταινος | ἐχρῆτο πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς ὡς ἰδίας αἱρέσεως (2). ἔφη γὰρ οὐκ εἶναι δυνατὸν καὶ δόρυ καὶ τὸ κηρύκιον ἅμα προτεινομέ- νους συνέχειν τὴν | πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν· ἀλλ' εἰ μὲν οἷοί τ' ἐσμὲν ἀντοφθαλ- 8. μεῖν καὶ δυνά|μεθα τοῦτο ποιεῖν (3) *. .| Ὁ Φιλοποίμην εἰπεῖν τοῦτο τολμᾷ (a); * | καιροῖς ἕνα (b) Ῥωμαίοις. * Διὰ τί ἀδυνάτων ὀρεγόμενοι, τὰ δυνατὰ παρί|εμεν; 12. δύο γὰρ ἔφη σκοποὺς εἶναι πάσης πολιτείας, τό τε καλὸν καὶ | τὸ συμφέρον· οἷς μὲν οὖν ἔφικτός ἐστιν ἡ τοῦ καλοῦ κτῆσις, ταύτης | ἀντέχεσθαι δεῖ τοὺς ὀρθῶς πο- λιτευομένους· οἷς δ' ἀδύνατος, ἐπὶ τὴν | τοῦ συμφέροντος μερίδα καταφεύγειν· τὸ δ' ἑκατέρων ἀποτυγχά|νειν, μέγιστον εἶναι τεκμήριον ἀβουλίας· πάσχειν 16. δὲ τοῦτο προφανῶς | τοὺς ἀχαρίστως ὁμιλοῦντας μὲν πᾶν τὸ παραγγελλόμε- νον, ἀκυσίως | δὲ τοῦτο πράττοντας καὶ μὴ προσκοπῆς· διόπερ ἡ τοῦτ' εἶ- ναι δύσ|κριτον ὡς ἐσμὲν ἱκανοὶ πρὸς τὸ μὴ πείθαρχεῖν, ἢ μηδὲ λέγειν (c) τοῦτο

tius exasperant, iramque illorum qui semel deliquerunt inexpiabilem reddunt.

In Creta magnarum rerum initia commovebantur; si tamen initium aliquod rerum in Creta appellari potest. Nam propter bellorum civilium perpetuitatem, summamque inter se civium crudelitatem, idem est in Creta initium et finis; quodque alibi absurde dici videtur, id illic semper usuvenit.

2. Aristaenus consiliis a se susceptis sic apud Achaeos patrocinabatur. Aiebat scilicet fieri non posse, ut qui hastam simul et caduceum manu praeferant, ii amicitiam cum Romanis retineant. * Verum si resistendi vires suppetunt, idque perficere possumus *.. Philopoemen hoc dicere audet? * Cur dum impossibilibus inhiamus, possibilia omittimus? Res etenim duas aiebat cuilibet politiae esse propositas, honestum et utile. Et si honestum quidem impetrabile est, hoc praeoptari abs quovis optimo cive debet. Sin id sit impossibile, ad partem alteram, nempe ad utilitatem, confugiendum est. Verum enimvero neutrum consequi, id demum summae dementiae indicium esse. Porro hoc infortunium iis accidere, qui omnia imperata iniquo palam animo excipiunt, eaque ingratiis nec sine stomacho efficiunt. Vel igitur demonstrandum est posse nos obedientiam abiicere;

(a) Interrogationem coniecturaliter facio. (b) Ita evidenter codex. (c) Cod. μηδὲ λέγειν μή. Sed recte infra cap. III.

(1) De solitis in Creta civilibus dissidiis et crudelitatibus confer Polybium IV. 53. sqq. XXVII. 16.

(2) De Aristaeni ac Philopoemenis contrariis in rep. consiliis, et quomodo uterque erga Romanos se gereret, legendus est Polybius XVII. 13. XXIII. 10. XXV. 9; cui postremo loco addenda sunt vaticana quae sequuntur excerpta. Legendus item Plutarchus in Philopoemenis vita p. 644. 653. 654.

(3) Hic et sequens versiculus relinquitur imperfectus in ipso codice, quia fortasse eclogarius ex oblitterato aut corrupto antiquiore codice exscribebat.

Digitized by Google

τολμῶντας, ἐπακτέον ἑτοίμως (2) πᾶσι τοῖς προηγγελλομένοις (1). |

III. Ὁ δὲ Φιλοποίμην οὐκέτι τοσοῦτον ἔφη δεῖν ἀμαθίαν αὑτῶ γινώσκειν, | 20.
ὥστε μὴ δύνασθαι μετρεῖν μήτε τὴν διαφορὰν τῆ πολιτεύματος | τῶ Ῥωμαίων καὶ τῆ Ἀχαιῶν, μήτε τὴν ὑπερβολὴν τῆ δυνάμεως· ἀλλὰ πάσης ὑπεροχῆς φύσιν ἐχούσης ἀεὶ βαρύτερον χρῆσθαι τοῖς | ὑποταττομένοις, πότερον ἔφη συμ- 24.
φέρειν ἐνεργεῖν ταῖς ὁρμαῖς | ταῖς τῆ κρατούντων, ἢ μηδὲν ἐμποδὼν ποιεῖν, ἵν' ὡς τάχιστα πεῖραν λάβωμεν τῆ βαρυτάτων ἐπιταγμάτων; ἢ τοὐναντίον, καθόσον | οἷοί τ' ἐσμὲν, συμπαλαίοντας προσαντέχειν ἐπὶ τοσοῦτον ἐφόσον μέλλομεν τελέως. (2) * Κἂν ἐπιτάττωσιν (3) * τούτων ὑπομιμνήσκοντες αὐτοὺς ἀπολαμβανόμεθα τὴν ὁρμῆς, (καὶ) παρακαλέσομεν ὅπως τὸ πικρὸν αὐτῆ τῆς ὀξυσίας· ἄλλως τε δὴ καὶ πλείονα ποιουμένων Ῥωμαίων, ἕως γε τοῦ νῦν, ὡς αὐτὸς φῆς, Ἀρίσταινε, τὸ τηρεῖν σφῶν ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας καὶ τὴ πρὸς σφᾶς
P. 40. συμμάχους πίστιν· ἐὰν δ' αὐτοὶ καταγνόντες τῶ ἰδίων δικαίων, αὐτόθεν | εὐθέως καθάπερ οἱ δορυάλωτοι πρὸς πᾶν τὸ κελευόμενον ἑτοίμους | ἡμᾶς αὐτοὺς παρασκευάζοιμεν· τί διοίσει τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος | Σικελιωτῶν καὶ Τυα- 4.
νέων (4) τῶν ὁμολογουμένως καὶ πάλαι δουλευόντων; διόπερ ἔφη δεῖν, ἢ τοῦτο συγχωρεῖν ὡς οὐδὲν ἰσχὺν δίκαιον παρὰ Ῥωμαίοις, ἢ μηδὲ τολμῶντας τοῦτο λέγειν, χρῆσθαι τοῖς δικαίοις· ἀλλὰ μὴ προΐεσθαι σφᾶς ἔχοντάς γε δὴ μεγίστας καὶ καλλίστας | ἀφορμὰς πρὸς Ῥωμαίους· ὅτι μὲν γὰρ ἥκει ποτὲ τοῖς Ἕλ- 8.

vel si id ne verbis quidem pronunciare audemus, alacriter imperatis parendum est.

3. Philopoemen concionem admonebat ne se adeo stultum putarent, ut nesciret quid inter Romanorum Achaeorumque politias intersit, vel quanto illi potentia superiores sint. Sed quia solet fortissimus quisque minores suos plus aequo gravare; utrum, inquit, expedit potentiorum impetum adiuvare, ac nullatenus eis resistere, ita ut gravissima iussa mox experiamur? an potius pro copiis et viribus certantes obluctare, quoad fieri poterit? * et si imperaverint, * his in memoriam revocatis, illorum impetum inhibebimus, mitigabimusque aliquantulum eorum potentiae acerbitatem. Praesertim quia Romani, hactenus certe, ut ipse ais Aristaene, plurimam curam prae se tulerunt sacramenta et foedera fidemque sociis datam conservandi. Quod si nos ipsi de causae nostrae aequitate desperantes, idcirco statim bello captorum instar ad omne imperatum faciendum nosmet paratos exhibuerimus; quid, oro, interierit inter Achaeorum gentem, et Siculos atque Tyanenses qui et sine dubio et iamdiu serviunt? Quare vel, inquit, concedendum est nihil valere apud Romanos iustitiam; vel si id nemo adfirmare audet, iure utique nostro utamur; neque res nostras pessum demus, qui maximas pulcherrimasque occasiones bene rem gerendi cum Romanis habemus. Et se quidem probe cognoscere aiebat, tempus aliquan-

(a) Cod. ἑτοίμους.

(1) Hactenus verba Aristaeni sunt.
(2) Relinquitur in codice spatium.
(3) Spatium rursus in codice 447. sqq.
(4) Polybius in fragmento historico LXIX. (ed. Schw. tom. V. p. 74) mentionem facere videtur Tyanorum obsessorum. Fortasse autem in rebus Cappadociae, quas copiose Polybius scripserat, calamitas Tyanorum narrata fuit; si certe ad aetatem polybianae historiae pertinuit.

Digitized by Google

λησιν ὁ | καιρὸς οὗτος ἐν ᾧ δεήσει ποιεῖν κατ' ἀνάγκην πᾶν τὸ προαγγελ|λόμενον, σαφῶς ἔφη γινώσκειν (1)· ἀλλὰ πότερα τάχιστα τίς ἂν ἰδεῖν βουληθείη; ἢ τοὐναντίον, ὡς βραδύτατα (2); δοκῶμεν γὰρ ὡς βραδύτατα· διὸ καὶ τούτῳ διαφέρειν ἔφη τὸν | Ἀρισαίνην πολιτείαν δ' ἑαυτοῦ· ἐκεῖνον μὲν γὰρ σπουδάζειν ὡς | τάχιστα τὸ χρεὼν ἰδεῖν γενόμενον, καὶ συνεργεῖν τοῦτο καὶ δύνα|μιν· αὐτὸς δὲ πρὸς τοῦτ' ἀντερείδειν καὶ διωθεῖσθαι, καθ' ὅσον ἐστὶ δυ-
16. να|τός. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐκ τῶν προειρημένων δῆλον ὡς συνέβαινε γίνεσθαι | τὴν μὲν καλὴν, τὴν δ' εὐσχήμονα τῷ πολιτείαν· ἀμφοτέρας γε μὴν ἀσφαλεῖς· τοιγαροῦν μεγίστων καιρῶν τότε προεστάντων καὶ Ῥωμαί|οις καὶ σοὶ Ἕλληνες,
20. τῶν τε καὶ Φίλιππον καὶ κατ' Ἀντίοχον, | ὅμως ἀμφότεροι διετήρησαν ἀκέραια τὰ δίκαια τοῖς Ἀχαιοῖς | πρὸς Ῥωμαίους (3)· φήμη δέ τις ἐνέτρεχεν ὡς Ἀρισαί-νης Ῥωμαίοις εὐ|νοεστέρως μᾶλλον ἢ Φιλοποίμενι ὑπάρχοντι (4).

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΖ.

24. Ι. Ὅτι δὲ καὶ τὴν ἱππομαχίαν φήμης μὲν τὴν νίκην τῶν Μακεδόνων (5) | εἰς τὴν Ἑλλάδα διαγγελθείσης, ὑφέλαμψε καθαπερεὶ πῦρ ἡ πρὸς | πολλῶν πρὸς τὴν Περσέα διάθεσις, ἡ πρὸ τούτου χρόνου ὑπεκρυπτομένων τὸ πλείστων· ἦν δὲ φανερὰ αὐτοῦ τοιαύτη τις ἐμοὶ δοκεῖ | διάθεσις· προαγωνίσιον ἦν τὸ γινόμενον τῷ
28. συμβαίνοντι | φανερῶς γυμνικοὺς ἀγῶνας· καὶ γὰρ ἐκείνοις ὅτ' ἂν πρὸς ὁπ-

do adfore quo Graecos oportebit imperata coactos facere : utrum tamen id citissime an potius tardissime spectare volumus ? sane arbitror, quod tardissime. Ergo in hoc consilia sua politica ab illis Aristaeni differre aiebat, quod hic daret operam ut quam citissime fati exitum videret, idque omni conatu urgeret ; ipse autem resisteret ac pro viribus suis propulsaret. Itaque ex praedictis apparet Philopoemenis fuisse praeclarum consilium, Aristaeni autem reverentius ; utriusque tamen ad tutelam patriae directum. Itaque quum maximi momenti occasiones (Philippi nimirum et Antiochi bella) Romanis Graecisque supervenissent, ambo illi viri romano in foedere Achaeos continuerunt. Fama tamen manavit Aristaenum magis benivolum Romanis fuisse quam Philopoemenem.

EX LIBRO XXVII.

1. Fama de proelio equestri, in quo vicerunt Macedones, per Graeciam dilata, eluxit tamquam ignis multitudinis erga Perseum benivolus animus, quem antea plurimi dissimulabant. Vulgi igitur erga Perseum adfectio perinde mihi fuisse videtur, atque illa quae in gymnicis certaminibus accidit. Etenim in his quoque

(1) Sic loquitur apud Homerum Hector Iliad. VI. 447. sqq.

(2) Sic fere ad Plutarchum p. 654. loquitur Philopoemen adversus Aristaenum.

(3) Conspirat plane cum sententia propria Polybius XXV. 9.

(4) Confer Polybium XVII. 13. Livium XXXII. 19. sqq. XXXIII. 2.

(5) Lege mentionem huius victoriae apud Polybium XXVII. 8 ; ad quem librum apparet pertinere vaticanum excerptum. Confer praeterea Appianum maced. ecl. X ; praesertim vero graphicam Livii narrationem XLII. 58. sqq., ut iam in notis admonuit Schweighaeuserus.

Digitized by Google

φανῆ | καὶ ἀήττητον ἀθλητὴ εἶναι δοκοῦντα συγκατασῇ ταπεινὸς καὶ | πολὺ καταδεεστέρῳ ἀνταγωνιστὴς, εὐθέως ἀπομερίζει τὰ πλήθη τὴ | εὔνοιαν τῷ καταδεεστέρῳ καὶ θαρρεῖν προσκαλεῖ καὶ συνεξανίστ|ταται τούτῳ τῇ ὁρμαῖς· ἐὰν δὲ καὶ 3.
P. 105. φαύσῃ τῇ προσώπου, καὶ ‖ ποιήσῃ τι σημεῖον τῆς πληγῆς, παραυτίκα πάλιν ἁπάν|των ἀγὼν μικρὸς (a) γίνεται· ποτὲ δὲ καὶ χλευάζειν ἐγχειροῦσι τὴ ἕ|τερον· οὐ μισοῦντες οὐδὲ καταγινώσκοντες, ἀλλὰ παραδόξως τι | συμπαθεῖς γινόμενοι, καὶ 4.
τῷ καταδεεστέρῳ φύσει προσμετρίζοντες | τὴ ἑαυτῆ εὔνοιαν· οὓς ἐὰν ὑπομείνῃ τις ἐν καιρῷ, ταχέως μετα|τίθενται, καὶ παρὰ δόξαν ὑπολαμβάνονται τῆ ἑαυτῶν ἀγνοίας.

II. Ὃ φασι | ποιεῖσθαι Κλειτόμαχον· ἐκεῖνος γὰρ ἀνυποστάτου (b) δοκοῦντος εἶναι καὶ | τὴ ἄθλησιν, καὶ τῆ αὐτῆ δόξης ὑπερολαζούσης καὶ πᾶσαν τὴ | οἰκουμένην (1), Πτολεμαῖον φασὶ τὴ βασιλέα φιλοδοξήσαντα πρὸς τὸ κα|ταλῦσαι τὴ δόξαν αὐτῆ, παρασκευάσαντα μὴ πολλῆς φιλοτιμίας Ἀριστόνικον (2) τὴ πύκτην ἐξαποστεῖλαι, δοκοῦντα φύσιν ἔχειν ὑ|περέχουσαν εἰς ταύτην τὴ χρείαν· παραγενομένου δὲ εἰς τὴ | Ἑλλάδα τῆ προειρημένου καὶ συγκατασάντος Ὀλυμπιάσι πρὸς τὴ | Κλειτόμαχον, ὡς αὖ ὡς ἔοικεν ἀπέβλεψαν πολλοὶ πρὸς τὴ Ἀριστό|νικον καὶ παρεκάλουν, χαίροντες ἐπὶ τῷ βλέ[πειν] τετολμηκέναι τινὰ | συγκατασῆναι πρὸς τὴ Κλειτόμαχον· ὡς δέ γε προβαίνων ἐφάμιλλος | ἐφαίνετο καὶ τὴ ἀγῶνα, καί που καὶ βαῦμα καίριον ἐποίησε, κρότος ἐγίνετο, καὶ συνεξέπιπτον

ludis quotiescumque illustri et invicto athletae opponitur humilis multoque inferior adversarius, satim multitudo benivolentiam suam infirmiori adiicit, eumque bono animo esse iubet, consensuque adiuvat ictus eius. Quod si corpus etiam gustaverit, et signum aliquod inflicti vulneris fecerit, ilico omnes participes quodammodo certaminis fiunt; ita ut interdum etiam alterum irrideant; haud profecto quod oderint improbentve, sed quia praeter suam paene voluntatem misericordia commoti, infirmiori illi favorem suum accommodant. Iidem tamen, siquis eos tempestive admonere sciat, sine mora mutantur, suumque errorem protinus damnant.

2. Reapse fertur Clitomachus rem hanc consecutus: qui quum invictus arte athletica videretur, eiusque fama magnis orbem terrarum gressibus perambularet; dicitur rex Ptolemaeus gloriam eius infringendi cupidus comparatum sibi eximio pretio pugilem Aristonicum, qui credebatur summis viribus ad hunc usum praeditus, ad certamen submisisse. Qui quum in Graeciam venisset, atque Olympiis contra Clitomachum se stitisset; statim, ut fieri solet, Aristonico multi innuebant, eumque adhortabantur; laeti potissimum quia virum cernebant manus conserere cum Clitomacho audentem. Mox ubi Aristonicus processit, et par certamini tanto visus est; quin immo vulnus etiam praeclarum imposuit; plausus crepuit, multique eius

(a) Ita cod. (b) Cod. ἀποστάτου.

(1) Thebani huius Clitomachi statuam a parente ei positam, numerumque victoriarum eius recensuit Pausanias VI. 15; itemque Suidas.

(2) Aristonicum eunuchum Ptolemaei (epiphanis) hominem fortem supra eunuchi conditionem, et bellicosum celebrat Polybius XXIII. 17. Sed quis credat eunuchum extitisse pugilem olympicum?

Digitized by Google

οἱ πολλοὶ τ ὁρμαῖς, θαῤῥεῖν παρακαλοῦντες τ Αἰσχύνικον· ἐν ᾧ καιρῷ φασὶ τ Κλειτόμαχον ἀποστάντα καὶ διαπνεύσαντα βραχὺν χρόνον, ἐπιστρέψαντα πρὸς τὰ πλήθη πυνθάνεσθαι, τί βουλόμενοι παρακαλοῦσι τ Αἰσχύνικον, καὶ σωαίνονται ἐκείνῳ καθόσον εἰσὶ δυνατοί; πότερον οὐ σωοίδασιν | αὐτῷ ποιοῦντι τὰ δίκαια καὶ τ ἄθλησιν; ἃ τοῦτο ἀγνοοῦσι, διότι Κλειτόμαχος μὲν ἀγωνίζεται νῦν ὑπὲρ τ Ἑλλήνων δόξης, | Αἰσχύνικος δὲ περὶ τ Πτολεμαίου βασιλέως; πότερον ἂν οὖν | ἕλληθεῖεν τ Ὀλυμπιάσι σέφανον αἰγύπτιον ἀποφέρεσθαι ἄνθρωπον νικήσαντα σοὺς Ἕλληνας, ἢ θηβαῖον καὶ βοιώτιον κηρύττεσθαι νικῶντα τῇ πυγμῇ σοὺς ἄνδρας (1); ταῦτα δ' εἰπόντος τ Κλειτομάχου τ τηλικαύτην φασὶ γενέσθαι τὴν μετάστασιν τῆς πολλῶν, ὥστε πάλιν ἐκ | μεταβολῆς μᾶλλον ἀπὸ τοῦ πλήθους, ἢ τοῦ Κλειμάχου, καταγωνισθῆναι τ Αἰσχύνικον.

III. Τοῦτο δὲ παραπλήσιον ἦν καὶ τὸ κατ τ Περσέα | συμβαῖνον πρὸς σοὺς ὄχλους· εἰ γάρ τις ἐπισήσας αὐσοῦ εἴρετο μετ' || παῤῥησίας, εἰ βάλοιντ' ἂν εἰς P. 106.
ἕνα πεσεῖν τ τηλικαύτην ὑπεροχὴν, καὶ λαβεῖν μοναρχικὴν πεῖραν ἐξουσίας ἀνυπεύθυνε κατ | πάντα τρόπον, ταχέως αὐσοῦ ὑπολαμβάνω | παλινῳδίαν ποιῆσαι, καὶ μεταπεσεῖν εἰς τοὐναντίον· εἰ δὲ καὶ βραχέα | τις ὑπέμνησε τ γεγονότων, ἐκ μὲν τ Μακεδόνων οἰκίας δυσχόλων (a) τοῖς Ἕλλησιν, ἐκ δὲ τ Ῥωμαίων ἀρχῆς συμφερόντων (b), καὶ λίαν | ὑπὸ πόσας αὐσοῦ ὑπολαμβάνω μεταμεληθῆναι· πλὴν τό γε | κατ τ ἀνυπόστατον τῆς πρώτην ὁρμὴν ἐκφανὴς ἦν ἡ τ τῶν πολλῶν εὐδόκησις τοῖς προσαγγελλομένοις, ἀσμενιζόντων διὰ τὸ παράδοξον εἴ καθόλου περιμένει τις ἱκανὸς ἀνταγωνιστὴς Ῥωμαίοις. | Περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον προή-

ictus pronis animis comitabantur, prorsusque Aristonicum ad rem strenue gerendam ciebant. Tum aiunt Clitomachum, quum se aliquantulum respirandi causa subduxisset, ad spectatores conversum rogasse, curnam hortatibus Aristonicum acuerent, eique tam impense faverent? Nonne omnia legitima a se in certamine observari cernerent? An vero ignorabant, Clitomachum nunc pro Graeciae gloria, Aristonicum pro Ptolemaei regis ambitione certare? Utrum igitur mallent ab aegyptio homine Graecorum victore coronam olympicam obtineri? an potius thebanum boeotiumque hominem luctae virilis victorem praedicari? Haec dicente Clitomacho, tantam multitudinis mutationem consecutam aiunt, ut vulgi potius conversione quam ab ipso Clitomacho Aristonicus divictus fuerit.

3. Huic similis erat populorum erga Perseum favor. Nam siquis eos confidenter rogasset, num ad unum hominem tantam congerere fortunam vellent, ipsi vero monarchicam et nullis obnoxiam legibus auctoritatem experiri; statim, ut arbitror, palinodiam cecinissent, et omne contra voluissent. Quod sequi etiam breviter iis in mentem revocasset macedonicae quidem domus adversis fatis acerbitatem, a romano autem imperio concessas utilitates, celeriter admodum arbitror de sententia sua recessuros. Interim vero primi accepti nec satis libera commotione nuncium victoriae lactanter vulgus accepit: ea scilicet gaudens, quia strenuus aliquando adversarius se Romanis obtulerat. Atque haec ego paulo latius exposui, nequis imprudens atque [illegible] mutu-

(a) Cod. δύσολον. (b) Cod. συμφέροντα.

(1) Num pro ἄνδρας dicendum est αἰγυπτίους? explicandumque *thebanum boeotiumque hominem luctae virilis victorem Aegyptiorum praedicari!*

χθην εἰπεῖν (a), ἵνα μή τις ἀκρί|τως εἰς ἀχαριστίαν (1) ὀνειδίζῃ τοῖς Ἕλλησι τὴν τότε 12.
διάθεσιν, ἀγνο|ῶν τὰ φύσει παρεπόμενα τοῖς ἀνθρώποις.

IIII. Ἴσως μὲν οὖν ἐν πᾶσι τοῖς | ἀνθρώποις τῷ καιρῷ δεῖ μεζεῖν ἕκαστα τῶν ἐπερ|ωτωμένων· μεγίστην | γὰρ οὗτος ἔχει δύναμιν· μάλιστα δ' ἐν τοῖς πολεμικοῖς | τούτων εἰς ἕκαστα τὰ μέρη γίνονται ῥοπαί· τὸ δ' ἀσοχεῖν τούτων | μέγιστον 16.
ὄζει τῶν ἁμαρτημάτων.

Ὅτι δοκοῦσι πολλοὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων | ἐπιθυμεῖν τῶν καλῶν, ὀλίγοι δὲ τολμᾶν ἐγχειρεῖν αὐτοῖς· ἀπάνιοι δὲ | τῶν ἐγχειρησάντων ἐπὶ τέλος ἄγειν, τὰ πρὸς τὸ καθῆκον ἐν ἑκάστοις ποιεῖν. |

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΗ.

I. Ὅτι ὁ Περσεὺς ἐπταικὼς τοῖς ὅλοις ἐπὶ τῷ εἰσβεβλῆσθαι Ῥωμαίους εἰς Μακε- 20.
δονίαν, τῷ Ἱππίᾳ (2) ἐπετίμα· ἀλλά μοι δοκεῖ τὸ ὀπτιμᾶσθαι | τοῖς ἄλλοις εἶναι ῥᾴδιον καὶ συνιδεῖν τὰς τῶν πέλας ἁμαρτίας· τὸ | δ' αὐτὸ πράττειν τὰ καθ' αὑτόν, πάντων δυσ|χερέστατον· ὃ καὶ τότε τὸν Περσέα συνέβη γενέσθαι. | 24.

Ὅτι ΠΟΛΥΒΙΟΣ πρεσβευτὴς ἀποσταλεὶς πρὸς τὸν Ἄππιον ὑπὲρ τῶν Ἀχαι-
ῶν, μετὰ τοῦτο ἀναχωρήσας εἰς τὴν Πελοπόννησον, ἤδη τῶν γραμμά|των ἐκ- 28.
δεδομένων Ἠπειρωτῶν προσπεπτωκότων (3), καὶ μετ' οὐ πολὺ συναχθέν|των εἰς Σικυῶνα τῶν

rae parum gnarus, propter illas studii significationes, ingratum animum Graecis obiiciat.

4. Cuncti propemodum homines rationem temporis in negotiis gerendis habere debent: huius enim maxima vis est. Praesertim vero bellicis in rebus maximae fiunt a tempore in utramque partem inclinationes. Temporis autem, sive occasionis, iactura maximum peccatum est.

Multi homines videntur honestatis cupidi; pauci tamen ad eius adeptionem incumbere. Iam et eorum, qui rem ad exitum perducere decreverunt, rari id faciunt quod singula officia postulant.

EX LIBRO XXVIII.

1. Perseus re publica omni amissa sub' ipsum Romanorum in Macedoniam ingressum, Hippiam obiurgabat. Sed enim facile mihi negotium videtur alios obiurgare et quae familiares nostri peccant animadvertere: verum nos ipsos officiis nostris defungi, id demum est difficillimum. Atque ita Perseo ut se gereret accidit.

POLYBIUS legatus ab Achaeis ad Appium missus, deinde "in Peloponnesum regressus, postquam iam allatae ex Epiro litterae erant; mox coacto Achaeo-

(a) Eadem locutione utitur Polybius XVI. 20.

(1) Intellige ingratum animum quem prae se tulisse videbantur Graeci, qui liberati olim per Romanos a Philippi dominatu, nunc Persei victoria de Romanis gaudebant.

(2) De Hippia Persei familiari et legato confer Polybium XXVII. 7. XXVIII. 9.

(3) Appii Centonis litterae petentes ab Achaeis militaria auxilia.

Digitized by Google

Ἀχαιῶν, εἰς πρόβλημα παμμέγεθες ἐνέ|πεσε· τ γὰρ δημοβελὶς προθέντος ὑπὲρ ὧν ὁ Κέντων ἥτει | στρατιῶν (1)„ *

II. Ὅτι Εὐλαῖος ὁ εὐνοῦχος (2) ἔπεισε Πτολεμαῖον ἀνα|λαβόντα τὰ χρήματα,
32. τ βασιλείαν προϊέμενον τοῖς ἐχθροῖς, | ὑποχωρεῖν εἰς Σαμοθράκην (3)· ἐφ' ᾧ τίς οὐκ ἂν ἔπιτήσας ὁμολογήσει || ὅτι μάλιστα κακοποιοῦσιν αἱ κακαὶ σύν- P. 95.
τροφοι τοῦ ἀνθρώπους; τὸ γὰρ | μηδ' ἐκτὸς γενόμενον τ δεινῶν μ τοσοῦτον τόπον ἀποστάντα τ | ἐχθρῶν, ὁρμῆσαι πρός τι τ καθηκόντων· ἄλλως τε τη-
4. λικαύτας ἀ|φορμὰς ἔχοντα, μ τοσούτων τόπων κυριεύοντα μ τοσούτων πλη|θῶν· ἀλλ' εὐθέως αὐτόθεν ἀκονητὶ ὑποχωρῆσαι βασιλείας τ ἐπιφανεστάτης μ μακαριωτάτης, πῶς οὐκ ἄν τις εἶναι φήσειε ψυ|χῆς ἐκτεθηλυμμένης μ
8. διεφθαρμένης ὁλοσχερῶς; ἦν εἰ μὲν | συνέβαινε φύσει πως Πτολεμαῖον ὑπάρχειν, τ φύσιν ἔδει κατα|μέμφασθαι μ μηδενὶ τ ἐκτὸς αἰτίαν ἐπιφέρειν· ἐπεὶ δὴ ᾗ δι' τ | μὴ ταῦτα πράξεων ἡ φύσις ὑπὲρ αὐτ ἀπελογήθη, δείξασα | τ Πτολεμαῖον μ σάσιμον ἱκανῶς μ γενναῖον ἐν τοῖς κινδύνοις |
12. ὑπάρχοντα (4), δῆλον ὡς εἰκότως ἄν τις τ τότε πως αὐτ γενομέ|νης ἀγεννίας

rum Sicyone concilio, in perplexitatem quaestionemque maximam incidit. Nam deliberatione proposita de militaribus quae Cento postulabat auxiliis * „

2. Eulaeus eunuchus Ptolemaeo suasit, ut obiecto proditoque hostibus regno, in Samothraciam cum thesauris se subduceret. Quam rem siquis consideret, fatebitur sane, nihil magis nocere hominibus quam pravos educatores. Nam Ptolemaeum quidem, etsi a periculis adhuc remotum, hostibus tanto locorum intervallo dissitis, nullum tamen regium officium exsequi; et quamquam tot adiumentis gerendarum rerum instructus esset, tot provinciis populisque imperaret; ilico tamen nulloque tentato proelio illustrissimum ac beatissimum regnum dimittere; quis, inquam, hanc turpitudinem nonnisi animi effeminati planeque corrupti iudicet? Quod tamen vitium si Ptolemaeo quidem naturaliter adhaesisset; natura culpanda foret, neminique praeterea crimen id imputandum: sed quoniam consecutis post illud tempus actionibus natura causam pro se dixit, cum Ptolemaeum satis fortem atque constantem in periculis esse osten-

(1) Hic brevis tractus, iam inde a vocabulo ἀναγωρήσας, extat in editis XXVIII. 11. Et in codice quidem abrumpitur narratio post στρατιωτῶν; verum ea in editione continuatur. Ego vero hoc fragmentum vaticani codicis in meo libro retinui, tum quia initio variat ab editis, tum ut lector agnoscat, quonam pacto abrumpatur interdum in his excerptis constantinianis oratio; quotiescumque scilicet eclogario nihil praeter γνώμην, aut notabile aliud, ponere placuit.

(2) De hoc homine legesis Diodori excerpta vaticana p. 75. cum scholiis meis. Meminit autem huius belli Polybius XXVIII. 16. sqq.; quae fere sedes adsignanda est vaticano excerpto.

(3) Scilicet propter sanctitatem asyli, quod in Samothracia insula fuisse exploratum est. Quare et Perseus victus illuc confugit. Utrum tamen Ptolemaeus philometor reapse eôdem profugus in pueritia venerit, non memini me apud alios historicos legere.

(4) Sermo est de Ptolemaeo philometore, cuius in annalibus Lagidarum non inglorium nomen est. Is obiit victor in Syria ex vulneribus in proelio acceptis. Euseb. chron. I. 22. ed. Mediol.

Digitized by Google

καὶ τὴν ὁρμὴν τὴν εἰς τὴν Σαμοθράκην τὴν | ὁρμὴν ἐπὶ τὸ σπάδωνα καὶ τὴν τούτου συντροφὴν ἀναφέροι. |

III. * Ἔφη γὰρ αὐτῶν μίαν ἔχειν διατριβὴν καὶ πᾶσι τὰς συνουσίας καὶ | πᾶσι τὰς ἐν τοῖς περιπάτοις ὁμιλίας · διοικεῖν αὐτοὺς ἐν Ῥώμῃ καθημένους τὸν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεμον, ποτὲ μὲν ἐπιτιμῶντας τοῖς ὑπὸ τὴν στρατηγὸν πραττομένοις, ποτὲ δὲ παραλειπόμενα διεξιόντας (1)· ἐξ ὧν ὄνησιν μὲν οὐδέποτε γενέσθαι | τοῖς κοινοῖς πράγμασι, βλάβην δὲ πολλάκις καὶ ὅτε πολλῶν γε- γονέναι · καὶ ποτὲ δὲ τοὺς ἄρχοντας μεγάλα βλάπτεσθαι διὰ τὰς ἀκαίρους εὑρεσιλογίας · πάσης γὰρ διαβολῆς ἐχούσης ὀξύ τι καὶ κινητικόν, ὅταν προκαταληφθῇ τὸ πλῆθος ἐκ τῶν συνεχοῦς λαλιᾶς * εὐκαταφρόνητος γενέσθαι τοῖς ἐχθροῖς (2). *

EK TOT BIBΛIOT KΘ.

I. * Ὑπὲρ | ὧν ἐγώ γε | διηπόρηκα τί δεῖ ποιεῖν (3)· τό τε γὰρ γράφειν καὶ μέρος ὑπὲρ | τοιούτων ἀκριβολογούμενον ἃ δι' ἀπορρήτων πρὸς αὐτοὺς οἱ βα- σιλεῖς ἔπραττον εὖ γ' ἐπίληπτον ἐφαίνετο καὶ τελέως ἐπισφαλές · | τό τε πᾶσα-

dit; iure meritoque pristinam quoque ignaviam et samothracicam illam fugam spadonis magistri impulsibus tribuere licet.

3. * Aiebat unicam esse illis occupationem tum in conventibus tum in ambulacrorum confabulationibus, nempe ut ipsi Romae sedentes bellum quod in Macedonia gerebatur regerent, modo ducum acta reprehendendo, modo quid agendum superesset disserendo. Quibus ex sermonibus numquam sane utile aliquid provenire, immo saepenumero multisque in rebus detrimentum: interdum vero magistratibus ipsis magna incommoda ex his intempestivis sermunculis concitari. Quippe omnis calumnia et cito diffunditur et turbam commovet, statim ac perpetuus hic male dicendi morbus multitudinem corripuerit. * in contemptum hostium incurrere. *

EX LIBRO XXVIIII.

1. * Hic super re quid agendum esset diu dubitavi. Nam et scribere sedulo singillatimque negotia quae reges arcanis consiliis inter se tractaverunt, variis criminationibus videbatur obnoxium, et prorsus periculosum. Rursus om-

(1) Loquitur Polybius de iis qui Romae belli macedonici administrationi maledicebant. Sane Paulus Aemilius, auctore Livio XLIV. 22, tota in concione sua apud populum queritur de otiosorum hominum sermunculis, qui negotium ducibus eius belli facessebant. Polybium scilicet de more suo expilat praedicta in concione Livius, rursusque cap. 34.

(2) Sunt hae abruptae sententiae, quas eclogarius pro suo vix laudando instituto ex Polybio decerpsit.

(3) Pertinent haec ad initium libri XXIX. Exorditur autem Polybius narrationem suam de arcanis Persei Eumenisque inter se deliberationibus propter bellum macedonicum Romanorum. Sed eclogarius abruptum more suo fragmentum posuit propter illi inhaerentes sententias.

Digitized by Google

σιωπῆσαι πάλιν ὁλοσχερῶς τὸ δοκοῦν πραγματικώτατον ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ γεγοιέναι, καὶ δι' οὗ πολλὰ τῆ ὕστερον ἀπορυμένων γνωρίμως ἔσχε τὰς
32. αἰτίας, τελέως δ' | ἀργίας ἐδόκει μοι σημεῖον εἶναι καὶ πάσης ἀτολμίας· | οὐ μὴν ἀλλὰ κατηνήχθην ἐπὶ τὸ γράφειν κεφαλαιωδῶς τὸ δοκοῦν, || καὶ δι' P. 96.
ὧν εἰκότων καὶ σημείων ἐπὶ ταύτης ἠγενόμην τῆς γνώμης. | ὑπάρχων καὶ αὐτὸς αὐτὸν καιρούς, καὶ μᾶλλον ἑτέρῳ ἐκπληττομένῳ ἕκαστα τῶν γενομένων.

4. II. Ὅτι μὲν οὖν Κύδας ὁ κρὴς (1) στρατευόμενος παρ' Εὐμένῃ καὶ τιμώμενος ὡς ἕνι μάλιστα, πρῶτον μὲν | πρὸς Ἀμφίπολιν συναγενόμενος χιλιάρχῳ (a) ἐνὶ τῶν σὺν Περσεῖ | στρατευομένων· καὶ πάλιν πρὸς Δημητριάδα συνεγγύσας τῷ |
8. τείχει ἐκοινολόγει, τό τε μὲν πρῶτον Μενεκράτει, τὸ δὲ δεύτερον ἂν | Τιμάρχῳ, εἴρηται (2)· καὶ μὴν ὅτι δὶς Ἡροφῶν ἐπρέσβευσε πρὸς Εὐμενῆ | παρὰ Περσέως· ἐξ ὧν πολὺ τοῖς Ῥωμαίων οἱ πλείους ὑποψίαν ἔσχον | ἀπίθανον (b) εἶναι βασιλέως Εὐμένους, δῆλον ἐκ τῶν εἰς Ἀττάλου | συμβάντων· τῷ μὲν γὰρ συν-
12. εχώρησαν καὶ παραγενέσθαι πρὸς σφᾶς | εἰς τὴν Ῥώμην ἐκ τῆς Βρεντεσίου, ἐξ χρηματίσαι εἶναι ὧν προ|αιρεῖτο, καὶ τέλος ἀποκρίσεις δόντες αὐτῷ φιλανθρώπως ἀπέστειλαν, | πρότερον οὔτε κατὰ τὸν Περσέα πόλεμον ἀξιόλογον αὐτοῖς |
16. συνηργηκότι (3). Εὐμένη δὲ τὰς μεγίστας χρείας σφίσι παρεσχημέ|νον καὶ πλεῖστον συνηργηκότα ἔν τε τοῖς πρὸς Ἀντίοχον καὶ κατὰ τὸν | Περσέα πολέμοις (c), οὐ μόνον τοῦ εἰς τὴν Ῥώμην ἀναβάσεως | ἐκώλυσαν (4), ἀλλὰ ἐξ προσέταξαν μέσου

ne silentio premere quod praecipue pragmaticum in hoc bello videbatur, quodque rerum deinde obscurarum splendidas causas continet, id summae ignaviae socordiaeque indicium videbatur. Denique consilium coepi scribendi summatim sententiam meam, argumentaque simul atque indicia proferendi quibus ad ita cogitandum utor; homo scilicet qui et iisdem temporibus vixerim, et prae ceteris mortalibus unamquamque rem mirabundus suspexerim.

2. Quod igitur Cydas cres, qui sub Eumene militaverat atque apud eum summo in pretio fuerat, primo quidem apud Amphipolim cum Persei tribuno quodam congressus fuerit; rursus quod ad moenia Demetriadis accedens, cum Menecrate moxque etiam cum Timarcho sit collocutus; id nos iam diximus: insuperque quod bis Herophon Persei legatus ad Eumenem venerit. Ob haec plerisque Romanis incredibiliter suspectus rex evasit Eumenes; id quod satis cognoscitur ex iis quae Attalo contigerunt. Huic enim concesserunt ut Brundusio Romam accederet, ibique pro libito suo rem gereret; tum denique responso dato, benigne eum dimiserunt; quamquam in bello adversus Perseum nihil propemodum Romanos adiuvisset. At enim Eumenem, qui maximo usui ipsis fuerat plurimumque auxiliatus utroque in bello Antiochi et Persei, non solum ingressu urbis prohibuerunt; verum etiam iusserunt ut media hieme, intra diem

(a) Cod. χειμάρῳ. (b) Malim οὐκ ἀπίθανον *non incredibilem vel non absurdam*. (c) Cod. πόλεμον.

(1) Cydae cretensis meminit Polybius etiam XXIII. 15.

(2) In partibus historiae amissis.

(3) Ante bellum persicum bis Romam venit Attalus. Polyb. XXV. 4. 6. Bis item post illud bellum. Polyb. XXXI. 9. XXXII. 3.

(4) Rem explicate narrat Polybius XXX. 17.

Digitized by Google

χειμῶνος ὄντος ἐν ἡμέραις | τακταῖς ἐκχωρεῖν ἐξ Ἰταλίας · ἐξ ὧν ὅτι μὲν 20.
γέγονέ τις ἐπιβολὴ | τῷ Περσεῖ πρὸς τὴν Εὐμένη, δι' ἣν ἐπὶ τοσοῦτον ἠλλο-
τριώθησαν | πρὸς αὐτοὺς Ῥωμαῖοι, προφανὲς ἐκ τῶν εἰρημένων · τίς δ' αὕτη καὶ |
μέχρι τινὸς προῦβη, πάρεστι σκοπεῖν.

III. Ὅτι μὲν οὖν Εὐμένης οὐ|κ ἂν ἐβουλήθη Περσέα κρατῆσαι τῷ πολέμῳ καὶ
γενέσθαι κύρι|ον τῶν ὅλων, | εὐχερὲς καταμαθεῖν (1)· χωρὶς γὰρ δὲ πατρικῆς ἀλ|- 24.
λοτριότητος καὶ δυσμενείας (2), ἣν εἶχον πρὸς ἀλλήλους, τὸ δ' ἀρ|χῆς ὁμογενὲς
ἱκανὸν καὶ ἀπιστίαν καὶ ζηλοτυπίαν καὶ καθόλου | τὴν μεγίστην ἀλλοτριότητα συν-
σκευάζειν ἐν αὐτοῖς · λοιπὸν | ἦν ἐξαπατᾶν καὶ στρατηγεῖν ἀλλήλους δι' ἀπορ- 28.
ρήτων ὅπερ ἐποίουν | ἀμφότεροι · θεωρῶν Εὐμένης δυσπαθοῦντα καὶ συγκλειό-
μενον τὴν Περσέα πανταχόθεν, καὶ πάλιν ἐπιδεχόμενον χάριν τοῦ τὸν πόλεμον |
ἀπολύσασθαι καὶ διαπεμπόμενον ὑπὲρ τούτων πρὸς τοὺς στρατη|γοὺς καθ' 32.
P. 17. ἕκαστον ἔτος · τοὺς δὲ Ῥωμαίους οὕτως δυσχρηστουμένους ||| τοῖς ὅλοις διά τε τὸ
μηδὲν προκόπτειν ἐν τῷ πολέμῳ μέχρι τοῦ Παύ|λου στρατηγίας, καὶ διὰ τὸ
τοὺς καὶ τὴν Ἰταλίαν μετέωρους ὑπάρχειν, | ὑπέλαβε οὐκ ἀδύνατον εἶναι τὸ συγ-
καταβῆναι Ῥωμαίους εἰς ἐξαγω|γὴν τοῦ πολέμου καὶ διάλυσιν · πρὸς δὲ τὸ μεσι- 4.
τεῦσαι ταῦτα καὶ συναγα|γεῖν, ἐνόμισεν αὐτῷ ἐπιτηδειότατον εἶναι.

IIII. Ταῦτα δὲ συλλογισάμενος | ἀφ' ἑαυτοῦ, κατεπείραζε τοῦ Περσέως διὰ Κύ-
δα τοῦ κρητὸς τῷ πρότερον ἔτει πόσου βούλοιτο ὠνήσασθαι τὴν ἐλπίδα ταύ-
την; ἡ μὲν οὖν | καταλλαγὴ δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐπιπλοκῆς δοκεῖ μοι διὰ ταῦ- 8.
τα γεγο|νέναι · δυεῖν δὲ συγκρινόντων, τὸν μὲν πανουργότατα δοκοῦντος | εἶ-

definitam, Italia excederet. Quare hinc omnino cognoscimus molimen aliquod fuisse Persei cum Eumene, cuius rei causa tantopere ab hoc Romani alienati sunt. Quodnam autem molimen id fuerit et quatenus processerit, videndum superest.

3. Nam illud quidem facile intelligitur noluisse Eumenem belli victoriam Perseum adipisci. Nam praeter paternam inimicitiam, et quam ipsi gerebant inter se simultatem; imperii quoque cognatio satis erat idonea ad serendam illis diffidentiam ac zelotypiam, atque ad animos immortali odio dissociandos. Reliquum ergo erat ut invicem ambo arcanis artificiis fallerent, quod reapse faciebant, varioque strategematum genere certarent. Ergo quum Eumenes adverso marte laborantem Perseum cerneret atque undique obsessum; recipientem insuper, belli finiendi gratia, mittentemque quotannis legationes ad hostium duces; quumque praeterea Romanos videret Eumenes summis incommodis conflictari, propterea quod ante Pauli expeditionem nihil bello profecissent, quum Italia interim inter spem metumque fluctuaret, existimavit fieri posse ut Romani ad conditiones aliquas finemque bello imponendum descenderent: se vero pacis eius intercessorem iudicabat esse opportunissimum.

4. Haec secum reputans, Perseum per cretensem Cydam tentavit superiore anno, quanti vellet hanc spem coemere? Atque haec fuit occasio quae illos ad verborum quoddam commercium provocavit. Iamvero duobus inter se

(1) Pudet me propemodum Livii plagiarii. Is enim sequentem quoque narrationem Polybii exscribit lib. XLIV. 25.

(2) Intellige Philippi macedonis crudele bellum cum Attalo seniore pergameno. Polyb. XVI. 1.

Digitized by Google

ναι, τ̃ δὲ φιλαργυρωτάτῳ, γελοίαν συνέβαινε γίνεσθαι τήνδε | μάχην αὐτ̃ῖ·
12. ὁ μὲν γὰρ Εὐμένης πᾶσαν ἐλπίδα προῦτεινε κ̀ πᾶν | γένῳ δελέατῳ ὑπερήτει, πεπεισμένῳ θεραπεῖν τ̀ Περσέα ταῖς | ἐπαγγελίαις· ὁ δ̀ Περσεὺς μακρὸς (1) ἐώρμα πρὸς τὰ προτεινόμενα | κ̀ συνετίθετο· καταπιεῖν δὲ τ̃ῷ λεγομένων οὐδὲν οἷῳ ἦν ἐπὶ τοσοῦ|τον ὥστε κ̀ προθέσθαί τι τ̃ αὐτ̃.
16. V. Τὸ δ̀ γένῳ τ̃ παλαισμάτων | ἦν τοσοῦτον· ὁ μὲν Εὐμένης ἤτει τ̃ (a) μὲν ἡσυχίαν ἔχειν κ̃ῦ τὸ τέ|ταρτον ἔτ̃ῳ, κ̀ μὴ συςρατεῦσαι Ῥωμαίοις μήτε κ̃ῦ γῆν μήτε κ̃ῦ | θάλατταν πεντακόσια τάλαντα· τ̃ δὲ δ̓ιαλῦσαι τ̀ πόλεμον, χι|λία
20. πεντακόσια· κ̀ τούτων ὁμήρους δ̓ώσειν κ̃ῦ ταῦθ' ὑπισχνεῖτο κ̀ | πίστεις· ὁ δὲ Περσεὺς ἐλέγετο ὡεὶ τ̃ ὁμήρων, ὅσα κ̀ ποτὲ | πέμπεσθαι, κ̀ πῶς δ̓ήσει ταῦτα τηρεῖσθαι ὡδ̓α τοῖς Κνωσίοις· ὡεὶ | δὲ τ̃ χρημάτων, ὑπὲρ μὲν τ̃ πεντακοσίων ταλάντων αἰσχρὸν | ἔφησεν εἶναι κ̀ τῷ δ̓ιδόντι κ̀ μᾶλλον
24. ἔτι τῷ λαμβάνοντι, τὸ (b) δ̓οκεῖν | μισθῷ τ̀ ἡσυχίαν ἔχειν· τὰ δὲ χιλία κ̀ πεντακόσια πέμ̓ψειν φέ|ροντας ὡεὶ Πολεμοκράτην (2) εἰς Σαμοθράκην, κἀκεῖ μεσι|τεύεσθαι· τ̃ δὲ Σαμοθράκης αὐτὸς ἦν κύριῳ· ὁ δὲ Εὐμένης σπυ|-
28. δάζων καθάπερ οἱ μοχθηροὶ τ̃ ἰατρῶν ὡεὶ τὸ πρόδ̓ομα (3) μᾶλλον | ἢ ὡεὶ τ̀ μισθὸν, τέλῳ ἀπέςη δ̓ ἐπιβολῆς, ἀδ̓υνατήσας καταγω|νίσασθαι τῇ σφετέρᾳ πανουργίᾳ τ̀ τ̃ Περσέως μικρολογίαν· | κ̀ δ̓ὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ ποιήσαντες ἱερὸν (4) τ̀ στέφανον τ̃ φιλαργυρίας δ̓ιελύθησαν ἐπ' ἴσης καθάπερ ἀγαθοὶ
32. παλαισταί (5)· τούτων | δ' ἔνια μὲν ἐρρύη παρ' αὐτ̃ τ̀ καιρόν, ἔνια δὲ μετ' ὀλί-

commissis, quorum alter callidissimus alter vero avarissimus iudicabatur, ridiculum certamen evasit. Namque Eumenes omne spei et illecebrarum genus oggerebat, sperans Perseum promissis delinire. Perseus autem oblatis valde arridebat atque adsentiebatur: non ita tamen oblatam escam vorabat, ut de suo aliquid depromere vellet.

5. Genus autem contentionis inter eos hoc erat. Eumenes, ut per quadriennium a bello quiesceret, neque Romanos terra marive adiuvaret, quingenta postulabat talenta. Ut bellum autem prorsus rescinderet, mille et quingenta exigebat; ipse vero pacis obsides offerebat, et foedus secundum haec promittebat. Perseus autem quaerebat quotnam obsides et quando missurus esset, eosque apud Cnossios custodiri volebat: ad pecuniam vero quod adtinet, quingenta quidem talenta turpem esse aiebat et danti et magis accipienti mercedem, quia viderentur inducias pretio impetratae: mille vero et quingenta missurum se, qui ferret, Polemocratem in Samothraciam, ibique apud sequestres futura. Erat autem in ditione Persei Samotrhacia. Ast Eumenes, qui more improborum medicorum largitioni praeviae potius quam mercedi inhiabat, ab incoepto demum destitit, postquam sua calliditate non potuit Persei tenacitatem expugnare. Atque ita uterque sibi circumponentes sacram avaritiae coronam pari cum gloria egregii certaminis discesserunt. Hae porro opes illo partim tempore dilapsae sunt, partim ad adsidentes Per-

(a) Cod. heic τὸ, sed infra habet τοῦ. (b) Cod. τῷ.

(1) Itali vel potius Orobii mei graeca heic imitatione dicerent: *cadeva nella rete lungo e disteso*.

(2) Hunc hominem memorat Polybius etiam XXIX. 3, patrem nobilissimi obsidis Limnaei.

(3) Notemus vocabulum.

(4) Hinc Virgilius, *auri sacra fames*.

(5) Livius simpliciore locutione: *ita, neque aequa inter se captati, nihil praeter infamiam movere.*

Digitized by Google

P. 18. γον εἰς σὺν || ᾧ δακειμένης τῷ Περσεῖ φίλης· παρ' ὧν ἡμῖν ἐξεποίησε πύθε|σθαι ὅτι πάσης κακίας ὡσανεὶ ἐργαλεῖον ἐστὶν ἡ φιλαργυρία (1).

VI. Προσίθημι ἔτι παρ' ἐμαυτῷ τοιοῦτον, μὴ κῇ μωροποιεῖῳ (2) συμ|βαίνει 4.
τὴ φίλαργυρίαν· τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐπισημήναιτο τὴ ἄνοι|αν ἀμφοτέρων βασιλέ-
ων; Εὐμένους μὲν ὅτι (1) κατά τινα λόγον ἠλ|πισε τηλικαύτης ἀλλοτριότητ῟ ὑπαρχού-
σης πιστευθήσεσθαι κῇ | προσλήψεσθαι τοσοῦτο πλῆθ῟ χρημάτων, μηδε-
μίαν δυνάμ῟ | ἱκανὴν πίστιν δ῟ασχέτθαι τῷ Περσεῖ π῟ κομιδῆς τούτων, 8.
ἐὰν | μὴ βεβαιοῖ τὰς ὑποσχέσεις; πῶς δὲ λαβὼν τοσοῦτο πλῆθ῟ χρημά|-
των ὑπέλαβε λήσειν Ῥωμαίους; εἰ γὰρ κῇ κ῟ τὸ παρὸν, οὐ|κ ἂν ἔν γε τῷ
μ῟ ταῦτα χρόνῳ δ῟ιέλαθε, λοιπὸν ἴδ῟ει πάντως | ἀντὶ τ῟ δ῟ιδομένων χρημά- 12.
των ἀλλάξασθαι τὴ πρὸς Ῥωμαίους δ῟ιφοράν, δ῟ι' ἣν ἔμελλε κῇ τ῟ ληφθέν-
των χρημάτων ἅμα ℭ π῟ | ἀρχῆς, σχεδὸν δὲ κῇ τ῟ ℭ῟ις στερήσεσθαι, πολέ-
μι῟ φανεὶς Ῥωμαίοις· εἰ γὰρ κῇ νῦν μηδὲν πράξας, ἐπινοήσας δὲ μόνον,
εἰς σὺν μεγίστ῟ ἦλθε κινδύνους, τί ποτε παθεῖν αὐτῷ προσῆκε ἐπὶ τέ- 16.
λ῟ | ἀχθείσης π῟ προειρημένης πράξεως;

VII. Τῷ ᾗ Περσέως πάλιν | τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε πῶς ἄλλο τι συμφερώ-
τερον ἢ πρωγιαίτερον | ἐνόμισε τ῟ δ῟οῦναι τὰ χρήματα κῇ καταπιεῖν ἐάσαι Εὐ-
μένῃ τὸ | δέλεαρ; εἰ μὲν γὰρ συνήργησε τὶ τ῟ κ῟ τὰς ἐπαγγελίας κῇ δ῟ιέ|- 20.
λυσε τ῟ πόλεμον, εἰς καλὸν ἡ δόσις· εἰ ᾗ ταύτης δ῟ιεψεύθη π῟ | ἐλπίδ῟,
ἓς (b) γε τ῟ πρὸς Ῥωμαίους ἔχθραν ὁμολογημένως ἀναφαν῟δὸν ἐμβεβλήκει· τ῟ γὰρ

seo familiares paulo post devenerunt. Atque hinc nobis cognoscere licet, omnis improbitatis officinam esse avaritiam.

6. Addam et has ultro considerationes, nequis ob avaritiam stulte se gerat. Quis enim utriusque regis non agnoscat insaniam? Eumenis quidem, quia tanta licet inimicitia intercederet, spem tamen aliquam fovit, creditum iri sibi, tantamque pecuniae vim recepturum, qui nullum posset vadem idoneum Perseo exhibere restituendae eius, si promissis forte non satis fecisset. Qui vero fieri poterat ut tanto numero pecuniae accepto Romanos lateret? Quod si forte in praesentiarum accideret, haud tamen diu clam esse poterat. Reliquum ergo erat ut acceptis a Perseo opibus Romanorum inimicitiam sibi compararet; ob quam scilicet futurum erat ut non solum pecunia verum etiam regno ac vita propemodum spoliaretur, postquam Romanorum hostis extitisset. Nam si praesenti tempore, non edito sed cogitato tantum facinore, extremum discrimen adiit; quidnam, oro, ei evenisset si praedictum facinus revera peregisset?

7. Rursus Perseum quis non miretur, qui nequaquam existimaverit utilissimum sibi et commodissimum largiri pecuniam Eumeni escamque illi vorandam obiicere? Etenim si forte Eumenes promissorum tenax suppetias tulisset bellumque diremisset, recte pecunia collocata erat. Sin haec spes Perseum fefellisset, is ni-

(a) Ὅτι a me additur. Quod si nolis, scribendum tibi erit Εὐμένης. (b) Cod. ἓς.

(1) Polybio suffuratus est hanc sententiam Eunapius in excerptis nostris vaticanis p. 269.

(2) Notemus vocabulum.

Digitized by Google

24. εἰς τὸ μέσον ἔχειν ταῦτα κύριος ὑπῆρχεν | αὐτός· πόσου δὲ τοῦτ' ἄξιον Περσεῖ καὶ κατορθοῦντι τῷ πολέμῳ | καὶ πταίοντι ῥᾴδιον συλλογίσασθαι· πάντων γὰρ ὧν συμβαινόντων | κακῶν αἴτιον ἐνόμιζεν Εὐμένη γεγονέναι· ὃν οὐκ
28. ἂν ἐδυνήθη | κατ' οὐδένα τρόπον ἀμύνασθαι βελτίον ἢ πολέμιον ποιήσασθαι | Ῥωμαίοις· τίς οὖν αἰτία δ' οὕτως ἐκφανοῦς ἀλογισίας; φιλαργυρία· τί γὰρ ἄλλο τις εἴποιεν; ὁ μὲν γὰρ χάριν ἕξειν τὰ μὴ | καθήκοντα, πάντα παρεώρα τἆλλα καὶ πάντα ἐδύχετο ποιήσειν· | ὁ δὲ μὴ δεινὰ πάντα παθεῖν,
32. καὶ πᾶν ὑπεριδεῖν οὐκ (a) ὑπέμεινεν· ἀκολούθως δὴ τούτοις Περσεὺς καὶ τὰ πρὸς Γαλάτας καὶ τὰ πρὸς Γέντιον (b) (1) ||. . . . .

* * *

Desiderantur paginae quatuor.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ Λ.

I. . . πάλιν ἕτεροι περὶ τοῦ συριακοῦ πολέμου (2)· τούτου δ' αἴτιον ἐστὶν, ὅπερ | P. 27.
ἡμῖν εἴρηται δι' ὀλίγα πλειόνων, ὅτ' ἂν φαύλας καὶ μονοειδεῖς λαβόν|τες ὑποθέ-
4. σεις βούλωνται μὴ τοῖς πράγμασιν ἀλλὰ τῷ πλήθει τῆς βί|βλων ἱστοριογράφοι νομίζεσθαι, καὶ τῷ τοιαύτην ἐφέλκεσθαι φαντασί|αν· ἀναγκαῖον οὖν τὰ μὲν μικρὰ μεγάλα ποιεῖν, τὰ δὲ βραχέως εἰρη|μένα κατασκευάζειν καὶ λογοποιεῖν· ἔνια δὲ τῆς ἐν παρέργῳ πε|ποιημένων, ἔργα καὶ

hilominus Eumenem in Romanorum inimicitiam aperte coniecisset. Namque eius rei divulgandae Perseo facultas erat. Iam id quanti interesset Persei, sive recte bellum succederet sive secus, facile intellectu est. Quum omnium calamitatum suarum Perseus Eumeni causam imputaret; hunc certe nulla maiore poena ulcisci poterat, quam si hostem Romanorum efficeret. Quaenam ergo tantae amentiae causa fuit, nisi avaritia? Nullam profecto aliam quispiam proferet. Omnino Eumenes ut iniustam pecuniam acciperet, periculum quodvis sprevit, atque ad omnia se paratum obtulit: Perseus autem quasvis opes nescivit contemnere, ut extrema mala vitaret. His consentaneus Perseus cum Gallis quoque et cum Gentio *tergiversatus est*. . . . .

* * *

EX LIBRO XXX.

1. . . . rursus alii de syriaco bello. Rei huius causa illa est, quam nos iam pluribus verbis diximus; nempe quia futilibus sterilibusque argumentis addicti, dant operam non ut rebus sed ut multitudine librorum videantur historici. Quare et modica exaggerrant; et quae paucis comprehendi poterant, mire dilatant verbisque plurimis explicant: nonnulla parergi loco acta, instar operis

(a) Οὐκ a me additur. (b) Ita cod. Γέντιον non Γένθιον, etiam apud Diodorum in excerptis vat. Fallitur ergo Schweighaeuserus, qui in editis Polybii mutat simplicem in adspiratam. Sine adspiratione scribit etiam Livius.

(1) Abrumpitur Polybii narratio propter codicis defectum. Verumtamen eam prosequitur Livius, quem pro Polybio iure habebimus. Tum de Persei tractatu cum Gallis confer Polybii fragmentum XXVI. 9; de tractatu cum Gentio XXVIII. 8; item Diodorum in vaticanis excerptis p. 73.

(2) Patet hunc esse novi libri prologum, in quo Polybius historicos illos ridet qui ob penuriam argumenti sui extra rem vagantur. Se vero parce potius et adstricte scribere ait. Item petit involuntariorum mendorum veniam.

Digitized by Google

πράγματα κατασκευάζειν, ἀγῶνας διατιθεμένους καὶ παρατάξεις ἐξαγγέλλοντας· ἐν αἷς ἐνίοτε πεζοὶ μὲν ἔπεσον δέκα, ποτὲ μικρῷ πλείω, ἱππεῖς ἢ τούτων ἐλάττους· πολιορκίας μὲν γὰρ καὶ τοπογραφίας καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις οὐκ ἂν εἴποι τις ἀξίως ὑφ' ὅσων ἐξεργάζονται διὰ τὴν ἀπορίαν τῶν πραγμάτων· | πρὸς ἣ δὴ ταῦτα γράφοντας ἐναντίός ἐστιν ὁ ζόπυρος· διόπερ | οὐ χρὴ καταγινώσκειν ὡς ἡμῶν ἐπισυρόντων τὰς πράξεις· ὅτ' ἂν | τὰ παρ' ἐνίοις πολλοῦ τετευχότα λόγου καὶ διασκευῆς, ἡμεῖς ποτὲ | μὲν παραλείπωμεν, ποτὲ δὲ βραχέως ἐξαγγέλλωμεν· ἀλλὰ πιστεύειν | ὅτι τὸν καθήκοντα λόγον ἑκάστοις ἀποδίδομεν· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὅτ' ἂν | ἐν τῇ συμπάσῃ πραγματείᾳ λόγου χάριν Φανωτίας (1) καὶ Κορωνίας καὶ | .. κε[βολ]ῆς (2) πολιορκίαν γράφωσιν, ἀναγκάζονται πάσας τὰς περὶ πολιορκίας ἐπινοίας, καὶ τόλμας ἐξαθέσεις ἐκτίθεσθαι· πρὸς | ἣ τούτοις Τάραντος κατάληψιν, Κορίνθου πολιορκίαν, Σάρδεων, | Γάζης, Βάκτρων, ἐπὶ πᾶσι Καρχηδόνος πολιορκίας διαβρήδην καὶ | προσ- ἦναι παρ' αὐτῶν (3)· ἀλλ' οὐ παντάπασιν εὐδοκεῖν, ἐὰν φιλῶς | ᾖ δι' ὀλίγων τοιούτων αὐτὸν τὴν ἀληθῆ καὶ κύριον ἀποδίδωμεν λόγον· | ἡ δ' αὐτὴ καὶ περὶ παρατάξεων ἡμῖν ἔσται καὶ τῶν δημηγοριῶν ἀπόφασις, | παραπλησίως ἣ καὶ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς ἱστορίας· ἐν οἷς ἅπασι | πολλῆς ἂν δικαίως τυγχάνωμεν συγγνώμης· ὁμοίως

8. 12. 16. 20. 24.

praecipui exornant, agones oculis sistunt, pugnas depraedicant, in quibus decem aliquando pedites occubuerunt, aliquando autem paulo plures, equites demum oppido pauciores. Nam urbium quidem obsessiones descriptionesque locorum aliaque huiusmodi quot qualibusque verbis, ob verarum rerum penuriam, ab his historicis elaborentur, nemo est qui digne dicere queat. Meum autem contrarium hisce scriptoribus institutum est. Quare non sum damnandus, quasi res gestas socorditer tractem, siquando aliquid a ceteris historicis multis verbis pompaque declamatum, modo a me praetermittitur, modo breviter dicitur: immo potius credendum est, congruam a me cuique rei orationem adhiberi. Illi vero, quorum universae historiae argumentum nihil, puta, aliud quam Phanotiae et Coroneae atque . . . . . obsidio, coguntur sane cunctas quae per obsidionem eveniunt animorum molitiones, operum aggressiones, rerumque conditiones, exponere. Praeterea solent sponte propria nec sine longo sermone adiungere Tarenti expugnationem; Corinthi, Sardium, Gazae, Bactrorum, atque apprime Carthaginis obsidiones. Neque his placet omnino, a nobis exiliter veroque et proprio sermone de his dici. Par nostrum iudicium est de proeliis etiam narrandis, et de concionibus, et de ceteris itidem historiae partibus; quibus in omnibus multa sane lectorum indulgentia digni sumus: nec non in iis quae di-

(1) *Phanotiam* et *Phanoteum* scribi huius urbis phocensis nomen, auctor est Stephanus byz., citato Thucydide IV. 76. Apud Livium XLV. 26. occurrit etiam *Phanota* Epiri. De bello autem ad Coronaeam vide praedictum Thucydidem I. 112.

(2) Vexatissima in codice lectio. Ego vero quod mihi legere videor scribo. Et quidem, si paulo maiore otio abundarem, neque preli opera instaret, urbis huius nomen expleturum me sperabam.

(3) Imitatur hunc Polybii locum Pronto de orat. ed. rom. p. 241; quo loco verbosos pariter et ineptos scriptores ridet: *dicendum est de fortuna aliquid? omnis ibi fortunas antiatis, praenestinas, balnearum etiam fortunas omnis, cum pennis, cum roteis, cum gubernaculis, reperias*. Aliam Polybii apud Frontonem imitationem demonstravimus in hoc volumine p. 400. n. 1.

Digitized by Google

ἢ κἀκεῖ λέγεσθαι μελλόντων ⁊ τῶν ἐπίπαν φανερῶν μὲν ἢ λήμμασι χρώμε|νοι τοῖς αὐτοῖς, ἢ χειρισμῷ πραγμάτων, ἢ τοῖς τῆς λέξεως ῥήμασι· |
28. πρὸς ἃ τούτοις ἐάν πε προσαπίπτωμεν ὀνομασίαις ὀρῶν ἢ ποτα|μῶν ἢ τόπων ἰδιότησι (a)· τὸ γὰρ μέγεθος τῆς πραγματείας ἱκανόν ἐστιν | ἡμᾶς ἐν ἅπα-
32. σι τούτοις συγγιτεῖσθαι· πλὴν ἐάν που κατὰ [θεσιν κακῶς] | τινὸς ἕνεκεν εἰσκόμεθα ψευδογραφοῦντες, τοῦτο γὰρ ἃ συγγιτούμεθα (1)· || καθάπερ ἤδη καὶ πλεονάκις ἐν P. 28.
τῇ πραγματείᾳ συνέβη τούτῳ τῷ | μέρει διεξάλμεθα.

II. Ὅτι πολλὰ τῶν ἐπινοημάτων καὶ μὲν | τὸν λόγον φαίνεται πιθανὰ καὶ δυ-
4. νατὰ, συμβαλλόμενα ἂν εἰς τὸ χρεί|αν, καθάπερ τὰ κίβδηλα τῶν νομισμάτων (2) εἰς τὸ πῦρ, οὐκέτι ποιεῖ τὸ ἀκολουθοῦν τοῖς πρώταις ἐπινοίαις.

* Ὁ δὲ μεταλαβὼν τὴν ῥω|μαϊκὴν διάλεκτον (3) παρεκάλει σφᾶς ἐν τῷ συνεδρίῳ κλίποντας εἰς | τὰ παρόντα, διὰ νυκτὸς ὑπὸ τὴν ὄψιν τὴν Περσέα, μήτε με-
8. γαλαυχεῖν | ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι μᾶλλον τὸ δέον, μήτε βουλεύεσθαι μηδὲν ὑπερή|φανον μηδ' ἀνήκεστον εἰς μηδένας· μήτε καθόλου πιστεύειν μηδέ|ποτε τὴν

cenda supersunt, quaeque prorsus in communi notitia sunt, siquando forte vel iisdem sententiis utemur, vel rerum aut vocabulorum repetitione. Praeterea sicubi errabimus in montium fluviorumve nominibus, atque in locorum definienda natura; ipsa profecto operis magnitudo satis est idonea ad impetrandam nobis in his veniam. Verumtamen sicubi volente animo studiove aliquo partium mendacia scribere deprehendemur, indulgentiam nullam exposcimus; id quod saepe alibi in huius historiae cursu diserte adfirmavimus.

2. Multa consilia verbo quidem tenus probabilia nec inefficacia videntur: verumtamen ubi ad opus ventum est, veluti numnus adulterinus igne excoctus, opinioni priori iam non respondent.

Consul Aemilius latino sermone utens hortabatur eos, qui in consessu aderant, ut praesenti spectaculo admoniti (Perseum scilicet iis ostendebat) neque plus aequo in prosperitatibus animos attollerent, neque superbum quid vel dirum de

(a) Similis locutio apud Polyb. V. 68.

(1) Recole Polybium v. gr. lib. XVI. 20; et in vaticanis excerptis p. 385. Eamque sententiam videtur partim imitari Fronto princip. hist. ed. rom. p. 314.

(2) Sic loquitur Polybius etiam in fragmento edito lib. XXXIII. 9. Plane vero expilat postremum Polybii locum Diodorus in excerpt. vat. p. 88, seu lib. XXXII. 2.

(3) Scilicet Aemilius Perseum antea graece adlocutus fuerat; deinde latine cum ceteris verba fecit, tum quia hi Romani erant, tum ut Perseus nihil intelligeret. Hinc autem cognoscimus Livii XLV. 8. plagium, qui recitata oratione, quam Aemilius ad Perseum habuit, subdit: *haec greeco sermone Perseo, latine deinde suis* etc. Ergo utraque oratio apud Livium occurrens ex Polybio derivata fuit. Eu autem ut posterior oratio cum reviviscente nunc Polybio congruit: *Exemplum insigne cernitis mutationis rerum humanarum. Vobis hoc praecipue dico, iuvenes. Ideo in secundis rebus nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec praesenti credere fortunae; quum, quid vesper ferat, incertum sit. Is demum vir erit, cuius animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infringet.* Polybium ipse quoque Diodorus siculus valde imitatus est, ut excerpta mea vaticana demonstrant p. 78.

Digitized by Google

παρούσαις τύχαις · ἀλλ' ὅτε μάλιστά τις κατορθοῖ καὶ τὰ τ ἴδιον βίον καὶ τὰς κοινὰς πράξεις, τότε μάλιστα παρακάλει τ ἐναντίας τύχης ἔννοιαν 12.
λαμβάνειν · καὶ γὰρ οὕτω μόλις | ἂν ἐν τ εὐκαιρίαις ἄνθρωπον μέτριον ὄντα φανῆναι · τοῦτο γὰρ διαφέρειν ἔφη τοὺς ἀνοήτους τ νοῦν ἐχόντων, διότι συμβαίνει τοὺς | μὲν ἐν ταῖς ἰδίαις ἀτυχίαις παιδεύεσθαι, τοὺς δ' ἐν τ τῆς πέλας. |

III. Ὥστε πολλάκις καὶ λίαν μνημονεύειν τ Δημητρίου τ φαληρέως | φωνῆς (1) · ἐκεῖνον 16.
γὰρ ἐν τῷ περὶ τ τύχης ὑπομνήματι βαλόμενον ἐναργῶς ὑποδεικνύναι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ταύτης εὐμετάβολον, | ἐπισκοποῦντα ἐπὶ τοὺς κατ' Ἀλέξανδρον καιρούς, ὅτε κατέλυσε τ Περσῶν ἀρχήν, λέγει ταῦτα. — Εἰ γάρ λάβοι τις 20.
μὴ χρόνον ἄπειρον, μηδὲ γενεὰς πολλάς, ἀλλὰ πεντήκοντα μόνον ἔτη ταῦτα (a) πρὸ ἡμῶν, | γνοίη τ' ἂν ὡς τὸ τ τύχης χαλεπὸν ἐνταῦθα · πεντηκοστὸν γὰρ ἔτος (b) | οἴεσθ' ἂν ἢ Πέρσας ἢ βασιλέας τ Περσῶν, ἢ Μακεδόνας ἢ βασιλέας | τ Μακεδόνων, εἴ τις θεῶν αὐτοῖς προὔλεγε τὸ μέλλον, πιστεῦσαι πότ' ἂν ὡς εἰς τοῦτον τ καιρὸν Περσῶν οὐδ' ὄνομα λειφθήσεται τὸ παράπαν, οἱ πάσης τ οἰκουμένης ἐδέσποζον; Μακεδόνες δὲ πάσης κρατήσουσιν (c), 24.
ὧν οὐδ' ὄνομα πρότερον ἦν; ἀλλὰ | πῶς (d) ἡ πρὸς τ βίον ἡμῶν ἀσύνηθες τύχη, καὶ πάντα παρὰ λογισμὸν | τ ἡμέτερον καινοποιοῦσα, καὶ τ αὐτῆς δύνα- 28.

quovis homine statuerent ; neque praesenti fortunae omnino confiderent : sed cum maxime quisque et privatam vitam et rem publicam feliciter gereret , tum apprime rogabat eos ut de adversa fortuna cogitarent . Sic enim vix demum contingere ut homo in prosperitatibus modestus evadat . Porro in hoc dementes a cordatis viris differre aiebat , quod illi propriis detrimentis , hi alienis , eruditur .

3. Quae cum ita se habeant , saepe mihi ac magnopere phalerei Demetrii effatum in mentem venit . Is enim in commentario qui inscribitur de fortuna , dum huius vult mortalibus demonstrare evidenter volubilitatem , animum advertens ad Alexandri tempora , cum is Persarum imperium delevit , haec verba facit . — Nam siquis haud equidem immensum tempus neque multas hominum aetates , sed quinquaginta tantummodo ante nos annos consideret , arbitrarium fortunae ingenium hinc facile agnoscet . Ante annos enim quinquaginta , putatisne vel Persas regesque Persarum , vel Macedonas cum suis regibus , siquis deus ipsis futura fata revelavisset , putatisne , inquam , sibi fore persuasuros , hac demum aetate ne Persarum quidem nomen superfuturum , qui tum universo orbi dominabantur ? Macedonas autem omnium rerum potituros , quorum eo tempore ne nomen quidem exaudiebatur ? Profecto quam infida vitae nostrae fortuna sit , quamque omnia praeter opinionem nostram innovet , potentiamque suam in subita-

(a) Cod. mendose ταύτη. (b) Ita cod. Sed rectius apud Diodorum πεντηκοστῷ γὰρ ἔτει πρότερον. (c) Ita Diodorus. At codex hoc loco κρατοῦσιν. (d) Apud Diodorum ἀλλ' ὅμως.

(1) Rursus videmus Diodori plagium (excerpt. vat. lib. XXXI. 5.) si certe ex Polybio exscripsit , ut valde arbitror , non ex ipso Demetrio : quamquam lectionis varietas me prope ambiguum reddit .

Digitized by Google

μιν ἐν τοῖς θαδόξοις ἐνδεικνυμένη, καὶ νῦν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ δείκνυσι πᾶσιν
32. ἀνθρώποις, Μακεδόνας εἰς τὴν Περσῶν εὐδαιμονίαν εἰσοικίσασα· | διότι καὶ τού-
τοις (a) ταῦτα τἀγαθὰ κέχρηκεν, ἕως ἄλλο τι βουλεύσηται ||| θεὸς αὐτῶν· (ὃ νῦν P. 113.
γέγονε κατὰ Περσέα (1).) — Ταῦτα μὲν ὁ Δημήτριος | ὡσανεὶ θείῳ τινὶ στόματι θεὸς τὰ
μέλλοντος προφάσκειν· ἐγὼ | δὲ καὶ τὴν γραφὴν ἐποιησάμην διὰ τοὺς καιροὺς καθ' οὓς συνέβη κα-
4. ταλυθῆ|ναι τὴν Μακεδόνων βασιλείαν, οὐκ ἔκεινον ἀνεπισκέπτως θαδρα|μεῖν (b),
ἅτε γεγονὼς αὐτόπτης τῶν πράξεως· ἀλλ' αὐτός τε τὸν πρέπον|τα λόγον ἐπιφ-
θέγξασθαι, καὶ Δημητρίῳ μνησθῆναι· δοκεῖ γάρ μοι θειοτέ|ραν ἢ κατ' ἄνθρω-
πον τὴν ἀπόφασιν ποιήσασθαι· σχεδὸν γὰρ ἑκατὸν καὶ | πεντήκοντα πρότερον
8. ἐτῶν (2) τάληθὲς ἀπεφήνατο θεὸς τὰ ἐσόμενα συμβησομένων.

IIII. Ὅτι Εὐμενὴς ὁ βασιλεὺς, τοῦ Περσέως τὸν Ῥω|μαίων μάχης συντετελεσμένης,
εἰς παράλογον ἐνέπεσε διάθεσιν, | ὡς οἱ πολλοὶ φασὶν, ὡς ἢ τὰ ἀνθρώπεια
12. πράγματα φύσιν ἴσχει βλώσθαι | καὶ τὸ πλεῖστον, εἴς τι τῶν εἰωθότων συμβαί-
νειν· ἱκανὴ (c) γὰρ ἡ τύχη | τοῖς θαδὰ λόγον τὰ καὶ λόγον ἐπιβρέψαι· καὶ τινὶ
συνεργήσῃ καὶ προσ|θῇ τε τὴν αὐτῆς ῥοπὴν, αὖθις οἷα ἐκ μεταμελείας ἀντι-
16. σηκοῦν | καὶ λυμαίνεσθαι τὰ κατορθώματα θαδὰ πόδας· ὃ καὶ τότε θεὸς | τὸν
Εὐμενῆ βλάπτειν συνέπεισε· δόξας γὰρ μάλιστα τότε τὴν ἰδίαν | ἀρχὴν ἐν ἀσφα-
λεῖ βεβηκέναι, καὶ πολλὴν ἐπιφέρειν ῥᾳστώνην τῷ ἐξ|ῆς (d) χρόνον, ἅτε τῶν Περ-

neis casibus exserat, etiam nunc, ut arbitror, ipsa cunctis hominibus demonstravit, dum Persarum felicitatem ad Macedonas transtulit: quae quidem fortuna ipsos Macedonas tamdiu his bonis frui sinet, donec aliter ei videbitur. (id quod nunc in Perseo effectum est.) — Haec Demetrius divino quodam ore ac veluti de Apollinis tripode vaticinatus est. Ego vero qui historiam meam ad haec tempora deduxerim, quibus regnum Macedonum sublatum est, nolui rem tantam sine notatione praetergredi, praesertim quia testis oculatus fui: sed et ipse idoneam super hac re orationem scribere volui, et Demetrium quoque ad partes vocare; qui sane mihi videtur divinius, quam humana conditio fert, effatum edidisse: nam centum prope et quinquaginta ante annos, id quod futurum erat, verissime cecinit.

4. Eumenes rex post debellatum Persei cum Romanis bellum, in casus inopinos incurrit, ut vulgus loquitur; ut autem humanarum rerum conditio plerumque fert, in consuetas incidit vicissitudines. Mos enim fortunae est insperata solitis commiscendi: quae postquam alicui opitulata fuerit favoremque suum ei adiecerit, rursum sui paenitens tantumdem malorum rependere gaudet, resque prosperas derepente corrumpere. Id quod eo tempore Eumeni contigit: qui cum existimaret regnum suum secura in pace constituisse, seque diutino otio deinceps

(a) Ita evidenter codex. Apud Diodorum vero item evidenter τούτους. (b) Locutio Polybio familiaris. Vide indicem graecitatis. (c) Apud Diodorum deterius ἀγαθή. (d) Cod. ἐξ ἀρχῆς.

(1) Scilicet haec intercalatio Polybii est.
(2) Ita Livius XLV. 9, qui Demetrii quidem locum ex Polybio non exscripsit, sed tamen prae oculis se habuisse demonstrat.

Digitized by Google

σίως καὶ καθόλου δ' ἐν Μακεδονίᾳ βασι|λείας ἄρδην ἀνηρημένης, τότε μεγίστοις ἐκεκίνησε κινδύνοις | τὴν καὶ τὴν Ἀσίαν Γαλατῶν ἀνυποπτήτως [ἐπελθόν]των τοῖς 20.
καιροῖς (1). |

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΛΑ.

I. *Ἐπιλαθόμενος τῶν γεγραμμένων ὑπ' αὐτοῦ Ἀντίοχος (2) καὶ τῶν εἰρη|μένων ὤρμησε πόλεμον καὶ Πτολεμαίῳ (3). Ὥστε καὶ λίαν ἀληθὲς φαί|νεσθαι τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Σιμωνίδου — χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι· — ἔχει μὲν γὰρ | ὁρμὰς ἐς τὰ 24.
καλὰ μέχρι τινὸς ἀντιποιήσασθαι τούτων ἐθέλοντας· | ὁμαλίσαι δὲ καὶ πᾶσαν περίστασιν ἐπίμονον γένεσθαι τῇ γνώμῃ, | μηδὲν τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ δικαίου πραγματικώτερον τιθέμενον, δυσχερές. |

Ὅτι τῶν κοινοπραγησάντων δι' τινῶν ἀπορρήτων οὐ διὰ δέος' φόβον | ἢ 28.
πόρον μηνυτὰς γενομένους τῶν συνειδότων ἐπαινοῦμεν, ἀλλὰ διὰ | πᾶσαν ἐπιδεξαμένους βάσανον καὶ τιμωρίαν, καὶ μηδὲν τῶν συνειδότων [ἀναξίους] γενομένους δι' αὐτῆς συμφορᾶς, τούτους ἀποδε|χόμεθα, καὶ αὐτοὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς νομίζομεν· ὁ δὲ διὰ τὸν ἄδηλον φό|βον [τηλικ]αῦτα τῷ [ἄλλων] ἁμαρτήματα τιθεὶς 32.
P. 114. ὑπὸ τὴν ὄψιν τοῖς κρα||τοῦσι, καὶ καινοποιήσας ὑπὲρ ὧν ὁ χρόνος λήθην ἀγνό-

fruiturum, quandoquidem Persei immo vero macedonicum ipsum regnum funditus deletum fuerat; tunc summa pericula adiit, propter Gallorum asiaticorum insperatas hisce temporibus incursiones.

EX LIBRO XXXI.

1. Antiochus foederis, quod verbis ac tabulis constituerat, immemor, bellum intulit Ptolemaeo. Quare et tunc verissimum patuit Simonidis dictum: — Difficile est homini bonum se praestare —. Solet enim homo honesta sectari, donec in his insistere commodum est. Verum enimvero aequam in omni eventu servare mentem, tenacemque se propositi exhibere, nihilque antiquius honestate ac iustitia ducere, id demum est perdifficile.

Ex illorum numero qui arcano aliquo foedere inter se conspirarunt, non eos commendamus qui vel metu vel utilitate impulsi consciorum indices fiunt; verum eos potius qui omne genus cruciatuum suppliciique patiuntur, ne indigni sociis calamitatis suae videantur, hos, inquam, laudamus atque egregios viros censemus. Qui vero ob latentes nescio quos timores aliorum peccata potentibus indicant, eaque in lucem revocant, quorum iam tempus memoriam inter

(1) Polybium sollerter contrahit Diodorus in excerptis meis vat. lib. XXXI. 6. Meminit rei etiam Livius XLV. 34. Porro hanc Eumenis historiam in trigesimo pono Polybii libro, quoniam quae sequitur apud Diodorum praedicto loco Prusiae historia, sumpta ut puto ex Polybio, ea pertinet ad trigesimum librum.

(2) Bellum antiochicum in Aegypto pertinere ad librum XXXI, satis mihi videor ex reliquiis editis eius libri colligere.

(3) Legendus hac super re Livius XLV. 11. sqq. Tum etiam Diodorus excerpt. vat. p. 76.

Digitized by Google

χει σὺν ὑπερέ|χοντας, πῶς οὐκ ἔμελλε δυσαρεστήσειν τοῖς ἱστορήσασιν (1);

II. Ὅτι ἀεὶ τὰ μείζω τῶν προσδοκωμένων κακῶν λήθην ποιεῖ τῶν ἐλατ|τόνων συμπτωμάτων.

4. * Ἐξ ὧν μάλιστα κατίδοι τις ἂν ἅμα τὴν ὀξύτη|τα καὶ τὴν ἀβεβαιότητα τῆς τύχης, ὅτ' ἂν μάλιστά τις αὐτοῦ χάριν οἴηται δεῖν πονεῖν, ταῦτα φθάσα' πόδας εὑρίσκηται τοῖς ἐχθροῖς | κατασκευάζων· κίονας γὰρ κατεσκεύαζε Περσεὺς, καὶ ταύτας | καταλιπὼν ἀτελεῖς, Λεύκιος Αἰμίλιος ἐτελείωσε, καὶ τὰς αὐτὰς εἰκόνας | ἐπέστησεν (2).

8. Ὅτι τῆς αὐτῆς ψυχῆς ἐστιν ἀγῶνας τε διατίθεσθαι καλ|λῶς (3), καὶ παρασκευὴν καὶ πότον μεγαλομέρη χειρῆσαι δέοντος, καὶ παρατάξασθαι τοῖς πολεμίοις στρατηγικῶς (4).

12. III. * Καὶ τὴν μὲν Λῆμνον (a) | καὶ τὴν Δῆλον καὶ τὴν παροιμίαν τὸν λύκον τῶν ὠτῶν ἔλαβον· πολλὰ | γὰρ ὑπέμειναν δυσχερήματα συμπλεκόμενοι τοῖς Δηλίοις· ἐκ| δὲ τῆς Ἁλιαρτίων χώρας ὄνασθαι αὐτοῖς μᾶλλον ἢ καρπός τις συνεξηκολούθησεν.

superstites aboleverat; quidni, inquam, huiusmodi homines ab historicis improbentur?

3. Semper accidit ut maiora mala quae imminent, oblivionem leviorum adferant.

* Tunc maxime volucritatem inconstantiamque fortunae cognoscere licet, cum quae quisque ad suum maxime commodum adornare putabat, ea mox hostibus suis apparavisse se comperit. Nimirum Perseus columnas elaborandas curavit, non perfecit tamen: eas vero Lucius Aemilius absolvit, statuasque ipsis imposuit.

Eiusdem animi officium est et certamina ludicra pulchre edere epulasque et potum large ac pro dignitate exhibere, et aciem sapienter contra hostes instruere.

3. * Lemnum Delumque ceperunt; lupum scilicet auribus, ut est in proverbio. Multa enim incommoda passi sunt postquam cum Deliis decertare coeperunt. Ex Haliartiorum autem regione ignominiam potius quam fructum aliquem reportarunt.

(a) Ita mihi legere videor.

(1) Pertinet fortasse hoc fragmentum ad criminationes varias, quas legati exterarum gentium ad senatum romanum detulerunt. Polyb. XXXI. 6. sqq. Et quidem potissimum cogitandum puto de accusationibus adversus Eumenem quas romanus Sulpicius per Asiam publice provocabat (cap. 10.)

(2) Livius XLV. 27. de Aemilio Delphos profecto: *inchoatas in vestibulo Apollinis columnas, quibus impositurі statuas regis Persei fuerant, suis statuis victor destinavit.*

(3) Ludos magnificos ab Aemilio in Graecia editos legesis apud Livium XLV. 33. Imitationem horum splendidiorem ab Antiocho in Syria curatam tradit Polybius XXXI. 3.

(4) Polybii sibi vindicavit hunc locum Diodorus in excerptis vat. lib. XXXI. §. Livius autem XLV. 32 Polybii verba adamussim interpretatus est: *vulgo dictum Aemilii ferebant, et convivium instruere et ludos parare, eiusdem esse qui vincere bello sciret.* Fronto princip. hist. ed. rom. p. 322: *ex summa civilis scientiae ratione sumpta videntur, ne histrionum quidem, ceterorumque scaenae aut circi aut harenae artificum indiligentem principem fuisse.* Et fer. als. p. 209. *Traianus summus bellator, tamen histrionibus interdum sese delectavit, et praeterea potavit satis strenue* etc.

Digitized by Google

* Ὅμοιοι γάρ εἰσιν οἱ τὴν Περαίαν (1) κατοικοῦντες | τοῖς οἰκέταις τοῖς ἐκ τῶν 16.
δεσμῶν ἀνελπίστως λελυμένοις, οἵτινες | πιστοῦντες τοῖς παροῦσι, μείζω μὲν λαμ-
βάνουσι τὴν φύσιν κι|νήσεως· οὐδ' ὁτιοῦν ἂν γινώσκειν περάτης παντάπασιν (a),
οὔτε | σωφρᾶσθαι δι' ἃ τί λέλυνται, σαφῶς ἐὰν μή τι παράλογον ποιῶσι | τὴν 20.
ἄλλων ἐξηλλαγμένον.

Ὅτι καθόσον ἐδόκουν οἱ Ῥωμαῖοι βαρύ|τερον τῷ Εὐμένει προσφέρεσθαι (2), τὴν
τοσοῦτο σωέβαινε θᾶττ' Ἕλλη|νας προσοικειοῦσθαι· φύσει τὴν ἀνθρώπων ἀεὶ τῷ
θλιβομένῳ τὴν εὔνοι|αν προσνεμόντων.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΛΒ.

I. Ὅτι Ἀρτάξιας (3) ἐβούλετο ἐπανελθεῖν (b) Ἀρα..θ (c) . . | φθαινέσησι ἢ 24.
Ἀριαράθου τοῦτ' οὐκ ἔπραξεν, ἀλλ' ἐντιμότερον [εἶχεν] αὐτὸν ἢ πρότε-
ρον· οὕτως ἥ τε τῆς δικαίας φύσις ἔχει μεγάλην δύνα|μιν, αἵ τε τῆς ἀγαθῶν
ἀνδρῶν γνῶμαι καὶ φθαινέσης, ὥστε μὴ μόνον | σφᾶς φίλους ἀλλὰ καὶ σφᾶς ἐχθροὺς
πολλάκις σώζειν καὶ μετατιθέναι | τὰς φύσεις αὐτῶν πρὸς τὸ βελτίον. 28.

Ὅτι πάντὸς ἐπιστολίου τὸ κάλλος | ὄξι' συστατικώτερον.

Ὅτι τοσαύτη τις ἀκολασία καὶ τηλικαύτη | ἐνεπεπτώκει ἑκατοπωτάτων ἔργων
τοῖς νέοις, ὥστε πολλοὺς | μὲν ἐρώμενον ἠγορακέναι ταλάντου, πολλοὺς δὲ ταρύ-

* Peraeae incolae famulorum similes sunt vinculis insperato solutorum, qui praesenti prosperitate confisi, maiores sumunt conditione sua spiritus; neque ullum modum servare videntur, neque cognoscere quam ob rem soluti fuerint, nisi prorsus aliquid absurdum et praeter rerum ordinem perpetraverint.

Quanto gravius Romani Eumeni succensebant, tanto hunc impensius Graeci amplectebantur: qui mos perpetuus ac naturalis hominum est, ut benivolentiam suam ad adflictos convertant.

EX LIBRO XXXII.

1. Artaxias occisurus erat Ara..th . . . Verumtamen hortamentis Ariarathis obtemperans facinore abstinuit; immo homini maiorem quam antea honorem habuit. Nimirum tum iustitiae natura tum egregiorum virorum sententiae atque adhortationes tantam habent vim, ut non amicis tantummodo verum etiam inimicis saluti sint, atque horum ingenia ad meliorem frugem revocent.

Venustas in omni epistula commendatitiam vim habet.

Talis tantaque absurdorum operum intemperantia iuvenes occupaverat, ut multi amasium talento emerent; multi etiam salsamenti cadum trecentis dra-

(a) Coll. πάντασιν. (b) Censeo legendum esse ἐπανελθὼν *occidere*; et sic interpretor. (c) Ante θ alia littera est quam non lego. Item huius proprii nominis terminationem legere nequeo.

(1) Peraeae regionis, in opposita Rhodo insulae continente, mentio est etiam in excerptis editis huius libri XXXI. 25.

(2) De simultate Romanorum cum Eumene Polybius XXXI. 9. 10.

(3) Artaxias Armeniae regulus. Polyb. XXVI. 6.

Digitized by Google

χου | κεράμιον τριακοσίων δραχμῶν· ἐφ' οἷς κὴ Μάρκος (1) εἶπε ||| ποτὲ πρὸς τὴ P. 103.
δῆμον, ὅτι μάλιστα κατίδοιεν τὴ ἐπὶ χεῖρον προκοπὴν τῆ πολιτείας ἐκ τούτων, ὅτ' ἂν πωλούμενοι πλεῖον εὑρίσκω|σιν (a) οἱ μὲν εὐπρεπεῖς παῖδες τῶ ἀγρῶν, τὰ δὲ κεράμια τῶ ταρύχω τῶν | ζευγηλατῶν (2).

4. II. Ὅτι Ῥόδιοι τἆλλα συζῶντες τῇ τῶ πολιτεύματος | προσασίᾳ, βραχὺ παρώλισθον ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς, ὡς ἐμὴ δόξα· | ἐπεδέξαντο γὰρ μυριάδας σίτου ὀκτὼ κὴ εἴκοσι παρ' Εὐμένους (3) χάειν | τῶ τὸ λοιπὸν (b) ἐκ τούτων δανεί-
8. ζεσθαι· τὸ δὲ τόκον εἰς αὐτοῦ μισθοὺς | ὑπάρχειν τοῖς παιδευταῖς διδασκάλοις τῆ υἱῶν· τοῦτο δὲ σενοχω|ρίας ὑπαρχούσης, καθάπερ ἐπὶ τῶ κατ' ἰδίαν βίων, ἴσως ἂν ἐ|πιδέξαιτό τις παρὰ τῶν φίλων, ἕνεκα τῶ μὴ ὀφειδεῖν ἀπαιδεύτ|των γνώ-
12. μονα τὰ τέκνα ὄχλου τὸ ἀπορίαν· εὐκαιρῶν δὲ τῷ βίῳ πᾶν | ἄν τις ὑπομείναι μᾶλλον, ἢ τὸ διδόμενον τοῖς διδασκάλοις μισθὸν | ἐρανίζεσθαι παρὰ τῆ φίλων· ὅσῳ δὲ μεῖζον δεῖ πολίτην ἰδίᾳ σω|φρονεῖν, τοσῷδε κὴ τὸ πρέπον ἐπὶ τῆ πολλῶν μᾶλλον ἢ τῆ ἰδίων | τηρητέον (4)· Ῥοδίοις δὲ κὴ τελέως διά τε τὼ
16. εὐκαιρίαν τὸ ἐν τοῖς | κοινοῖς, κὴ τὸ ἐπίφασιν τοῦ σεμνότητος.

Sequitur in codice brevis locus de Isocrate grammatico, qui est in editis lib. XXXII. 7. a verbis εἰς ὃν ἐποιήσας ἄν τις *usque ad* προσιδεῖν ἢ πρὸς ἔπαινον. *Tum subsequitur in codice locus de Lycisco ineditus.*

24. III. Ὅτι Λυκίσκου τοῦ αἰτω|λοῦ (5) ταραχώδους ὄντος κὴ θυελώδους, ἀναιρεθέντος

chmis. Quibus animadversis Marcus aliquando in concione populi ait: vel hinc potissimum posse dignosci quanta sit ruina republicae, cum venusti pueri plus veneunt agris; salsamentorum vero cadi iugalibus bobus plus aestimantur.

2. Rhodii qui hactenus politiae suae genere ceteris omnibus praestiterunt, aliquantulum his temporibus inclinati sunt, ut mea certe opinio fert. Acceperunt enim donatos ab Eumene ducentos et octoginta mille frumenti modios, ut pretium in foenore collocarent, usuraque eius mercedem ludimagistris liberorum suorum solverent. Atqui donum huiusmodi, si forte pauperies privatam vitam premeret, liceret homini ab amicis accipere, ne liberos ineruditos egestatis causa esse pateretur. Sed tamen homo opulentus quidvis potius ab amicis corrogare non erubuerit, quam salarium illud, quod filiorum praeceptoribus dandum est. Profecto ut cives singulos privatim parsimoniam colere oportet, ita splendor ac dignitas publicam magis quam privatam vitam decet; Rhodios vero potissimum, propter suae reipublicae opes famamque dignitatis.

3. Lycisco aetolo, turbulento et seditioso homine extincto, Aetolis pax dein-

(a) Apud Diodor. εὑρίσκονται. (b) Cod. λογεσθὲν.

(1) M. Porcius Cato.

(2) Bis sibi hanc narrationem vindicavit Diodorus in excerptis vat. lib. XXXII. 1. p. 87. et XXXVII. sqq. p. 114. Vel potius eclogarii qui Diodorum excerpserunt bis eundem locum cum varietate aliqua posuerunt: cuiusmodi complures repetitiones in iure quoque iustinianeo ab eclogariis illis iurisconsultis factas esse, iamdiu observatum est.

(3) Confer Diodorum in excerptis vat. lib. XXXII. 2.

(4) Imitatur Polybium de Romanis loquens Cicero pro Flacco XII: *haec ratio et magnitudo animorum in maioribus nostris fuit, ut quum in privatis rebus suisque sumptibus minimo contenti, tenuissimo cultu viverent, in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque revocarent. Quaeritur enim in re domestica continentiae laus; in publica, dignitatis.*

(5) Caedem certe quingentorum et quinquaginta Aetolorum a Lycisco patratam memorat Livius XLV. 28.

Digitized by Google

δὲ τούτῳ, τὸ | ἐξῆς οἱ Αἰτωλοὶ ὠμοφρόνησαν καὶ ὠμονόησαν ἑνὸς ἀνθρώπου παραχωρή|σαντος· τηλικαύτη τίς ἐστιν ὡς ἔοικε δύναμις ἐν τῇ τῶν ἀνθρώ|πων φύσεσιν, ὥστε μὴ μόνον στρατόπεδα καὶ πόλεις, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐθ|νικὰς συστάσεις καὶ 28.
τὰς ὁλοσχερεῖς διαφορὰς ἐν οἰκουμένης, δι' ἑνὸς | ἀνδρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν, ποτὲ μὲν τῶν μεγίστων κακῶν, ποτὲ δὲ τῶν | μεγίστων ἀγαθῶν πεῖραν λαμβάνειν.

Ὅτι Λύκισκος κάκιστος | ὢν, καλῶς κατέστρεψε τὸν βίον (1)· ὥστε τοὺς πλείστους εἰκότως ὀνειδίζειν τῇ τύχῃ, διότι τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἆθλον τὴν ἀθανασίαν || 32.
P. 104. τοῖς χείρισοις ἐνίοτε προτίθησιν.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΛΓ.

I. Ὅτι οὐκ ὀλίγοι τῶν ἀνθρώπων | διὰ τὴν πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν, καὶ τὸ πνεῦμα προσέθηκαν τοῖς χρή|μασιν, ὡς Ὀλοφέρνης (a) ὁ τῆς Καππαδοκίας βασι-
λεὺς (2) κατάληπτος | γενόμενος ἀπώλετο καὶ τῆς βασιλείας ὄξέπεσεν. Ἡμεῖς δὲ 4.
συγκεφαλαιωσάμενοι τὰ τούτου κάθολου (3), ἐπανάξομεν τὴν διήγησιν ἐπὶ τὴν εἰ|σεισμένην τάξιν ἣ χρώμεθα παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν· καὶ γὰρ νῦν | ὑπερβάντες τὰ κατὰ τὴν Ἑλλάδα, προειλάβομεν τὴν κατὰ τὴν | Ἀσίαν ταῦτα καὶ τὴν Καππα- 8.
δοκίαν, διὰ τὸ μηδεμίαν εὔλογον | ἔχειν διαίρεσιν τὴν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀπό-

ceps et concordia fuit, ob unum scilicet hominem de medio sublatum. Tanta videlicet in hominum natura vis inest, ut non solum exercitus atque urbes, verum etiam nationes integrae, immo et maiores orbis partitiones, ob unius viri virtutem vel malitiam modo maximis malis modo summis bonis adficiantur.

Lyciscus mortalium pessimus praeclare vitam finivit. Quare tum plurimi fortunae maledicebant, propterea quod gloriae immortalitatem, quae egregiorum virorum merces est, pessimis interdum largitur.

EX LIBRO XXXIII.

1. Haud pauci homines dum opes augere student, vitam cum opibus prodegerunt; id quod Holopherni accidit Cappadociae regi, qui et regno excidit et captivus interiit. Nos vero Ariarathis in regnum reditu breviter memorato, narrationem nostram ad consuetum ordinem, quo per universam historiam utimur, referemus. Ecce enim modo, praetermissis Graeciae rebus, ante ipsas res asiaticas gesta haec in Cappadocia scripsimus, quia nulla erat probabilis ratio cur

(a) Ita Ολ non Ορ scribi vulgo apud Polyb. etiam in fragm. ed. XXXIII. 12. monet Schweighaeuserus. Iustinus et Zonaras scribunt Ορ. Et quidem Stephanus byz. *Haliartum* etiam dictum interdum *Ariartum* tradit. Tum de permutatione r cum l ego disputavi ad Cic. de rep. I. 5.

(1) Nondum quicquam legi apud historicos de huius Lycisci laudabili obitu.

(2) Mentio huius est apud Polybium in excerptis editis XXXIII. 12. Ariarathis frater hic erat; isque post varias vices regnare in Cappadocia cum fratre a Romanis iussus fuerat. Sed deinde novis turbis commotis, Ariarathes totum imperium sibi vindicavit. Zonaras IX. 24.

(3) Loquitur Polybius de Ariarathis pulsi a fratre Holopherne restitutione in regnum, quam memorat etiam in editis XXXII. 23.

πλὴν (1). καὶ τὰ ἐπὶ τὰ πράγματα κάθοδον τοῦ Ἀριαράθου· διόπερ ἐπάνειμι διηλώσων τὰ κατὰ τὴν | Ἑλλάδα γεγόμενα περὶ τοὺς αὐτοὺς καιρούς· ἐν οἷς ἴδιον καὶ παράλογον | πρᾶγμα συνέβη γενέσθαι περὶ τὴν τῶν Ὠρωπίων πόλιν (2)· ὑπὲρ οὗ τὰ μὲν ἀναδραμόντες, τὰ δὲ προλαβόντες τοῖς χρόνοις συγκεφαλαιώσόμεθα τὴν ὅλην πρᾶξιν, ἵνα μὴ κατὰ μέρος αὐτῆς οὔσης, οὐχ | ὅλως ἐπι-
16. φανοῦς, ἐν διηνεκέσι χρόνοις ἀπαγγέλλοντες, εὐτελῆ | καὶ ἀσαφῆ ποιῶμεν τὴν διήγησιν· ὅτε γὰρ μόλις τὸ ὅλον ἄξιον | ἐπισκέψεως φαίνηται τοῖς ἀκούουσιν, ἢ που γε τοῖς κατὰ μέρος | ἐκ διαστήματος λεγομένοις συμπράξει τις τὴν φιλομαθούντων; |

20. II. Ὅτι κατὰ τὸ πλεῖστον τοῦ (1) ἐπιτυχίαις ὡς ἐπίπαν ἄνθρωποι συμφρονοῦσιν· κατὰ δὲ τὰς ἀποτυχίας ἀσχάλλοντες τοῖς πράγμασιν, ἐλκώδεις | καὶ δύσκολοι γίνονται πρὸς τοὺς φίλους· ὃ καὶ περὶ τὸν Ὀλοφέρνην | συνέβη γενέσθαι, τὴν πραγμάτων αὐτῷ ἀντιπιπτόντων καὶ τῷ Θεοτίμῳ (3), καὶ μεμφομένων ἀλλήλοις.

24. Ὅτι οἱ Ῥόδιοι (4) δυσθετούμενοι | τοῖς συμβαίνουσιν, εἰς παραλόγους τινὰς ἐνέπεσον ὁρμὰς καὶ παρασκευάς, καὶ εἰς παραπλησίαν διάθεσιν ἦλθον τοῖς ἐν τοῦ | πολυχρονίοις ἀῤῥωστίαις διανοσοῦσι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι πολλάκις | ἐπειδ'
28. ἂν (b) πάντα ποιοῦντες καὶ λόγον τῇ θεραπείᾳ, καὶ συνδιαιτοῦν|τες τοῖς ἰατροῖς,

Ariarathis ex Italia navigationem ab eius reditu in regnum separaremus. Nunc vero iam regredimur narraturi quae in Graecia per idem tempus contigerunt, quo singulare inopinumque facinus accidit urbi Oropiorum: quod quidem partim celeriter percurrentes, partim tempore praevertentes, summaria ratione universum simul exponemus; ne, si forte id quod vel integrum haud satis est conspicuum, particulatim atque interiectis temporibus referamus, prorsus vilem atque obscuram narrationem efficiamus. Nam cum vix totum corpus videtur lectoribus respectu dignum; quis, etiamsi sit ineruditus, historico faveat qui partem eius et quidem ex intervallo recitet?

2. Plerumque homines laetis in successibus concordiam servant; in adversis autem fortunam suam detestantes, asperi amicis acerbique fiunt: id quod Holopherni quoque accidit et Theotimo, qui post res suas male gestas odia mutua exercuerunt.

Rhodii calamitatibus propriis succensentes ad absurda quaedam consilia ac molimina conversi sunt: idemque fecerunt atque ii solent, qui diuturnarum infirmitatum malum exitum nanciscuntur. Nam et hi saepenumero, postquam curando corpori summopere studuerunt atque imperata medicorum fecerunt, si

(a) Malim ἐν ταῖς. (b) Ita in cod. pro ἐπειδάν.

(1) Scilicet Ariarathes Romam confugerat.

(2) Intelligit Polybius Oropi ab Atheniensibus patratam vastationem; unde illa philosophorum legatio celebris ad Romanos. Gell. VII. 14.

(3) Hunc cum anagrammate appellat Timotheum Diodorus siculus ed. Wessel. tom. II. p. 588. (Num hic erat Heracleae tyrannus, ut ille vetustior apud Diodorum XVI. 36?) Ariarathis vero et Holophernis vicissitudines habes apud eundem Diodorum tom. praed. p. 518.

(4) Etiam in fragmentis lib. XXXI. 16. Polybii editis post res Ariarathis punguntur res Rhodiorum; et quamquam aliae ibi sunt narrationes, tamen Rodiorum nescio quae calamitas innuitur.

Digitized by Google

μὴ δύνωνται δ' ἐπὶ τὸ βελτίον προκοπῆς ἅ|ψασθαι, δυσθετούμενοι τοῖς συμβαίνουσιν ἀποδυσπετεῖν ἀναγκάζονται· καὶ τινὲς μὲν θύταις καὶ μάντεσι προσέχων, ἔνιοι δὲ πάσης | ἐπῳδῆς καὶ παντὸς ἀξιώματος πεῖραν λαμβάνειν· ὃ καὶ τότε | P. 31. Ῥοδίοις συνέβαινε· πάντων γὰρ αὐτοῖς παρὰ δόξαν ἀπαντωμένων ||| "ἠναγκάζοντο παντὶ τῷ λεγομένῳ προσέχειν καὶ πᾶσαν ἐλπίδα | σωματοποιεῖν καὶ προσδέχεσθαι (1)„· καὶ τοῦτ' εἰδόκουν πάσχειν εἰκότως· | ὅτ' ἂν γὰρ μηδὲν ἀνύηται καθ' λόγον, δέῃ δὲ κατ' ἀνάγκην ἐνεργεῖσθαι | τὸ συνεχὲς, ἀνάγκη πεῖραν λαμβάνειν καὶ τῆς ἀλόγου λόγον· διὸ καὶ Ῥόδιοι | ἐμπεσόντες εἰς τοιαύτην διάθεσιν, ἐποίησαν τὰ τῆς γινομένων· καὶ ὃν | ἀπεδοκίμασαν ἄρχοντα, τοῦτον πάλιν εἵλοντο ἄρχοντα, καὶ ἄλλα τινὰ παράλογα. 4

III. Ὅτι ὅτ' ἂν ἅπαξ οἱ πολλοὶ σχῶσιν ὁρμὴν πρὸς τὸ φιλεῖν ἢ μισεῖν τινὰς ὑπερβαλλόντως, πᾶσα πρόφασις ἱκανὴ γίνεται | πρὸς τὸ συντελεῖν τὰς αὐτῶν προθέσεις. 8.

* Ἀλλὰ γὰρ ὀκνῶ μήποτε | εἰς ἀδιαφερόμενον ἐμπεσὼν λάθω, πότερον ὁ τὸ τρίγωνα ἀμέλ|γων ἢ ὁ τὸ κόσκινον ὑπέχων· δοκῶ γὰρ μὴ κἀγὼ πρὸς ὁμο|λογουμένην ψευδολογίαν ἀκαιρολογούμενος, καὶ τὸ ὀλιγόστιχον λόγον | εἰσ- 12.
φέρων, πλεοναπλήσιόν τι ποιεῖν· διὸ δὲ μάτην τελέως ἀδεῶς τού|των λέγων, εἰ μή τις καὶ γράφειν ἐνύπνια βούλεται, καὶ θεωρεῖν ἐγρηγορότως ἐνύπνια (2).

nihilo tamen meliorem valetudinem effecerint, irascentes successibus necesse est aegro animo sint: et alii quidem haruspicibus atque hariolis aures praebent; alii quaslibet incantationes observationesve experiuntur: quod ipsum plane Rhodiis contigit. Nam quia omnia contrá spem suam illis succedebant, cogebantur cuilibet dicenti adtendere atque omnem spem alere atque admittere. Etenim cum nihil ex animi sententia evenit, oportet autem fieri quod rerum instantia postulat, absurdis quoque consiliis uti necesse est. Quare et Rhodii in hunc rerum statum progressi, id quod ex usu in his rebus est fecerunt: et quem nuper magistratum abnuerant, hunc rursus sibi praeficiebant; tum et alia absurda similiter agitabant.

3. Multis, ex quo semel ad amorem vel odium nimium alicuius exarserunt, quivis praetextus sufficit ut propositum suum exsequantur.

Sed enim vereor ne in id quod circumfertur proverbium inscius incurram; nempe vel ut turturem mulgeam, vel ut cribro lac excipiam. Ego sane si in his manifestis mendaciis diu immorer, supervacuumque sermonem inferciam, haud dispari conditione sim, nec nisi prorsus absurda hac in re dicere viderer; nisi forte vel somnia in chartas conicere, vel vigilanti somnia spectare lubet.

(1) Pauca haec, quae uncis inclusi verba, citaverat Suidas voc. σωματοποιεῖν, eaque Schweighaeuserus inter grammatica Polybii fragmenta retulerat tom. V. p. 98. Nunc vero et historicum esse fragmentum noscimus, et sedem eius propriam feliciter deprehendimus.

(2) Posthinc breve spatium relinquitur in codice; ita ut videatur fieri transitio ad alium librum. Neque fere dubitandum est, quin sequatur exordium narrandi punici belli tertii. Quare satis incertum est cuinam libro, post XXXII, hoc quod subteximus prohoemium adsignandum videatur.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΛΔ-ΛΖ.

16. I. Ἴσως δέ τινες ὀπιζητοῦσι πῶς ἡμεῖς οὐκ ἐναγωνίσματι (a) κεχρήμεθα | προφερόμενοι ὅσους κατὰ μέρος λόγους, τοιαύτης ὑποθέσεως ἐπειλημμένοι καὶ τηλικαύτης πράξεως, ὅπερ οἱ πλεῖστοι ποιοῦσι τῶν | συγγραφέων, εἰς ἀμφότερα
20. τὰ μέρη διατιθέμενοι ὅσους ἐνόντας λό|γους; ἐγὼ δὲ διότι μὲν οὐκ ἀποδοκιμάζω τοῦτο τὸ μέρος, ἐν πλείο|σι τόποις τῆς ἱστορίας δῆλον πεποίημαι, πολλάκις ἀπηγγελκὼς | δημηγορίας καὶ συντάξεις ἀνδρῶν πολιτικῶν· ὅτι δ' οὐκ ἐκ παντὸς | τρόπου τοῦτο προαιροῦμαι πράττειν, νῦν ἔσται συμφανές· οὔτε γὰρ |
24. ὑποθέσιν ὑπαφανεστέραν ταύτης εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὔτε ὕλην πλείω | καὶ παράθεσιν (1)· καὶ μὴν οὐδὲ προχειρότερον ἕτερον ἐμοῦ τῶν τοιαύτης | κατασκευῆς· ἀλλ' οὔτε τοῖς πολιτικοῖς ἀνδράσιν οἶμαι πρέπειν | πρὸς πᾶν τὸ προτεθὲν διαβούλιον εὐρησιλογεῖν, καὶ διεξοδικοῖς χρῆσθαι |
28. λόγοις, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς ἁρμόζουσι πρὸς τὸ ὑποκείμενον καιρόν· οὔτε τοῖς | ἱστοριογράφοις ἐμμελετᾶν τοῖς ἀκούουσι, οὐδ' ἐναποδείκνυσθαι | τῷ αὐτῷ δύναμιν, ἀλλὰ κατ' ἀλήθειαν ῥηθέντα, ὅσον οἷον

EX LIBRIS XXXIIII - XXXVII.

1. Nonnulli fortasse rogabunt, cur nos exercendae eloquentiae causa, singulas orationes non proferamus; quandoquidem tam insigne argumentum tantamque rei molem in manibus habemus; neque id agamus quod plerique omnes historici solent, ut sermones nimirum in utramque partem dictos operi nostro inseramus. Ego vero quod hoc genus scribendi non improbem, in multis historiae locis declaravi, relatis saepe concionibus et colloquiis politicorum virorum. Quod autem haud in omni occasione id faciendum esse iudicem, nunc fiet manifestum: neque enim facile quis inveniat vel splendidius argumentum, vel copiosiorem materiam atque apparatum: neque rursus quispiam est magis quam ego ad id genus scriptionis instructus. Verum sicuti politicos viros haud decere arbitror, ut ad omnem quae incidit deliberationem orationes studiose meditentur, et diu multumque disserant; sed pro re nata potius apte loquantur; ita mihi videntur historici haudquaquam lectores suos verbosis declamationibus morari debere, neque suam apud hos eloquentiam ostentare; sed ea tantummodo verba, quae reapse inter agendum dicta sunt, diligenter esse referenda;

(a) Cod. ἐν ἀγωνίσματι: nam duo scribi a librario vocabula constat e spiritu primae utriusque vocabuli litterae appicto. Ego tamen unum vocabulum faciendum censui; nam ἐναγωνίζομαι verbum in usu est; quamquam ἐναγώνισμα nondum occurrere in libris videtur. Sensus certe, nec non verbi κεχρήμεθα syntaxis, postulare videntur ἐναγωνίσματι. Sed grammatici iudicent.

(1) Quod noluit facere Polybius, nempe ut orationes poneret quae in senatu romano habitae fuerunt, quum de bello tertio punico deliberaretur, id fecit quum deliberaretur de secundo Dio Cassius, ut vaticana excerpta a me inventa capp. LXVIII. sqq demonstrant.

Digitized by Google

τε, πολυ|πραγμονήσαντας διασαφεῖν, καὶ τούτων τὰ καιριώτατα καὶ πραγμα|τικώτατα. 32.

P. 32. II. * Πάλαι δὴ τούτῳ κεκυρωμένῳ βεβαίως ἐν τῇ ἑκάστων || γνώμαις, καιρὸν ἐζήτουν ἐπιτήδειον καὶ πρόφασιν εὐσχήμονα πρὸς τοῦτο | ἐκτός· πολὺ γὰρ ἦν τούτῳ τῷ μέρει ἐφρόντιζον Ῥωμαῖοι, καλῶς | φρονοῦντες· ἔνστασις γὰρ πολέμου, καὶ τὸ Δημήτριον (1), δίκαια μὲν | δοκοῦσα εἶναι καὶ τὰ νικήματα ποιεῖ μείζω καὶ 4.
τὰς ἀποτεύξεις ἀσφα|λεστέρας· ἀσχήμων δὲ καὶ φαύλη, τἀναντία ἐνεργάζεται· διὸ καὶ τό|τε πρὸς τὴν ἐκτὸς διαλήψεως πρὸς ἀλλήλους διαφερόμενοι πα|ρ' ὀλίγον ἀπέστησαν τοῦ πολέμου.

III. Ὅτι περὶ Καρχηδονίων ὅτε|κατεπολέμησαν αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ περὶ 8.
τῆς καὶ τὸν ψευδο-Φίλιππον, καὶ τῆς Ἑλλάδος πολλοὶ καὶ παντοῖοι διεφέροντο λόγοι· τὰς μὲν ἀρχὰς | περὶ τῶν καὶ Καρχηδονίους, μᾶλλον δὲ ταῦτα πάλιν ὑπὲρ | τῶν καὶ τῆς ψευδο-Φιλίππου· τὰ μὲν οὖν περὶ Καρχηδονίους ἀλλοδοξουμένας εἶχε 12.
τὰς ἀποφάσεις καὶ τὰς διαλήψεις· ἔνιοι μὲν γὰρ συγ|κατῄνουν τοῖς Ῥωμαίοις φάσκοντες αὐτοὺς φρονίμως καὶ πραγματι|κῶς βεβουλεῦσθαι περὶ τὰς δυναστείας· τὸ γὰρ τῆς ἐπικρεμαμένου | φόβου (2), καὶ τῆς (a) πολλάκις μὲν ἀμφισβητησίαν πρὸς αὐτοὺς πόλιν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας, ἔτι δὲ καὶ νῦν δυναμένην ἀμφισβητῆσαι σὺν | 16.
καιρῷ, ταύτην ἐπανελομένους, ἐβεβαίωσαν τῇ σφετέρᾳ πατρίδι | τὴν ἀρχήν, νοῦν ἐχόντων εἶναι καὶ μακρὰ βλεπόντων ἀνθρώπων.

nec vero omnia, sed opportunissima quaeque et praesenti negotio utilissima.

2. * Atque haec sententia quum in omnium animis firmiter esset decreta, tempus quaerebant idoneum praetextumque honorificum publicae famae causa. Huius enim rei, praeclaro sane consilio, magnopere rationem Romani habebant. Nam belli susceptio, ut ait Demetrius, si iusta videatur, et victorias reddit ampliores, et clades ipsas attenuat: turpis autem et improba, omne contra facit. Quare et tunc Romani, quum de publico populorum iudicio non satis inter eos conveniret, parumper bellum distulerunt.

3. Circa Charthaginenses, quo tempore eos debellavere Romani, et circa falsum Philippum, per Graeciam multi variique iactabantur sermones. Et primo quidem in ore Carthaginienses erant, deinde falsus Philippus. Ergo ad Carthaginienses quod adtinet, diversae ferebantur sententiae atque iudicia. Alii enim commendabant Romanos, quum dicerent sapienter eos et ex usu reip. de imperandi arte sentire. Nam quod impendentem semper terrorem, id est urbem quicum saepe de principatu certaverant, quaeque adhuc pro re nata certatura videretur; hanc, inquam, quod delevissent, suae scilicet patriae imperium constabiliverant: idque demum, aiebant, sapientium hominum esse officium et qui longe prospicerent.

(a) Cod. μὴν.

(1) Existimo laudari a Polybio Demetrii phalerei auctoritatem, non autem verba fieri de suscipiendo adversus Demetrium syrum bello. Alioquin dicendum esset κατὰ τοῦ Δημητρίου. Tum et sequentia vix cohaererent.

(2) Sic loquitur de Carthagine Cicero de rep. lib. I. fin., sine dubio ad Polybium respiciens.

Digitized by Google

20. IIII. Ἔνιοι δ' | τούτοις ἀντέλεγον φάσκοντες, ὅτι ὐ ταύτην ἔχοντες (a) τ̃ προ|αίρεσιν κατεκτήσαντο τ̀ ἡγεμονίαν· κ̀ κατὰ μικρὸν εἰς τ̀ Ἀθηναίων κ̀ Λακεδαιμονίων ἐκτρίβεσθαι φιλαρχίαν· κ̀ βραδύτερον μὲν | ἐκείνων ὁρμᾶν, ἥξειν (b) δ' ὅπ' τέλ῀ ἐκ γ̓ προφαινομένων· πρότερον μὲν γὰρ πᾶσι πεπολεμηκέναι μέχρι τ̃ κρατῆσαι, κ̀ |
24. συγχωρῆσαι σ῀ν ἀντιταξαμένους ὅτι δεῖ πείθεσθαι σφίσι κ̀ ποιεῖν τὸ προαγγελλόμενον· νῦν δ' προοίμιον μὲν ἐκτεθεῖσθ τ̀ ἰδίας προαιρέσεως τ̃ κ̃ Περσέα βασάζαντας (c) ἐκ ῥιζῶν | τ̃ Μακεδόνων βασιλείαν, τετελειωκέναι δ' κ̃ τὸ παρὸν δ῀γ' |
28. τ̀ πρ῀ Καρχηδονίων δ῀γελήψεως· μηδενὸς γὰρ ἀνηκέστ῀ γεγονότ῀ | ἐξ ἐκείνων, ἀνηκέστως κ̀ βαρέως βεβ῀λεῦσθ πρ῀ αὐτ̃, πᾶν ἀναδεχομένων κ̀ πᾶν ὑπομεμενόντων ποιήσαν τὸ προσταττόμενον.
32. V. Ἕτεροι δ' καθόλ῀ πολιτικὸν εἶναι τὸ ῥωμαϊκὸν ἔθν῀ ἔφασαν, | κ̀ τ῀το ἴδιον εἶναι, κ̀ ὅπ' τούτ῀ σεμνύνεσθ σ῀ν Ῥωμαίους ὅπ' τ῀ | κ̀ σ῀ν πολεμίους ἁπλῶς κ̀ P. 35.
γενναίως πολεμεῖν, μὴ νυκτε|ριναῖς ἐπιθέσεσι χρωμένους μήτ' ἐνέδραις· πᾶν δ' τὸ δι' ἀπάτης | ἢ δόλ῀ γινόμενον ἀποδοκιμάζοντας· μόνους δ' σ῀ν ἐκ προ-
4. δήλ῀ | κ̀ κ̃ πρόσωπον κινδύνους ὑπολαμβάνοντας αὐτοῖς καθήκειν· | ἦν δ' πάντα πρ῀ σ῀ν Καρχηδονίους δι' ἀπάτης κ̀ δόλ῀ κεχειρημένα, κ̃ βραχὺ τὸ μὲν προτείνοντας, τὸ δ' ὑπακρυπτομένους, | ἕως οὗ παρείλαντο πάσας τὰς
8. ἐλπίδας τ̃ βοηθεῖν αὐτοῖς σ῀ν | συμμάχους· τοῦτο δ' μοναρχικῆς πραγματοποιΐας οἰκεῖον εἶναι μᾶλλον ἢ πολιτικῆς κ̀ ῥωμαϊκῆς αἱρέσεως, κ̀ προσεοικὸς | ἀθετήματι κ̀ πλασπονδήμασι κ̃ τ̀ ὀρθὸν λόγον· ἦσαν δέ | τινες

4. Alii vero his adversabantur, aiebantque nequaquam Romanos ob hanc causam principatum ad se pertraxisse; verum quia in Atheniensium ac Lacedaemoniorum ambitionem desinerent: quod etsi lentius facerent, attamen satis apparere illuc denique esse deventuros. Nam primo bellum cum omnibus gessisse, donec adeo praevalerent, ut hostes sibi persuaserint parendum esse Romanis; et quidquid imperarent, faciendum. Nunc autem consumandi propositi sui initium fecisse, cum Macedonum regnum aetate Persei radicitus everterunt: perfecisse vero illud hoc demum tempore cum Poenos in captivitatem redegerunt: quorum etsi nullum atrox in praesenti facinus extabat, nihilominus Romani atrociter ac superbe adversus eos decreverunt, nihil licet recusantes et quibusvis iussibus obsequentes.

5. Postremo alii dicebant summa civilis scientiae peritia praeditos esse Romanos: atque hoc illorum esse proprium eoque apprime gloriari, quod bella simpliciter atque ingenua ratione gererent; neque nocturnis aggressionibus neque insidiis uti solerent: atque omnino quidquid fraude dolove fit, improbarent; eaque tantum digna sui pericula reputarent, quae palam atque aperto marte suscipiuntur. Contra apud Carthaginienses omnia fraude doloque tractari, dum aliquid modo prae se ferrent, modo protinus dissimularent; donec omnem spem suppetiarum ferendarum sociis suis eripuerunt. Iam huiusmodi acta magis esse monarchicae ambitionis propria quam civilis romanique instituti; et si recte aestimentur, haud magnopere a foedifragorum crimine differre. Sed enim alii his

(4) Num hic est novus titulus *de apophthegmatibus*? Au potius idem est ac ille περὶ γνωμῶν *de sententiis*, qui universum codicem occupat? Profecto mos erat veterum repetendi operis titulum in voluminis fine.

Digitized by Google

FOLIORUM CODICIS VATICANI

ORDO RESTITUTUS.

DIO CASSIUS.

Q. I. p. 195. 196 ⌣ 181. 182.
155. 156 ⌣ 157. 158.
217. 218 ⌣ 223. 224.
315. 316 ⌣ 317. 318.

Q. II. p. 133. 134 ⌣ 147. 148.
185. 186 ⌣ 191. 192.
287. 288 ⌣ 281. 282.
. . . . . ⌣ . . . . .

Q. III. p. . . . . ⌣ . . . . .
. . . . . ⌣ . . . . .
163. 164 ⌣ 149. 150.
139. 140 ⌣ 141. 142.

Q. IIII. p. . . . . ⌣ . . . . .
301. 302 ⌣ 299. 300.
349. 350 ⌣ 343. 344.
203. 204 ⌣ 205. 206.

Q. V. p. . . . . ⌣ . . . . .
261. 262 ⌣ 275. 276.
337. 338 ⌣ 327. 328.
309. 310 ⌣ 323. 324.

EUNAPIUS.

Q. I. p. [273. 274 *Arrian. ed.*] ⌣ 263. 264.

Q. II. p. 313. 314 ⌣ 319. 320.
121. 122 ⌣ 127. 128.
285. 286 ⌣ 283. 284.
171. 172 ⌣ 173. 174.

Q. III. p. . . . . ⌣ [. . . . *Polyb.* 93. 94. *ed.*]
79. 80 ⌣ 115. 116 ⌣ . . . . .
63. 64 ⌣ 77. 78.

DEXIPPUS ET IAMBLICHUS.

Q. I. p. 81. 82 ⌣ 91. 92.
101. 102 ⌣ 107. 108.
. . . . . ⌣ . . . . .
. . . . . ⌣ . . . . .

Q. II. p. 47. 48 ⌣ [61. 62. *Iambl. ined.*]

MENANDER.

P. [311. 312 *Agathias ed.*] ⌣ 321. 322.

. . . . . ⌣ . . . . .
341. 342 ⌣ 351. 352.

APPIANUS.

P. 187. 188 ⌣ 189. 190.

POLYBIUS.

Q. I. p. [*Polyb. ed.*
. . . . . ⌣ . . . . .
79. 80 ⌣ 93. 94.
115. 116 ⌣ . . . . .
63. 64 ⌣ 77. 78.
Eunap. ined.]

Polyb. ed.

Q. II. p. 33. 34 ⌣ 43. 44.
5. 6 ⌣ 7. 8.
85. 86 ⌣ 87. 88.
. . . . ⌣ . . . .

Q. III. p. [83. 84 ⌣ 89. 90. *Polyb. ined.*
21. 22 ⌣ 23. [24.
. . . . ⌣ . . . . .
53. 54 ⌣ 55. 56.
Polyb. ed.]

Polyb. ined.

Q. IV. p. . . . . ⌣ . . . . .
19. 20 ⌣ 25. 26.
51. 52 ⌣ 57. 58.
[65. *ed.*] 66 ⌣ 75. 76.

Digitized by Google

Q. V. p. 15. 16 ⌣ 29. 30.
67. 68 ⌣ 73. 74.
1. 2 ⌣ 11. 12.
99. 100 ⌣ 109. 110.

Q. VI. p. ed. 37. ed. 38 ⌣ 39. 40.
3. 4 ⌣ 9. 10.
ed. 49. 50 ⌣ 59. 60.
. . . . . ⌣ 13. 14.

Q. VII. p. 105. 106 ⌣ 103. 104.
95. 96 ⌣ 113. 114.
17. 18 ⌣ 27. 28.
. . . . . ⌣ . . . . .

Q. VIII. p. 31. 32 ⌣ 45. 46.
35. 36 ⌣ 41. 42.
97. 98 ⌣ 111. 112.
69. 70 ⌣ 71. 72.

AUCTORES EDITI QUI PRAETERMITTUNTUR.

Xenophon Cyrop. p. 137. 138. 143. 144. 291. 292. 297. 298.

Arrianus exped. Alex. p. 131. 132. 209. 210. 215. 216. 273. 274.

Procopius bell. vandal. et goth. p. 117. 118. 153. 154. 165. 166. 199. 200. 225. 226. 335. 336.

Agathias 277. 278. 303. 304. 311. 312.

Theophylactus 179. 180. 329. 330. 159. 160. (*)

Series ineditorum auctorum in codice haec fere est: Diodorus, Dio, Eunapius, Polybius, Appianus, Dexippus, Iamblichus, Menander.

(*) *In hac pagina explicit Theophylacti historia. Sed est notabile, quod ea in editis desinit* βεβαίαν ἱδρύσασθαι. *At in vaticano palimpsesto additur* οἱ γὰρ συνεργάται τῆς τυραννίδος ὑπὸ τοῦ φωκᾶ διεφθάρησαν.

Digitized by Google

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ

ΕΚ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΕΚΛΟΓΑΙ ΑΠΟ ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΒ ΕΩΣ Κ (1).

Ι. * * Ἔχων τε᾽ ἑαυτὸν ἀνθρώπους ἐξ ἁπάσης συνειλεγμένους κακίας, οὓς ἐσίτιζεν ὥσπερ θηρία καθ᾽ ἡμέραν. Εἰ μὲν οὖν ὑπήκουσέ μοι, καθέσχεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς νόμοις μένοντα, μεγίστην ἂν τοῦτ᾽ αὐτῷ παρέσχε ῥοπὴν εἰς τὴν ἀπολογίαν καὶ τεκμήριον οὐκ ἐλάχιστον ἦν τὸ μὴ ἐβουλεῦσθαι καθ᾽ ἡμέραν πατρίδος· νῦν δ᾽ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλαυνόμενον, ὃ πάσχουσιν ἅπαντες οἱ τὰς ἀνοσίους βουλὰς καὶ τὴν ἀναγκαιοτάτων σφίσι ποιησάμενοι, τοῦτο ἔπαθε, φυ- Urbis cond. an. 515.

DIONYSII HALICARNASSENSIS

ROMANARUM ANTIQUITATUM

EXCERPTA A LIBRO XII USQUE AD XX.

1. * * Habens secum homines ex omni improbitate collectos, quos uti feras adversus patriam alebat. Quod si mihi obtemperavisset seque legibus morigerum exhibuisset, maximum id habuisset momentum ad defensionem; indiciumque fecisset non minimum, se adversus patriam non conspirasse. Nunc mala conscientia abreptus id passus est, quod cunctis accidit qui impia consilia adversus suos coniunctissimos agitaverunt, nempe ut iudicio se committere nollet, adeoque

(1) Dionysium halicarnassensem viginti scripsisse antiquitatum romanarum libros (ab urbe condita usque ad primi belli punici initium, unde Polybius incepit) ex hisque libris superesse decem tantummodo priores integros cum parte maxima undecimi, nemo est qui ignoret. Posteriorum librorum reliquiae ante nostram aetatem nullae erant, praeter eclogas constantinianas quasdam *de legationibus* et *de virtutibus ac vitiis*, quas Ursinus Valesiusque protulerant. Ego vero e codicibus mediolanensibus alias horum librorum eclogas multo ursinianis valesianisque copiosiores edidi; quas pertinere ad titulum constantinianum deperditum *de sententiis* nunc demum mihi cognoscere videor. Quin adeo dionysiani operis eclogas non in mediolanensibus solum codicibus, verum etiam partim in romanis, partim quoque in florentinis esse comperi. Quamobrem necesse fuit, ut in hac mea constantiniani universi tituli *de sententiis*, quem Romae inveni, editione Dionysium quoque ponerem; quatenus is, inquam, ad dictum titulum pertinere videtur: omissis ursinianis ac valesianis aliorum titulorum eclogis, quae ad rem praesentem non faciunt. Igitur qui omnes Dionysii post undecimum librum usque ad finem historiae reliquias legere optaverit, is editionem meam mediolanensem, quae cunctas complexa est, necessario consulet. Nunc enim unicus mihi scopus est, ut et partes a me in diversis codicibus repertas edam, et titulum constantinianum *de sententiis* expleam.

Digitized by Google

γεῖν τ̀ ἔλεγχον ἴγνω, κ̀ τοὺς ἥκοντας ἐπ' αὐτὸν ἱππεῖς μαγειρικῇ κοπίδι παίων ἀπήλαυνε (1). * * Τὸ ἰσόπεδον Αἰκυμήλιον (a) Ῥωμαῖοι καλοῦσιν (2)· αἴκον γὰρ τὸ μηδεμίαν ἔχον ἐξοχὴν λέγεσι· τόπον οὖν τινα, Μήλιον ἐξ ἀρχῆς κληθέντα, ὕστερον, συμφθαρέντων ἀλλήλοις κ̀ πὼ μίαν ἐκφορὰν τ̀ ὀνομάτων, Αἰκυμήλιον ἐκάλεσαν (3).

U. C. 326. II. Τυρρηνῶν κ̀ Φειδηναίων κ̀ Οὐιεντανῶν (b) πολεμούντων Ῥωμαίοις, κ̀ Λάρου Τολυμνίου τ̀ βασιλέως Τυρρηνῶν (4) πάνδεινα ποιοῦντος κατ' αὐτούς, χιλίαρχός τις ῥωμαῖος Λοῦλος Κορνήλιος, Κόσσος ἐπίκλησιν, ἐλαύνει τ̀ ἵππον κ̀ τ̀ Τολυμνίου· κ̀ ἐπειδὴ ἀγχοῦ ἐγένετο, φέρεσι κατ' ἀλλήλων τὰ δόρατα· ὁ μὲν οὖν Τολούμνιος τ̀ ἵππον αὐτοῦ παίει δι' τ̀ στῆθος, ὃς ἀναχαιτίσας ῥίπτει τ̀ ἐπιβάτην· ὁ δὲ Κορνήλιος δι' θυρεοῦ τε κ̀ θώρακος ἐλάσας τ̀ αἰχμὴν εἰς τὰ πλευρὰ, ἀνατρέπει τ̀ Τολούμνιον ἀπὸ τ̀ ἵππου, κ̀ ἔτι διανισαμένου φέρει διὰ ἐκβάντος τὸ ξίφος· ἀποκτείνας δ̀, κ̀ τὰ σκῦλα ἀφελόμενος, οὐ μόνον τοὺς ὁμόσε χωροῦντας ἱππεῖς τε κ̀ πεζοὺς ἀνῄρει-λεν, ἀλλὰ κ̀ τοὺς ἐπὶ τ̀ κεράτων ἀμφοτέρων ἀντέχοντας εἰς ἀθυμίαν κ̀ δέος κατέστησεν.

immissos in se equites lanii securi feriens repelleret. * * Eam aream Aequimaelium Romani vocant: aequum enim ab iis dicitur quod nullam habet exstantiam. Locum igitur appellatum antea Maelium, deinde corruptis invicem, dum in unum vocabulum coeunt, nominibus Aequimaelium vocitaverunt.

2. Bello sociali Etruscorum Fidenatium et Veientium cum Romanis, quum a Larte Tolumnio Etruscorum rege mira adversum hos facinora ederentur, romanus quidam tribunus Aulus Cornelius cognomento Cossus equum in eum inegit: cumque inter se adpropinquassent, hastis se mutuo appetiverunt. Tolumnius Cornelii equum ferit in pectore, qui ferociens equitem deicit. Cornelius per clypeum atque loricam adacta ad latus cuspide evertit item Tolumnium equo: adsurgentique gladium in ilia condit. Quo occiso, exanguique spoliis detractis, non solum eos qui cominus adcurrebant equites peditesque repressit, verum et illis qui in utroque cornu pugnabant consternationem et terrorem iniecit.

(a) Codd. Αἰκυμίλιον hoc et infra. Sed iidem tamen Μήλιον. (b) Variat codicum scriptura Οὐιεντ. et saepius Οὐεντ. Sequor autem illam scripturam quae ad latinam orthographiam accedit.

(1) Patet huc usque locutum esse Quinctium Cincinnatum dictatorem de Sp. Maelio, qui caesus fuerat merito, si nihil aliud, certe quod vocatus a magistro equitum Servilio Ahala ad dictatorem non venisset, immo se armis defendisset. Concio Cincinnati ad populum de Maelio iure caeso est apud Livium IV. 15.

(2) Domum Sp. Maelii, ut monumento area esset oppressae nefariae spei, dirui iussit Cincinnatus. Id Aequimaelium memorat etiam Cicero *de divin.* II. 17.

(3) Liber XI. editus Dionysii desinit in consulatu quinto Titi Quintii et secundo M. Geganii Macerini, scilicet ante inceptum varronianum urbis annum CCCXII, non sine brevi mutilatione, cuius causa excidisse videtur a libro XI. historia duorum annorum, nempe usque ad annum CCCXIII. Liber enim Dionysii XII. sine dubio exordiebatur a fame, quae Romam corripuit anno CCCXIV; in qua Sp. Maelius quum largitionibus factis regnum appetere videretur, anno sequente CCCXV occisus est. Nunc quum excerpta nostra (sive ea a Constantino sint sive a quovis alio eclogario) incipiant a Sp. Maelii supplicio, nihil in iis deest, nisi rerum tribus annis gestarum, nimirum CCCXII ad CCCXV, contracta descriptio. Ergo, brevi interiecta lacuna, reapse nunc editur halicarnassensis Dionysii continuatio.

(4) Propertius IV. 10. 23, et Livius IV. 17. 32. dicunt Tolumnium Veientium regem.

Digitized by Google

III. Δεύτερον ὑπατεύοντος Αὔλου Κορνηλίου Κόσσου καὶ Τίτου Κοϊντίου, αὐχμῷ μεγάλῳ κακωθεῖσα ἡ γῆ πάντων ἐστάνισεν οὐ μόνον τὰ ὀμβρίων ἀλλὰ καὶ τὰ ναματίων ὑδάτων. ἐκ δὴ τούτου προβάτων μὲν καὶ ὑποζυγίων καὶ βοῶν ἐπίλειψις (a) παντελὴς ἐγίνετο· εἰς δὲ ἀνθρώπους νόσοι κατέσκηψαν πολλαὶ μὲν καὶ ἄλλαι, μάλιστα δὲ ἡ φωρίωσις καλουμένη, δεινὰς παρέχουσα τοῖς χρωσὶ καὶ σὺν ὀδαξησμοὺς, καὶ πρὸς τὰς ἑλκώσεις ἔτι μᾶλλον ἀγριαινομένη· πάθος ἐλεεινὸν ἐν τοῖς πάνυ, καὶ τὰ ταχίστου τῶν ὀλέθρων αἴτιον (1).

IIII. * * Οὐκ ἐδόκει τοῖς προεστηκόσι τὴν σωτηρίαν μαθεῖν εἰρήνην καὶ πολυχρόνιον ἄγειν σχολὴν, ἐνθυμουμένοις ὅτι ῥαθυμία καὶ τρυφὴ σωτιστορεύεται τὰς πόλεσι μὴ δι' εἰρήνης, καὶ ἅμα τὰς πολιτικαὶς ὀρρωδοῦσι ταραχαῖς· καὶ αὗται γὰρ ἅμα τῷ καταλυθῆναι σὺν ὑπερορίοις πολέμοις χαλεπαὶ ἐν συνεχεῖ ἐξ ἁπάσης προφάσεως ἀνίσαντο (2). * * Κρεῖττον τὰς φιλανθρωπίαις θελεῖναι τοὺς ἐχθρῶν, ἢ τὰς τιμωρίαις, δι' ἃς, καὶ εἰ (b) μηδὲν ἕτερον, αἵ γέ τοι θεῶν ἐλπίδες ἡδίους αὐτοῖς ὑπάρχουσιν. * * Ὡς ἔμαθε σὺν πολεμίους ἐκ τοῦ κατόπιν προσιόντας, ἐπιστρέφειν μὲν ὀπίσω θελιχόμενον ὑπὸ τοῦ πολεμίων πανταχόθεν ἀπέγνω, ἐνθυμούμενος ὅτι κινδυνεύσουσιν ἅπαντες, οὐθὲν ἀποδειξάμενοι γενναῖον ἔργον, αἴσχιστα διαφθαρῆναι· ὀλίγοι τὲ πρὸς πολλοὺς μαχόμενοι, καὶ τεθωρακισμέ-

3. Consulibus Aulo Cornelio Cosso et Tito Quintio iterum, gravi siccitate terra laborans plane caruit non pluvialibus solum verum etiam scaturientibus aquis. Hinc oves et iumenta et boves passim defecerunt. In homines autem ingruerunt plurimae infirmitates, et maxime scabies, graves dolores cuti incutiens ob pruriginem; et si fieret exulceratio, vehementius saeviens. Morbus revera quam qui maxime miserabilis et celerrimae mortis causa.

4. Senatus principibus visum est non esse paci assuescendum neque diutinum otium trahendum, reputantibus cum pace ingredi urbes ignaviam atque delicias, simulque civiles inhorrescere turbas. Nam et istae sedatis externis bellis graves et assiduae ex quovis praetextu oriebantur. * * Melius est beneficiis superare hostes quam maleficiis. Illorum quippe causa, si nihil aliud, certe fiducia deorum dulcior hominibus fit. * * Ut sensit hostes se a tergo adorientes, retro conclusus de reditu desperavit: reputans cunctos periclitaturos, nulloque edito claro facinore, turpissime vitam amissuros, quum pauci multos pellerent, armis gra-

(a) Codd. habent ἐπίληψις. (b) Εἰ abest a codd.

(1) Cum dionysiana pestis huius descriptione consentit plane Livius IV. 30. Augustinus item *de civ. D.* III. 17, quo loco agit de malis, quibus post initia consularis imperii vexata fuit romana respublica, multas eiusmodi pestilentias recenset.

(2) Locus in codice mutilus. Livius quidem IV. 1. ad annum urbis CCCIX Genucio et Curtio coss. *Fuit*, inquit, *annus domi forisque infestus* (nimirum ob tribunorum turbas.) *Laeti ergo*, pergit idem Livius, *audiere patres, Ardeatium populum descisse, et Veientes depopulatos extrema agri romani, et Volscos Aequosque fremere: adeo vel infelix bellum ignominiosae paci praeferebant. His itaque in manus etiam acceptis, ut inter strepitum tot bellorum conticescerent actiones tribuniciae, delectus haberi, bellum armaque vi summa adparari iubent.*

Digitized by Google

νοι πρὸς ἐλαφροὺς · ἰδὼν ᾗ ὄχθον τινὰ ὑψηλὸν ἐπιτηδείως, ὃς ἦν αὐτῷ οὐ πρόσω, τοῦτον ἔγνω καταλαβέσθαι (1).

U. C. 335. V. Ἀγρίππας Μενήνιος καὶ Πόπλιος (a) Λουκρήτιος (b) καὶ Σέρουιος Ναύτιος, χιλίαρχοι τιμηθέντες, ἐπίθεσίν τινα καὶ τῆς πόλεως γνωμένην ὑπὸ δούλων ἐφώρασαν· ἔμελλον δὲ οἱ μετέχοντες τῆς συνωμοσίας πῦρ ἐμβαλόντες ταῖς οἰκίαις καὶ πολλοὺς ἅμα τόποις νύκτωρ, ὁπότε μάθοιεν ὅπῃ τὴν τῆδε καιομένων βοήθειαν ὁρμηκότας ἅπαντας, τό τε Καπιτώλιον καὶ τοὺς ἄλλης ἐρυμνοὺς καταλαμβάνεσθαι τόπους · ἐγκρατεῖς δὲ γνόμενοι τῆδε καρτερῶν τῆς πόλεως, ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν τοὺς ἄλλους δούλους παρακαλεῖν, καὶ σὺν ἐκείνοις ἀποκτείναντες τοὺς δεσπότας τάς τε πεφευγυίας γυναῖκας τὰ καὶ κτήσεις παραλαμβάνειν · τῆς δὲ πράξεως φανερὰς (c) γνομένης συλληφθέντες οἱ πρῶτοι συνθέντες τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ μαστιγωθέντες, ἐπὶ τοὺς σταυροὺς ἀπήχθησαν· τῷ δὲ μηνυσάντων αὐτοὺς, ὄντων δυοῖν, ἐλευθερίαν καὶ δραχμὰς (χιλίας) (2) ἑκατέρῳ ἔλαβεν ἐκ τοῦ δημοσίου.

* * Ἔσπευδε τὸν πόλεμον συντελέσαι ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ὁ ῥωμαῖος χιλίαρχος, ὡς δὴ ῥᾴδιον τὸ πρᾶγμα καὶ ἐν χειρὸς αὐτῷ γνησόμενον, ὑποχειρίους ποιήσασθαι μίᾳ μάχῃ τοὺς πολεμίους· τῷ δὲ ἡγεμόνι τῶν πολεμίων ἐνθυμουμένῳ τό τε ἐμπειροπόλεμον τῶν Ῥωμαίων καὶ τὸ ἐν κινδύνοις καρτερικὸν,

vati expeditos. Mox viso tumulo satis excelso neque longinquo, hunc sibi capiendum existimavit.

5. Agrippas Menenius et Publius Lucretius et Servius Nautius tribuni militum potestate consulari coniurationem quandam servitiorum adversus urbem deprehenderunt. Porro convenerat inter coniuratos, ut, igne iniecto domibus eodem tempore multis in locis noctu, ubi vidissent ad opem ardentibus tectis ferendam cunctos intentos, Capitolium aliasque arces occuparent: potiti autem munitis urbis locis, reliquos servos ad libertatem capessendam invitarent: quibus sibi adiunctis, dominos interimerent, eorumque uxores et opes obtinerent. Re patefacta, auctores coniurationis capti virgisque caesi in crucem acti sunt. Duo vero, qui indicium fecerant, libertatem et mille drachmas ex aerario singuli acceperunt.

* * Festinabat absolvere bellum intra paucos dies romanus tribunus: quippe qui existimabat facile negotium et in arbitrio suo futurum uno proelio hostes debellare. Verum duci inimico consideranti Romanorum bellicam peritiam

(a) Codd. hoc loco Πούβλιος, sed alibi Πόπλιος, uti reapse scribunt Graeci. (b) Ita codices Λευκρήτιος, tum mox Σέρουιος, quum tamen Livius IV. 45. scribat *Spurius*, non *Servius*. Eam coniurationem servorum brevissime attingit Livius loco citato. (c) Ita codd., non περιφανοῦς. Sane et latine diceretur *palam facta*.

(1) Haec prorsus referenda videntur ad Livii locum IV. 38. et 39. ubi dicitur inclinata a Volscis Romanorum acies unius Sex. Tempanii decurionis equitum virtute (qui et tumulum quendam occuparerat) esse restituta.

(2) Praemium indicibus fuisse dena millia gravis aeris ait Livius loco cit. Et ipse Dionysius usus est hac locutione romana lib. X. 49. narrans multam inflictam Romilio, qui locus iisdem verbis legitur in nostrorum quoque excerptorum parte illa edita, quam praetermittimus. Nunc Dionysius rem in drachmas contulit, sed in codicibus summa earum praetermittitur. Nos χιλίας, *mille*, scripsimus, quae scilicet denis millibus gravis aeris praeter propter respondent. Lege Plutarchum in *Camillo* cap. XIII.

Digitized by Google

μάχην μὲν ἐκ παρατάξεως ἴσην καὶ φανερὰν ποιεῖσθαι πρὸς αὐτοὺς οὐκ ἐδόκει· δόλοις δὲ τὸν πόλεμον ἀπάταις τισὶ καὶ δόλοις, καὶ φυλάττειν εἴ τι πλεονέκτημα καθ' ἑαυτῶν ἐκεῖνοι παρέξουσιν (1). * * Τραυματίας, καὶ παραχρῆμα ἐλθὼν ἀποθανεῖν (2).

VI. Ἐν Ῥώμῃ, χειμῶνος γενομένου βιαίου, ἔνθα ἡ ἐλαχίστη χιὼν κατενίφθη οὐκ ἐλάττων ἦν ἑπτὰ ποδῶν τὸ βάθος (3). Καὶ συνέπεσεν ἀνθρώπους τε ὑπὸ τῆς νιφετοῦ διαφθαρῆναι τινὰς, καὶ πρόβατα πολλὰ, καὶ ἄλλων κτηνῶν καὶ ὑποζυγίων μοῖραν οὐκ ὀλίγην, τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ κρυμοῦ σφακελίσαντα, τὰ δὲ νομῆς τῆς συνήθους ἀπορίᾳ· δένδρων τε καρποφόρων, ὅσα μὴ πέφυκεν ὑπερβολὰς νιφετῶν ὑπομένειν, τὰ μὲν εἰς τέλος ἐξηράνθη, τὰ δὲ ὀπταίοντα ἐπὶ βλαστοὺς ἄκαρπα ἐπὶ πολλοὺς χρόνους ἐγένοντο· ἐμίχθησάν τε καὶ τοῖς οἰκίων συχναὶ, καί τινες καὶ κατερράπησαν, μάλιστα δὲ ὅσαι ἐκ τῶν λίθων, καὶ πρὸς διάλυσίν τε καὶ ἀπόπτηξιν τοῦ χιόνος· τοῦτο τὸ πάθος οὔτε πρότερόν ποτε γενόμενον ἐν ἱστορίας γραφῇ κατὰ ταῦτα τὰ χωρία παρειλήφαμεν, οὐδ' ὕστερον ἕως τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου, μείζω γέ τινι βορειότερα τοῦ μέσου, καὶ τὰ ὑπὲρ Ἀθηνῶν γραφόμενον διὰ Ἑλλησπόντου παράλληλον (4)· τότε δὴ πρῶτον καὶ μόνον ἐξέβη τῆς εἰωθυίας κράσεως ἡ τοῦ περιέχοντος τήνδε πως γῆν φύσις. V. C. 355.

VII. Ἑορτὰς ἦγον Ῥωμαῖοι τὰς καλουμένας τῇ ὀπιχωρίῳ γλώττῃ

constantiamque in periculis, acie aperta cum illis certandum non videbatur, sed bellum fraudibus dolisque administrandum, observandumque num aliquid detrimenti hostes ipsi sibi comparārent. * * Vulneratus; et statim post adventum obiisse.

6. Romae accidit hiems saevissima, adeo ut ubi minimum nivis decidit, ea alta esset septem pedum: contigitque ut et aliquot homines tempestate frigida interimerentur, nec non oves multae aliaeque pecudes atque iumenta, partim gelu corrupta, partim ob pabuli consueti penuriam. Arborum etiam fructiferarum, quae tolerandis gravioribus nivibus non erant idoneae, aliae prorsus exaruerunt, aliae adustis ramis infructuosae ad multum tempus evaserunt. Quin et complures domus nive obruente confusae sunt, nonnullae etiam subversae, praesertim lapideae, quum se nix resolveret. Huiusmodi incommodum neque ante id tempus neque postea usque ad nostram aetatem ab historicis traditum est usuvenisse his regionibus, quae vix aliquantum septentrionem versus a media linea abludunt, secundum circulum per Hellespontum supra Athenas descriptum. Tunc, inquam, primum et unice natura climatis, intra quod hae regiones comprehenduntur, a solita temperie aberravit.

7. Ferias Romani coeperunt agere, quas sua lingua vocant lectisternium,

(1) Videntur haec congruere aliquantum cum Livio IV. 46. narrante cladem, quam ab Aequis passi sunt Romani, qui cum L. Sergio tribuno in insidias pertracti fuerant falso hostium receptu. Idem Livius alias insidias in quas Romani praecipitaverunt memorat lib. V. 18.

(2) An innuitur caedes Postumii tribuni militum, qui ab exercitu suo lapidibus coopertus est? Lege Livium IV. 50.

(3) Confer Livium V. 13.

(4) Per Hellespontum ducit quintum circulum (seu confinium quinti climatis) Plinius VI. sect. 39. Sextum autem circulum Iulius Firmicus *mather.* II. 13. et Marcianus Capella lib. VIII. cap. *de climatibus*.

στρωμνὰς, ὑπὸ τῶν σιβυλλείων κελευσθέντες χρησμῶν· νόσος γάρ τις λοιμώδης γιγνομένη θεόπεμπτός τε καὶ ὑπὸ τέχνης ἀνθρωπίνης ἀνίατος εἰς ζήτησιν αὐτοὺς ἤγαγε τῶν χρησμῶν· ἐκόσμησάν τε στρωμνὰς τρεῖς, ὡς ἐκέλευον οἱ χρησμοὶ, μίαν μὲν Ἀπόλλωνι καὶ Λητοῖ, ἑτέραν δὲ Ἡρακλεῖ καὶ Ἀρτέμιδι, τρίτην δὲ Ἑρμῇ καὶ Ποσειδῶνι· καὶ διετέλων ἐφ' ἡμέρας ἑπτὰ δημοσίᾳ τε καταθύοντες καὶ ἰδίᾳ κατ' οἰκείαν δύναμιν ἅπαντες τοῖς θεοῖς ἀπαρχόμενοι, ἑστιάσεις τε λαμπροτάτας ἐπιτελοῦντες, καὶ ξένων οὓς παρεπιδημοῦντας ὑποδεχόμενοι (1). Πείσων δὲ ὁ τιμητικὸς (2) ἐν ταῖς ἐναυσίοις ἀναγραφαῖς καὶ ταῦτ' ἔτι προσέθησιν· ὅτι λελυμένων μὲν τῶν θεραπόντων ὅσους πρότερον ἐν τοῖς δεσμοῖς εἶχον οἱ δεσπόται, πληθυούσης ὄχλῳ ξενικοῦ τε πόλεως, ἀναπεπταμένων τῶν οἰκιῶν δίχα τε ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ δίχα κωλύσεως εἰσιόντων εἰς αὐτὰς τῶν βουλομένων, οὔτε χρῆμα οὐδὲν ἀπολωλεκέναι τις ἠτιάσατο, οὔτε ἠδικῆσθαί τινα ὑπ' οὐδενός, καίτοι πολλὰ φέρειν εἰωθότων πλημμελῆ καὶ παράνομα τῶν ἑορτάδων καιρῶν διὰ τὰς μέθας.

U. C. 356. VIII. Οὐιεντανοὺς πολιορκούντων Ῥωμαίων ἀφ' οὗ τὴν ἐπιτολὴν ὁ κυνὸς, ὅτε μάλιστα λίμναι τε ἐπιλείπουσι καὶ ποταμοὶ πάντες, ὅ τι μὴ μόνος ὁ αἰγύπτιος (a) Νεῖλος, λίμνη τις ἀπέχουσα δ' Ῥώμης οὐ μεῖον ρκ' σταδίων ἐν τοῖς ἀλβανοῖς καλουμένοις ὄρεσι, παρ' ἣ τὸ ἀρχαῖον ἡ τῶν Ῥωμαίων μητρόπολις

sibyllinis moniti oraculis. Pestilens enim morbus divinitus immissus et humana arte insanabilis ad exquirenda oracula eos convertit. Straverunt igitur lectos tres, uti oracula iubebant, unum Apollini et Latonae, alterum Herculi et Dianae, tertium Mercurio et Neptuno: perque dies septem publice sacrificarunt et privatim, pro opibus quisque suis libantes diis et splendidissimas epulas instruentes, atque advenas qui superveniebant in hospitium ducentes. Addit in annalibus Piso censorius, solutis quotquot a dominis antea vinculis tenebantur, plena urbe advenis, ianuis domorum diu noctuque patentibus, nullo prohibente quominus in eas quilibet introiret, neminem tamen sibi aliquid periisse questum esse, neminem ab aliquo iniuria adfectum: quamvis ceteroqui multa iniqua et iniusta patrari soleant feriarum tempore propter ebrietates.

8. Veios oppugnantibus Romanis, circa ortum caniculae, quo tempore stagna et fluvii omnes, praeter aegyptium Nilum, vel maxime deficiunt, lacus quidam Roma distans stadia non minus CXX. in montibus albanis, prope

(a) Unus codex αἰγυπτίων.

(1) Primum hoc apud Romanos lectisterninm describit etiam Livius V. 13; factumque ait quum tristem hiemem (de qua nuper actum est) gravis pestilensque omnibus animalibus aestas excepisset. Vide etiam Augustinum *de civ. D.* III. 17.

(2) *L. Piso* (ait Tullius in *Bruto* XXVII.) *tribunus plebis legem primus de pecuniis repetundis, Censorino et Manilio consulibus, tulit. Ipse etiam Piso et causas egit, et multarum legum aut auctor aut dissuasor fuit: isque et orationes reliquit quae iam evanuerunt et annales sane exiliter scriptos.* Consulatum cum P. Minucio Scaevola gessit anno urbis DCXXI. Censuram cum Q. Metello Balearico anno DCXXXIV: ideoque a nostro Dionysio dicitur hoc loco, nec non lib. II. 38. et 39. τιμητικὸς, idest latine *censorius*, qualem eum dicit Censorinus *de die natali* cap. XVII. Eius sententiam bis se amplecti ait Dionysius noster, nempe II. 40. IV. 7. Et quidem gravis auctor dicitur a Plinio II. sect. 54. Annales Pisonis diserte commemorant Dionysius, hoc loco et lib. IV. 7. 15; tum alii latini scriptores permulti.

Digitized by Google

ὠκεῖτο, οὔτε ὑετῷ γλυομένων, οὔτε νιφετῷ, οὔτ' ἄλλης τινὸς αἰτίας ἀνθρώποις φανερᾶς, τοσαύτην ἔλαβεν ἐκ τῆς ἐν αὐτῇ ναμάτων ἐπίδυσιν, ὥστε πολλὴν μὲν ἐπικλύσαι τὴν παρορείαν, πολλὰς δὲ οἰκήσεις γεωργικὰς καταλαβεῖν (a), τελευτῶσα δὲ καὶ τὸ μεταξὺ τῆς ὀρῶν αὐλῶνα διαρρῆξαι, καὶ ποταμὸν ἐκχέαι τῶν ὑποκειμένων πεδίων ἐξαίσιον (1). Τοῦτο μαθόντες οἱ Ῥωμαῖοι, κατ' ἀρχὰς μὲν, ὡς δαιμονίῳ τινὸς μηνίοντι τῇ πόλει, θυσίαις ἐξιλάσκεσθαι (b) τοὺς κατέχοντας τὸν τόπον θεοὺς καὶ δαίμονας ἐψηφίσαντο, καὶ τοὺς ἐπιχωρίους μάντεις (2) ἀνέκριναν, εἴ τι λέγειν ἔχουσιν· ἐπεὶ δ' οὔτε ἡ λίμνη τὸν ἑαυτῆς τάξιν ἀπελάμβανεν, οὔτε οἱ μάντεις ἀκριβὲς οὐδὲν ἔλεγον, ἀλλὰ τῷ Θεῷ χρῆσαι παρήνουν ἐπὶ τὸ δελφικὸν μαντεῖον θεοπρόπους·

VIIII. Ἐν ᾧ τῷ μεταξὺ χρόνῳ Οὐιεντανῶν τὶς ἔμπειρος τῆς ἐπιχωρίου μαντικῆς διὰ προγόνων, ἐτύγχανεν φυλακὴν ἔχων τοῦ τείχους· ἐγεγόνει δέ τις αὐτῷ φίλος ἀπὸ τῆς Ῥώμης λοχαγὸς ἐκ παλαιοῦ γνώριμος. οὗτος ὁ λοχαγὸς ἐγγὺς τοῦ τείχους ποτὲ γλυόμενος, καὶ σὺν σωθεὶς ἀσπασμοὺς τῷ ἀνδρὶ ἀποδοὺς, οἰκτείρειν αὐτὸν ἔφη τῆς καταλειπομένης ἅμα τοῖς ἄλλοις συμφορᾶς, ἐὰν ἡ πόλις ἁλῷ· καὶ ὁ τυρρήνιος ἀκηκοὼς τὴν ὑπέρχυσιν τῆς ἀλβανίδος λίμνης, καὶ τὰ παλαιὰ περὶ αὐτῆς προειδὼς θέσφατα, ἀναγελάσας, οἷον, ἔφησεν, ἐστὶν ἀγαθὸν τὸ προειδέναι τὰ μέλλοντα· ὑμεῖς δὲ καὶ τὴν ἀγνωσίαν τῶν ἀποβησομένων, πόλεμον ἀτελῆ καὶ πόνους ἀνηνύτους ἀντλεῖτε, Οὐιεντανῶν πόλιν ἀναστήσειν οἰόμενοι· εἰ δέ τις ὑμῖν ἐδήλωσεν, ὅτι τῇ πόλει τῇ-

quem olim Romanorum metropolis sita fuit, sine ullis pluviis aut nivibus aliave quavis causa hominibus explorata, tantum cepit ex intimis scatebris incrementum, ut multum finitimae ripae alluerit, multasque rusticas aedificationes obruerit: denique et clausum montibus craterem perruperit, et immensum fluvium in subiectos agros effuderit. Id ubi Romani resciverunt, primo quidem, tamquam ea re divinum aliquod odium portenderetur, sacrificiis placare deos et genios loci decreverunt, vatesque indigenas consuluerunt numquid haberent quod dicerent. Sed quoniam neque lacus in suum locum se recipiebat, neque vates definitum quicquam canebant, immo ut ad delphicum oraculum sciscitatum mitterentur oratores monebant;

9. Hoc interim intervallo Veiens quidam patriae haruspicinae traditione maiorum peritus custodiam in moenibus agebat. Erat huic cum quodam romano centurione vetus consuetudo. Is centurio moenibus quadam die quum adpropinquasset ac de more hominem salutasset, aiebat se eius vicem dolere, quod communi excidio esset involvendus, siquando urbs caperetur. At enim etruscus, audita pridem albani lacus effusione, priscorum de ea oraculorum gnarus arridens, quam praeclarum est, inquit, ventura praenoscere! Vos autem ignoratione futurorum bellum infinitum laboresque inanes toleratis, Veientium urbem a vobis eversum iri sperantes. Quod siquis vobis revelasset, in fatis es-

(a) Ita codd. Sed fortasse scribendum esse καταβαλεῖν *deiicere*, non absurde suspicabatur Quirinus Vicecomes in suis ad Dionysium meum animadversionibus. (b) Unus codex ἐξιλάσασθαι.

(1) Confer super hac albani lacus inundatione Livium V. 15. sqq., tum etiam super Veiorum expugnatione.

(2) Vates indigenas consuluerunt Romani, quia Etrusci erant hostes. Vide Livium loco citato.

Digitized by Google

δε πέπρωται ἁλῶναι, ὅταν ἡ πρὸς Ἀλβανῷ λίμνη σπανίσασα τ' αὐθιγενῶν ναμάτων μηκέτι μίσγηται τῇ θαλάττῃ, ἐπαύσασθε ἂν αὐτοί τε δαπανώμενοι & ἡμᾶς ἐνοχλοῦντες. Ταῦτα ὁ ῥωμαῖος μαθὼν, πολὺς (a) ἐν τῷ σκοπῷ καθ' ἑαυτὸν γιγόμενος, τότε μὲν ἀπῆει.

X. Τῇ δ' ἑξῆς, προειπὼν τοῖς χιλιάρχοις ἃ διενοεῖτο, παρῆν ἐπὶ τ' αὐτὸν τόπον ἄνοπλος. ὥστε μηδεμίαν ὑποψίαν ἐπιβουλῆς τ' τυρρηνὸν ὑπὲρ αὐτοῦ λαβεῖν· χρησάμενος ἢ τοῖς συνήθεσιν ἀσπασμοῖς, πρῶτον μὲν ὑπὲρ ὧν κατεχούσης τὸ ῥωμαϊκὸν στρατόπεδον ἀμηχανίας διελέγετο, καὶ ἄλλα (b) ἐφ' οἷς ἠσθήσεσθαι τ' τυρρηνὸν ὑπελάμβανεν· ἔπειτα ἐξηγητὴν αὐτῷ γενέσθαι ἠξίου σημείων τινῶν καὶ τεράτων νεωστὶ τοῖς χιλιάρχοις γεγονότων· πείθεται τοῖς λόγοις ὁ μάντις, οὐδεμίαν δεδοικὼς ἐξαπάτην, καὶ οὓς συνιόντας αὐτῷ μεταξῆναι κελεύσας αὐτὸς ἠκολούθει μόνος τῷ λοχαγῷ· ὁ δὲ ῥωμαῖος ὑπαγόμενος αὐτὸν ἀπωτέρω τ' τείχους ἀφ' τ' πρὸς ἀπάτην μηχανηθέντων λόγων, ὡς ἐγγὺς ἐγένετο τ' περιτειχίσματος, περιβαλὼν τ' χερσὶν ἀμφοτέραις μέσον, αἴρεταί τε καὶ πρὸς τὸ ῥωμαϊκὸν ἀποφέρεται στρατόπεδον· τοῦτον τὸν ἄνδρα οἱ χιλίαρχοι, λόγοις τὲ θεραπεύοντες καὶ βασάνων ἀπειλαῖς δεδιττόμενοι, ἅπαντα παρεσκεύασαν ἐξειπεῖν περὶ δ ἀλβανίδος λίμνης, ἃ ἀπέκρυπτεν (1)· εἶτα καὶ πρὸς τ' βουλὴν αὐτὸν ἀναπέμπουσι· τοῖς δ' ἐκ τ' συνεδρίου οὐχ ὁμοία παρέστη δόξα· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐδόκει πανοῦργος τις εἶναι καὶ γόης ὁ τυρρηνὸς, καὶ καταψεύδεσθαι τ' δαιμονίων τὰ περὶ τ' χρησμόν· τοῖς δ' ἀπὸ πάσης ἀληθείας εἰρηκέναι.

se, hanc urbem tunc capi, cum albanus lacus, perennibus rivis extinctis, iam non miscebitur mari; utique et labori vestro parceretis, neque nobis molestiam exhiberetis. His auditis romanus, postquam diu secum rem animo volvit, tunc quidem abiit.

10. Sequenti vero die, monitis ante tribunis quae ipse cogitavisset, venit in eumdem locum inermis, nequam insidiarum suspicionem etrusco praeberet. Salute uti solebat impertita, primum quidem qua in perplexitate romanus exercitus versaretur narravit, aliaque eiusmodi quibus gavisurum etruscum autumabat. Deinde rogabat eum ut signa quaedam atque prodigia quae *romanis* tribunis nuper accidissent explicare ne gravaretur. Fidem dictis adiungit divinus, nullam fraudem veritus: arbitrisque remotis solus sequitur centurionem. Romanus quum eum longius a muro dolosis illusum sermonibus abduxisset, ubi ad extremam loricam ventum est, corripit medium utraque manu etruscum, sublatumque ad romana castra traducit. Hunc hominem tribuni partim blandis sermonibus partim tormentorum minis impulerunt ut omnia diceret quae mente celabat de albano lacu; tum eumdem ad ipsum senatum miserunt. Ibi autem patrum non una erat sententia: aliis enim vafer et praestigiator videbatur etruscus, qui divina oracula simularet; alii ab eo verissima narrari existimabant.

(a) Unus codex ὁ πολύς. (b) Codd. pro καὶ ἄλλα habent ἀλλ'.

(1) Vatem coactum vaticinia adversus suam patriam cecinisse, probabilius narrat Dionysius, quam Livius apud quem V. 15. eadem sponte is profert.

Digitized by Google

XI. Ἐν ταύτῃ δ' ἀμηχανίᾳ τῆς βουλῆς ὑπαρχούσης παρῆσαν οἱ προαποσταλέντες εἰς Δελφοὺς θεόπροποι χρησμοὺς κομίζοντες τοῖς ὑπὸ τὴν τυρρηνοῦ πρότερον ἀπηγγελμένοις συνᾴδοντας· ὅτι θεοὶ καὶ δαίμονες οἱ λαχόντες τὴν Οὐιεντανῶν πόλιν τοσοῦτον αὐτοῖς ἐγγυῶνται χρόνον ἀτάλευτον φυλάξαι τὴν ἐκ προγόνων ὧδαδοθεῖσαν εὐδαιμονίαν, ὅσον ἂν διαμένωσιν αἱ πηγαὶ τῆς ἐν Ἀλβανῷ λίμνης ὑπερχεόμεναι καὶ μέχρι θαλάττης ἀποῤῥέουσαι· ὅταν δ' ἐκεῖναι φύσιν τε τὴν ἑαυτῆς καὶ ὁδοὺς τὰς ἀρχαίας ἐκλιποῦσαι καθ' ἑτέρας ἐκβαπῶσιν, ὡς μηκέτι μίσγεσθαι τῇ θαλάττῃ, καὶ τὴν πόλιν αὐτῆς ἀνάστατον ἔσεσθαι· τοῦτο δ' οὐκ εἰς μακρὰν ὑπὸ Ῥωμαίων γενήσεσθαι. ἐὰν ὀρύγμασι καθ' ἕτερα χωρία γενομένοις ἐκβιάσωσι τὴν πλημμύραν τῶν ὑδάτων εἰς τὰ πρόσω τῆς θαλάττης πεδία· ταῦτα μαθόντες οἱ Ῥωμαίοι εὐθὺς ἐπέστησαν τοῖς ἔργοις οὐ χειροτέχνας (1).

XII. Ὡς ᾔ ταῦτ' ἤκουσαν Οὐιεντανοὶ παρ' αἰχμαλώτου τινός, ἐπικηρυκεύεσθαι πρὸς οὓς πολιορκοῦντας ἤθελον περὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου, πρὶν ἁλῶναι καὶ κρατῆσαι τὴν πόλιν· καὶ ἀποδείκνυνται πρέσβεις οἱ πρεσβύτατοι (2)· ἀποψηφισαμένης δὲ τῆς βουλῆς τῶν Ῥωμαίων τὰς διαλλαγάς, οἱ μὲν ἄλλοι πρέσβεις ἀπῆσαν ἐκ τοῦ βουλευτηρίου σιωπῇ· ὁ δὲ ἐπιφανέστατος ἐξ αὐτῶν, καὶ κατὰ τὴν μαντικὴν ἐμπειρίαν δοκιμώτατος, ἐπιστὰς τὰς θύρας καὶ περιβλέψας ἅπαντας οὓς παρόντας ἐν τῷ συνεδρίῳ, καλὸν, ἔφησεν, ὦ Ῥωμαῖοι, δόγμα ἐξενηνόχατε καὶ μεγαλοπρεπὲς, οἳ τὴν ἡγεμονίαν ἀξιοῦντες ἔχειν τῶν περιοίκων δι' ἀρετὴν, πόλιν οὔτε μικρὰν οὔτε ἄσημον, ἀποτιθεμένην τὰ ὅπλα καὶ παραδιδοῦσαν ὑμῖν ἑαυτὴν, οὐκ ἀξιοῦντες ὑπήκοον ἔχειν, ἀλλὰ προῤῥίζον ἀνελεῖν

11. Dum senatus hac opinionum varietate ambigit, aderant ii qui oratores Delphos missi fuerant oraculum adferentes priori etrusci hominis responso congruens: deos videlicet et genios Veientium urbis custodes tamdiu iis spondere hereditariae felicitatis tutelam, quamdiu scatebrae lacus albani redundarent et ad mare usque decurrerent. Quum autem hae, naturae suae et antiqui cursus oblitae, alio derivarentur neque iam mari miscerentur, tunc et illorum urbem eversum iri. Id autem quantocius a Romanis effici posse, si foveis utrimque effossis exundantes aquae per prata mari procul dissiparentur. His auditis Romani statim operarios negotio admoverunt.

12. Quod ubi Veientes a quodam captivo intellexerunt, pacem petendam per caduceatores ab obsidentibus censuerunt ante quam urbs vi caperetur: quare et legati a senioribus designati sunt. Verum pacem negante senatu romano, ceteri quidem legati abibant e curia taciti: sed enim legationis princeps et divinandi artem in primis edoctus, subsistens in foribus circumspiciensque omnes qui in curia aderant; praeclaram enimvero, inquit, Romani, sententiam geritis et decoram ei populo qui imperium in finitimos virtutis ergo tenere se iure autumat: cum urbem neque parvam neque ingloriam arma abiicientem vobisque se tradentem

(1) Aquam albanam, non tam Veiorum causa, quam ad utilitatem agri suburbani, fuisse deductam dicit Cicero *de divin.* II. 32. Mirandum porro emissarii albani opus, monte durissimo passuum mille et quingentorum perforato effectum, ad nostram usque aetatem, iam inde a quarto urbis aeternae saeculo, incolume mansit, ex eoque lacus albanus adhuc effluit.

(2) Hanc Veientium legationem silet Livius. Rei tamen vestigia apud Ciceronem supersunt, cuius eximius locus de Veiis captis extat lib. I. 44. *de divin.*

ἐκλόμενοι, οὔτε τὴν ἐκ τῶν θεῶν δίκαν τισάντες χόλον, οὔτε τὴν παρ' ἀνθρώπων ἐντραπέντες (a) νέμεσιν· ἀνθ' ὧν ὑμῖν δίκη τιμωρὸς ἥξει σὺν θεῶν εἰς τὰ ὅμοια ζημιοῦσα· Οὐιεντανοὺς (b) γὰρ ἀφελόμενοι τὴν πατρίδα, μετ' οὐ πολὺ τὴν ἑαυτῶν
U. C. an. 358. ἀποβαλεῖτε. Μετὰ βραχὺ δ' ἁλισκομένης τῆς πόλεως, οἱ μὲν ὁμόσε τοῖς πολεμίοις χωροῦντες, ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, καὶ πολλοὺς ἀποκτείναντες, κατεκόπησαν· οἱ δ' αὐτοχειρίᾳ σφάξαντες αὐτοὺς διεφθάρησαν· ὅσοις (c) δὲ ἀνανδρίαν τε καὶ ταπεινότητα ψυχῆς παντὸς ἐφαίνετο τὸ τεθνᾶναι τὰ δεινὰ μετριώτερα, ῥίψαντες τὰ ὅπλα παρεδίδοσαν τοῖς κρατηκόσιν ἑαυτούς.

XIII. Ὁ δὲ δικτάτωρ Κάμιλλος, οὗ στρατηγίᾳ ἡ πόλις ἥλω (d), ἐπὶ μετεώρου τόπου τινὸς ἐς ὢ ἅμα τοῖς ἐπιφανεστάτοις Ῥωμαίων, ὅθεν ἅπασα ἡ πόλις ἦν καταφανής, πρῶτον μὲν ἐμακάρισεν ἑαυτὸν δι' παρούσης εὐτυχίας, ὅτι καθελεῖν αὐτῷ μεγάλην καὶ εὐδαίμονα πόλιν ἐξεγένετο δίχα πόνου (1), ἣ Τυρρηνίας μὲν ἀνθούσης τότε, καὶ πλεῖστον (e) τῶν κατοικούντων τὴν Ἰταλίαν ἐθνῶν δυναμένης (f), οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα ἦν (2)· Ῥωμαίοις δ' ἐκ τοῦ δι' ἡγεμονίας διαφερομένη (3) καὶ πολλοὺς ὑπομείνασα πολέμους (g) ἔσχε δεκάτης ἡλικίας διατέλεσιν (4)· ἐξ οὗ

habere subditam abnuitis, verum funditus evertere vultis, nihil veriti neque deorum iram neque hominum ultionem. Quamobrem vobis superveniet vindex deorum iustitia cum simili poena: qui enim nunc Veientes patria sua spoliatis, paulo post vestram ipsorum amittetis. Mox capta urbe, quotquot quidem cum hostibus manus conseruerunt viri strenui, multis occisis, ad extremum interempti sunt: alii manu propria sibi vitam exhauserunt: qui denique propter imbecillitatem et animi humilitatem omnia morte tolerabiliora putarunt, ii abiectis armis semet victoribus dediderunt.

13. Dictator porro Camillus, cuius ductu urbs expugnata fuerat, stans cum Romanis nobilissimis excelso loco, unde urbs universa despiciebatur, primum quidem se beatum praedicabat, quod sibi citra laborem contigisset magnam urbem divitemque subvertere, quae provinciae Etruriae, maxime tunc florentis atque inter italicas gentes in primis potentis, non minima pars erat, quaeque cum Romanis de principatu certaverat, et multis bellis bellatis decem ipsas aetates incolumis manserat: ex quo autem oppugnari et obsideri coepit,

(a) Codd. ἐκτραπέντες. (b) *Veientani* dicuntur in Dionysii codicibus modo Οὐιεντανοί, modo Οὐεντανοί; saepius tamen Οὐεντανοί. Ego priorem scripturam, quae ad latinam magis accedit, constanter expressi. (c) Codices ὅτους. (d) Hoc loco ἥλω; at p. 480. ἑάλω. (e) Codex unus habet πλεῖστον. (f) Codices pro δυναμένης habent δυνάμεις. (g) In codd. desideratur πολέμους.

(1) Fato enim urgente (ait Livius V. 22.) operibus, non vi, expugnati sunt Veii.

(2) Hinc Tolumnius modo Veientium modo Etruscorum rex dictus. Recole p. 466. n. 4.

(3) Quippe cum ipso Romulo bellum acerrimum Veientes gesserunt, ac saepe deinceps cum romanis regibus, dictatoribus, consulibus et tribunis; ut suis locis narrant Dionysius ac Livius.

(4) Vocabulo γενεὰ certum annorum numerum apud Dionysium non significari contendit Dodwellus in *dissertatione de aetate Dionysii*. Duplex tamen huius locus haud scio an satis indicet, triginta fere annis singulas aetates constare. Nam primo in *epistula ad Pompeium* cap. I. ait Dionysius, se plus duodecim aetatibus posteriorem esse Platone. Floruit autem Plato circa olympiadem XCV, Dionysius circa olympiadem CXCII. Ergo intercedunt paene CCCC anni, nempe plus duodecim aetates. Alter locus nunc cum dionysianis excerptis prodit. Sane Eustathius ad *iliad.* I. 250. et Plutarchus *de oraculorum defectu* (ed. Reisk. tom. VII. p. 636.) diserte aiunt, aetatem (γενεὰν) secundum antiquos auctores triginta esse annos. Ab his autem paulisper abludit Herodotus II. 142. qui tres aetates ait esse

Digitized by Google

δ' ἤρξατο πολεμεῖν καὶ πολιορκεῖσθαι συνεχῶς, θ' δ μήνεγκε τὴ πολιορκίαν ἔτη (1). πάσης πειραθεῖσα τύχης. Ἔπειτ' ἐνθυμηθεὶς, ὡς ἐπὶ μικρᾶς αἰωρεῖται ῥοπῆς ἡ τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονία, καὶ βέβαιον οὐδὲν διαμένει τῶν ἀγαθῶν, διατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας εὔξατο τῷ τε Διὶ Φ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, μάλιστα μὲν ἀνεπίφθονον ἑαυτῷ τε καὶ τῇ πατρίδι γίνεσθαι τὴ παροῦσαν εὐδαιμονίαν· εἰ δέ τις ἔμελλε κοινὴ συμφορὰ τὴ Ῥωμαίων πόλιν, ἢ τὸν αὐτοῦ βίον καταλαμβάνειν, ἀντίπαλον τῶν παρόντων ἀγαθῶν, ἐλαχίστην γένεσθαι ταύτην καὶ μετριωτάτην.

XIIII. Ἦν δὲ ἡ Οὐιεντανῶν πόλις οὐδὲν ὑποδεεστέρα δ' Ῥώμης εὐοικεῖσθαι (2), γῆν τε πολλὴν καὶ πολύκαρπον ἔχουσα, τὴ μὲν ὀρεινὴν, τὴ δὲ πεδιάδα, καὶ τὸν ὑπερκείμενον ἀέρα καθαρώτατον καὶ πρὸς ὑγείαν ἀνθρώποις ἄριστον, οὔτε ἕλους πλησίον ὄντος, ὅθεν ἕλκονται βαρεῖς ἀτμοὶ καὶ δυσώδεις, οὔτε ποταμοῦ τινὸς ψυχρὰς ἑωθεν ἀνίεντος αὔρας (3), ὑδάτων δὲ οὐ σπανίων ὄντων οὐδ' ἐπακτῶν, ἀλλ' αὐθιγενῶν καὶ πολυσίων καὶ πίνεσθαι κρατίστων (4).

XV. Αἰνείαν λέγουσι τὸν ἐξ Ἀγχίσου καὶ Ἀφροδίτης, ὅτε κατέσχεν εἰς

novem continenter annos circumsessionem sustinuerat, omni fortunae genere exercita. Deinde reputans humanam felicitatem ad breve tempus extolli, nihilque diu manere, manus ad caelum tendens, Iovem ceterosque deos precabatur ut sibi et patriae ne prorsus invidiosa esset praesens felicitas. Quod siqua aut publica calamitas romanam urbem aut privata suam vitam esset correptura, quae praesentia bona temperaret, ut ea minima ac moderatissima esset, rogabat.

14. Erat autem Veientium urbs Romae ipsi non inferior vel commoditate vel amplitudine aedificiorum; latamque ditionem ut uberem possidebat, partim montanam partim aequi soli: utebaturque aëre purissimo et hominum valetudini utilissimo, nullis vicinis paludibus ex quibus graveolentes flatus exhalarentur, nulloque flumine ex quo matutina aura rigidior ferretur. Et tamen aquarum abunde suppetebat non adductarum, sed ex ingenitis scatebris erumpentium et ad bibendum optimarum.

15. Aiunt Aeneam Anchisae et Veneris filium, quum navem ad Italiam

centum annos. Iamvero Veii pugnare coeperunt cum Romulo paulo ante eius interitum (Vide Dionysium II. 54, Livium I. 15.); capti autem sunt anno urbis CCCLVIII. Ergo reapse urbe Veiorum, ex quo cum Romanis de principatu certare coepit, decem stetit aetates.

(1) Ut missum faciam Diodorum siculum qui lib. XIV. cap. 93. narrat Veios oppugnatos a Romanis undecim annis; Livius quidem V. 22, Florus I. 12, Plutarchus in *Camillo* cap. 7, Victor *de viris illustribus* cap. 23, Augustinus *de civ. D.* III. 17. dicunt decennem Veiorum obsidionem: qui ne discrepent a Dionysio nostro, illud moneo, Veiorum obsidionem passim apud scriptores troiano decennio comparari: qua comparatione conciliatur cum aliis auctoribus Dionysius. Quippe apud Homerum *iliad.* II. 328-329 Calchas ait Graecos novem annis circa Troiam bellaturos, decimo denique eamdem capturos. Nunc etiam Dionysius ita loquitur, ut Veios novem annis restitisse, decimo denique esse captos intelligamus.

(2) Plutarchus quoque in *Camillo* cap. 2 Veios et armis et militum numero non inferiores romanae urbi scribit. Livius immo V. 24 Veios urbi Romae vel situ vel magnificentia publicorum privatorumque tectorum ac locorum antelatos narrat.

(3) Confer Homerum odyss. V. 469; Herodot. II. 27; Aristot. probl. XXIII ff. 16; Plinium hist. XVIII. sect. 7.

(4) Veiorum situs, cuius memoria propemodum interierat, his annis denique detectus fuit; ex eoque permulta laborati inscriptique marmoris rudera Romam comportata fuerunt, ut vaticanum museum augeant.

Digitized by Google

Ἰταλίαν, θῦσαι προαιρούμενον ὅτῳ δή τινι θεῶν (a), μὴ τὴν εὐχὴν μέλλοντα τὴν παρασκευασμένην πρὸς τὴν θυσίαν ἱερεῖα κατάρχεσθαι, τῶν Ἀχαιῶν (b) ἰδεῖν τινα πρόσωθεν ἐρχόμενον, εἴτε Ὀδυσέα, ὅτε τῷ περὶ τὸ Ἄορνον μαντείῳ χρῆσθαι ἔμελλεν, εἴτε Διομήδην, ἡνίκα Δαύνῳ σύμμαχος ἀφίκετο· ἀχθόμενον δὲ τῷ συγκυρήματι, καὶ πολεμίαν ὄψιν ἐφ' ἱεροῖς φανεῖσαν ὡς πονηρὸν οἰωνὸν ἀφοσιώσασθαι βουλόμενον, ἐγκαλύψασθαί τε καὶ σφαῦναι· μετὰ δὲ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ πολεμίου, χερνιψάμενον αὖθις, ἐπιτελέσαι τὴν θυσίαν· γενομένων δὲ τῶν ἱερῶν κρειττόνων, ἥσθῆναί τε τῷ συγκυρήματι καὶ φυλάττειν ἐπὶ πάσης εὐχῆς τὸ αὐτὸ ἔθος· τούς τε ἀπ' ἐκείνου γεγονότας ὡς ἔν τι τῶν περὶ τὰς ἱερουργίας νομίμων καὶ τοῦτο διατηρεῖν(1). Ἐπόμενον δὲ τοῖς πατρίοις (c) ὁ Κάμιλλος νόμοις, ἐπειδὴ τὴν εὐχὴν ἐποιήσατο, καὶ κατὰ κεφαλῆς εἵλκυσε τὸ ἱμάτιον (2), ἐβούλετο μὲν σφαῦναι· τῆς δὲ βάσεως ὑπενεχθείσης οὐ δυνηθεὶς ἀναλαβεῖν αὐτὸν, ὕπτιος ἐπὶ τὴν γῆν φέρεται· τοῦτον τὸν οἰωνὸν οὔτε μαντείας οὔτε ἐνδοιασμοῦ δέόμενον, ἀλλὰ καὶ τῷ φαυλοτάτῳ ῥᾴδιον ὄντα συμβαλεῖν, ὅτι (d) πεσεῖν αὐτῷ πᾶσα ἀνάγκη πτῶμα ἄσχημον, οὔτε φυλακῆς οὔτε ἀφοσιώσεως ἄξιον ὑπέλα-

appulisset, sacrificare nescio cui deo instituisse: quumque precibus persolutis paratam sacrificio victimam esset immoluturus, vidisse Graecorum quemdam procul venientem (sive Ulyxem quum is ad Avernum oracula peteret, sive Diomedem cum suppetias Dauno tulit.) Tunc Aeneam cum fortuitum eventum moleste ferentem, inimicumque visum inter sacra oblatum, uti malum augurium, averruncare volentem, velasse faciem seque avertisse. Mox erepto oculis hoste, lotis rursus manibus, perfecisse sacrificium. Quumque exta meliora apparuissent, gavisum esse illo casu, eundemque deinceps morem in omni veneratione usurpavisse: tum et eius posteros, tamquam legitimo quodam, in sacris ea consuetudine perpetuo usos esse. Quare et Camillus patriis ritibus obtemperans post supplicationem adducta in caput veste volebat se convertere: verum sublapso scabello, quum semet recipere omnino non valuisset, supinus humi decidit. Id omen quod neque divinatione egebat neque ambiguum prorsus erat, sed vel stultissimo cuique coniectatu perfacile, necessarium videlicet et turpem casum portendi, ipse nihili fecit, nullaque observatione vel expiatione dignum existimavit: immo ad signum sibi faustum retulit, veluti si dii

(a) Col. x unus habet θεῷ. (b) Codices *ἑρκαίων*. (c) Codd. πατριείοις. (d) Codd. οὔτε.

(1) Ritum sacrificandi velato capite ab Aenea Italis traditum narrant etiam Virgilius *aen.* III. 407. cum Servio; Gavius Bassus apud Macrobium *saturn.* III. 6; Marcus Octavius apud Aurelium Victorem *orig. G. R.* cap. 12; Festus voc. *Saturnia* et Plutarchus *quaest. rom.* ed. Reisk. *tom.* VII. p. 80. Tum Ulyxem occurrisse Aenae sacrificanti opinantur Victor et Festus locis citatis, nec non Tzetzes ad Lycophronem V. 1242. Diomedem contra Solinus cap. 2, Plutarchus et Servius locis citatis. Ritum item Romanorum semet circumagendi in sacrificiis perdocte exponit Brissonius *de formulis* lib. I. p. 41. ad quem lectores ablego. Denique de conversione Camilli conferantur loci similes Livii V. 21. et Plutarchi in *Camillo* cap. 5.

(2) Nihil de velato Camillo Livius, uti ne de Aenea quidem, quod ego meminerim.

Digitized by Google

βεν· ἀλλ' ἐπὶ τὸ κεχαρισμένον ἑαυτῷ μετήνεγκεν, ὡς ὑπαληκοότων (a) αὐτῇ τῇ εὐχαῖς τῶν θεῶν, καὶ τὸ κακὸν ἐλάχιστον παρεσκευακότων γενέσθαι.

XVI. Καμίλλᾳ τῇ Φαλίσκων πόλιν πολιορκοῦντι, Φαλερίων τις, εἴτ' ἀπεγνωκὼς τὴν πόλιν, εἴτε κέρδη θηρώμενος ἰδίᾳ, παῖδας ἐκ τῶν ἐπιφανεστάτων οἴκων διδαχρυσάμενος (ἦν δὲ διδάσκαλος γραμμάτων) ἐξήγαγε ἐκ τῆς πόλεως, ὡς περιπατήσοντάς τε πρὸ τῶν τείχων καὶ τὸ ῥωμαϊκὸν στρατόπεδον θεασομένους· ὑπαγόμενος δὲ καὶ μικρὸν αὐτοῦ προστωτέρω τῆς πόλεως, ἐπὶ φυλακτήριον ῥωμαϊκὸν ἄγει, καὶ τοῖς ἐπιδρομοῦσι διδασκάλοις, ὑφ' ὧν ἀχθεὶς ἐπὶ τὸν Κάμιλλον ἔφη· βεβουλεῦσθαι μὲν ἔτι πάλαι τὴν πόλιν ὑπὸ Ῥωμαίων ποιῆσαι· οὐδενὸς δὲ κύριος ὤν, οὔτε ἄκρας οὔτε πυλῶν οὔθ' ὅπλων, τοῦτον ἐξευρηκέναι τὸν τρόπον, ὑποχειρίους ποιῆσαι τοὺς υἱεῖς τῶν εὐγενεστάτων, ἄφυκτον ἀνάγκην ὑπολαβὼν τοὺς πατέρας καταλήψεσθαι, καὶ σωτηρίας τῶν τέκνων θεραπεύσειν, τάχιον δώσοῦναι Ῥωμαίοις (b) τὴν πόλιν· ὁ μὲν δὴ ταῦτ' ἔλεγε, πολλὰς ἐλπίδας ἔχων θαυμασίους (c) τινας ἐξοίσεσθαι μισθοὺς καὶ προδοσίας. Ὁ δὲ Κάμιλλος εἰς φυλακὴν δόντας (d) τὸν γραμματιστὴν καὶ τοὺς παῖδας, διπλασίαν τῆς ἐκείνῃ ἡλικίᾳ γραμμάτων τὰ γενόμενα, καὶ τί χρὴ ποιεῖν ἤρετο (1)· ἐπιβρέψαντος δ' αὐτῷ τῆς συνεδρίας πράττειν ὅ τι ἂν αὐτῷ φαίνηται κράτιστον (2), προαγαγὼν ἐκ τῆς στρατοπέδου τὸν γραμματιστὴν ἅμα τοῖς παισὶ, καὶ οὐ μακρὰν ἀπὸ τῶν πυλῶν τὸ στρατηγικὸν βῆμα προστάξας τεθῆναι, πολλοῦ συνδραμόντος ὄχλου, τῶν μὲν ἐπὶ τὰ τείχη, τῶν δὲ ἐπὶ τὰς πύλας, πρῶτον

U. C. an. 360.

suis precibus annuissent, atque ut quam minima calamitas sibi accideret curavissent.

16. Faliscorum urbem obsidente Camillo, quidam sive de salute Faleriorum desperans sive lucri studiosus privati, principum familiarum pueros, quos ipse instituebat in litteris, dolo instructo eduxit urbe, deambulandi specie ante moenia et romana castra spectandi. Tum paulatim protractos longius ab urbe ad custodiam romanam provexit atque accurrentibus tradidit. A quibus ad Camillum ductus, ait: se iampridem molitum esse urbem imperio Romanorum subiungere: verum quum nihil esset in sua potestate, neque arx nimirum neque portae neque arma, hanc demum excogitavisse rationem, ut filios scilicet optimatium traderet; quia summam necessitatem putabat se parentibus impositurum, quo de salute puerorum solliciti quantocius urbem dederent. Haec ille aiebat grandi spe concepta, miram se proditionis mercedem accepturum. Camillus traditis in custodiam ludimagistro et pueris, scribit ad senatum ea quae evenerant, rogatque quid consilii capiendum videretur. Senatu eius arbitrio rem permittente, ipse educto extra castra ludimagistro cum pueris, positoque non procul a portis tribunali, ingenti turba ad moenia et portas con-

(a) Codd. ὑπ' ἀκροάτων. Sed mihi vocabulum videbatur omnino coniungendum. (b) In codice uno omittitur Ῥωμαίοις. (c) Codex uterque θαυμαστάς. (d) Codex unus παραδιδούς.

(1) Id longe credibilius scribitur a Dionysio, quam speciosum Camilli responsum a Livio V. 27. (2) Valerius Max. VI. 5. 1. ait a senatu dequi multa eiusmodi ex rhetorum pompa confingere solet. cretam ludimagistri poenam.

μὲν ἐδήλωσε τοῖς Φαλίσκοις οἷα ὁ γραμματιστὴς εἰς αὐτοὺς ἐτόλμησε φαρμακεύειν· ἔπειτα ἐξεκαταῤῥῆξαι τὴν ἐσθῆτα τοῦ ἀνδρὸς ἐκέλευσε τοῖς ὑπηρέταις, καὶ ξαίνειν τὸ σῶμα μάστιξι πάνυ πολλαῖς· ὡς δ' ταύτης ἄλις εἶχε τῆς τιμωρίας, ῥάβδους τοῖς παισὶν ἀνδοὺς, ἀπάγειν αὐτὸν ἐκέλευσεν εἰς τὴν πόλιν δεδεμένον τὼ χεῖρε ὀπίσω, παίοντας τε καὶ πάντα τρόπον αἰκιζομένους· κομισάμενοι δὲ οὖν παῖδας οἱ Φαλίσκοι, καὶ τὴν γραμματιστὴν ἀξίως τῆς κακῆς διανοίας τιμωρησάμενοι, παρέδοσαν τῷ Καμίλλῳ τὴν πόλιν.

XVII. Ὁ αὐτὸς Κάμιλλος, ὅτε τὴν Οὐιεντανῶν πόλιν στρατεύων, ηὔξατο τῇ βασιλείᾳ Ἥρᾳ τῇ ἐν Οὐιεντανοῖς, ἐὰν κρατήσῃ τῆς πόλεως, τό τε ξόανον αὐτῆς ἐν Ῥώμῃ καθιδρύσειν, καὶ σεβασμοὺς αὐτῇ κατασήσασθαι πολυτελεῖς· ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως, ἀπέστειλε τῶν ἱππέων τοὺς ὀφθαλμοῦ ἀρίστους ἐκ τῶν βάθρων τὸ ἕδος· ὡς δὲ παρῆλθον οἱ πεμφθέντες εἰς τὸν νεὼν, καί τις ἐξ αὐτῶν, εἴτε μετὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος, εἴτε οἰωνοῦ δέομενος, εἰ βούλοιτο μετελθεῖν εἰς Ῥώμην ἡ θεός, ἤρετο; φωνῇ γεγωνῷ (a) τὸ ξόανον ἐφθέγξατο ὅτι βούλεται· τοῦτο καὶ δὶς γέγονεν· ἀπιστοῦντες γὰρ οἱ νεανίσκοι, εἰ τὸ ξόανον ἦν τὸ φθεγξάμενον, πάλιν ἤροντο τὸ αὐτὸ, καὶ τὴν αὐτὴν φωνὴν ἤκουσαν (1).

U. C. a. 361. XVIII. Ἐν δὲ τῇ ἀρχῇ τῶν μετὰ τὴν Κάμιλλον ὑπάτων (2) νόσος ἐν Ῥώμῃ

fluente, in primis declaravit Faliscis ludimagistri facinus: mox servis imperavit vestem homini detraherent, in eumque plurimis verberibus animadverterent. Ubi satis eius poenae visum est, virgas pueris tradidit, ipsosque iussit eumdem in urbem agere, manibus post tergum religatis, caedentes exquisitisque modis cruciantes. Tum Falisci, receptis pueris, et ludimagistro pro scelesti consilii dignitate punito, urbem Camillo tradiderunt.

17. Idem Camillus inter Veiorum oppugnationem voverat reginae Iunoni Veientium, si urbem caperet, se eius statuam Romae dedicaturum, eidemque plurimum cultus curaturum. Urbe potitus equites nobilissimos misit, qui signum e basi tollerent. In templum quum missi venissent, et quidam ex iis, sive ioci et risus gratia sive ominis petendi, num Romam migrare vellet deam rogasset, clara voce dea se velle testata est, idque bis accidit. Iuvenibus enim incredibile visum erat statuam esse locutam: quare interrogatione repetita, eamdem vocem rursus audierunt.

18. Sub consulum magistratu, qui Camillo successerunt, morbus pestilens

(a) Codex unus tantum φωνῇ γε. Codex alter videtur habere potius γεγωνῷ quam γεγωνῇ. Usus est vocabulo γεγωνῷ Dionysius in simili prodigio narrando VIII. 56.

(1) Veii capti sunt anno urbis CCCLVIII, eodemque tempore etiam Iunonis statua Romam translata est, uti satis innuit mox Dionysius, nec non Livius V. 22. Sed enim hoc loco res narratur post Faliscorum bellum, quia aedes Iunonis, quam Camillus dictator bello veienti voverat, ab eodem dedicata est Potito et Manilio consulibus, hoc est anno urbis CCCLXII. Dionysius igitur ne bis, quod fecit Livius V. 22. et 31, de Iunone veientana loqueretur, narrationem totam in hunc annum distulit.

(2) Videtur hoc loco satis aperte innui Camilli consulatus. Reapse et Valerius Maximus VI. 5. 1. ait *Camillo consule Falerios circumsedente* etc. tum narrat ludimagistri Faliscorum facinus. Fuisset igitur Camillus consul anno urbis CCCLX. Consul di-

Digitized by Google

κατέσκηψε λοιμικὴ, τὴν ἀρχὴν ἀπό τε ἀνομβρίας καὶ αὐχμῶν λαβοῦσα ἰσχυρῶν (1), ἀφ' ὧν κακωθεῖσα ἥ τε δενδρῖτις (a) καὶ ἡ σιτοφόρος, ὀλίγους μὲν ἀνθρώποις καρποὺς ἐξήνεγκε καὶ νοσεροὺς, ὀλίγην δὲ καὶ πονηρὰν (b) βοσκήμασι νομήν· προβάτων (c) μὲν οὖν (d) καὶ τῶν ἄλλων ὑποζυγίων ἀναρίθμητόν τι διεφθάρη πλῆθος, οὐ χιλοῦ σπανισάμενον (e) μόνον ἀλλὰ καὶ ποτοῦ· τοσαύτη τε ποταμίων καὶ τῶν ἄλλων νομάτων ἐπέλειψις (f) ἐγένετο, ἡνίκα μάλιστα κάμνει πάντα δίψει τὰ βιοτά· ἄνθρωποι δὲ ὀλίγοι μέν τινες διεφθάρησαν, ἃς οὔπω πρότερον ἐπείρασαν προσενεγκάμενοι ξοφάς· οἱ δὲ λοιποὶ μικροῦ πάντες εἰς νόσους δεινὰς κατέπεσον, ἀρχομένας μὲν ἀπὸ μικρῶν ἐξανθημάτων ἃ δὴ καὶ ἔξωθεν ἕρπητας ἀνίσατο, κατασκηπτήσας δ' εἰς ἕλκη μεγάλα φαγεδαίναις ὅμοια, πονηρὰν μὲν ὄψιν, δεινὴν δὲ ἀλγηδόνα παρέχοντα· ἦν δὲ οὐθὲν ἴαμα δι' ἀβιωσύνιας τοῖς κάμνουσιν, ὅ τι μὴ κνησμοὶ καὶ σπασμοὶ συνεχεῖς, λωβώμενοι τοῖς ἕρπησι μέχρι γυμνώσεως ὀστέων.

XVIIII. Μετ' οὐ πολὺ δὲ οἱ δήμαρχοι, Καμίλλῳ φθονήσαντες, ἐκκλησίαν κατ' αὐτοῦ συνήγαγον, καὶ ἐζημίωσαν αὐτὸν δέκα μυριάσιν (2)· οὐκ ἀγ- U. C. an. 363.

Romam corripuit a siccitate et caloribus ortus, quibus arbores et agri male habiti paucos et noxios hominibus fructus tulerunt, exiguum item malumque bestiis pabulum. Oves igitur atque iumenta innumera perierunt, non escae solum sed et potus penuriâ: adeo rivi et reliquae scatebrae exaruerant, quo tempore pecora universa siti laborant. Homines pauci absumpti sunt, qui insueta alimenta gustaverant: reliqui paene omnes in graves morbos inciderunt, quorum initia fuere tenues papulae in summa cute erumpentes, mox in ulcera grandia desinentes, gangraenis similia, deformia visu, cum maximis doloribus. Erat autem nullum laborantibus remedium, immo vero erant pruritus et lacerationes continuae, quibus cutis usque ad ossa nudanda vitiabatur.

19. Neque diu post tribuni Camillo invidentes concionem in eum conflaverunt, eumdemque decem millibus gravis aeris damnaverunt: non inscii quidem

(a) Codex unus habet δενδρίτης. Sed δενδρῖτις Dionysius etiam lib. I. 37. (b) Codd. habent πουκράν. Malui autem scribere πονηράν, quam πικράν. (c) Codex unus habet πράβατα. (d) Οὖν abest ab uno codice. (e) Codd. σπανισάμενος. (f) Codd. ἔπιλειψις.

citur Camillus etiam apud Syncellum ed. Paris p. 253. Appianus item in fragmento libri, qui *Celticus* inscribitur, ait Camillum post captam urbem creatum consulem a Romanis qui Veios confugerant. Sed enim ipse se corrigit Appianus lib. *de regibus* ·P·R· cum dicit Camillum eo tempore factum dictatorem. Et quidem merito obstat Livius, qui V. 29. ad annum CCCLXI. narrat creatos post annum quintum decimum consules ·L· Lucretium Flavum et ·Ser· Sulpicium Camerinum. Praeter quam quod Plutarchus diserte negat consulem fuisse Camillum. Igitur et hoc adhibenda est explicatio, qua usus est Vorstius ad Valerium Maximum, nempe intelligendus tribunatus Camilli consulari potestate, qualem ipse revera gerebat anno urbis CCCLX Falerios obsidens.

(1) Hanc pestilentiam dicit item Livius V. 31. ex siccitate caloribusque nimiis ortam in agro romano; sed uno anno post, ut videtur, nempe Potito et Manlio consulibus.

(2) Fortasse supplendum ἀσσαρίων, quod vocabulum deest in codicibus; sed eo utitur Dionysius lib. X. 49. (Recole superius cap. V. p. 468. n. 2.) Ceterum et Appianus in fragmento libri *de regibus* ·P·R·, numero contentus, rem ipsam subaudit. Discrepant autem auctores in describenda Camilli multa. Livius enim V. 32. dicit eam fuisse XV. millia gravis aeris: ita Plutarchus in *Camillo* cap. 13. τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων, quibus verbis utitur etiam Zonaras VII. 22. At Appianus loco nuper citato rem immaniter auget scribens πεντήκοντα μυριάσιν. Solum autem vertit Camillus anno urbis CCCLXIII.

Digitized by Google

νοοῦντες ὅτι πολλοστόν τι μέρος ὁ βίος ἦν αὐτῷ τῶν κατακρίματος, ἀλλ' ἵν' ἀπαχθεὶς εἰς τὸ δεσμοτήριον ὑπὸ τῶν δημάρχων ἀσχημονήσῃ ὁ σὺν δόξῃ φανεσάτες κατορθώσας πολέμους· τὸ μὲν οὖν (a) ἀργύριον οἱ πελάται τε καὶ συγγενεῖς αὐτοῦ συνεισενέγκαντες ἐκ τῶν ἰδίων χρημάτων ἀπέλυσαν, ὥστε μηδεμιᾶς παραθῆναι ὕβρεως· ὁ δ' ἀνὴρ ἀφόρητον ἡγούμενος τὸν προπηλακισμὸν, ἐκχωρεῖν ἔγνω τῆς πόλεως. Γενόμενος δὲ πλησίον τῆς πυλῶν καὶ τοὺς παρόντας ἀσπασάμενος ὀλοφυρομένους καὶ δακρύοντας, οἷα εἰκὸς ἦν γίνεσθαι μέλλοντος ἀνδρὸς, πολλὰ κατὰ τῆς παρειῶν ἀφεὶς δάκρυα, καὶ τὴν κατασχοῦσαν αὐτὸν ἀσχημοσύνην ἀνακλαυσάμενος, εἶπεν· ὦ θεοὶ καὶ δαίμονες, ἔφοροι τῆς ἀνθρωπίνων ἔργων, ὑμᾶς ἀξιῶ δικασὰς γενέσθαί μοι τῶν τε πρὸς τὴν πατρίδα πολιτευμάτων, καὶ παντὸς τοῦ παρεληλυθότος βίου· ἴσως δ' ἐὰν μὲν ἴσχον εὑρητέ με (b) ταῖς αἰτίαις ἐφ' αἷς ὁ δῆμος κατεψηφίσατό μου, πονηρὰν καὶ ἀσχήμονα τελευτὴν δοῦναί τοῦ βίου· ἐὰν δ' ἐν ἅπασιν, οἷς ὑπεύθυνον ὑπὸ τῆς πατρίδος ἐν εἰρήνῃ τε καὶ πολέμου, εὐσεβῆ καὶ δίκαιον καὶ πάσης ἀσχήμονος ὑποψίας καθαρὸν, τιμωροὺς γενέσθαί μοι, τοιούτους ἐπισήσαντας τοῖς ἀδικηκόσι κινδύνους καὶ φόβους, οὓς ἀναγκασθήσονται, μηδεμίαν ἄλλην ἐλπίδα σωτηρίας ὁρῶντες, ἐπ' ἐμὲ καταφυγεῖν· ταῦτ' εἰπὼν εἰς πόλιν Ἀρδέαν ᾤχετο.

XX. Ἐπήκουσαν ἢ αὐτοῦ ταῖς εὐχαῖς οἱ θεοί· καὶ ὑπὸ Κελτῶν μετ' μικρὸν ἡ πόλις ἑάλω (1), πλὴν τοῦ Καπιτωλίου· καταφυγόντων δ' ἐν αὐτῷ τῶν ἐπιφανεστάτων, τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος ἐν ταῖς Ἰταλικαῖς φεῦγον διεσπάρη πόλεσι,

longe minores opes ea multa illi adesse, verum ut actus in carcerem a tribunis ignominia notaretur is qui clarissima bella optime administraverat. Quamvis autem pecuniam propinqui et necessarii e suis opibus congestam solvebant, ne Camillus opprobrium pateretur; is tamen intolerabilem sui contemptum reputans, excedendum urbe censuit. Progressus igitur ad portam, complexusque qui aderant gementes flentesque ob tanti viri desiderium, multa ipse quoque lacrymarum vi genas humectans, inflictamque ignominiam deplorans, ait: o dii geniique humanorum operum scrutatores, vos oro iudices mihi fiatis meisque in rempublicam meritis et actae vitae universae. Tum siquidem me eorum criminum reum, quorum me populus damnavit, deprehenderitis, malum mihi et foedum vitae exitum detis: sin in omnibus, quae mihi a patria concredita fuerunt domi militiaeque, pium iustumque atque omni turpi suspicione purum; vindices mihi sitis, eaque his improbis pericula confletis atque timores, ut cogantur, reliqua omni spe salutis erepta, ad me confugere. His dictis in urbem Ardeam secessit.

20. Votis eius dii annuerunt: namque a Gallis paulo post urbs capta est, praeter Capitolium. In hoc quum se nobilissimi quique conclusissent (reliquum enim vulgus per italicas urbes dissipatum est) et a Gallis obsiderentur; pars

(a) Οὖν abest ab uno codice (b) Codd. *pcl.*

(1) Nempe uno anno post. Nam Camillus exulavit anno CCCLXIII; Romam vero a Gallis captam fuisse anno CCCLXIIII, notissimum in fastis est.

Digitized by Google

καὶ πολιορκουμένων ὑπὸ Κελτῶν, οἱ τὴν Οὐιεντανῶν πόλιν καταφυγόντες Ῥωμαῖοι Καιδίκιόν (a) τινα στρατοπεδάρχην ποιοῦσιν· ὁ δὲ Κάμιλλον ἀποδείκνυσι (b), καὶ ταῦτα ἀπόντα, ἡγεμόνα πολέμου καὶ εἰρήνης ἐξουσίαν ἔχειν αὐτοκράτορα· καὶ γενόμενος ἡγεμὼν τῆς πρεσβείας παρεκάλει Κάμιλλον διαλλαγῆναι πρὸς τὴν πατρίδα, τὰς συμφορὰς, ἐν αἷς ἦν, ὑποκογισάμενον, δι' ἃς ὑπέμεινεν ὅτι τὴν ὑβρισθέντα ὑφ' ἑαυτῆς καταφυγεῖν· ὑποτυχὼν ὁ Κάμιλλος εἶπεν· οὐ δέομαι τῆς κλήσεως, ὦ Καιδίκιε· αὐτὸς γὰρ, εἰ μὴ θᾶττον ὑμεῖς ἀφίκεσθε, κοινωνεῖν με ἤδη πραγμάτων ἀξιοῦντες, ἕτοιμος ἦν ταύτην ἄγων τὴν δύναμιν ἣν παροῦσαν ὁρᾶτε μοι (1), πρὸς ὑμᾶς ἥκειν· ὑμῖν δ', ὦ θεοὶ τε καὶ δαίμονες, ὅσοι τὰ ἀνθρώπινον ἐποπτεύετε βίον, ὧν τε ἤδη τετιμήκατέ μοι πολλὴν οἶδα χάριν, καὶ εἰς τὰ μελλόντων εὔχομαι καλὴν καὶ εὐτυχῆ τὴν πατρίδι γενέσθαι τὴν ἐμὴν κάθοδον· εἰ δ' ἐνῆν ἀνθρώπῳ τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι προιδεῖν, οὐδέποτ' ἂν πυθόμην ἐς τοιαύτας ἐλθοῦσαν τύχας τὴν πατρίδα δεηθῆναί μου· μυριάκις δ' ἂν εἱλόμην ἄζηλον γηρέσθαι μοι καὶ ἄτιμον τὸν μὴ ταῦτα βίον, ἢ βαρβάρων ἀνθρώπων ὠμότητι γηρομένην τὴν Ῥώμην ὑποχείριον ἐπιδεῖν, καὶ ἐν ἐμοὶ μόνῳ τὰς λοιπὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχουσαν (2)· ταῦτα εἰπὼν, καὶ τὰς δυνάμεις παραλαβὼν, ἅφνω τε τοῖς Κελτοῖς ἐπιφανεὶς, εἰς φυγὴν αὐτοὺς τρέπει·

Romanorum, qui in urbem veientanam confugerant, Caedicium quemdam imperatorem faciunt. Hic autem Camillum absentem belli pacisque arbitrum creat et dictatorem. Atque ipse legationis dux factus Camillum rogabat, ut cum patria in gratiam rediret, ratione habita calamitatum, quibus ipsa cogebatur viri, quem nuper iniuria adfecerat, opem implorare. Ad haec Camillus ait: non egeo precibus, o Caedici; ipse enim, nisi statim vos venissetis curam mihi rerum impertituri, decreveram cum his copiis quas mihi adesse videtis, ad vos accedere. Et vobis utique, dii et genii, quotquot hominum vitam observatis, pro iis quae hactenus mihi tribuistis, gratiam habeo, atque in futurum ut felix faustusque meus reditus sit, oro. Quod si homini datum esset ea quae ventura sunt praevidere, haud ego sane vos rogassem ut patria mea tantis malis implicita mihi supplex fieret. Multo enim mallem obscuram et inhonoram vitam deinceps agere, quam barbarorum hominum crudelitate oppressam Romam videre, atque in me uno spem residuam salutis reponentem. His dictis receptisque copiis, derepente Gallis se conspiciendum dans, in fugam eos ver-

(a) In codice uno scriptum erat Καιδίκιον cum diphthongo, sicuti est latine apud Livium; sed deinde perperam factum Καιδίκιον, uti est in alio codice. Hic autem videtur ille ipse Caedicius quem Livius V. 32. ait audivisse divinam vocem monentem, *Gallos adventare*. (b) Ita unus codex. Ast alter habet: τὸν δὲ Κάμιλλον καὶ τοῦτον ἀποδείκνυσι· *simulque Camillum creant* etc.; ita ut plebs romana, non Caedicius, Camillum fecerit dictatorem. Atqui si hunc sensum lectionemque sequimur, sequens periodus caret nominativo; ideoque post γενόμενος scribendum esset Καιδίκιος.

(1) Nimirum Camillus, antequam Caedicius ad eum veniret, Ardeatium manum collegerat, immo et Gallos in ardeatino agro palantes male mulcaverat, uti narrat Livius V. 43-45.

(2) Confer locum plane similem Appiani in fragmento libri qui inscribitur *Celticus*.

καὶ ἐμπεσὼν ἀσπαράκτοις τε καὶ τεταραγμένοις, δίκην προβάτων κατέσφαξεν.

XXI. Ἔτι δ' οὖν πολιορκουμένων τῶν ἐν Καπιτωλίῳ καταφυγόντων, νέος τις ἀπὸ τῶν Οὐιεντανῶν πόλεως ὑπὸ Ῥωμαίων πεμφθεὶς εἰς οὗτοι ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ λαθὼν οὓς αὐτόθι φυλάσσοντας Κελτοὺς, ἀνῆλθε τε, καὶ εἰπὼν ὅσα ἔδει, πάλιν ὑπὸ νύκτα ἀπηλλάγη (1)· ὡς δὲ ἡμέρα ἐγένετο, τῶν Κελτῶν τις ἰδὼν τὰ ἴχνη, λέγει πρὸς τὸν βασιλέα (2)· ὁ δὲ συγκαλέσας οὓς ἀνδρειοτάτους, ἐδήλωσεν αὐτοῖς τὸν τῶν Ῥωμαίων ἄνοδον· ἔπειτ' αὐτοὺς ἠξίου τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ θαρσοῦντας τόλμαν, πειρᾶσθαι δὲ ἐπὶ τὸ φρούριον ἀναβάσεως, πολλὰς ὑπισχνούμενος τοῖς ἀναβᾶσι δωρεάς· ὁμολογησάντων δὲ συχνῶν παρήγγειλε τοῖς φύλαξιν ἡσυχίαν ἄγειν, ἵνα (1) καθεύδειν αὐτοὺς ὑπολαβόντες οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ αὐτοὶ πρὸς ὕπνον τράπωνται· ἤδη δὲ τῶν πρώτων ἀναβεβηκότων καὶ τοὺς ὑστερίζοντας ἀναδεχομένων, ἵνα πλείους γένωνται, τότε ἀποφάξωσι τοὺς ἐν τῇ φυλακαῖς καὶ καταλάβωνται τὸ ἕρυμα, ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς ἔμαθεν· ἱεροὶ δέ τινες Ἥρας χῆνες ἐν τῷ τεμένει τρεφόμενοι, καὶ βοῶντες ἅμα καὶ τοῖς βαρβάροις ὁμόσε χωροῦντες, κατήγοροι γίνονται τοῦ κακοῦ· ἐκ δὲ τούτου ταραχή τε καὶ κραυγὴ καὶ ὁ δρόμος ἁπάντων ἦν, θορυβαλούντων ἀλλήλους ἐπὶ τὰ ὅπλα· καὶ οἱ Κελτοὶ πλείους ἤδη γεγονότες ἐχώρουν εὐθυτέρω.

XXII. Ἐνθάδέ τις τῶν ἐσχηκότων τὸν ὕπατον ἀρχὴν, Μάρκος Μάλλιος (3), ἁρπάσας τὰ ὅπλα καὶ συστὰς τοῖς βαρβάροις, τόν τε πρῶτον ἀναβάντα, καὶ δὴ κεφαλῆς αὐτοῦ τὸ ξίφος φέροντα φθάσας, παίει καὶ τοῦ βραχίονος,

tit; dispersosque ac perturbatos adortus, ritu pecudum occidit.

21. Verum quum adhuc obsidione premerentur ii qui in Capitolium confugerant, adulescens missus ex urbe Veientium a Romanis ad eos qui in Capitolio versabantur, clam custodibus Gallis illuc evasit: dictisque quae opus erat, rursus sub noctem digressus est. Ubi illuxit, Gallus quidam observatis vestigiis regem admonuit, qui audacissimis suis convocatis ostendebat Romani adscensum: tum eos hortabatur, ut eadem confidentia utentes in arcem connitterentur, adscensurisque ingentia dona spondebat. Id recipientibus multis, iussit custodes quietem agere, quo Romani eos dormire putarent, seque item ipsi somno traderent. Ergo iam primis adscendentibus subsequentesque ad se recipientibus, ut quum plures essent, excubias invaderent, iisque caesis arcem occuparent; nemo adhuc hominum mentem adverterat. Sacri vero Iunoni anseres, qui in templo alebantur, edito simul clangore factoque impetu in barbaros, periculi indicium fecere. Tum trepidare Romani, clamare omnes et discursare, invicemque ad arma cohortari. Iamque Galli mediocri manu coacta interius irrumpebant.

22. Ibi quidam vir consularis Marcus Manlius, armis arreptis atque obviam barbaris factus, primum qui adscenderat, eiusque capiti gladium intendebat, praevertens, in brachio vulnerat cubitoque truncat: eumdem-

(1) Codex unus interponit καί.

(1) Livius V. 46. ait hunc hominem missum fuisse ad eliciendum senatus decretum de revocando Camillo. Confer etiam Plutarchum in *Camillo* cap. 25.

(2) Gallorum regulo nomen erat Brennus, teste Livio V. 48. et Plutarcho in *Camillo* cap. 22.

(3) Consul fuerat Manlius cum L. Valerio Potito anno urbis CCCLXII.

Digitized by Google

καὶ ἀποκόπτει τὴν ἀγκῶνα· καὶ αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ, πρὶν ἢ εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, ὀρθῷ τῷ θυρεῷ πατάξας, εἰς τὸ πρόσωπον ἀναζέπει, καὶ κείμενον ἀποσφάττει· ἔπειτα τοὺς ἄλλους τεταραγμένους ἤδη ἐλαύνων ὑπὸ πόδας, οὓς μὲν ἀπέκτεινεν, οὓς δὲ καὶ τῆς κρημνοῦ δίωκων ἐξέχεεν· ἀντὶ ταύτης εὕρατο δὲ ἀρετῆς τὴν πρέπουσαν τῷ τότε καιρῷ δωρεὰν αὐτὰ τῶν κατεχόντων τὸ Καπιτώλιον εἶναι καὶ ζέας τὴν (a) ἐφήμερον ἀνδρὸς ἑκάστῳ φορήν (b)· περὶ δὲ τὸν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τὴν φυλακὴν ἐκλιπόντων, καθ' ὃν ἀνέβησαν οἱ Κελτοί, ζητήσεως γενομένης, ὅ τι χρὴ ποιεῖν, ἡ μὲν βουλὴ θάνατον ἁπάντων κατεψηφίσατο· ὁ δὲ δῆμος ἐπιεικέστερος γενόμενος, ἑνὸς τῶν ἡγεμόνων αὐτῶν ἡρκέσθη τῇ κολάσει· ἵνα δὲ φανερὸς γένοιτο τοῖς βαρβάροις ὁ θάνατος αὐτοῦ, δεθεὶς τὰς χεῖρας ὀπίσω καὶ τοῦ κρημνοῦ βάλλεται πρὸς αὐτούς (1).

XXIII. Ἐκείνῃ δὲ τιμωρηθέντος οὐδὲν ἔτι ῥᾴθυμον ἦν τοῦ περὶ τὰς φυλακάς, ἀλλὰ πανύχιοι διετέλουν ἅπαντες ἐγρηγορότες· ὥστε οὔτε Κελτοὺς ἀποσπάντας δι' ἀπάτης ἢ κλοπῆς (2) καθέξειν τὸ φρούριον, οὔτε λύτρων δεήσειν, ἃ τοῖς βαρβάροις δόντες κομιοῦνται τὴν πόλιν· ἐπεὶ δὲ τὰ ὅρκια ἐπετέλεσαν, καὶ τὸ χρυσίον οἱ Ῥωμαῖοι κατήνεγκαν, σταθμὸς μὲν ἦν, ὃν ἔδει τοὺς Κελτοὺς λαβεῖν, ἑ καὶ ι τάλαντα (3)· τεθέντος δὲ τοῦ ζυγοῦ, πρῶτον μὲν αὐτὸ τὸ τάλαντον ὁ Κελτὸς βαρύτερον τοῦ δικαίου παρῆν φέρων· ἔπειτα, ἀγανακτούντων πρὸς τοῦτο τῶν Ῥωμαίων, τοσοῦτα ἐδέησε μερίσασθαι τὸ δίκαιον, ὥστε καὶ τὸ μάχαιραν ἅμα τεθῆναι (c), ᾧ τῷ ζωσποι ὠνεῖ-

que prius quam cominus veniret elato umbone percutiens, pronum sternit iacentemque trucidat. Deinceps et alios iam trepidantes abigens, partim mactat, partim per praeceps insecutus effundit. Huius gratia facinoris sortitus est ab incolentibus tunc Capitolium congruam tempori mercedem, vini scilicet et farris diurnum hominis victum. Deinceps instituta quaestione in eos qui custodiam deseruerant eo loco quo Galli conscenderant, senatus morte omnes damnavit. Sed populus mitiorem sententiam prae se ferens, unius e ducibus poena contentus fuit: cuius supplicium ut barbaris innotesceret, vinctis post tergum manibus, de saxo ad illos deiicitur.

23. Eo punito, nulla iam erat excubiarum desidia, sed totam noctem insomnes universi agebant. Quare Galli quod iam desperarent fraude aut insidiis praesidium capere, de pretio coeperunt agere, quo dato, Romani urbem reciperent. Foedere igitur inito, quum aurum Romani adtulissent, summa quam erant Galli accepturi XXV. talenta fuerunt. Sed posita lance primum quidem Gallus pondus iusto gravius adtulit: deinde indignantibus Romanis, adeo ab aequitate servanda abfuit, ut gladium bal-

(a) Codd. τέ. (b) Unus codex habet τροφῆς. (c) Mendose in ed. mediol. τεθεῖναι.

(1) Confer Livium V. 47.

(2) Adde etiam quod ne fame quidem Capitolium capere sperabant Galli, propter panem a Romanis extra iactum. Hoc aio ut lectores admoneam, magnopere me suspicari, fragmentum anonymum a Suida citatum voc. λιτραγεῖν pertinere ad hunc Dionysii locum vel certe ad Dionem.

(3) Livius V. 48. Valerius Max. V. 6. 8. aiunt pretium fuisse mille pondo. Ita et Plutarchus in *Camillo*, nec non Zonaras VII. 23. χιλίας λίτρας. Sed tamen Dionysii codices habent talenta XXV, quae est summa maior. Consule de re Isic *metrologica* p. 34.

Digitized by Google

λόμῳ ἐπέθηκε τοῖς ζαθμοῖς· τῷ δὲ ταμίᾳ πυνθανομένῳ, τί θέλει τοῦτ' εἶναι τὸ ἔργον; ἀπεκρίνατο τούτοις ὀνόμασιν; ὀδύνη τοῖς κεκρατημένοις· ἐπεὶ δὲ ὁ συγκείμενος ζαθμὸς οὐκ ἐξεπληροῦτο δι' τὴν τῶν Κελτοῦ πλεονεξίαν, ἀλλὰ καὶ τὸ ζίτον ἐνέδει (a) μέρος, ἀπῆσαν οἱ Ῥωμαῖοι, χρόνον εἰς συμπορισμὸν τοῦ λείποντος αἰτησάμενοι· ὑπέμειναν δὲ ταύτην τὴν ὑπερηφανίαν τῶν βαρβάρων, οὐθὲν ἐγνωκότες τῶν ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου πραττομένων ὧδε· Καιδικίου καὶ Καμίλλου, ὡς ἔφαμεν.

XXIIII. Ἡ δὲ αἰτία καὶ εἰς Ἰταλίαν τοῖς Κελτοῖς ἀφίξεως τοιάδε ἦν (1). Λυκέμων τὶς Τυῤῥηνῶν ἡγεμὼν μέλλων τελευτᾶν τὸν βίον, ἀνδρὶ πιστῷ Ἄρροντι ὄνομα, παρακατέθετο τὸν υἱὸν ἐπιτροπεύειν· τελευτήσαντος δὲ τοῦ τυῤῥηνοῦ, παραλαβὼν τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ παιδίου ὁ Ἄρρων, ἐπιμελὴς καὶ δίκαιος γέγονε καὶ πίστεως φύλαξ, καὶ εἰς ἄνδρας ἐλθόντι πᾶσαν ἀπέδωκε τῷ παιδὶ τὴν καταληφθεῖσαν (b) ὑπὸ τοῦ πατρὸς οὐσίαν· ἀνθ' ὧν οὐχ ὁμοίας ἐκομίσατο παρὰ τοῦ μειρακίου χάριτας. οὗτος γὰρ αὐτῷ γυναικὸς εὐμόρφου καὶ νέας, ἧς πάλαι τὴν κοινωνίαν ἐποιεῖτο, σώφρονος τὰ ἄλλα ἅπαντα χρόνον γενομένης, ἐρασθεὶς ὁ νεανίσκος ἅμα τῷ σώματι καὶ τὴν διάνοιαν καὶ ἀνθρώπου διέφθειρεν, καὶ (c) οὐκέτι κρύβδα ἀλλ' ἀναφανδὸν ἐζήτει αὐτῇ ὁμιλεῖσθαι· ἀχθόμενος δὲ ὁ Ἄρρων τῷ ἀσπασμῷ (d) καὶ γυναικὸς, καὶ ἐφ' οἷς ὑβρίζετο παρὰ ἀμφοτέρων δυσαρεστῶν, τιμωρίαν δὲ οὐ δυνάμενος παρ' αὐτῶν λαβεῖν, ἀποδημίαν ἐτείλατο, πρόφασιν αὐτὸς ποιησάμενος ἐμπορίαν· ἀσμένως δὲ τοῦ νεανίσκου τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτοῦ δεξαμένου, καὶ παρασχόντος ὅσων εἰς τὴν ἐμπορίαν ἐδεῖτο, πολλοὺς μὲν

theo detractum lanci addiderit: quaestorique roganti, cur id fieret, hisce disserte verbis responderit, VAE VICTIS. Quum massa adducta non esset satis ob Galli iniuriam, sed tertia pars deesset, abierunt Romani, induciis ad corradendum auri reliquum impetratis. Tulerunt autem hanc barbarorum superbiam, quia nihil eorum resciverant quae in exercitu a Caedicio et Camillo facta diximus.

24. Iam causa transitus in Italiam Gallorum haec fuit. Lucumo Etruscorum princeps morti proximus viro fideli, cui nomen Arunti, filii sui tutelam commendavit. Etrusco extincto, pueri curam gerere coepit Aruns, diligenterque et sancte fidem praestitit: pupilloque, statim ac fortiorem aetatem is attigit, universam tradidit commissam sibi ab eius parente hereditatem. Cuius beneficii haud dignam ab adulescente gratiam retulit. Erat ei pulchra et iuvencula uxor, cuius consuetudinem plurimi faciebat, praesertim quum etiam pudica eo usque fuisset. Huius amore captus adulescens corpus simul et animum feminae vitiavit: neque iam occulte sed palam cum ea versari studebat. Mulieris desiderio maerens Aruns, iniuriamque quam ab utroque patiebatur non sustinens, quum ab eis expetere poenas nequiret, peregrinationem parare coepit, causam obtendens mercaturam. Libenter eius discessui annuit adulescens,

(a) Codex unus habet ἔδει in textu, tum ἐνεδέδου in margine. (b) Videtur scribendum καταλειφθεῖσαν. V. (c) Καὶ abest a codicibus. (d) Ita codices ἀσπασμῷ. Nisi forte scribendum fuit ἁρπασμῷ pro ἁρπάγματι, explicandumque raptu.

(1) Lege Livium V. 33. seqq. qui et vetustiores alios Gallorum in Italiam transitus recenset.

Digitized by Google

ἀσκοὺς οἴνου τε καὶ ἐλαίου ταῖς ἁμάξαις ἐπιθέμενον, πολλοὺς δὲ φορμοὺς σύκων, ἦγεν εἰς τὴν Κελτικήν· οἱ δὲ Κελτοὶ οὔτε οἶνον ἀμπέλινον εἰδότες πηνικαῦτα, οὔτε ἔλαιον, οἷον αἱ παρ' ἡμῖν ἐλαῖαι φέρουσιν ἀλλ' οἴνῳ μὲν χρώμενοι κριθῆς σαπείσης ἐν ὕδατι, χιλῷ δυτώδει· ἐλαίῳ δὲ συείῳ στέατι πεπαλαιωμένῳ, τήν τε ὀσμὴν καὶ τὴν γεῦσιν ἀτόπῳ, τότε πρῶτον ἀπολαύσαντες ὧν οὔπω ἐγεύσαντο καρπῶν, θαυμασὰς ὅσας ἐφ' ἑκάστῳ ἐλάμβανον ἡδονὰς, καὶ τὴν ξένον ἠρώτων, πῶς τε γίνεται τούτων ἕκαστον, καὶ ποῦ τίσιν ἀνθρώποις; ὁ δὲ τυρρηνὸς πρὸς αὐτοὺς φησὶν, ὅτι γῆ μὲν ἐστὶν ἡ τούτους ἐκφέρουσα τοὺς καρποὺς πολλὴ καὶ ἀγαθή· νέμονται δὲ αὐτὴν ὀλίγοι τινὲς ἄνθρωποι, καὶ τὰ εἰς πόλεμον οὐδὲν ἀμείνους γυναικῶν· ὑπέθετό τε αὐτοῖς μὴ δι' ὠνῆς αὐτὰ παρ' ἑτέρων ἔτι λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκβαλόντας τοὺς τότε κυρίους, ὡς οἰκεῖα καρποῦσθαι· τούτοις δὴ τοῖς λόγοις οἱ Κελτοὶ πειθόμενοι, ἦλθον εἰς Ἰταλίαν, καὶ Τυρρηνῶν τοὺς καλουμένους Κλουσινούς, ὅθεν ἦν καὶ ὁ πείσας αὐτοὺς πολεμεῖν.

XXV. Ἀποσταλέντων δὲ πρεσβευτῶν ἐκ Ῥώμης ἐπὶ Κελτοὺς, ἐπεὶ ἤκουσεν εἰς τὴν πρεσβευόντων Κόιντου Φάβιου (a) τοὺν βαρβάρους ἐπὶ προνομὴν ἐξεληλυθέναι, συνάπτει πόλεμον αὐτοῖς, καὶ τὸν τῶν Κελτῶν ἡγεμόνα ἀναιρεῖ· ἀποστείλαντες δὲ οἱ βάρβαροι εἰς Ῥώμην ἠξίουν δοθῆναι σφίσι τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ (1) ἐκδότους, ποινὰς ὑφέξοντας τῆς ἀπωλωλότων· παρελκούσης δὲ τῆς βουλῆς τὰς ἀποκρίσεις, ἐπὶ τῷ Ῥώμῃ τὸν πόλεμον ἀναγκαίως οἱ Κελτοὶ μετήγαγον· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀκούσαντες ἐξῆσαν V. C. an. 391.

suppeditavitque quidquid mercaturae faciendae opus erat, nempe multos vini oleique utres multasque ficorum fiscinas curribus imposuit: quibus acceptis Aruns in Galliam venit. Porro Galli eo tempore neque vinum de vite noverant, neque oleum quale apud nos oleae ferunt: sed vino utebantur ex hordeo aqua macerato et avena graveolenti, proque oleo suilla arvina antiquata odore et gustu satis acerbo. Tunc igitur primum incognitis fructibus degustatis mirum quantam ex iis ceperunt voluptatem: mox et hospitem rogabant quomodo quidque fieret et apud quosnam homines. Etruscus ibi ait: regionem esse quae hos gigneret fructus amplam et optimam, habitatam a paucis hominibus qui nihilo feminis ad bellum aptiores essent: eratque eis auctor, ne pretio haec bona diutius ab alis acciperent, sed, electis dominis, ut propriis uterentur. His sermonibus commoti Galli in Italiam venerunt, atque etruscis Clusinis, unde erat is qui eos ad id impulerat, bellum intulerunt.

25. Quum ad Gallos legati Roma venissent, sensissetque unus ex iis Quintus Fabius, barbaros pabulatum exisse, manum ilico conseruit, eorumque ducem occidit. Barbari missis Romam legatis postulaverunt dedi sibi Fabium eiusque fratrem qui poenas caedis luerent. Senatu protrahente responsum, barbari necessario bellum Romam transtulerunt. Hoc audito Romani egressi sunt

(a) Codices Φάκιος; errore recentioris librarii, qui K pro B legit; quarum litterarum forma in antiquiore scriptura parum dissimilis est. Quin adeo in vaticano quoque historicorum graecorum palimpsesto p. 5. v. 3. pro Φαβίῳ scribitur Φακίῳ.

(1) Alter enim Fabius socius fuerat legationis. et Plutarchus in *Camillo* cap. 17. tres Fabios legatos Immo Livius V. 35, Victor *de viris ill.* cap. 23, narrant.

ἐκ δ' πόλεως ἄγοντες ἐκ μὲν τῆ ἐπιλέκτων τὲ κ̀ κατατεθλιμένων (a) ἐν τοῖς πολέμοις στρατιωτῶν τέτταρα τάγματα ἐντελῆ (1)· ἐκ δὲ τῆ ἄλλων πολιτῶν οὐ κατοικιδίως τὲ κ̀ σχολαίως κ̀ ἧττον ὠμιληκότας πολέμοις, πλείως ὄντας ἀριθμῷ τ̃ ἑτέρων· τούτες δὴ ξεφάμβοι οἱ Κελτοὶ, κ̀ σύμπασαν τ̀ Ῥωμὴν ἄνευ τ̃ Καπιτωλίε παρεσήσαντο.

XXVI. Ἡ δὲ Κελτικὴ κεῖται μὲν ἐν τῷ (b) πρὸς τ̀ ἑσπέραν καθήκοντι (c) δ' Εὐρώπης μέρῃ, μεταξὺ τ̃ τε βορείε πόλε κ̀ δ' ἰσημερινῆς δύσεως· τεθάγωνον δὲ οὖσα τῷ σχήματι τοῖς μὲν Ἀλπείοις ὄρεσι, μεγίστοις οὖσι τ̃ εὐρωπείων, συνάπτῃ κ̃ τὰς ἀνατολάς· τοῖς δὲ Πυρήναιοις κ̃ μεσημβρίαν τὲ κ̀ νότον ἄνεμον· τῇ δ' ἔξω στηλῶν ἡρακλείων θαλάττῃ κ̃ τὰς δύσας· τῷ δὲ σκυθικῷ τε κ̀ θρᾳκίῳ γένει κ̃ βορέαν ἄνεμον κ̀ ποταμὸν Ἴστρον, ὃς ἀπὸ τ̃ Ἀλπείων καταβαίνων ὀρῶν μέγιστον τ̃ τῇδε ποταμῶν, κ̀ πᾶσαν τ̀ ὑπὸ τοῖς ἄρκτοις ἤπειρον διελθὼν, εἰς τὸ ποντικὸν ἐξερεύγεται πέλαγος· τοσαύτη δὲ οὖσα τὸ μέγεθος, ἔστι μὴ πολὺ ἀποδεῖν τετάρτη λέγεσθαι μοῖρα δ' Εὐρώπης, εὔυδρός τε κ̀ πίειρα κ̀ καρποῖς δαψιλὴς κ̀ κτήνεσιν ἀρίστη νεμεσθαι, σχίζεται μέση ποταμῷ Ῥήνῳ, μεγίστῳ μ̃ τ̀ Ἴστρον εἶναι δοκοῦντι τ̃ κ̃ τ̀ Εὐρώπῃ ποταμῶν· καλεῖται δ' ἡ μὲν ἐπὶ τάδε τ̃

urbe cum quatuor legionibus integris delectorum militum atque veteranorum: praeterea inquilinorum et otiosorum et bello minus exercitorum maiorem aliquanto numerum adducebant. Sed enim his omnibus in fugam conversis, Galli Romam universam Capitolio excepto occupaverunt.

26. Sita est Gallia in ea Europae parte quae ad hesperias regiones pertinet inter borealem polum et aequinoctialem occasum. Est autem figura quadrata, ab oriente clausa Alpibus, europaeorum montium altissimis, a meridie Pyrenaeis et vento africo, mari oceano ab occidente, denique a septentrione scythica thraciaque gente et Istro, qui alpinis delapsus montibus fluviorum indigenarum maximus postquam universam regionem arcticam percurrit, sese in ponticum mare exonerat. Iam Gallia tanta amplitudine est, ut parum absit a quarta Europae parte; irrigua, fertilis et fructibus abundans et armentis nutriendis perquam idonea. Media scinditur flumine Rheno, quod maximum censetur post Istrum. Dicitur autem pars quae ultra Rhenum est, Scythisque et Thracibus finitima, Germania: quae videlicet a silva hercynia ad

(a) Codex unus κατεθλιμένων. Codex alter κατηθλιμένων. (b) Cod. unus τῇ. (c) Codices καθήκοντα.

(1) Τάγμα est *legio* apud Dionysium, uti constat ex eius libro VI. 42. Ait porro hoc loco Dionysius exercitum adversus Gallos ductum legionibus quatuor veteranorum, et aequali circiter novorum numero constitisse. Iam hunc vulgarem fuisse militum apud Romanos delectum ait Livius VIII. 8. his verbis: *Scribebantur quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis. Alterum tantum ex latino delectu adiiciebatur.* Atqui idem Livius V. 37. nihil praeter morem, bello Gallico instante, factum ait. Ergo Dionysius cum Livio consentit. Et quidem Livius recte loco nuper laudato miratur, contra tantum hostem nihil extraordinarii auxilii quaesitum, quandoquidem bello longe minore Aequorum Volscorum atque Sabinorum decem legiones a populo romano conscriptas narrat noster Dionysius VI. 42; quod confirmat ipse Livius II. 30.

Ῥήνε, Σκύθαις καὶ Θραξὶν ὁμοροῦσα, Γερμανία (1), καὶ μέχρι δρυμοῦ Ἑρκυνίε καὶ τῶν Ῥιπαίων ὀρῶν καθήκουσα· ἡ δ' ἐπὶ θάτερα τὰ πρὸς μεσημβρίαν βλέποντα μέχρι Πυρήνης ὄρους, ἡ τὸ γαλατικὸν (a) κόλπον ὑποδαλαμβάνουσα, Γαλατία, ἀπὸ θαλάττης ἐπώνυμος· κοινῷ δ' ὀνόματι ἡ σύμπασα πρὸς Ἑλλήνων καλεῖται Κελτική, ὡς μέν τινες φασὶν, ἀπό τινος γίγαντος Κελτοῦ αὐτόθι δυναστεύσαντος (2)· ἄλλοι δὲ ἐξ Ἡρακλέους καὶ Ἀστερόπης ἀπ' ἀτλαντίδος (b) δύο γενέσθαι μυθολογοῦσι παῖδας, Ἴβηρα καὶ Κελτὸν, οὓς θέσθαι ταῖς χώραις ὧν ἦρξαν ἀμφότεροι, τὰς ὀνομασίας ἀφ' (c) αὐτῶν (3)· οἱ δὲ ποταμὸν εἶναί τινα λέγουσι Κελτὸν, ἐκ δὲ Πυρήνης ἀναδιδόμενον, ἀφ' οὗ πρῶτον μὲν τὸ σύνεγγυς, ἔπειτα δὲ καὶ τὸ ἄλλου χώραν σὺν χρόνῳ κληθῆναι Κελτικήν (4)· φασὶ δέ τινες, ὅτι τοῖς πρώτοις Ἕλλησιν εἰς τήνδε τὴν γῆν περαιωθεῖσιν, αἱ νῆες ἀνέμῳ βιαίῳ φερόμεναι καὶ τὸ κόλπον ἔκελσαν τὸ γαλατικόν· οἱ δὲ ἄνδρες, ἐπειδὴ τῆς αἰγιαλοῦ ἐλάβοντο, Κελσικὴν ἀπὸ τοῦ συμβάντος αὐτοῖς πάθους τὴν χώραν ἐκάλεσαν, ἣν ἐκ μιᾶς ἀλλαγῆς γράμματος οἱ μεταγενέστεροι Κελτικὴν ὠνόμασαν.

XXVII. * * Ἀθήνησι μὲν ἐν τῷ γηγενοῦς Ἐρεχθέως (5) σηκῷ ἱερά τις ὑπ'

usque montes Rhiphaeos protenditur. Quae vero est in adversa parte, meridiemque spectat, atque ad Pyrenaeos montes pertingit, sinum complexa gallicum, Gallia proprie dicitur de maris nomine. Communi autem appellatione a Graecis universa dicitur Celtica, ut quidem nonnulli aiunt a gigante Celto qui ibi regnaverit: alii vero ex Hercule et Asterope atlantide duos genitos fabulantur liberos, Iberum et Celtum, qui regionibus, ubi imperitaverunt, sua nomina indiderint. Denique alii aiunt fluvium esse quemdam Celtum e Pyrenaeis labentem, a quo primum regio proxima, mox et reliquus tractus processu temporis vocitatus sit Celtica. Aiunt praeterea quidam, Graecos primum ad hanc regionem tendentes vento valido provectos appulisse naves ad sinum gallicum: viros autem terra potitos eam Celsicam appellasse; quod nomen, secundum graeci verbi etymologiam, casum illum significabat: quam posteri una littera immutata Celticam dixerunt.

27. * * Athenis in Erechthei terrigenae fano sacra quaedam a Minerva plan-

(a) Codex unus γαλικτικὸν, sed inferius γαλατικόν, uti utrubique alter codex. (b) Codices ἀντλαντίδος. (c) Codex unus ἐφ.

(1) Celticae regioni latissimos fines a graecis praesertim scriptoribus datos, eoque nomine Germaniam certe cum Gallia designatam, luculenter ostendit Cluverius *German. antiq.* lib. I. cap. 2. et seqq. ad quem lectores, ut in re satis operosa, libenter ablego.

(2) Quoniam nomine Celticae Germaniam quoque denotat Dionysius; apud Tacitum quidem (*de morib. Germ.* cap. 2.) origo et conditor Germanorum dicitur quidam terra editus, quem gigantem intelligere licet. Verum is a Tacito appellatur *Tuisto*, a Dionysio *Celtus*.

(3) Confer etymologicum magnum voc. Κελτική. Diodorus autem siculus V. 24. ait regionem prius *Celticem* dictam, a Galata filio Herculis vocitatam fuisse *Galatiam* (seu latine *Galliam*).

(4) Narbonensem praecipue provinciam, tractum videlicet meridionalem usque ad Pyrenaeos, vocitatam *Celticam* aiunt Diodorus V. 32. et Polybius III. 37. Mox et in finitimas regiones eandem appellationem propagatam existimat Strabo lib. IV. cap. I. ff. 14.

(5) Erechtheus dicitur terrigena etiam ab Herodoto VIII. 55. Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου. Iam hac narratione Dionysius Herodotum popularem suum magnopere imitatus est: quod cuique conferenti constabit.

Digitized by Google

Ἀθηνᾶς φυτευθεῖσα ἐλαία, κῆ ἡ ἔριν τὴ γενομένων αὐτῇ πρὸς Ποσειδῶνα περὶ τῆς χώρας, ἅμα τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν τῷ ἱερῷ οὖσιν ἐμπρησθεῖσα ὑπὸ τῶν βαρβάρων (1), ὅτε τὴν ἀκροπόλεως ἐκράτησαν, δευτέραν τῆς ἐμπρήσεως ἡμέραν ἔλασσον ἐκ τῆς στελέχους ἀνῆκεν ὅσον τε πηχυαῖον· δῆλον ἅπασι ποιῆσαι βουλομένων τῶν θεῶν ὅτι ταχέως ἑαυτὴν ἡ πόλις ἀναλαβοῦσα, βλαστοὺς ἀντὶ τῶν παλαιῶν ἐξοίσει νέους (2). Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ καλιά τις Ἄρεως ἱερὰ περὶ τὴν κορυφὴν ἱδρυμένη τῆς Παλατίου συγκαταφλεγεῖσα ταῖς πέριξ οἰκίαις ἕως ἐδάφους, ἀνακαθαιρομένων τῶν οἰκοπέδων ἕνεκα τῆς ἐπισκευῆς, ἐν μέσῃ τῇ περικαύστῳ σποδῷ τὸ σύμβολον τῆς συνοικισμοῦ τῆς πόλεως διέσωσεν ἀπαθὲς. ῥόπαλον ἐκ θατέρου τῶν ἄκρων ἐπίκαμπτον (b), οἷα φέρουσι βούκολοι καὶ νομεῖς καλαύροπας, οἱ δὲ λαγωβόλα καλοῦντες, ᾧ Ῥωμύλος ὀρνιθευόμενος διέγραφε τὴν οἰωνῶν τὰς χώρας (3), ὅτε τὴν πόλιν οἰκίζειν ἔμελλεν (4). * *

* Εὐζώνῳ καὶ οὐδὲν ἔξω τῶν ὅπλων φερούσῃ σχήματι. * * Κρότου καταβιαγέντος, ὡς ἐπὶ μεγίστῳ μὲν θεάματι καλλίστῳ δ' ἀκούσματι οἵ τε βεβαίως ἄποροι καὶ οἱ πλαττόμενοι τὴν εἰς τὸ παντελὲς ἀπορίαν. * *

U. C. ann. 370. XXVIII. Μάλλιος, ὁ ἀριστεύσας, ὅτε εἰς τὸ Καπιτώλιον Ῥωμαῖοι κατέφυ-

tata olea (quo tempore inter ipsam et Neptunum de attica regione contentio fuit) cum ceteris rebus, quae in eodem sacro loco erant, combusta a barbaris arcem tenentibus, altera post incendium die virgultum e stipite emisit, et quidem satis grande, instar cubiti. Diis videlicet portendentibus, urbem mox excitandam germina nova in veterum locum suffecturam. Romae item Martis aedicula in summo Palatio collocata, cum proximis domibus incendio penitus absumpta, mox quum areae aedificiorum instaurandorum causa purgarentur, in media favilla et cinere symbolum urbis restituendae incolume servavit, fustem scilicet ab altera extremitate inflexum, qualia a bubulcis et a pastoribus gestantur repanda peda, quae nonnulli graece λαγωβόλα appellant. Eo baculo Romulus omen capiens descripserat olim auguriorum regiones, quum urbis fundamenta moliretur. * *

* Expeditis militibus nihilque aliud, praeter arma, ferentibus. * * Strepitu edito, tamquam ad magnum spectacullum exquisitumque acroama, et qui reapse attoniti erant, et qui omnino se consilii inopes simulabant. * *

28. Manlius qui praeclarissimum facinus edidit quo tempore Romani in Capi-

(1) Codices παχυεῖσν. (b) Codex unus ἐπεκάμπτων. Mallem ἐπικαμές.

(1) Nempe Persis.

(2) Atheniensis oleae miraculum narrat etiam, ut dixi, Herodotus VIII. 55; et praeterea Pausanias I. 27, Libanius *antioch.* ed. morellianae tom. II. p. 378.

(3) De regionibus caeli auguralibus accurate disserit Dionysius noster lib. II. 5. III. 70. IV. 60. Eae quatuor erant apud Romanos, sexdecim apud Etruscos, teste Cicerone *de divin.* II. 18.

(4) Praeclare facit ad hanc rem Tullii locus *de divin.* I. 17. *Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus, unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, cum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id est incurvum et leviter a summo inflexum baculum, quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen invenit; cum situs esset in curia Saliorum, quae est in Palatio, eaque deflagravisset, inventus est integer.* Sed rem plenissime narrat in *Camillo* cap. 32. Plutarchus. Lege Kalendarium quoque praenestinum mense martio. Litui auguralis usum videsis etiam apud Livium I. 18, et apud Servium ad Virgil. *ecl.* IX. 15, *aen.* VII. 187.

Digitized by Google

γον, κινδυνεύων δίκῃ τυραννίδος ἐπίθεσιν (1) ἀπολέσθαι, βλέψας εἰς τὸ Καπιτώλιον, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνας εἰς τὸ ἐν αὐτῷ (a) νεὼν τοῦ Διὸς, εἶπεν· οὐδ' ἐκεῖνος ὁ τόπος ἱκανὸς ἔσται με σῶσαι, ὃν ὑπὸ τῶν βαρβάρων κρατηθέντα δίκαιόν ἐστιν ὑμῖν ἐγώ; ἀλλὰ καὶ τότε ὑπὲρ ὑμῶν ἀπέθνησκον, καὶ νῦν ὑφ' ὑμῶν ἀποθανοῦμαι; τότε μὲν οὖν συμπαθήσαντες ἀφῆκαν αὐτόν· ὕστερον δὲ κατὰ κρημνοῦ ἐρρίφη (2).

* * Κρατήσας τῶν πολεμίων καὶ τὴν σφετέραν ἐπικλύσας ταῖς ὠφελείαις Τίτος Κόιντος δικτατορεύων ἐν ἡμέραις ἐννέα πόλεις ἐννέα πολεμίων ἔλαβεν (3). U. C. a. 374.
* * Ληφθέντες ἀμφοτέρωθεν, ἀγεληδὸν οἱ θεοσυγεῖς κατεκόπησαν. * *

XXVIII. Οἱ Κελτοὶ τῇ Ῥώμῃ ἐκ δευτέρου στρατεύσαντες τὴν Ἀλβανὴν ἐπόρθησαν (4)· ἔνθα μὲν πολλῆς ἅπαντες ἐδωδῆς ἐμπιμπλάμενοι, πολὺν δὲ πίνοντες ἄκρατον οἶνον (5)· ἔστι δὲ ὁ τῇδε φυόμενος μετὰ τὸν φαλερῖνον ἥδιστος οἴνων (6), μελικράτῳ U. C. an. 387.

tolium confugerant, in summum vitae periculum adductus propter regni adfectati crimen, Capitolium spectans, manibusque ad Iovis, quod ibidem est, templum extensis; neque ille locus, ait, me servabit, quem a barbaris occupatum ego vobis servavi? Verum et tunc pro vobis morti me obtuli, et nunc a vobis interficiar? Tunc igitur misericordia commoti eum missum fecerunt. Sed ad extremum de rupe deiectus est.

* * Victis hostibus, exercituque innumera re bona ditato, Titus Quinctius dictator novem diebus novem urbes hostiles cepit. * * Conclusi utrimque scelestissimi mortales gregatim trucidabantur. * *

29. Galli, altera adversus Romam expeditione suscepta, albanum agrum populabantur. Ibi multo cibo semet universi complentes, multoque mero hausto (est enim eius regionis vinum omnium, falerno excepto, dulcissimum mul-

(a) Pro ἐν αὐτῷ codex unus habet ἐὰν αὐτῶν, codex alius ἑαυτοῦ.

(1) De Manlii captura et supplicio Livius VI. 16. et seqq.

(2) Confer Livium VI. 20.

(3) Livius VI. 29. ait: *T. Quinctius, semel acie victor, binis castris hostium, novem oppidis vi captis, Praeneste in deditionem accepto, Romam revertit: triumphansque signum Praeneste devectum Iovis imperatoris in Capitolium tulit. Dedicatum est inter cellam Iovis ac Minervae; tabulaque sub eo fixa, monumentum rerum gestarum, his ferme incisa literis fuit:* IUPITER ATQUE DIVI OMNES HOC DEDERUNT, UT T. QUINCTIUS DICTATOR OPPIDA NOVEM CAPERET. Sed enim inscriptionem apud Livium aliquantum mutilam commode ad voc. *triens* sarcit Festus: *trientem*, inquit, *tertium pondo coronam auream dedisse Iovi donum scripsit T. Quinctius dictator; quum per novem dies totidem urbes, et decimo Praeneste cepisset.*

(4) Alteram hanc Gallorum adversus romanam urbem expeditionem memorat etiam Zonaras VII. 24. Tantum bellum summa breviter complexus est Livius VI. 42. *Hoc anno* (CCCLXXXVII.) *in albano agro cum Gallis, dictatore M. Furio, signa collata, Nec dubia nec difficilis Romanis* (*quamquam ingentem Galli terrorem memoria pristinae cladis adtulerant*) *victoria fuit. Multa millia barbarorum in acie, multa captis castris caesa: palati alii Apuliam maxime petentes, quum fuga se longinqua, tum quod passim eos simul pavor terrorque distulerant, ab hoste sese tutati sunt. Dictatori consensu patrum plebisque triumphus decretus.*

(5) Gallorum ingluviem frequentemque ebrietatem testantur etiam Polybius II. 19, Diodorus sic. V. 26, Plutarchus in *Camillo* cap. 41. Gallos vero cibo vinoque distentos in agro albano satis innuit etiam Appianus in fragmento libri qui inscribitur *Celticus*, nec non Zonaras VII. 24.

(6) Haec vina celebrantur apud Plinium lib. XIV.

Digitized by Google

μάλιστα προσεμφερὴς· ὕπνον τὲ πλείονα ἢ συνήθως αἱρούμθοι, καὶ δύσαιταν ὑπὸ σκιαῖς ὡς τὰ πολλὰ ἔχοντες, τοσαύτην ἔλαβον ἐπίδοσιν εἰς πολυσαρκίαν τὲ καὶ ἀπαλότητα, καὶ οὕτως ἐξεθηλύνθησαν τὰς δυνάμεις, ὥστθ', ὁπότε γυμνάζθαι ἐπιβάλοιντο τὰ σώματα καὶ δύσπονεῖν ἐν τοῖς ὅπλοις, κόπτεσθαι μὲν ἄσθματι συνεχεῖ τὰ πνεύματα, ῥεῖσθαι δ' ἱδρῶτι πολλῷ τὰ μέλη, θᾶττον ἢ ἀφίεσθαι τῆς πόνων ἢ κελευσθεῖεν ὑπὸ τῆς ἡγεμόνων. Ταῦτα μαθὼν ὁ τῶν Ῥωμαίων δικτάτωρ Κάμιλλος (1), συγκαλέσας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐδημηγόρησε πολλὰ παρορμῶντα εἰς τόλμαν.

XXX. Ἄνδρες, τὰ μὲν ὅπλα κρείττονα τῆς βαρβαρικῶν ἡμῖν μεμηχάνηται, θώρακες καὶ κράνη, κνημῖδες καὶ κραταιοὶ θυρεοὶ, ὑφ' ὧν ὅλα τὰ σώματα ἔχομεν ἐν φυλακῇ, ξίφη τὲ ἀμφίστομα, καὶ ἀντὶ λόγχης οἰστὸς, ἄφυκτον βέλος· τὰ μὲν σκεπαστήρια, οἷα μὴ ῥᾳδίως ἢ πληγαῖς εἴκειν, τὰ δ' ἀμυντήρια, ὡς δι' ἁπάσης φέρεσθαι προσβολῆς· τῆς γυμναὶ μὲν αἱ κεφαλαὶ, γυμνὰ δὲ τὰ στέρνα καὶ αἱ λαγόνες, γυμνοὶ δὲ μηροὶ καὶ σκέλη μέχρι ποδῶν· ἔρυμά τε οὐδὲν ἕτερον, ὅ τι μὴ θυρεοί· ἀμυντήρια δὲ λόγχαι (a), καὶ μάχαιραι, κοπίδες (b) ὑπερμήκεις (2)· τό τε χωρίον, ἐν ᾧ ἢ ἀγῶνα ποιησόμεθα, σύνεργον ἡμῖν τοῖς

soque simillimum) somno etiam praeter consuetum indulgentes, atque in umbra plerumque degentes, adeo pingues delicatique evaserunt, adeo virium effoeti, ut siquando corpora exercere niterentur et arma tractare, premeretur eis spiritus anhelatione continua, multoque sudore membra diffluerent, atque laboribus ante desisterent quam e ducibus iuberentur. Haec ubi Romanorum dictator Camillus cognovit, convocatis suis, multa dixit eorum animis confirmandis idonea, his fere verbis usus.

3o. Arma quidem, o milites, nobis meliora quam hostibus fabricata sunt, loricae videlicet et galeae, ocreae et valida scuta, quibus corpora tota protegimus, et enses ancipites, locoque lanceae sagitta certissimum telum. Ita nimirum tecti sumus, ut ne facile vulneribus pateamus; ita ad offendendum instructi, ut quavis ratione adgredi possimus. Hostium vero nuda pectora et latera, nuda femora et crura usque ad pedes, nullum praeter clypeos tegumentum: nihil habent, quo laedant, nisi lanceas et gladios copidasque praelongas. Locus ipse, in quo proeliabimur, nobis favet,

(a) Codices λόγχοι. (b) Codex unus κοπίδι. *Copidas* (inquit Curtius VIII. 14.) *vocant gladios leviter curvatos, falcibus similes.* Suidas vocabulum κοπίδα explicat μάχαιραν. Henricus autem Stephanus tum in lexico voc. μάχαιρα, tam in quadam nota ad Xenophontis paginam 24. editionis suae (an. 1581) perdocte observat, interdum Xenophontem passo indifferenter κοπίδα et μάχαιραν usurpare.

sect. 8. *Secunda nobilitas* (vini) *falerno agro erat* etc. *Ad tertiam palmam venere albana urbi vicina, praedulcia ac rara in austero.* Item XXIII. 20. *Surrentinum* (vinum) *veteres maxime probavere: sequens aetas albanum aut falernum.*

(1) Hoc anno videlicet CCCLXXXVII. ob famam repentem belli Gallici adlatam Camillus dictator quintum dictus erat, quamvis annos natus circiter LXXX. uti ait Plutarchus. Sed enim idem Plutarchus narrat hoc cum Gallis proelium, duce Camillo, apud Anienem peractum. Neque eam opinionem non innuit ipse Livius VI. 42. sed tamen decem post annos. Porro post decennium iam non supererat Camillus, qui anno CCCLXXXIX. implicitus in luem extinctus est. Cum Dionysio igitur nostro, qui ait pugnatum a Camillo in agro albano, consentit Livius, cui accedit etiam Zonaras.

(2) De Gallorum armatura confer, si lubet, Diodorum sic. V. 30.

Digitized by Google

ἀπὸ μετεώρου κατιοῦσιν ἐπὶ τὸ πρανές· ἐκείνοις ἢ πολέμιον τοῖς ἐκ τ' χθαμαλοῦ πρὸς τὰ μετέωρα χωρεῖν ἀναγκαζομένοις· φοβεῖσθω (a) ἢ μηδεὶς (b) ὑμῶν, μήτε τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, μήτε τὸ μέγεθος· μηδ' εἰς ταῦτα τις πλεονεκτήματα αὐτῶν ὁρῶν, ἀθυμότερος πρὸς τ' ἀγῶνα ἔστω· ἀλλ' ἐνθυμεῖσθω, πρῶτον μέν, ὅτι κρεῖττον ἐστὶν ἔλαττον στράτευμα ἐπισάμφορον ἃ δεῖ πράττειν, ἢ πολὺ ἀμαθές. ἔπειθ', ὅτι τοῖς μὲν ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἀγωνιζομένοις ἡ φύσις αὐτὴ θάρσος τέ τι πρὸς τὸν κινδύνους παρίστησι, καὶ πνεῦμα ἐνθουσιῶδες, ὥσπερ τοῖς θεοφορήτοις παρέχει· τοῖς δ' ἁρπάσαι τὰ ἀλλότρια προθυμουμένοις μαλακώτεραι πρὸς τὰ δεινὰ τόλμαι φιλοῦσι γίνεσθαι· ἀλλὰ μὴν οὐδ' οἷς δεδίττονται οἱ πολέμιοι, καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἐκδειματοῦσιν; ὀρρωδητέα ὑμῖν ἐστίν, ὥσπερ ἀπείροις πολέμου· τί γὰρ ἂν δυνήσονται δεινὸν ἐργάζεσθαι τὸν ὁμόσε χωροῦντας αἱ βαθεῖαι κόμαι (1), καὶ τὸ ἐν τοῖς ὄμμασιν αὐτῶν πικρὸν, καὶ ὁ βλοσυρὸς τῆς ὄψεως χαρακτήρ; αἱ δὲ δὴ πολυμελεῖς αὗται σκιρτήσεις, καὶ τὰ διὰ κενῆς ἀνασείσματα τῶν ὅπλων, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν θυρεῶν κτύποι, καὶ ὅσα ἄλλα ὑπὸ βαρβάρου καὶ ἄφρονος ἀλαζονείας κατά τε μορφὰς (c) καὶ φωνὰς ἐν ἀπειλαῖς πολεμίων πάσχεται, τίνα παρέχειν τοῖς ἀνοήτως ἐπιοῦσι πλεονεξίαν, ἢ τοῖς μὴ λογισμοῦ ἕνεκα τὰ δεινὰ ἐσῶσι φόβον; ταῦτα δὴ διανοηθέντες (2), ὅσοι τε ὑμῶν ἐν τῷ πρὸ Κελτῶν προτέρῳ πολέμῳ παρεγένεσθε, καὶ ὅσοι διὰ νεότητα ἀπελείφθητε αὐτοῦ (3), οἱ μὲν ἵνα τὴν (d) τότε ἀρετὴν μὴ καταισχύνητε τῇ νῦν δειλίᾳ, οἱ δ' ἵνα μηδὲν ἐνδεέστεροι

qui ex alto in declive ferimur; illis contra noxius est, qui ex humili ad altiora conniti cogentur. Iam nemo vestrum neque multitudinem hostium timeat neque proceritatem: nemo, inquam, propterea quod his superamur, ad proelium torpeat. Quin potius apud se reputet, parvum exercitum disciplinae prudentem longe praestare copioso sed inerudito: tum ab ipsa natura iis, qui pro re propria decertant, audaciam ad pericula suffici spiritumque incitatum, veluti illis qui numine adflantur. Secus alienorum raptoribus molliores esse animi ad ardua solent. Agite vero, neque ea quibus barbari inimicos territant, ac priusquam manus conserantur, pavore consternant, nobis extimescenda sunt, quasi bello simus inexperti. Quid enim nobis pugnantibus terroris incutiant longa caesaries et torvi oculi et trux aspectus? Iam inconcinnae ipsae saltationes, ac per vacuum aëra armorum concussiones, multusque clypeorum sonitus, et quidquid denique figurae vocisve barbara et insipiens iactantia minaciter contra hostes prodigere solet, quam, inquam, utilitatem haec praestabunt imperite adgredientibus? quem timorem iis qui ratione animum adversus terribilia confirmaverunt? Haec animis reputantes quotquot ex vobis superiori cum Gallis bello interfuistis, et quotquot propter teneram aetatem ab eo abfuistis; priores quidem ne antiquam virtutem praesenti timore

(a) Codd. φοβεῖτω. (b) Codices pro μηδεὶς habent μηδέ. (c) Codd. habent μορφῆς. (d) Τὴν desideratur in codd.

(1) Confer Appianum apud Suidam voc. ἴδντες, et Eunapium in nostro volumine cap. LVI.

(2) Conferatur concio Camilli apud Livium VI.

(3) Haud multi Romani priori simul et posteriori gallico bello interfuisse videntur. Proelium

γένησθε τῆ πρεσβυτέρων ἐν ἐπιδείξει καλῶν ἔργων, ἴτε, ὦ γλυκεῖοι παῖδες, ἀγαθῶν ζηλωταὶ πατέρων, ἴτε ἀκαταπλήκτως ἐπ' αὐτούς· θεούς τε ἀρωγοὺς ἔχοντες, οἳ παρέξουσιν ὑμῖν ἐξουσίαν, οἵας ἐβούλεσθε αὐτὰ τ' ἐχθίστων ἀναπράξασθαι δίκας· καὶ στρατηγὸν ἐμὲ, ᾧ πολλὴν μὲν εὐβουλίαν μαρτυρεῖτε, πολλὴν δ' εὐποτμίαν· μακάριον μὲν ἔξοντες τὸ ἀπὸ τοῦδε χρόνον, οἷς ἂν ἐγγένηται τὸ ἐπιφανέστατον τῇ πατρίδι στέφανον καταγαγεῖν· καλὴν ἢ καὶ ἀθάνατον εὐκλείαν καταλείψοντες ἀντὶ τοῦ θνητοῦ σώματος νηπίοις παισὶ καὶ γηραιοῖς γονεῦσιν, οἳ ταύτην ἐκπληρώσαντες τὸ τοῦ βίου τελευτήν· οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ πλείω λέγειν· κινεῖται γὰρ ἤδη τὸ βάρβαρον στράτευμα χωροῦν ἐφ' ἡμᾶς· ἀλλ' ἅπιτε καὶ καθίστασθε εἰς τάξιν.

XXXI. Ἡ μὲν οὖν τῶν βαρβάρων μάχη πολὺ τὸ θηριῶδες καὶ μανικὸν ἔχουσα πλημμελής τις ἦν καὶ σοφίας οὐδ' ἐν ὅπλοις ἄμοιρος· τότε μὲν γὰρ ἀνατείνοντες ἄνω τὰς μαχαίρας τὸ ἄγριον τρόπον ἅπαιον, ὅλοις συμπίπτοντες τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν, ὥσπερ ὑλότομοί τινες ἢ σκαπανεῖς τότε δ' ἐκ τῆς πλαγίων ἀσοχάσους πληγὰς ἐξέφερον, ὡς αὐτοῖς σκεπαστηρίοις ὅλα διακόψοντες τὰ σώματα τῆς ἀντιπολέμων· ἔπειτα τὰς ἀκμὰς τῆς σιδήρων ἀπέστρεφον (1)· ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἀλκὴ καὶ πρὸς τὸ βάρβαρον αὐτῶν ἀντιτέχνησις εὐπαίδευτός (a) τε ἦν καὶ πολὺ τὸ ἀσφαλὲς ἔχουσα· ἔτι γὰρ αὐτῶν διαιρεμένων

maculetis; postremi ne maioribus natu deteriores splendore operum sitis; ite o generosi filii, clarorum aemuli patrum, impavidi adversus hostes, cum diis auxiliatoribus qui vobis opem ferent, quò eam quam vultis ultionem de inimicis capiatis; meque adeo duce, cui tantam simul prudentiam fortunamque *militarem* testimonio vestro tribuitis: beati deinceps in omne aevum futuri, tum ii quibus continget clarissimam coronam patriae adferre, tum etiam ii qui pulchram immortalemque gloriam pro mortali corpore parvis natis senibusque parentibus relinquent, nobilem sortiti vitae exitum. Neque plura dicenda existimo: iam enim commovetur barbaricus exercitus in nos irruens. Ite eia, et in acie vos sistite.

31. Mox barbarorum proelium secutum est, ferina furiosaque specie plane incompositum omnique militari disciplina carens. Modo enim alte sublatis gladiis horrendum in modum feriebant, totis corporibus in vulnus imminentes tamquam arborum caesores aut fossores: modo hinc et illinc improvidos ictus circumferebant, tamquam si cum ipsis tegumentis totum corpus hosticum essent dissecturi: deinde ferri aciem inflectebant. Contra Romanorum vigor atque ars adversus hostium barbariem et erudita erat et in primis securitati stu-

(a) Codex uterque εὐπαίδες.

quippe ad Alliam et urbis occupatio contigit anno CCCLXIV. Anno autem CCCLXXXVII. in agro albano pugnatum. Ergo intercedunt anni XXIII. Iam quod Polybius II. 18. narrat, Gallos trigesimo post captam urbem anno venisse in agrum albanum, id scilicet pertinet ad annum CCCLXXXXIV Balbo et Ambusto coss., quo tempore item Livius VII. 11. ait Gallos ad Tiburtium auxilium ex Campania redisse, foedasque populationes in lavicano tusculanoque et albano agro fecisse.

(1) Ita etiam Polybius II. 33. ait gladios Gallorum ad caedendum unum dumtaxat ictum habere; post quem eos incurvari usque adeo, ut nisi tempus militi concedatur, quo mucrone terrae applicito, gladium pede dirigat, alter illorum ictus prorsus sit inutilis.

Digitized by Google

τὰς μαχαίρας, ὑποδύνοντες ὑπὸ τοὺς βραχίονας καὶ τοὺς θυρεοὺς εἰς ὕψος ἀνατείνοντες, ἔπειτα γυροὶ καὶ βραχεῖς γινόμενοι, τὰς μὲν ἐκείνων πληγὰς ὑπερπετεῖς γινομένας ἀπράκτους καὶ κενὰς ἐποίουν· αὐτοὶ δὲ ὀρθὰ τὰ ξίφη φέροντες βυβῶνας τε αὐτῷ ἔπαιον, καὶ λαγόνας διήρουν, καὶ διὰ στέρνων ὅλων τὰ σπλάγχνα τὰς πληγὰς ἐξέτεινον· ὅσους δὲ ταῦτα τὰ μέρη διὰ φυλακῆς ἔχοντας αἴσθοιντο, γονάτων ἢ σφυρῶν νεῦρα διακείροντες, ἐξέχεον ἐπὶ τὴν γῆν, βεβρυχότας τε τοὺς θυρεοὺς ὀδακτίζοντας, καὶ ὀδόντων ὠμότητα ὥσπερ τὰ θηρία προτεμένους· ἥ τε δύναμις ἐπέλειπε πολλοὺς τῶν βαρβάρων, ἐκλυομένων τῶν μελῶν ὑπὸ κόπων· καὶ τῶν ὅπλων τὰ μὲν ἀπεκόμοντο, τὰ δὲ συνετέθραυστο, τὰ δὲ οὐκέτι προσωφελεῖν δυνατὰ ἦν· χωρὶς γὰρ τοῦ καταῤῥέοντος ἐκ τῶν τραυμάτων αἵματος, οἱ δι' ὅλων ἐκκεχυμένοι τῶν σωμάτων ἱδρῶτες, οὔτε τὰς μαχαίρας εἶων κρατεῖν, οὔτε τοὺς θυρεοὺς κατέχειν, ὠλισθαινόντων τοῖς λαβαῖς τῶν δακτύλων, καὶ τὰς ἀφὰς οὐκέτι κραταιὰς ἐχόντων· Ῥωμαῖοι δὲ πολλῶν ἐθάδες ὄντες πόνων διὰ τὰς ἀτρύτους καὶ συνεχεῖς στρατείας, ἅπαντα τὰ δεινὰ ῥᾳδίως ἀνέφερον (1).

XXXII. Ἐν Ῥώμῃ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα σημεῖα θεόπεμπτα γέγονε, μέγιστον δὲ ἁπάντων τόδε· τοῦ ἀγορᾶς καὶ τὸ μέσον μάλιστα διαῤῥαγῆναί τι τοῦ γῆς εἰς βάθος ἄβυσσον, καὶ τοῦτ' ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας διαμεῖναι· ψηφισαμένης δὲ βουλῆς, οἱ ἐπὶ τοῖς σιβυλλείοις χρησμοῖς, ἐπισκεψάμενοι τὰ βιβλία, U. C. an. 392.

debat. Dum enim hi gladios explicabant, Romani eorum brachia subeuntes elatis scutis, tum curvati et contracti, praealtos hostium ictus inutiles vacuosque efficiebant: ipsi vero subrectis ensibus illorum inguina feriebant, ilia concidebant, perque pectora ferrum in viscera coniiciebant. Quod siquos ea membra protectos viderent, hos, genuum aut malleolorum nervis insectis, humi sternebant, frementes clypeosque dentibus prehendentes, stridoremque rugitibus similem beluinumque in morem edentes. Iam et vires multos barbarorum deficiebant, solutis labore membris, et arma partim obtundebantur, partim confringebantur, partim prorsus erant inutilia. Nam praeter cruorem manantem vulneribus, sudor cunctis membris effusus neque gladios tenere neque scuta sinebat, lubricis ad captum digitis neque vim icendi iam habentibus. Contra Romani propter indefessam assiduamque militiam multo labori adsueti, gravia omnia fortiter tolerabant.

32. Romae cum multa divinitus portenta acciderunt tum hoc praecipuum. In foro medio specus immensae altitudinis subsedit, isque multos dies perduravit. Tum ex senatus consulto sibyllinis libris inspectis ab iis quorum curae

(1) Pugna ad Anienem, duce Camillo, a Plutarcho narrata adeo cum hac albana congruit, ut actio quidem eadem sit, loci nomen differat. Ait enim Plutarchus, armatos a Camillo opportune in lites suos, expectatum tempus quo Galli crapula vires fregissent, locum superiorem a Romanis occupatum, Gallos insana atque intuta ferocia proeliatos, arma illis inutilia fuisse ob aciem ferri retusam, Romanos contra insigni artificio caedem hostium patravisse. Iam pugna ad Anienem quum post fatam Camilli accidisse Livio et pluribus auctoribus videatur, ut diximus ad cap. XXIX. n. 1. p. 490. sequitur ut Plutarchus cum Claudio historico, quem citat Livius VI. 42, non re quidem sed loco errent. Tempore etiam differt Plutarchus, qui nonnullorum auctoritate fretus ait pugnam ad Anienem commissam tertio decimo post captam urbem anno.

εἶπον, ὅτι τὰ πλείστου ἄξια τῇ Ῥωμαίων δήμῳ λαβοῦσα ἡ γῆ συνελεύσεταί τε, καὶ πολλὴν ἀφθονίαν εἰς τὸ λοιπὸν χρόνον ἁπάντων αὐτῶν ἀνήσει (a)· τοιαῦτα τῇ ἀνδρῶν ἀποφηναμένων, ἀπαρχὰς ἕκαστος εἰς τὸ χάσμα ἔφερεν ὧν ἔκαστος ἐδόκει δεῖν ἀγαθῶν τῇ πατρίδι, ἀπό τε καρπῶν πελάνους, καὶ ἀπὸ χρημάτων ἀπαρχάς. Μάρκος δέ τις Κούρτιος, ἐν τοῖς πρώτοις τῶν νέων ἀριθμούμενος σωφροσύνης ἕνεκα καὶ τῶν κατὰ πολέμους ἀρετῆς, ἔφασκον αἰτησάμενος ἐπὶ τὸ βουλήν, εἶπεν· ὅτι τῶν πάντων ἐστὶν ἀγαθῶν χρῆμα κάλλιστον καὶ πόλει Ῥωμαίων ἀναγκαιότατον ἀνδρῶν ἀρετή· εἰ δή τις καὶ ταύτης ἀπαρχήν τινα ἡ γῆ λάβοι, καὶ γένοιτο ἐκὼν ὁ τοῦτο χαριούμενος τῇ πατρίδι, πολλοὺς ἀνήσει ἡ γῆ ἄνδρας ἀγαθούς· ταῦτ' εἰπὼν, καὶ μηδενὶ παραχωρήσειν ἑτέρῳ τῶν φιλοτιμίας ταύτης ὑποσχόμενος, τά τε ὅπλα περιέθετο καὶ ἐπὶ τὸ πολεμιστὴν ἵππον ἀνέβη· συναχθέντος δ' ἐπὶ πολὺ θέαν τῶν κατὰ τὴν πόλιν ὄχλου, πρῶτον μὲν εὔξατο τοῖς θεοῖς, ἐπιτελῆ ποιῆσαι τὰ μαντεύματα, καὶ πολλοὺς ἄνδρας ὁμοίους αὐτῷ δοῦναι τῇ πόλει Ῥωμαίων γενέσθαι· ἔπειτ' ἀφεὶς (b) τῷ ἵππῳ τὰς ἡνίας καὶ τὰ κέντρα προσβαλών, ἐνήλατο κατὰ τοῦ χάσματος ἑαυτόν· ἐπὶ δὲ αὐτῷ πολλὰ μὲν ἱερεῖα, πολλοὶ δὲ καρποὶ, πολλὰ δὲ χρήματα, πολύς δὲ κόσμος ἐσθῆτος (c), πολλαὶ δὲ ἀπαρχαὶ συμπασῶν τεχνῶν, δημοσίᾳ κατὰ τοῦ χάσματος ἐνέφηναν, καὶ αὐτίκα ἡ γῆ συνῆλθεν (1).

U. C. an. 393. XXXIII. * * Ὑπερφυές τι χρῆμα σώματος ἦν ὁ Κέλτὸς, οἷος ὑπεραίρειν πολὺ τὴν κοινὴν φύσιν. (2) * *

neque uno in loco versatur: te vero observat, tibique mentem intendit. Rege autem respondente, quid mihi hic faciet unus tot vallato custodibus? immo ille potius vires suas iuveniliter ostentat. Quod si et unus uni mihi congrederetur, haud lactus discederet; interim captato quod expectabat tempore frentanus Oblacus impetum facit cum suo comitatu in regiam turmam; perruptoque circumstantium equitum globo, ipsum regem adpetebat utraque manu hastam agens. Eodem tempore Leonatus, qui nuper regem monuerat ut ab eo viro caveret, parumper in latus aberrans, equum Oblaci sub ilia lanceâ ferit. Frentanus autem dum deorsum fertur regium equum in pectore transfodit. Igitur cum equis uterque concidunt. Tum regem fidissimus custos in equo suo collocatum pugna educit. Oblacum autem, postquam diu certavit, iam innumeris plagis confectum, amici ex acie extulerunt, ingenti pugna circa eius cadaver patrata. Deinceps rex, ne conspicuus esset hostibus, chlamydem purpuream auro intextam, quam in proeliis gestare solebat, et armaturam qua omnium optima propter materiam et artificium utebatur, iussit a Megacle indui comitum fidelissimo et pugnacissimo: pullamque huius chlamydem et thoracem et causiam ipse sumpsit; quod Pyrrho causa salutis fuisse videtur.

(a) Codex unus ἀναδῦναι.

(1) Notemus locutionem pro λαβὼν δὲ ἀμφοτέρας τὰς χεῖρας. Sic cap. XII. legimus ἐπιστὰς τὰς θύρας pro στὰς ἐπὶ τὰς θύρας.

(2) Megacli Pyrrhi insignia causa necis deinde fuerunt, teste Dione in vaticanis excerptis p. 171. Iam Pyrrhus dum amici periculo, immo nece, salutem suam expedit, verum aliquando certe ostendit Diodori effatum in excerptis vat. p. 72.

Digitized by Google

XLVIII. „ Ὅτι Πύῤῥῳ (1) τ῾ ἠπειρώτῃ βασιλέως ὅπῃ τ῾ Ῥώμην στρατιὰν ἐξα-
„ γαγόντ῾ , ἐβουλεύσαντο πρεσβῶται ἀποστεῖλαι , σὺν ἀξιώσοντας Πύῤῥον ἀπο-
„ λυτρῶσαι σφίσι σὺν αἰχμαλώτους , εἴτ' ἀντιδόλλαξάμενον ἑτέρων σωμάτων ,
„ εἴτ' ἀργύριον κατ' ἄνδρα ὁρίσαντα· καὶ ἀποδεικνύουσι πρέσβεις Γάϊον Φα-
„ βρίκιον ὃς ἑαυτῷ τρίτῳ πρότερον ὑπατεύων Σαυνίτας καὶ Λευκανοὺς καὶ
„ Βρεττίους ἐνίκησε μεγάλαις μάχαις , καὶ τ῾ Θουρίων πολιορκίαν ἔλυσε (2) · καὶ
„ Κόϊντον Αἰμίλιον τ῾ συνάρξαντα τῷ Φαβρικίῳ καὶ τὼ ἡγεμονίαν τ῾ τυῤῥηνι-
„ κοῦ πολέμου σχόντα , Ⓒ Πόπλιον Κορνήλιον (3), ὃς ἑαυτῷ τετάρτῳ πρότε-
„ ρον ὑπατεύων , Κελτῶν ἔθνος ὅλον , σὺν καλεμένους Σήνωνας , ἐχθίστους Ῥω-
„ μαίων ὄντας , πολεμῷ , ἅπαντας ἡβηδὸν κατισφάζειν · οὗτοι πρὸς Πύῤῥον
„ ἀφικόμενοι καὶ διαλεχθέντες ὅσα τῇ τοιαύτῃ χρείᾳ πρόσφορα ἦν , ὡς ἀτέκμαρ-
„ τον πρᾶγμα τύχη , καὶ ταχεῖαι τῇ πολέμων αἱ τροπαὶ , καὶ τ῾ συμβησο-
„ μένων οὐδὲν ἀνθρώποις προφαίνει ῥᾴδιον , ἐπ' ἐκείνῳ τὼ αἵρεσιν ἐποίουν ,
„ εἴτ' ἀργύριον ἀντὶ τῇ αἰχμαλώτων ἐβούλετο λαβεῖν , εἴτε ἑτέρους αἰχμαλώ-
„ τους .

L. „ Πύῤῥ῾ ὃ , μετὰ τῇ φίλων βουλευτάμεν῾ , ἀποκρίνεται τάδε
„ αὐτοῖς . Σχέτλιόν τι πρᾶγμα ποιεῖτε , ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι , φιλίαν μὲν οὐ βε-

49. „ Ad Pyrrhum Epirotarum regem , qui exercitum adversus Romam edu-
„ xerat , senatus mittendam legationem censuit rogatum , uti captivos ab se
„ redimi non abnueret , sive corpora eo poribus commutare vellet , sive pretium
„ singulorum pecunia definire : destinatique sunt legati Caius Fabricius , qui
„ tertio anno ante consul Samnites Lucanos et Bruttios proeliis ingentibus vicerat ,
„ Thuriosque ab obsidione expediverat ; nec non Quintus Aemilius , Fabricii in
„ consulatu collega , cuius auspiciis bellum etruscum gestum fuerat ; et ter-
„ tius Publius Cornelius , qui ante quatuor annos consulatum gerens , totam
„ eam Gallorum gentem , qui Senones appellantur , infestissimam omnium Roma-
„ nis , bello adgressus , viritim quotquot quidem erant puberes interfecerat .
„ Hi quum ad Pyrrhum venissent , sermonem qui ei rei conducebat exorsi aie-
„ bant , nulla coniectura fortunae ingenium posse cognosci , rapidas esse bel-
„ lorum conversiones , neque hominibus facile datum ventura ante videre . Deinde
„ optionem faciebant , utrum pro captivis pecuniam an alios aeque captivos ac-
„ ciperet .

50. „ Pyrrhus , re cum amicis deliberata , eiusmodi responsum reddidit .
„ Inique , Romani , agitis , qui mecum amicitiam iungere detrectatis , captos

(1) Quamquam , ut p. 465. n. 1. dixi , nonnisi repertas a me Dionysii reliquias hoc volumine editurus eram; nihilominus fieri non potuit , quin editam ab Ursino de legatione Romanorum ad Pyrrhum eclogam huic virgulis distinctam ponerem . Quia enim fabricianae orationis partem posteriorem , quam Ursinus desideravit , nunc mihi denique primo fortuna detectam obtulit , quis philologus lector partem novam ineditamque orationis a vetere cognitaque divisam esse pateretur? Rursus nisi universam legationis celeberrimae narrationem posuissem , partem meam novam ipse incautus infuscavissem. Ceteroquin interpretationem latinam non novae tantummodo partis , verum etiam cognitae , ipsemet feci , omisso vetere interprete : non quod alienis meis praeferam ; sed quia latinitatis in hoc meo Dionysio unum colorem esse volui .

(2) Confer Valerium Max. I. 8. 6 , Plinium hist. XXXIV. sect. 15.

(3) Cognomine *Dolabellam* , de cuius insigni victoria videsis Polybium II. 19 , et Eutropium II. Florus quidem I. 13. ita scribit: *tandem omnes reliquias Gallorum in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella delevit.* De hac re legesis Dionis quoque novum fragmentum in excerptis posterioribus vaticanis .

Digitized by Google

„ λόμβοι συνάψαι πρὸς ἐμὲ, σὺν ᾗ ἀλόντας καὶ πόλεμον ἀξιοῦντες ἀπολα-
„ βεῖν, ἵνα τοῖς αὐτοῖς τούτοις σώμασιν εἰς τὸ κατ' ἐμοῦ πόλεμον ἔχητε
„ χρῆσθαι· ἀλλ' εἰ τὰ κράτιστα βούλεσθε πράττειν, καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον
„ ἀμφοτέροις ἡμῖν σκοπεῖτε, σπεισάμβροι τὸ πόλεμον τὸ πρὸς ἐμὲ καὶ σὺν
„ ἐμοὺς συμμάχους, ἀπολάβετε σὺν ἰδίοις προῖκα παρ' ἐμοῦ πολίτας τε καὶ
„ συμμάχους ἅπαντας· ἄλλως δ' οὐκ ἂν ὑπομείναιμι πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς
„ ὑμῖν προΐδζ· ταῦτα μὲν τῶν ζιῶν πρεσβευτῶν παρόντων ἔλεξεν.

LI. „ Ἰσία ᾗ τὸ Φαβρίκιον ἀπολαβών· Ἐγὼ ᾗ, φησὶν, ὦ Φαβρίκιε, συνβάνομαί
„ σε κράτιστον εἶναι ἡγεμονίαις πολέμων εἶναι, καὶ τῷ βίῳ δίκαιον καὶ σώφρονα, καὶ τὰς
„ ἄλλας ἁπάσας ἔχοντα ἀρετάς· χρημάτων δ' ἄπορον, καὶ καθ' ἓν τὸ μέρος τοῦτο
„ ἐλασσούμβρον ὑπὸ δὲ τύχης, ὥστε μηδὲν ἄμεινον ἢ πενεστάτων βουλευτὴν ἐν
„ τοῖς καὶ τὸ βίον διατελεῖν· τοῦτο ᾗ τὸ μέρος ἐκπληρῶσαι προθυμούμβρος,
„ ἕτοιμός εἰμι δι δόναι σοὶ πλῆθος ἀργυρίου καὶ χρυσίου τοσοῦτον, ὅσον
„ κτησάμβρους ἅπαντας ὑπερβαλεῖς πλούτῳ σὺν μάλιστα δοκοῦντας Ῥωμαίων
„ εὐπορεῖν· καλὸν νομίσας ἀνάλωμα καὶ πρέπον ἡγεμόνι τοὺς ἀγαθοὺς
„ ἄνδρας ἀναξίως δὲ ἀρετῆς δι' πενίαν πράττοντας εὐεργετεῖν, καὶ βα-
„ σιλικοῦ πλούτου τοῦτ' ἀνάθημα καὶ κατασκεύασμα λαμπρότατον· μα-
„ θὼν ᾗ τὴν ἐμὴν προαίρεσιν, Φαβρίκιε, καὶ πᾶσαν ἀποθέμβρος αἰδῶ,
„ μέτεχε δὴ παρ' ἡμῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν, ὡς ἐμοῦ μέλλοντος εἴσεσθαι καὶ
„ μεγάλην σοὶ χάριν, ἐὰ μὰ Δί' οὐκ ἐλάττω * (1) καὶ ξένων σὺν τιμιωτάτους
„ εἶναι νόμιζε.

LII. „ Ἐμοὶ δ' ἀντὶ τούτων μήτ' ἄδικον μήτ' αἰσχρὰν πρᾶξιν ὑ-
„ πηρετήσεις μισθαμίαν, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς κρείττων ἔσῃ καὶ τιμιώτε-

„ autem in pugna recipere vultis, ut iisdem corporibus rursus in acie contra
„ me utamini. Quod si optime rem gerere optatis, atque id quod utrique parti
„ convenit studetis, bellum mecum meisque cum sociis componite, vestrosque
„ cives et socios a me gratis accipite: neque enim aliter multos et bonos bel-
„ latores vobis reddi patiar. Haec tribus legatis coram dixit.

51. „ Sevocato deinde Fabricio alium rursus sermonem instituit: Ego te fando au-
„ divi, Fabrici, egregium in bellis imperatorem, vita iustum et temperantem, ceteris-
„ que omnibus exornatum virtutibus: opum autem egenum, atque hac in parte minus
„ bona fortuna utentem, adeo ut nihil melius pauperrimo quovis senatore habeas.
„ Hunc ego defectum explere gestiens, tantum tibi argenti aurique spondeo,
„ quanto tu potitus Romanorum ditissimis anteibis. Pulcherrimam enim impen-
„ sam iudico et principe dignam, viros egregios, qui ob egestatem haud pro me-
„ rito virtutis beate degunt, beneficiis adficere: mihique persuasi nullum posse
„ splendidius donarium atque ornamentum a regia gaza procedere. Mea igitur
„ sententia cognita, Fabrici, verecundiaque seposita, bonorum meorum in par-
„ tem venias: quippe qui magnam gratiam tibi sum habiturus, teque hercle
„ ut nobilissimum hospitem honoraturus.

52. „ Mihi autem pro his beneficiis nullum iniquum aut turpe officium exhibebis,
„ verum in eo favebis ex quo maiorem aequitatis et honestatis laudem apud tuos con-

(1) Hoc loco codicem vaticanum MCCCCXVIII. p. 215. inspexi, ex quo ipso primus Ursinus lectionem hanc edidit. Is ergo Ursinus heic scribit in margine λείπει, *deest aliquid.*

Digitized by Google

„ ρῶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι· καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὰς διαλλαγὰς, ὅση δύ-
„ ναμις ἐν σοὶ, παρόρμησον τὴν ἄχρι τοῦδε δύσεριν καὶ οὐδὲν τῶν μειζόνων φρο-
„ τοῦσαν βουλήν· διδάσκων, ὡς ὅτι κακῷ τῶν πόλεως ὑμῖν ἀφῖγμαι, Ταραν-
„ τίνοις τε τοῖς ἄλλοις Ἰταλιώταις ὑποσχόμενος βοηθήσειν, οὓς οὔτε ὅσιον
„ οὔτ' εὔσχημόν ἐστί μοι, παρόντι μὲν δυνάμεως καὶ τὴν πρώτην νενικηκότι μά-
„ χην, ἐγκαταλιπεῖν· καὶ πάνυ πολλὰ καὶ ἀναγκαῖα πράγματα, καὶ τοῦ-
„ τον ἡμῶν τὸν καιρὸν, ὅτι τῷ ἰδίαν με ἀρχὴν μετακαλεῖ· πίστις
„ τε ὑπέχομαι (a) πάσας, ὁπόσαι βεβαιοῦσιν ἀνθρώπων ὁμολογίας, καὶ μό-
„ νῳ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων πρεσβέων, ὡς ἐν οἴκοις ἀνακομιδῆς εἶναι,
„ ἐὰν Ῥωμαίοις ποιήσαιντο φιλίαν· ἵνα θαῤῥῶν πρὸς σὲν ἑαυτοῦ πολίτας λέ-
„ γῃς· εἰ δή τισι τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα ὕποπτόν ἐστιν, ὡς ἀπατηλὸν ἐν
„ ὁμολογίαις, ἐξ ὧν ἕτεροί τινες ἐν ὅρκοις καὶ σπονδαῖς ὠφελημεῖν ἔδοξαν,
„ ὅμοια καὶ ὡς ἐμοῦ τεκμαιρομένοις· ἡμῶν μὲν γὰρ εἰρήνης, ἣν μετ' ἐμοῦ,
„ σύμβουλός τε ἁπάντων ἐσόμενος ἐμοὶ καὶ ὑποστράτηγος, καὶ τῆς βασιλικῆς εὐτυ-
„ χίας μέτοχος· ἐμοί τε γὰρ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ πιστοῦ φίλου δεῖ, σοί τε
„ χορηγίας βασιλικῆς καὶ πραγμάτων βασιλικῶν· ἐὰν δὲ συνενέγκωμεν ταῦτ'
„ εἰς τὸ κοινὸν, τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν παρ' ἀλλήλων ἀποισόμεθα.

LIII. „ Παυσαμένου δ' αὐτοῦ, μικρὸν ὑπισχνεῖται ὁ Φαβρίκιος εἰπεῖν. Περὶ μὲν τῆς
„ ἀρετῆς, ἥτις ὅτι ὡς ἡμᾶς, ἢ καὶ τὰς κοινὰς πράξεις, ἢ καὶ τὸν ἴδιον βίον, οὐδὲν
„ ἐμὲ δεῖ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγειν, ἐπεὶ καὶ πέπυσαι παρ' ἑτέρων· οὐδέ γε ὡς πε-
„ νίας, ὅτι μοι χήδιον μικρόν ἐστι κομιδῇ καὶ φαῦλον οἰκίδιον, καὶ οὔτ' ἀπὸ
„ δανεισμάτων οὔτ' ἀπ' ἀνδραπόδων ὁ βίος· φαίνῃ γὰρ καὶ τοῦτον ἀκριβῶς

„ sequeris. Atque in primis, quantum in te est, ad pacis studia impelle contentiosum
„ hactenus et superbum senatum; docens, me infestum vestrae urbi adesse, dum
„ Tarentinis ceterisque Italis promissas suppetias fero; quos deserere, postquam
„ cum exercitu veni primoque proelio superior fui, neque aequum neque de-
„ corum sit: sed enim multis gravibusque negotiis, quae interim acciderunt,
„ me nunc in regnum revocari. Iamvero firmissima omnium quae inter homi-
„ nes esse potest fide spondeo vel tibi uni vel cum sociis legatis reditum in
„ patriam, si Romanos mihi conciliaveris: quo securiore animo cum tuis civi-
„ bus de hoc negotio loquaris. Quod si nonnullis regium nomen suspectum in-
„ fidumque in pactis videtur, propterea quod alii reges sacramenta et foedera
„ violaverint, ideoque et de me idem *Romani* augurantur; tu quidem pace
„ firmata mecum venias, futurus mihi ad omnia consultor, et in exercitu le-
„ gatus, totiusque regiae fortunae particeps. Nam et mihi, viro bono amico-
„ que fideli opus est, et tibi regali largitate, regiorumque negotiorum tracta-
„ tione. Iam si nos in commune nostra uterque conferamus, maxima sane bene-
„ ficia invicem recipiemus.

53. „ Ubi Pyrrhus finem dicendi fecit, Fabricius paulisper moratus ait.
„ De nostra virtute sive in publicis rebus sive in privata vita nihil me adti-
„ net meis verbis dicere, quoniam ab aliis edoctum te video: neque item de
„ mea tenuitate, qui unicum praediolum satis arctum, vilemque casam, possi-

(a) Pro ὑπέχομαι Franciscus Portus malebat ὑπισχνοῦμαι.

Digitized by Google

„ ἀκηκοέναι παρ' ἑτέρων (1) · ὥστε ἢ κἀκεῖνόν με Ῥωμαίων τινὸς πρᾶττειν δι'
„ ἀπορίαν, ἢ οὐδὲν εἶναί μοι πλέον ἀσκοῦντι καλοκἀγαθίαν, ὅτι μὴ πλου-
„ σίων οὐκ εἰμὶ, κακῶς ὑπείληφας, εἴτ' ἀκούσας τινὸς, εἴτ' αὐτὸς εἰκάζων ·
„ ἐμοὶ γὰρ οὐδεμία πώποτε κακοδαιμονίας αἴσθησις ὧδε τὸ μὴ πολ-
„ λὰ κεκτῆσθαι γέγονεν, οὐδ' ἔστιν · οὐδ' ὠδυράμην πω ἐμαυτῷ τύ-
„ χῃ, οὔτ' ἐν τοῖς κοινοῖς πράγμασιν, οὔτ' ἐν τοῖς ἰδίοις · τί γὰρ
„ ἢ παθὼν ἐγκαλοίην ἂν αὐτῇ ; πότερον, ὅτι μοι μὴ καλῶν καὶ
„ ἀθεμαχήτων, ἐφ' οἷς ἅπασα φύσις ἐσπούδακεν εὐθυμῆς, οὐδενὸς ἐξεγένετο
„ ὧδε δ' παιδός μεταλαβεῖν δίκῃ πενίαν ; ὃς ἄρχω τε τὰς μεγίστας ἀρ-
„ χὰς, πρεσβεύω τὰς ὀφανεστάτας πρεσβείας, καὶ σεβασμοὺς ἱερῶν πεπίστευμαι
„ θεῶν ἁγιωτάτους, ἐν γνώμῃ ἀγορεύειν ἀξιούμενος ὥδε τῶν ἀναγκαιοτάτων
„ καλοῦμαι ἐν ᾧ πρόσηκέ με τόπῳ · ἐπαινοῦμαί τε καὶ ζηλοῦμαι καὶ οὐδενὸς
„ δεύτερος εἰμὶ τῶν μέγιστα δυναμένων, καὶ παράδειγμα τοῖς ἄλλοις εἶναι δο-
„ κῶ καλοκἀγαθίας · οὐδὲν ἐκ δὲ ἐμῆς οὐσίας εἰς ταῦτα δαπανῶν, ὥσπερ
„ οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδείς · οὐ γὰρ ἐνοχλεῖ τοῖς ἑκάστου βίοις ἡ πόλις ἡ Ῥωμαίων, ὥσπερ
„ τινὲς ἕτεραι, ἐν αἷς ὁ κοινὸς μὲν πλοῦτος ὀλίγος ἐστὶν, ὁ δὲ τῶν ἰδιωτῶν πολύς ·
„ ἀλλ' αὐτὴ παρέχει τοῖς πρὸς τὰ κοινὰ πρόσιοῦσιν ἅπαντα, ὅσων δέονται,
„ λαμπρὰς καὶ μεγαλοπρεπεῖς ὑποτιθεῖσα χορηγίας, ὥστε μηδὲν ἀτιμότερον εἶ-
„ ναι τὸ πένεσθαι τοῦ πλουσιώτατου καὶ τὸ ἐπαξίωσιν τῶν καλῶν, ἀλλὰ πάντας
„ εἶναι Ῥωμαίους, ὅσοι ἂν ὦσι δίκῃ καλοκἀγαθίαν τούτων ἄξιοι τῆς τιμῆς,
„ ἀλλήλοις ἴσους.

„ deam ; neque ex fenore aut ex mancipiis victum percipiam : videris enim et
„ haec ab aliis accurate audivisse. Verum enimvero me paupertatis meae cau-
„ sa ceteris Romanis esse infeliciorem, nullamque ex mea virtute utilitatem nan-
„ cisci, quandoquidem in divitibus non connumeror, id demum falso arbitraris,
„ sive fando audisti sive propria uteris coniectura. Quod enim multas opes
„ non habeo, nullus inde mihi sensus maestitiae accidit : neque mea mihi sive publi-
„ ca sive privata fortuna deploranda umquam fuit. Quo enim nomine illam incusem?
„ Num quia pulchrarum atque optabilium rerum, quarum studio nobilis quae-
„ que natura capitur, compos esse in patria propter paupertatem nequeam?
„ Atqui et summos magistratus gero, et splendidissimas legationes obeo, et ad
„ caerimonias sanctissimas in sacris adhibeor, et cum ad publica consilia ac-
„ cedo de summa republica quo ordine par est sententiam rogor, laudor in-
„ super et suspicior, nullique potentissimo inferior sum, immo et virtutis exem-
„ plum existimor; quin tamen ob haec ullam neque ego neque alius quisquam
„ de privato peculio impensam faciamus. Neque enim privatorum facultatibus
„ molesta est romana civitas, ut aliae nonnullae, in quibus publicae opes exi-
„ guae, amplae privatorum : verum ipsa ducentibus ordines necessaria omnia
„ suppeditat, splendidas videlicet et illustres impensas. Quare pauperrimus di-
„ tissimo non est inferior, siquando ad honores petendos accedit : sed Romani
„ omnes, quotquot quidem virtutis ergo dignitates merentur, aequali iure fru-
„ untur.

(1) Nimirum ea Pyrrhus a Cinea familiari suo audiverat, quem componendae pacis causa Romam antea miserat. Vide Plutarchum in *Pyrrho* cap. XVIII. sqq.

Digitized by Google

LIIII. „ Ὁπότε δὴ πενόμενος οὐδὲν ἧττον τοῦτ' ἔλαττον ἔχω τῶν πολ-
„ λὰ κεκτημένων, τί παθὼν ἂν κατηγόρημα τῆς τύχης, ὅτι οὐκ ἴσον ὑμῖν
„ ἐποίησε τοῖς βασιλεῦσιν, οἷς ὁ πολὺς θησαυρίζεται χρυσός; ἀλλὰ μὴν ἔν
„ γε τοῖς ἰδίοις τοσοῦτον ἀπέχω κακοδαιμονίας, ὡς' ἐν ὀλίγοις πάνυ τῶν
„ μακαρίων ἐμαυτὸν εἶναι δοκῶ, ὡδὶ σοῦ πλησίον ἐξετάζων· καὶ ὅτι τού-
„ τῳ μέγιστον φρονῶ· ἐπιδὴ τὰ μὲν ἀναγκαῖα τὸ λυπρὸν ἀπόχρη μοι γήδιον
„ φιλεργοῦντι καὶ ταμιευομένῳ παρέχειν· τὰ δ' ἔξω τῶν ἀναγκαίων οὐ βιάζεται ζητεῖν
„ ἡ φύσις· ἀλλὰ καὶ τροφὴ πᾶσα ἡδεῖα μοι, ἣν ἂν ὁ λιμὸς σκευάσῃ· ᾧ πο-
„ τὸν ἅπαν γλυκύ, ὅ τ' ἂν ἡ δίψα πορίσῃ· καὶ ὕπνος μαλθακὸς, ὅ τ' ἂν
„ ἡγήσηται κόπος· ἐσθὴς τε ἡ παρέχουσα μὴ ῥιγοῦν αὐταρκεστάτη· καὶ σκεῦος,
„ ὅ τι ἂν εὐτύχεστατον τῶν δυναμένων τὰς αὐτὰς παρέχειν χρείας, οἰκειότατον· ὥστ'
„ οὐδὲ κατὰ τοῦτο δίκαιος εἶμι (a) τῆς τύχης κατηγορεῖν, ἣ μοι τοσαύτῳ παρέσχεν
„ οὐσίαν, ὅσην ἡ φύσις ἐβούλετο ἔχειν· τῶν δ' ὑπερβαλλόντων οὔτε πόθον ἐνέφυσεν,
„ οὔτ' εὐπορίαν ἔδωκε· νὴ Δί', ἀλλ' οὐ περίεσί μοι τοῖς πλησίον (b) ἐπαρκεῖν· οὔδ'
„ ἐκ περιουσίας δεηπνήμῳ ἔδωκέ μοι ὁ θεὸς ἔχειν, οὐδὲ μαντικὴν, αἷς ὠφέλειν ἂν
„ σοῦ δεομένους, οὐδ' ἄλλα πολλά· ἃ δ' ἐστὶν ἐν ἐμοὶ, τούτων μεταδιδοὺς
„ καὶ πόλει καὶ φίλοις, καὶ ἀφ' ὧν δύναμαι ποιεῖν εὖ τινας, ταῦτα κοινὰ
„ τοῖς δεομένοις παρέχων, οὐκ ἂν ἡγησαίμην αἴτιον (c) ἐμαυτόν; ταῦτα δ'
„ ἐστὶν, ἃ σὺ κράτιστα νομίζεις εἶναι, καὶ πολλῶν χρημάτων ἕτοιμος εἰ
„ πρίασθαι.

54. „ Nunc quandoquidem penuria mea nihilo est deterior complura possi-
„ dentibus, quo pacto de fortuna conquerar? Num quia parem haud genuit
„ me vobis regibus, quibus tanta vis auri congeritur? Atqui quod ad meum
„ patrimonium adtinet, adeo me infeliciorem non iudicio, ut cum paucissimis bea-
„ tissimus mihi videar, quotiescumque me confero cum divitibus: eaque re vel
„ maxime glorier. Namque necessaria operoso mihi et parce utenti agellus li-
„ cet macer exhibet: quorum autem nulla est necessitas, ea me demum quaerere
„ natura non cogit. Omnis mihi dulcis cibus accidit quem fames paraverit; omnis item
„ potus quem sitis propinaverit. Mollis somnus post laborem: veste quae fri-
„ gus arceat vel maxime sum contentus: tum e vasis quorum ad eadem usus
„ est, quod ferme vilissimum id mihi convenientissimum. Ergo si fortunae male
„ dicam iniquus sim, quae tantum rei dedit quantum natura desiderabat, su-
„ perfluorum autem neque cupiditatem ingeneravit neque copiam suppeditavit. At
„ enim mehercule non ea conditione sum, ut beneficentia erga alios uti possim. Et
„ quidem Deus neque copiosissimam mihi doctrinam neque artem divinandi con-
„ cessit, quibus utique indigentes iuvarem, neque denique alia multa. Dum
„ autem ea, quae in me sunt, reipublicae et amicis impertior; et quae non-
„ nullis prodesse videntur, ea in commune confero, nonne me alienae felicita-
„ tis auctorem iure arbitror? Atqui haec sunt quae tu praeclarissima existimas,
„ multaque vi auri redimere studes.

(a) Ita εἶην Reiskius pro vulgata lectione εἶναι. (b) Ita scribo pro πλουσίους, quia codex quidam habuit τοὺς πλησίους. Ursinus tamen in codice vaticano scripturam τοὺς πλουσίους emendabat τοῖς πλουσίοις. (c) Ita est in codice ursiniano olim, nunc vaticano. P. Iordanus malebat scribere αἴσιον *fortunatum*; quae est coniectura satis laudabilis, vimque minimam scripturae infert.

LV. „ Εἰ δὲ δὴ καὶ τὰ μάλιστα δι' τὰς εὐεργεσίας τῶν δεομένων τὸ „ πολλὰ κεκτῆσθαι χρήματα μεγάλης ἦν σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας ἄξιον, καὶ μα- „ καριωτάτους ὑπῆρχεν εἶναι σοῦ πλουσιωτάτους, ὡς τοῖς βασιλεῦσιν ὑμῖν δο- „ κεῖ, πότερόν μοι ἦν τρόπου εὐπορίας κρείττων; ἀφ' ὧν σύ μοι νῦν μετα- „ δίδως αἰσχρῶς, ἢ ἀφ' ὧν αὐτὸς ἐκτησάμην καλῶς πρότερον; παρέσχε γάρ „ μοι τὰ πολιτικὰ πράγματα χρηματισμοῦ ἀφορμὰς, πολλάκις μὲν καὶ „ πρότερον, μάλιστα δ' ἡνίκα (a) ἐπὶ Σαυνίτας καὶ Λευκανοὺς καὶ Βρεττίους στρα- „ τιὰν ἄγων ἑξάλην τρίτῳ (b) πρότερον ἐνιαυτῷ, τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἔχων· καὶ „ πολλὴν μὲν χώραν ἐληλάτησα, πολλαῖς δὲ μάχαις σὺν ἀντιταξαμένους „ ἐνίκησα, πολλὰς δὲ καὶ εὐδαίμονας πόλεις κατὰ κράτος ἑλὼν ὠχετόρθησα· „ ἐξ ὧν τὴν στρατιὰν ἅπασαν ἐπλούτισα, καὶ τὰς εἰσφορὰς τοῖς ἰδιώταις, ἃς „ εἰς τὸν πόλεμον προεσήνεγκαν, ἀπέδωκα, καὶ ὑπὲρ τάλαντα μύρια τὴν θρίαμβον εἰς τὸ τα- „ μεῖον εἰσήνεγκα· ἔπειτ' ἐκείνων τῶν δορυκτήτων ὀλίγον μοι λαβεῖν ὁπόσα βούλοίμην, „ οὐ λαβὼν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ τῶν δικαίων πλοῦτον ὑπεριδὼν ἕνεκα δόξης (ὡς „ Οὐαλέριος Ποπλικόλας ἐποίησε καὶ ἄλλοι πλεῖστοι πρὸς τούτοις συχνοὶ, δι' „ οὓς ἡ πόλις ἡμῶν τηλικαύτη γέγονε), τὰς ὧδε σοῦ δέξομαι δωρεάς; καὶ „ ἀντὶ δὲ κρείττονος εὐπορίας ἀλλάξομαι τὴν χείρονα; ἐκείνῃ μέν γε τῇ κτή- „ σει καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς ποιεῖσθαι τὰς ἀπολαύσεις πρὸς τῷ καλῷ καὶ δικαίῳ „ προσῆν· ταύτης δὲ καὶ τοῦτ' ἄπεστι· δανείσματα γάρ ἐστιν, ὅσα προσλαμ- „ βάνουσιν ἄνθρωποι παρ' ἑτέρων, βαρύνοντα τὴν ψυχὴν ἕως ἂν ἀποδοθῇ· „ κἂν ὀνόμασι καλοῖς αὐτὰ κοσμήσῃ τις, φιλανθρωπίας καλῶν καὶ δω- „ ρεὰς ἢ χάριτας.

55. „ Quod si praesertim benefaciendi causa iis qui aliqua re egent, „ ambitiosum magnopere et optabile beatissimumque esset divitiis affluere, „ uti vobis regibus videtur; utra me magis deceret divitiarum ratio? num „ earum quas nunc a te turpiter accepissem, an earum potius quae olim sine „ ullo dedecore in mea potestate fuissent? Publica quippe munera mul- „ tas mihi occasiones ditescendi obtulerunt, praesertim tertio abhinc anno, „ cum imperator et consul adversus Samnites Lucanos et Bruttios missus, mul- „ tum agri populatus sum, multis proeliis hostem superavi, multas beatasque „ urbes vi captas diripui: quibus victoriis universum exercitum ditavi, et ci- „ vibus tributa, quae privatim ad bellum contulerant, reddidi, et quadrigen- „ ta talenta non sine triumpho in aerarium intuli. Qui igitur bello parta ha- „ bere quum possem nolui, sed gloriae studio iustas etiam divitias contempsi „ (veluti Valerius Publicola aliique complures, quorum gratia urbs nostra in „ tantum fastigium conscendit;) idem tua nunc dona recipiam? et decoras opes „ cum turpibus commutabo? Atque in illis quidem possidendis non solum de- „ cus et aequitas verum etiam voluptas inerat; quod contra in aliis accidit. „ Reapse fenora sunt quae homines accipiunt dona, eaque animum praegravant „ donec rependantur, quibuscumque demum nominibus ea lubet exornare, nem- „ pe beneficiorum aut donorum aut largitionum.

(a) Ἡνίκα addebat Reiskius. (b) Lectio codicis vaticani est τετάρτῳ. Sed pro ea Ursinus merito scripsit τρίτῳ, auctore ipso Dionysio sub initium huius legationis; et adstipulantibus fastis consularibus.

Digitized by Google

LVI. „ Φέρε, ἐὰν δὴ μανεὶς δίξωμαι χρυσὸν, ὃν δίδως μοι, καὶ τοῦθ' „ ἅπασι Ῥωμαίοις γένηται φανερὸν, ἔπειθ' οἱ τὴν ἀνυπεύθυνον ἔχοντες ἀρχὴν, „ οὓς ἡμεῖς τιμητὰς καλοῦμεν, οἷς ἀποδίδωται τοὺς ἁπάντων Ῥωμαίων „ ἐξετάζειν βίους, καὶ τοὺς ἐκβαίνοντας ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν ζημιοῦν, κα- „ λέσαντές με λόγον ἀποδοῦναι κελεύσωσι τῆς δωροδοκίας, ἁπάντων παρόν- „ των „ (1) ταῦτα προφερόμενοι. Ἐπέμψαμεν σὲ ὦ Φαβρίκιε (a) πρεσβευτὴν σὺν ἑτέροις δυσὶν ὑπατικοῖς ἀνδράσι πρὸς βασιλέα Πύρρον ὑπὲρ αἰχμαλώτων λύσεως διαλεξό- μενον· ἥκεις ἀπὸ τῆς πρεσβείας, οὐκ μὲν αἰχμαλώτους οὐκ ἄγων, οὐδὲ ἄλλο τῇ πόλει φέρων ἀγαθὸν οὐδὲν, αὐτὸς ὢν βασιλικὰς δωρεὰς εἰληφὼς μόνος τῶν συναποσταλέντων σοὶ πρεσβέων, καὶ ἦν (b) ὁ δῆμος ἀπειλησάμενος ποιήσασθαι [εἰρή- νην (c)] μόνος ἐπ' οὐδενὶ τῆς πόλεως ἀγαθῷ· πόθεν γὰρ; ἀλλ' ἵνα προδῷς αὐτὴν τῷ βασιλεῖ, καὶ δι' ἀλλήλων σοῦ μὲν ἐκεῖνος ἅπασαν Ἰταλίαν ὑφ' αὑτῷ ποιή- σηται, δι' ἐκείνου δὲ σὺ τῆς πατρίδος ἀφέλῃ τὴν ἐλευθερίαν· τοῦτο γὰρ ἔστιν ὃ διώ- κουσιν ἅπαντες οἱ μὴ τὴν ἀληθινὴν, ἀλλὰ προσποιητὸν ἐπιτηδεύσαντες ἀρετὴν, ὅταν εἰς ὄγκον καὶ μέγεθος πραγμάτων προέλθωσιν· εἰ δὲ μὴ τὸ πρεσβύτερον ἔχων ἀξίωμα, μηδὲ παρὰ τῶν πολεμίων τῆς πατρίδος, μηδ' ὅπως προδοσίᾳ καὶ τυραννίδι τῶν σαυτοῦ πολιτῶν ἐδωροδόκεις (d), ἀλλ' ἰδιώτης ὢν καὶ παρ' ἀνδρὸς συμμάχου καὶ ἐπ' οὐδενὶ

56. „ Sed fac, me abreptum stulto consilio, aurum quo abs te donor recipere, „ eamque rem cunctis Romanis fieri manifestam; continuo ii qui apud nos magi- „ stratum gerunt reddendis rationibus non obnoxium, qui censores appellantur, „ habentque potestatem inquirendi in omnium Romanorum vitam, aberrantesque a pa- „ triis moribus castigandi, me citatum de receptis muneribus postularent publico iu- „ dicio „ hac oratione utentes. Misimus te, Fabrici, legatum cum duobus aliis consu- laribus viris ad regem Pyrrhum, ut captivorum restitutionem curares. Venis a legatione sine captivis, sine ullo urbis emolumento, ipse solus legatorum sociorum regiis donis cumulatus; postquam eam, quam omnino populus respuit, pacem privata auctoritate nulloque bono nostro composuisti. Cur enim eam pepigeris, nisi ut urbem regi proderes, teque ille adiutore universam Italiam sibi subiiceret, et tu invicem ab illo adiutus patriae tuae libertatem opprimeres? Id enim scilicet student, quicumque pro vera simulatam virtutem sectantur, cum summum aliquem magistra- tum obtinuerunt. Quod si neque senatoria dignitate insignitus, neque ab hostibus pa- triae, neque perfidiae tyrannidemque tuis civibus imponendi causa dona recepisses, sed privatus et ab homine socio et cum nullo civitatis detrimento; nonne ob

(a) Codices Φαυρίκιε. (b) Codices quidem habent ἦν; sed videbatur legendum ᾖν. (c) Codices pro ποιήτας habent ποιήσασθαι, et omittunt εἰρήνην. Pacem autem a Fabricio cum Pyrrho compositam sit Iustinus XVIII. 2; sed falso: constat enim etiam ex Plutarcho in *Pyrrho* pacem saepe oblatam a rege, summa Romanorum constantia fuisse reiectam. (d) Codex unus ἐδωροδόκεις.

(1) Saepenumero fortunae temeritas in ratione codicum lusit, uti hoc etiam loco mirari licet. Namque is codex vaticanus MCCCCXVIII, cuius ope Fulvius Ursinus dionysiana fragmenta *de legationibus* edidit, partem posteriorem fabriclanae orationis amiserat (cessat enim Dionysius p. 226; in sequente autem pagina 227. incipiunt polybianae legationes) codices contra mediolanenses priore multati sunt, ita tamen ut extremam particulam ex hac etiam retineant, nempe a verbis ἔπειθ' οἱ τὴν ἀνυπεύθυνον etc. quò scilicet exploratius fortunatiusque partis utriusque cohaerentiam totiusque orationis integritatem nunc denique cognoscamus.

Digitized by Google

κακῷ τὴν πόλεως, ἆρ' οὐ δι' ἐκεῖνα τὴν μεγάλης ἄξιος εἶ ζημίας, ὅτι διαφθείρεις μὲν σοῦ νέους, πλούτῳ καὶ τρυφῇ καὶ πολυτελείᾳ βασιλικῇ ζῆλον εἰς σοῦ βίους εἰσάγων; οἷς πολλῆς δεῖ σωφροσύνης, εἰ μέλλει σωθήσεσθαι τὰ κοινά· καταισχύνεις δὲ καὶ σεαυτοῦ προγόνους, ὧν οὐθεὶς ἐξέβη σοῦ πατρίους ἐθισμούς, οὐδ' ἠλλάξατο πλοῦτον αἰσχρὸν ἀντὶ πενίας καλῆς, ἀλλ' ἅπαντες ἐπ' αὐτῆς ἔμειναν τὴν μικρᾶς οὐσίας· ἣν σὺ παραλαβὼν, ἐλάττονα ἢ καὶ σεαυτὸν ἡγήσω· διαφθείρεις δὲ τὰ ἐκ τῶν προτέρων ἐπιτηδευμάτων γιγνόμενην σοὶ δόξαν, ὡς ἐγκρατὴς καὶ σώφρων καὶ πάσης αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας κρείττων· ἔπειτα χαιρήσεις κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ γιγνόμενος; ὅτ' ἔδει σὲ, καὶ εἰ πρότερον πονηρὸς ἦσθα, πεπαῦσθαι· ἢ τῶν καλῶν τίνος ἔτι (a) μεθέξεις τῶν ὀφειλομένων τοῖς ἀγαθοῖς; ἀλλ' οὐκ ἄσει μάλιστα (b) μὲν ἐκ τῆς πόλεως, εἰ δὴ μή γ' ἐκ τῆς ἀγορᾶς;

LVII. Ἂν ταῦτα λέγοντες ἐγγράψωσί με τῆς βουλῆς, καὶ μετάγωσιν εἰς τὰς τῶν ἀτίμων φυλὰς, τί πρὸς αὐτοὺς ἔχω λέγειν δίκαιον ἢ ποιεῖν; τίνα δὲ μὴ ταῦτα βίον ζήσομαι τηλικαύτην ὑπενεγκὼν ἀτιμίαν, καὶ σοῦ ἐξ ἐμαυτοῦ πάντας ἐκβαλών; σοὶ δὴ αὐτῷ τί χρήσιμον ἔτι φανήσομαι, τὸ δύνασθαί τι καὶ τιμᾶσθαι παρὰ τοῖς πολίταις ἀποβαλών, δι' ἃ νῦν ἐσπούδακας ἐπὶ ἐμοῦ; λείπεται δὴ τὴν οὐδεμίαν ἔτι χώραν ἐν τῇ παρίδι κατέχων δυνάμενον ἀπεῖναι πανοικεσίᾳ, τὰς ἀσχήμονας αὐτοῦ καταγνόντα φυγάς· ἔπειτα, ποῖ δὴ λοιπὸν ἔσομαι χρόνου; ἢ τίς ὑποδέξεταί με τόπος ἀπαρρησίαστον γενόμενον ὥσπερ εἰκός; ἡ σὴ βασιλεία; νὴ Δία, καὶ παρέξεις μοὶ σὺ τὴν τυραννικὴν ἅπασαν εὐδαιμονίαν· καὶ τί μοι τηλικοῦτο δώσεις ἀγαθὸν, ὅσων ἀφελεῖ, τὸ πάντων τιμιώτατον κτημάτων ἀφελόμενος, τὴν ἐλευθερίαν; πῶς δ' ἂν ὑπομεῖναι δυναίμην ἐγὼ τὴν βίου μεταβολὴν,

hoc grandi poena esses adficiendus, quod adulescentes vitiares, divitiarum et deliciarum et luxus regii cupiditatem nostris moribus adflans? quum contra opus sit multa temperantia, siquidem salvam rempublicam esse volumus. Dehonestas autem et maiores tuos, quorum nemo patria instituta praetergressus est, neque cum turpi lucro honestam paupertatem commutavit, sed cuncti in eodem modico patrimonio permanserunt, quod tu ab iis traditum tuo merito deterius existimasti. Praeterea gloriam etiam corrumpis prioribus gestis tuis adquisitam, continentis videlicet et modesti nullique turpi cupiditati obnoxii. Iamvero gaudes ne fieri malus e probo? quum oporteret, si vel antea malus fuisses, ab improbitate recedere. Num deinceps dignitatem aliquam attinges ex iis quae bonis debentur? Neque potius excedes sin minus ex urbe, certe e foro?

57. His conviciis oneratum, quum me de albo senatorum eraderent atque inter aerarios relegarent, quid aequum responderem aut facerem? quam vitam deinceps viverem in tantum infamiam delapsus, meis etiam posteris omnibus eodem genere calamitatis implicitis? Tibi vero ipsi qua ratione utilis essem, postquam apud cives meos nihil potentiae reverentiaeque retinerem, quarum causa nunc tu meam captas gratiam? Quum igitur ab omni spe dignitatis in patria obtinendae excidissem, reliquum esset ut cum universa domo recederem, ipse mihi turpe exilium decernens. Age vero ubinam aetatem deinceps degerem? quis me reciperet locus conscientiâ, uti par est, exanimatum? Tuumne regnum? Si mihi per Iovem totam tuam tyrannicam felicitatem affunderes; tantumne mihi dares, quantum aufers, pretiosissima omnium rerum libertate spoliato? Qui porro ego ferrem vitae mutati-

(a) Codex unus ἔτι τίνες. (b) Μάλιστα abest ab uno codice.

Digitized by Google

ὀψὲ δ' ἐλεύθεραν διδασκόμενοι; ὅπου γὰρ οἱ γεννηθέντες ἐν βασιλείαις καὶ τυραννίσιν, ὅτ' ἂν εὐγενὲς ἔχωσι, δι' ἐλευθερίας ὀλίγονται, καὶ πάνθ' ἡγοῦνται τἀγαθὰ ταύτης ἐλάττω, ὥσπερ οἱ ἐν ἐλευθέρᾳ καὶ ἑτέρων ἄρχειν μαθούσῃ πόλει διώσαντες, πρᾴως οἴσουσι τὴν ἐκ τῆς κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω (a) μεταβολήν; ἐξ ἐλευθέρων ὑπομείναντες δοῦλοι γενέσθαι, ἵνα λαμπρὰς ἑστιάτωνται καθ' ἡμέραν τραπέζας, καὶ πολλοὺς θεράποντας θεάγωνται, καὶ γυναικῶν καὶ παίδων εὐπρεπῶν (b) ἀφειδεῖς ἀπολαύσῃς λαμβάνωσιν; ὥσπερ ἐν τούτοις δὴ ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας κειμένης, ἀλλ' οὐκ ἐν ἀρετῇ.

LVIII. Αὐτῶν δὴ τοσούτων, ἵνα συγχωρήσῃ τις αὐτὰ πολλῆς εἶναι σπουδῆς ἄξια, τίς γένοιτ' ἂν ἱλαρὰ χρῆσις οὐκ ἔχουσα τὸ βέβαιον; ὑφ' ὑμῖν γὰρ ἔστι τοῖς παρέχουσι τὰς ἡδονὰς ταύτας, ὅτ' ἂν αὐτοὶ θέλητε, πάλιν αὐτὰς ἀφαιρεῖσθαι· ἐῶ γὰρ λέγειν ὑμᾶς φθόνους, τὰς διαβολὰς, τὸ μηδένα χρόνον ἄνευ κινδύνου καὶ φόβου ζῆν, τἄλλα ὅλα (c), ὅσα φέρει χαλεπὰ καὶ οὐκ ἄξια γενναίου φρονήματος ὁ πρὸς τοῖς βασιλεῦσι βίος· μὴ τοσαύτη μανία κατάσχοι Φαβρίκιον, ὥστε, τὴν μέγιστον καταλιπόντα Ῥώμην, τὸν ἐν Ἠπείρῳ προελέσθαι βίον· καὶ ἔχον ἡγεμόνος ἡγεῖσθαι πόλεως, ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἄρχεσθαι, μηθὲν ἴσον τοῖς ἄλλοις φρονοῦντος, καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν ἀκούειν πρὸς πάντων ἐθισθέντος· ἀλλάξαι μέν γε τὸ φρόνημα καὶ ταπεινὸν ἑαυτὸν (d) ποιῆσαι βουλόμενος, ἵνα μηδὲν ὑποπτεύῃς ἐξ ἐμοῦ κακὸν, οὐκ ἂν δυναίμην· δεδιέναι γὰρ τοιοῦτος, οἷον ἡ φύσις καὶ τὰ ἤθη (e) πεποίηκέ με, βαρὺς φανήσομαί σοι, καὶ βέβαιον δόξω τὴν ἡγεμονίαν εἰς ἐμαυτόν· τὸ δ' ὅλον ἔχω σοὶ φράσαι, μὴ ὅτι Φαβρίκιον, ἀλλὰ μηδ' ἄλλον μηδένα δέχεσθαι τῇ βασιλείᾳ, μήτε κρείττονα μή-

onem, sero servire doctus? Quum vel geniti sub regia tyrannide, siquid nobilis ingenii habent, libertatem exoptent, cunctaque bona huic inferiora existiment; num qui diu vixerunt in libera urbe et dominatrice mutationem in peius aequo animo ferant? Num idcirco e liberis patientur se fieri servos; ut splendidas quotidie mensas instruant, complures servos circumducant, feminarum et puerorum formosorum intemperantes voluptates percipiant? quasi vero in his humana felicitas sita, et non potius in virtute, sit.

58. Verum etiamsi aliquis concedat haec plurimi esse facienda, quaenam laeta possessio esse potest sine firmitate? Etenim vestri arbitrii est, qui eiusmodi delicias dedistis, easdem, quum libuerit, auferre. Mitto commemorare invidias, calumnias, nullumque esse tempus quo apud vos tuto et secure vivere liceat. Mitto denique quidquid aliud molestum et generoso animo indignum fert aetas cum regibus acta. Ne tanta insania Fabricium corripiat, ut, celeberrima Roma relicta, vitam in Epiro exigere praeoptet! quumque ei liceat dominae urbi imperitare, uni viro semet subiiciat, qui nihil aequale ceteris sapit, et voluptatem suis auribus captare ab omnibus solet. Equidem animi elationem adeo immutare nequirem, neque memet ita deprimere, ut nihil a me tibi esset timendum. Quod si eum morem quem natura indidit retinerem, gravis tibi esse viderer, et principatum quodammodo mihi vindicare. Illud generatim moneo, ut nedum Fabricium, sed alium neminem in tuum regnum recipias, sive generosiorem te, sive aequalem, vel omnino liberalibus

(a) Ita corr. V. At codices χείρα. (b) Εὐπρεπῶν absunt ab uno codice. (c) Ὅλα absunt ab uno codice. (d) Perperam in ed. mediol. ἑαυτόν. (e) Codex unus habet ἔθη.

Digitized by Google

τε ἴσον σαυτοῦ, μηδ' ὅλως ἄνδρα ἐν ἐλευθέροις ἤθεσι τραφέντα, καὶ φρόνημα μεῖζον ἢ κατ' ἰδιώτην ἔχοντα· οὔτε γὰρ ἀσφαλὴς βασιλεῖ σύνοικος ἀνὴρ μεγαλόφρων, οὔτε ἡδύς· ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἰδίων συμφερόντων ἃ σοι πρακτέον ἐστὶν, αὐτὸς διαγνώσῃ· περὶ δὲ τῶν αἰχμαλώτων ὅπως τί βουλευσάμενος, ἄφες ἡμᾶς ἀπεῖναι.

LVIIII. Ὡς δὲ ἐπαύσατο λέγων, ἀγασθεὶς αὐτοῦ τὴν εὐγένειαν καὶ ψυχῆς ὁ βασιλεὺς, καὶ δεξιᾶς λαμβάνεται καὶ φησίν· οὐκέτι θαυμάζειν ἐπέρχεταί μοι, διὰ τί ποτε ἀνίκητος ἡ πόλις ὑμῶν (a) ὅτι καὶ τοσοῦτον ἡγεμονίας περιβέβληται μέγεθος, τοιούτων ἀνδρῶν οὖσα τροφός· καὶ μάλιστα μὲν οὖν ἐβουλόμην ἂν ἐξ ἀρχῆς μηδεμίαν συμβῆναι μοὶ πρὸς ὑμᾶς διαφοράν· ἐπεὶ δὲ συνέβη, καὶ θεῶν τις ἐβούλετο περαθέντας ἡμᾶς τὴν ἀλλήλων δυνάμεως καὶ ἀρετῆς, τότε συναγαγεῖν, ἕτοιμός εἰμι διαλύεσθαι· καὶ ἵνα πρῶτος ἄρξω τῆς φιλανθρώπων, ἐφ' ἃ παρακαλεῖτέ με, χαρίζομαι τῇ πόλει τὸν αἰχμαλώτους ἅπαντας ἄνευ λύτρων.

LX. Δέκιος (1) τις καμπανὸς προύραρχος, ἐν τῇ Ῥηγίνων πόλει καταλειφθεὶς ὑπὸ Φαβρικίου Ῥωμαίων ὑπάτου (2), καὶ τὴν πόλεως ἐρασθεὶς, ὕπουλον πλασάμενος ὡς παρὰ ξένου τινὸς ἰδίου ἐν ᾗ ἐδήλουτο μέλλων ὁ βασιλεὺς Πύρρος ἀποστέλλειν ἐπὶ Ῥήγιον πεντακισχιλίους ἄνδρας καταληψομένους τὴν πόλιν, ἀνοίξειν ὑποσχομένων αὐτοῖς Ῥηγίνων τὰς πύλας· ταύτην εὑρὼν πρόφασιν τῆς Ῥηγίνων πρώτους (3) κατέσφαξε, καὶ τὰς αὐτὰς (b) γυναῖκας καὶ παρθένους μετὰ τῶν σφετεριῶν U. C. an. 474.

in moribus educatum, tumidioresque spiritus, quam privato par est, gerentem. Cum viro enim excelsa mente praedito non est regi tutus convictus neque suavis. Verum ea quae tibi expediunt, quemadmodum tibi curanda sint, ipse videbis. Nunc, quod ad captivos adtinet, clementiae ratione habita, sine nos abire.

59. Postquam finem dicendi fecit, suspiciens nobilitatem animi rex, dextra Fabricii prehensa, iam non miror, inquit, in tantam gloriam tantumque principatum venisse vestram urbem, quae huiuscemodi virorum nutrix est. Atque ego quidem nullam mihi vobiscum contentionem esse voluissem: quae quoniam accidit, deusque aliquis voluit, postquam alter alterius potentiam et virtutem experti essemus, nos demum foedere coalescere, vobiscum in gratiam redire non recuso. Atque ut prior initium humanitatis faciam, quod me rogatis, urbi vestrae sine redemptionis pretio captivos remitto.

60. Decius quidam campanus praefectus praesidii Rhegio impositus a Fabricio consule Romanorum, illectus urbis beatitate, finxit litteras se accepisse ab hospite suo, quibus Pyrrhus rex dicebatur missurus Rhegium quinque mille homines, qui urbe potirentur, spondentibus Rheginis portas se illis patefacturos. Hae ansa captata Rheginorum principes interemit, ipsasque matronas et virgines

(a) Codex unus habet ὑμῶν ἡ πόλις. (b) Malim αὐτῶν.

(1) Capitulum LX, itemque LXI usque ad κατηρξάμενος desiderat codex unus.

(2) Quippe ipsi Rhegini a Pyrrho simul et a Carthaginiensibus sibi metuentes Romanorum praesidium acciverant. Vide Polybium I. 7, et Dionis excerpta valesiana fragm. XL.

(3) Codices mediolanenses, seu certe schedae meae, habent τοὺς Ῥηγίνους πέντε. Atqui Dio loc. cit. scribit τοὺς πρώτους τῶν Ῥηγίνων. Revera qui fieri poterat ut caede quinque tantummodo Rheginorum tyrannidem Decius occuparet? Ergo sicuti cap. XXXVI. dixi me olim mendose edidisse πρῶτα pro πέντε; ita hoc loco mendose item scriptum fuisse vel me olim edidisse arbitror πέντε pro πρώτους.

Digitized by Google

διελόμενος, τύραννος δ' πόλεως ἦν· μ ἢ νοσήσας τοὺ ὀφθαλμοὺς ἰατρὸν ἐκ Μεσήνης μεταπέμπεται Δεξικράτην ὄνομα, πυνθανόμενος ἄριστον αὐτὸν εἶναι (1). * *

V. C. an. 476. LXI. Αὐτὸς ἢ ὁ Πύρρος τοὺ ὁμηρικοὺς ἐπιφθεγξάμενος στίχους, οὓς ὁ (a) Ἕκτωρ αὐτῷ πεποίηται πρὸς Αἴαντα λέγων, ὡς ὑπὸ Ῥωμαίων εἰρημένους πρὸς ἑαυτόν (2)·

τῷ σε κ οὐκ ἐθέλω βαλέειν, τοιοῦτον ἐόντα,
λάθρη ὀϊστεύσας· ἀλλ' ἀμφαδὸν, αἴ κε τύχωμι (3).

Καὶ μ τοῦτ', εἰπὼν ὅτι κινδυνεύοι πονηρὰν πεποιῆσθαι τ ὑπόθεσιν τ πολέμου πρὸς ἀνθρώπους ὁσιωτάτους Ἑλλήνων (4) κ δικαιοτάτους, μίαν ἔφη θεωρεῖν ἀπαλλαγὴν τ πολέμου καλὴν κ συμφέρουσαν, εἰ φίλους ἀντὶ πολεμίων αὐτοὺ ποιήσαιτο, φιλανθρωπίας τινὸς μεγάλης καταρξάμενος· προαχθῆναι ἢ κελεύσας τοὺ Ῥωμαίων αἰχμαλώτους, κ δοὺς ἅπασιν ἐσθῆτας ἐλευθέροις πρεπούσας σώμασι, κ ἐνοδίους (b) δαπάνας, παρεκάλεσεν αὐτοὺ μεμνῆσθαι, οἷος εἰς αὐτοὺς ἐγένετο, κ τοῖς ἄλλοις λέγειν. ὅτ' ἂν δ' εἰς τὰς ἑαυτ ἔλθωσι πατρίδας, πάσῃ (c) προθυμίᾳ πράττειν ὅπως φίλους ποιήσωσι τὰς πόλεις.

* * Ἄμαχον δή τινα ἰσχὺν τὸ βασιλικὸν ἔχει χρυσίον, κ οὐδεμία εὕρηται πρὸς τοῦτο τὸ βέλος ἀνθρώποις φυλακή (5).

inter milites divisit, urbisque tyrannidem invasit. Post haec oculis laborans medicum Messana arcessivit Dexicratem, quem praestantissimum esse audierat. * *

61. Idem Pyrrhus homericos recitavit versus, quos poeta fingit ab Hectore ad Aiacem dici, tamquam si a Romanis de se ipso dicerentur:

Quamobrem nolo te, cum tantus vir sis, ferire
Clam insidiis adpetens; sed palam, si adsequi potuero.

Post illa inquiens se fortasse iniustum bellum suscepisse adversus sanctissimos Graecorum atque iustissimos, unum adfirmabat superesse modum belli honeste utiliterque finiendi, si nempe amicos ex hostibus eos sibi faceret, ab insigni beneficio exordiens. Romanos igitur captivos educi iussit, donatosque omnes vestibus, quae liberos homines decerent, insuperque viatico, rogabat meminissent, qualis erga ipsos fuisset, idque ceteris narrarent: cumque in suas patrias venissent, omni studio curarent, ut civitates ad Pyrrhi amicitiam adiungerent.

* * Insuperabili vi regium aurum praeditum est, neque ulla hominibus cautio inventa est contra huiusmodi telum. * *

(a) Codex unus pro οὓς ὁ habet ὅς. (b) Codex unus habet ἐνοδίους. (c) Codex unus habet πᾶσι; alius πᾶσιν.

(1) Locum Dionysii mutilum explent Appianus in fragm. *samn.* cap. III, Diodorusque ecl. et excerpt. XXII, qui aiunt Decium a Dexicrate excaecatum impositis dolose cantaridibus.

(2) Puta cum Fabricius proditorem illum repulit, qui Pyrrhum veneno a se extinctum iri spondebat. Ergo Dionysius eam quoque historiam habuit, quam in hoc volumine supplet Dio in excerptis vat. posterioribus.

(3) *Iliad.* VII. 242-243. Notemus autem variam lectionem: namque Homeri editiones habent, ἀλλ' οὐ γάρ σ' ἔολπα.

(4) Heraclides item ponticus apud Plutarchum in *Camillo* cap. XXII dicit Romam ἑλληνίδα πόλιν, *graecam urbem*.

(5) Locus mutilus, in quo fortasse agitur de muneribus, quibuscum Romam venit missus a Pyrrho Cineas belli componendi causa: quae munera ait Putarchus in *Pyrrho* cap. XVIII. a nemine Romanorum

Digitized by Google

LXII. * * Ἔμελλον (a) ὅπερ εἰκὸς ὁπλῖται κράνεσι καὶ θώραξι καὶ θυρεοῖς βαρεῖς πρὸς ὀχθηρὰ χωρία καὶ μακρὰς ἀτράπους πορευόμενοι · καὶ οὐδὲ ταύτας λεωφόρους, ἀλλ' αἰγοτρίβας δι' ὕλης τε καὶ κνημῶν, τάξιν τε οὐδεμίαν φυλάξειν, καὶ πρὶν ἐπιφανῆναι σφίσι τοὺς πολεμίους, ἐξασθενήσειν τὰ σώματα δίψει καὶ κόπῳ (1). * * Τοὺς τοῖς ἱππικοῖς δόρατιν ἐκ δεξιᾶς ἀμφοτέραις τὰς χερσὶ κρατουμένοις μαχομένους συσάδην (b), καὶ τὰ πολλὰ κατορθοῦντας. * * Οὓς (c) ἐν τοῖς μάχαις πρίγκιπας Ῥωμαῖοι καλοῦσιν (2). * *

LXIII. Ἐν τῇ νυκτὶ (3), ἐν ᾗ τὴν στρατιὰν ἀπάξειν ὁ Πύρρος ἔμελλεν ὅπλα τὸ ὄρος [τῷ Ῥωμαίων ἐπιθησόμενος χάρακι] λάθρα, ἔδοξε καθ' ὕπνους ἐκπεσεῖν αὐτοῦ τοὺς (d) πλείονας ὀδόντας, καὶ πολὺ αἵματος ἐκ τοῦ στόματος φέρεσθαι · ταραχθεὶς δὲ διὰ τὸ ὄψιν καὶ μεγάλως ἐσεσθαι συμφορὰν μαντευόμενος· [ἤδη γὰρ αὐτῷ καὶ πρότερον τοιαύτῳ ὄψιν ἐνυπνίου θεασαμένῳ δεινή τις συνέβη δυσποτμία] ἐβούλετο [μὲν] ἐπισχεῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνῳ · οὐκ ἴσχυσε (e) δὲ νικῆσαι τὰ πεπρωμένα, ἐναντιουμένων τοῖς φίλων πρὸς τὴν ἀναβολήν, καὶ μὴ μεθεῖναι τὸν καιρὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀξιούντων. Ἀναβάντων δὲ τῶν σὺν τῷ Πύρρῳ

62. Ituri erant onerati galeis et loricis et scutis, uti solent gravis armaturae milites, per clivosas regiones longosque tramites, neque hos hominibus frequentatos, sed tantum capellis pervios; per silvas et rupes, nullo servato agmine, et priusquam illis apparerent hostes corpora defatigaturi siti ac labore. * * Eos qui equestribus lanceis utraque manu correptis pugnant cominus, et saepe rem bene gerunt. * * Quos in prochis Romani dicunt principes. * *

63. Qua nocte Pyrrhus educturus erat exercitum in montem, ut Romanorum vallum clam adgrederetur, dormiens visus sibi est amittere plures dentes, copiosumque sanguinem ex ore mittere. Territus eo visu, magnamque calamitatem sibi impendere vaticinans (nam et antea ipsi post oblatam huiusmodi in somnio speciem gravis casus acciderat) volebat ipse quidem eo die moras trahere: non tamen potuit fata vincere, adversantibus sibi amicis quominus differret, rogantibusque ne occasionem e manibus elabi sineret. Quum igitur montem subiret Pyrrhi exercitus cum elephantis, neque id Romanos latuisset, hi

(a) Totum hoc caput LXII. abest ab uno codice. (b) Codd. videntur habere συστάδ. (c) Codd. τάς. (d) Τοὺς delebat immerito Reiskius; confirmatur enim etiam a codicibus mediolanensibus. (e) Edd. ἔσχυσε.

fuisse accepta. Porro quum semel et iterum oblatam per Cineam a Pyrrho pacem Romani respuissent, proelium duplex ad Asculum secutum est, uti narrat idem Plutarchus, ingenti caede, exitu incerto. Non est autem mirum, nullum eius certaminis occurrere in his excerptis vestigium: nam revera Dionysius in integro quoque opere rem silentio pressisse videtur, teste Plutarcho in *Pyrrho* cap. XXI. Ὁ μὲντοι Διονύσιος οὔτε δύο περὶ Ἄσκλον μάχας, οὔτε δυοῖν οὐκ ἀμφιλόγως νικηθῆναι ἱστορεῖ τοὺς Ῥωμαίους: *Dionysius nec duo proelia ad Asculum, neque indubiam victoriam Pyrrhi tradit.*

(1) Heic sine dubio loquitur Dionysius de exercitu Pyrrhi ab expeditione sicula in Italiam reduce, atque iterum contra Romanos educto.

(2) Loquitur Dionysius de hastatis et de principibus.

(3) Pars capitis huius LXIII, nempe usque ad ἀξιούντων, extat etiam in valesianis eclogis, demptis tamen aliquot particulis, quae feliciter supplentur a meis codicibus. Eas ego novas particulas uncis, distinguendi causa, claudo.

Digitized by Google

μῦ τ̃ ἐλεφάντων αἴσθησιν οἱ Ῥωμαῖοι λαβόντες, σκύμνιον ἐλέφαντος τιτρώσκουσιν, ὃ πολλὴν ἀκοσμίαν τοῖς (a) Ἕλλησιν ἐνεποίησε καὶ φυγήν· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι δύο μὲν ἐλέφαντας ἀποκτείνυσιν· ὀκτὼ δὲ κατακλείσαντες εἰς χωρίον ἀνέξοδον, ἀγαγόντων τ̃ ἐπ' αὐτοῖς ἰνδῶν (1), ζῶντας ἀναλαμβάνουσι· τ̃ δὲ στρατιωτ̃ πολὺν φόνον ἐργάζονται.

U. C. an. 479. LXIIII. Ὁ ὕπατος (2) Φαβρίκιος, τιμητὴς γενόμενος, ἄνδρα δυσὶ μὲν ὑπατείαις, μιᾷ δὲ δικτατωρείᾳ κεκοσμημένον, Πόπλιον Κορνήλιον Ῥυφῖνον, ἐξέβαλεν ἐκ τ̃ συνεδρίου βουλῆς (3), ὅτι πρῶτος ἐν ἀργυρῶν σκευῶν κατασκευῇ πολυτελὴς ἔδοξε γενέσθαι (4), δέκα λίτρας σκευμάτων κτησάμενος· αὗται δ' εἰσὶν ὀλίγῳ πλείους ὀκτὼ μνῶν ἀττικῶν. Ἀθηναῖοι μὲν δόξης ἔτυχον ὅτι τοὺς ῥαθύμους καὶ ἀργοὺς καὶ μηδὲν ὠφελοῦντας τ̃ χρησίμων, ὡς ἀδικοῦντας τὸ κοινὸν ἐζημίουν (5). Λακεδαιμόνιοι δέ, ὅτι τοῖς πρεσβυτάτοις ἐπέτρεπον τοὺς ἀκοσμοῦντας τ̃ πολιτῶν, ἐν ὅτῳ δή τινι τ̃ δημοσίων τόπῳ (b) τ̃ βακτηρίαις

pullum elephanti vulnerant, qui Graecis multae perturbationis ac fugae causa fuit. Insuper iidem Romani duos elephantos interimunt, octoque alios in locum arctum deductos, tradentibus indis rectoribus, vivos capiunt: militum vero stragem ingentem edunt.

64. Fabricius vir consularis, censor factus hominem duplici consulatu unaque dictatura insignem Publium Cornelium Rufinum senatu movit, quia primus argenteorum poculorum supellectile usus, luxuriae specimen dederat, decem pondo eiusmodi vasorum possidens. Ea porro summa minas atticas paulo amplius octo efficit. Porro Atheniensibus laudi vertitur, quod ignavos et otiosos nihilque utilitatis praebentes, tanquam noxios reipublicae, punire solerent; Lacedaemoniis autem quod senioribus male moratos cives regendos traderent, addita facultate eos quovis publico in loco virgis caedendi. Verum eorum, quae domi fiebant, neque

(a) Τοῖς abest ab uno codice. (b) Cod. unus τόπων.

(1) Indus non tam nationem quam officium hoc denotat. Vulgo enim apud historicos *indi* dicuntur elephantorum rectores. Confer Curtium VIII. 14.

(2) Ὕπατος pro ὑπατικὸς (*consularis*) dicitur quidam a Philostrato in Hadriani soph. vita cap. IV. Immo ab ipso Dionysio in his excerptis p. 515.

(3) Huius celeberrimae notae censoriae adversus Rufinum meminerunt item Livii epitome libri XIV, Gellius IV. 8. et XVII. 21, Valerius Max. II. 9. 4, Florus I. 18, Seneca epist. IIC, Plutarchus in *Sylla* statim initio, Augustinus, ep. CIV. 6, Zonaras VIII. 6. Consul autem fuerat primum Rufinus an. CCCCLXIV. iterum an. CCCCLXXVII. Dictatura huius Rufini quo anno quave de causa suscepta fuerit, obscurum sibi fatetur Pighius ad annum urbis CCCCLXXVII (nobis CCCCLXVIII.) Sane re ipsa et temporibus erat ille qui in notis ad Gellium IV. 8. scribit hanc esse dictaturam, cuius fecit mentionem Livius VIII. 17. P. enim Cornelius Rufinus qui fuit dictator anno CCCCXX. non est idem profecto atque P. Cornelius Rufinus quem Fabricius censor anno CCCCLXXIX senatu movit.

(4) Rufini philargyriam Fabricio cognitam dicit etiam Dio in valesiano excerpto XXXVII; et tamen illum ad fasces ab hoc ideirco fuisse promotum, propterea quod bello gerendo idoneus esset.

(5) Legem Atheniensium et poenam adversus ignavos passim commemorant auctores veteres nimirum Herodotus II. 177, Demosthenes *in Eubulidem* edit. Francofurt. an. 1604. p. 887, Plutarchus in *Solone* cap. XXII, nec non Theophrastus apud eumdem cap. XXXI. Laërtius item in *Solone* segm. 55, Pollux VIII. segm. 42, Valerius Max. II. 6. *exter.* 4. Consule etiam orationem Isocratis areopagiticam. Orationis Lysiae *in Niciam*, quem ignaviae crimine insimulavit, memoria extat apud Harpocrationem voc. κατοι et ποτωμὲς, nec non apud Laërtium loco nuper laudato.

παίειν (1)· τ̃ ἢ κατ' οἰκίαν γενομένων οὔτε πρόνοιαν οὔτε φυλακὴν ἐποιοῦντο, τ̃ αὔλειον θύραν ἑκάστῳ ὅρον εἶναι τ̃ ἐλευθερίας τ̃ βίᾳ νομίζοντες· Ῥωμαῖοι δὲ πᾶσαν ἀναπετάσαντες οἰκίαν, καὶ μέχρι τ̃ δωματίου τ̃ ἀρχὴν τ̃ τιμητ̃ προαγαγόντες, ἁπάντων ἐποίησαν ἐπίσκοπον καὶ φύλακα τ̃ ἐν αὐτῇ (a) γινομένων· οὔτε δεσπότην οἰόμενοι δεῖν ὠμὸν εἶναι φύσει (b) τὰς τιμωρίας οἰκετῶν· οὔτε πατέρα πικρὸν ἢ μαλθακὸν πέρα τ̃ μετρίου φύσει τέκνων ἀγωγάς· οὔτε ἄνδρα φύσει κοινωνίαν γαμετῆς γυναικὸς ἄδικον· οὐ παῖδας γηραιῶν ἀπειθεῖς πατέρων· οὔτε ἀδελφοὺς γνησίους τὸ πλεῖον ἀντὶ τ̃ ἴσου διώκοντας· οὐ συμπόσια καὶ μέθας παννυχίους· οὐκ ἀμελείας καὶ φθορὰς ἡλικιῶν νέων· οὐκ ἱερῶν ἢ τάφων προγονικὰς τιμὰς ἐκλιπούσας· οὐκ ἄλλο τι τ̃ ὠφελοῦν τὸ καθῆκον ἢ συμφέρον τῇ πόλει πραττομένων οὐδέν (2).

* * Ἐλαττοῦντο τὰς κτήσεις τ̃ πολιτῶν τ̃ κῦ τ̃ βασιλίζειν (3) αἰτίαν. * *

LXV. Νεμέριος Φάβιος Πίκτωρ καὶ Κόϊντος Φάβιος (c) Μάξιμος καὶ Κόϊντος Ἀλγύνιος (4) πρὸς τ̃ Φιλάδελφον Πτολεμαῖον πρεσβεύσαντες φύσει πρεσβείας, καὶ δωρεαῖς U. C. an. 481.

providentiam neque curam ullam gerebant *Graeci*, domesticam ianuam limitem unicuique pro suo libito vivendi esse existimantes. Secus Romani universam domum patefacientes, usque ad ipsum conclave potestatem censoris provehebant, quem videlicet exploratorem inspectoremque omnium quae intus fiunt creabant: quum ne dominum quidem crudelem in puniendis servis esse vellent, neque patrem immodice acerbum aut mollem in filiorum educatione, neque virum iniurium in convictu cum coniuge, neque pueros senioribus parentibus non morigeros, neque legitimos fratres plus aequa parte sibi vindicare: neque item symposia ferrent neque comissationes pernoctes, neque negligi aut corrumpi adulescentulorum aetatem, neque sacrorum aut inferiarum traditas a maioribus caerimonias deseri, neque aliud quicquam praeter decens et utile civitati fieri.

* * Praedae habebant civium facultates, crimini dantes quod regis partibus studerent. * *

65. Numerius Fabius Pictor et Quintus Fabius Maximus et Quintus Algunius ad Ptolemaeum philadelphum, propter legationem *ab hoc Romam antea mis-*

(a) Codices αὐταῖς. (b) Ita codd. περὶ cum quarto casu hoc et infra; quamquam antea cum secundo: (c) Codex Φάκτιος pro Φαβίους, ut cap. XXV.

(1) Iustar omnium sit Xenophon in *Lacedaemoniorum republica* cap. IV. et VI.

(2) Censura apud Romanos instituta est anno CCCXI, teste Livio IV. 8. *Sequitur annus haud dubiis consulibus, M. Geganio Macerino iterum T. Quinctio Capitolino quintum consulibus. Idem hic annus censurae initium fuit.* Eo ipso in anno CCCXI. abrumpi ac desinere editam, ante mea inventa, Dionysii historiam, dixi superius ad excerptorum capitulum I. Hoc autem excerptorum loco, id est in verbo οὐδέν, desinit unus ex meis codicibus; sed pergit alter. Iam memorato censurae romanae initio, prodest meminisse eius quoque finis, qui accidit ex decreto senatus, Symmachi oratoris aetate, qui etiam de illa abolenda orationem scripsit, ut ait epist. lib. IV. 29. V. 9. Ergo hic magistratus plus octingentis annis Romae mansit.

(3) Loquitur Dionysius de urbe aliqua partium Pyrrhi studiosa.

(4) Nomina romanorum legatorum ad Philadelphum unus, quod legerim, Valerius Max. antehac ediderat IV. 3. 9.; qui sane differt a Dionysio, primum quia Q. Fabium facit principem legationis, non *Numerium Fabium Pictorem*, uti Dionysius. Iterum quia postremum legatum dicit *Ogulnium*, at Dionysius *Algunium*. Notant tamen interpretes apud Valerium, id nomen in codicibus varie admodum scribi. Et quidem apud Eutropium lib. II. *Ogulnius* haud procul eo tempore consul dicitur.

ἰδίωις τιμηθέντες ὑπ' αὐτοῦ (ἦρχε δ' Αἰγύπτου δεύτερος μετὰ τὸν μακεδόνα Ἀλέξανδρον), ἐπειδὴ κατέπλευσαν εἰς τὴν πόλιν τά τε ἄλλα ἀπήγγειλαν, ὅσα διεπράξαντο καὶ τὴν ἀποδημίαν, καὶ τὰς δωρεὰς, ἃς ἔλαβον παρὰ τοῦ βασιλέως, εἰς τὸ δημόσιον ἀνήνεγκαν· οὓς ἡ βουλὴ, πάντων ἀγασθεῖσα τῶν ἔργων, οὐκ εἴασε δημοσιῶσαι τὰς βασιλικὰς χάριτας, ἀλλ' εἰς οἴκους ἀπενεγκαθαι, τιμὰς ἀρετῆς καὶ κόσμους ἐκγόνοις.

LXVI. Οἱ Βρέττιοι ἑκόντες Ῥωμαίοις, τὴν ἡμίσειαν τῆς ὀρεινῆς παρέδωκαν αὐτοῖς, ἣ καλεῖται μὲν Σίλα (1), μεστὴ δ' ἐστὶν ὕλης εἰς οἰκοδομάς τε καὶ ναυπηγίας καὶ πᾶσαν ἄλλην κατασκευὴν εὐθετος· πολλὴ μὲν γὰρ ἐλάτη φέρυκεν οὐρανομήκης ἐν αὐτῇ, πολλὴ δὲ αἴγειρος, πολλὴ δὲ πίτυς πεύκη, ὀξύη τε, καὶ φηγὸς ἀμφιλαφὴς, καὶ μελίαι τε διαῤῥεούσαις λιβάσι πιαινόμεναι (a)· καὶ πᾶσα ἄλλη βαθεῖα συμφαινομένη τοῖς κλάδοις ὕλη, σκιερὸν ἀποτηροῦσα δι' ὅλης ἡμέρας τὸ ὄρος· ἐξ ἧς ἡ μὲν ἔγγιστα θαλάττης καὶ ποταμῷ φυομένη, τμηθεῖσα πρὸ ἀπὸ ῥίζης τομὴν ὁλόκληρος ἐπὶ τοῦ λιμένας τοῦ ἔγγιστα κατάγεται, πάσῃ διαρκὴς Ἰταλίᾳ πρός τε τὰ ναυτικὰ, καὶ πρὸς τὰς τῶν οἰκιῶν κατασκευάς· ἡ δὲ ἄνω θαλάττης καὶ ποταμῷ πρόσω, κορμασθεῖσα κατὰ μέρη, κώπας τε παρέχει καὶ κόντους καὶ ὅπλων παντοῖα καὶ σκεύη τὰ κατοικίδια· φοράδην ὑπ' ἀνθρώπων κομιζομένη· ἡ δὲ πλείστη καὶ πιοτάτη πιττουργεῖται (b) καὶ παρέχει πασῶν ὧν ἴσμεν ἡμεῖς εὐωδεστάτην τε καὶ γλυκυτάτην τὴν καλουμένην Κρεττίαν (c) πίτταν·

sam, legati iverunt, singulique ab eo donis adfecti sunt. Is autem Ptolemaeus regnabat in Aegypto alter hoc nomine post Alexandrum macedonem. In urbem reversi cum accuratam legationis rationem reddiderunt, tum munera, quae abs rege acceperant, in publicum aerarium intulerunt. Quos senatus omnium causa quae fecerant collaudavit, neque regiam largitionem publicari passus est, verum in legatorum domibus manere voluit, virtutis praemium et posterorum decoramentum.

66. Bruttii sponte Romanis dediti dimidium suae regionis montanae iis concesserunt, quae Sila dicitur, plenum materie ad aedificationes et naves compingendas et ad alium quemvis usum commodissima. Multa quippe abies procera ibi est, multa alnus et pinguis picea et cerrus et pinus et ramosa fagus et fraxini, labentium rivulorum humore abunde nutritae, et omnigena arbor consertis ramis densam speciem exhibens, umbrosumque faciens tota die montem. Ea materies, quae quidem vicina mari aut fluviis nascitur, caesa radicitus integro fuste ad portus proximos aggeritur, sufficitque universae Italiae ad rem nauticam et domorum aedificationem. Quae autem procul mari et fluviis est, in frusta caeditur, remosque suppeditat et contos et varia arma et vasa domestica, eaque humanis humeris de monte convehitur. Maxima denique pars pinguissimam resinam exsudat, exhibetque omnium, quas nos quidem novimus,

(a) Cod. πιαινόμενοι. (b) Cod. πιτουργεῖται. (c) Codex habet χρεττίαν. Videlatur autem omnino scribendum βρεττίαν. Plinius enim XIV. sect. 25. ait: *pix in Italia ad vasa vino condendo maxime probatur bruttia. Fit e picea resina.* Item XVI. sect. 22. *picem fundit: haec coagulata bruttiae cognomen accepit.* Tum nos superius capp. XXV. et LXV. vidimus scriptam litteram K pro B, Φάκιος pro Φάβιος.

(1) Locum Dionysii illustrat Strabo VI. 1. ff. 10. Conferatur autem ipse Dionysius *antiq.* lib. I. 37.

ἀφ' ἧς μεγάλας ὁ τῆ 'Ρωμαίων δῆμος καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐκ τῶ μισθώσεων λαμβάνει προσόδους.

LXVII. Ἐγενετο δ' ἑτέρα ἐπανάστασις ἐν τῇ πόλει τῶ 'Ρηγίνων ὑπὸ τῶ καταλειφθείσης αὐτόθι ῥωμαικῆς καὶ συμμαχικῆς φρουρᾶς(1)· καὶ δι' αὐτὴν σφαγαί τε πολλῶν ἀνθρώπων καὶ φυγαί· τούτους τιμωρησόμενος ὕστερον ἀποστάντας ἄτερῳ (a) τῆ ὑπάτων Γάϊος Γενύκιος ἐξήγαγε τὼ στρατιάν· γενόμενος δὲ τῶ πόλεως ἐγκρατὴς, 'Ρηγίνων μὲν τοῖς φυγάσι ἀπέδωκε τὰ ἑαυτῶν ἔχειν, αὐτὸς δὲ ἐπιθεμένους τῇ πόλει συλλαβὼν, δεσμίους εἰς 'Ρώμην ἀπήγαγε· ἐφ' οἷς οὕτως ὠργίσθη καὶ ἠγανάκτησεν ἥ τε βουλὴ καὶ ὁ δῆμος, ὥστε μηδεμίαν γνώμην ἐπιεικῆ γενέσθαι αὐτῶν, ἀλλὰ πάσαις ταῖς φυλαῖς ἁπάντων τῶν ἐν ταῖς αἰτίαις τὸν ὅπως τοῖς κακούργοις τεταγμένον ὑπὸ τῶν νόμων καταψηφισθῆναι θάνατον· κυρωθέντος δὲ τοῦ περὶ τῆς τιμωρίας δόγματος, πάντες οἱ τε κατεπάγησαν ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἀναγόμενοι καὶ τριακοσίους ἄνδρας, περιηγμένους τὼν ἀγκώνας ὀπίσω. προσεδοῦντο τοῖς παντάλοις γυμνοί· ἔπειτα μάστιξιν αἰκισθέντες ἁπάντων ὁρώντων ἀπεκόπτοντο τῷ πελέκει τοὺς ὑπὸ τὴ κεφαλαῖς νωτιαίους τένοντας· ἐκ μὲν τούτους ἕτεροι τριακόσιοι, καὶ αὖθις ἄλλοι τοσοῦτοι διεφθάρησαν· οἱ σύμπαντες τετρακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι (2)· καὶ οὐδὲ ταφῆς ἔτυχον, ἀλλ' ἑλκυσθέντες U. C. an. 483.

odoratissimam suavissimamque vulgo dictam picem bruttiam, ex qua magnos annuos reditus romanus populus percipit locationum nomine.

67. Altera seditio Rhegii conflata est a relicto ibi romano socialique praesidio, atque ob eam causam caedes complurium hominum et exilia. Ad hos rebelles puniendos alter consulum Caius Genucius eduxit exercitum, potitusque urbe, Rhegiis primum exulibus rem ablatam restituit: mox comprehensos qui urbis regimen occupaverant vinctos Romam misit. In quos adeo exarsit senatûs populique ira, ut nullum mitius suffragium ferretur, sed ab omnibus coniunctim tribubus adversus omnes, qui eo crimine se obstrinxerant, statutum legibus supplicium decerneretur. Ergo necis dicta sententia, pali defiguntur in foro, productique viri trecenteni, ligatis post tergum cubitis, nudi palis vinciuntur. Deinde eorum populo verberatis securi caeduntur cervicis nervi dorsuales: post hos rursus alii trecenti, tum alii totidem occiduntur: donec interfectorum summa quatuor mille quingenti fuere. Neque sepulturae mandati sunt, verum per-

(a) Ita cod. ἄτερος attice pro ἕτερος.

(1) Superius cap. LX. memorata fuit Decii campani seditio, Rhegiique occupatio, anno urbis CCCCLXXIV. Nunc eius facinoris poena scribitur a Dionysio post decennium. Tantundem enim temporis dilata fuit poena a Romanis, teste locuplete Livio XXVIII. 28. Dicitur autem *altera* seditio, sive quia Dionysius in opere integro plures Rhegii seditiones fortasse scripserat, sive quia aliam nescio quam alicuius regionis italicae memoraverat.

(2) Non est improbabilis Polybii opinio, qui eius legionis partem maximam in ipsa Rhegii expugnatione a Romanis caesam narrat lib. I. 7; amplius autem trecentos milites captos Romamque missos atque ibidem necatos. Sane et eo paene decennio, quod ab occupato per scelus Rhegio ad sontium supplicium effluxit, multi ex illa legione periisse videntur, praesertim quum et Crotonem eo intervallo ceperint ibique Romanos trucidaverint, teste Zonara VIII. 6.

Digitized by Google

ἐκ δ' ἀγορᾶς εἰς ἀναπεπτάμενον τὶ πρὸ δ' πόλεως χωρίον, ὑπὸ οἰωνῶν καὶ κυνῶν διεφθάρησαν.

A. C. ann. 485. LXVIII. * * Τὸ ἄπορον πλῆθος, ᾧ (a) καλῶν καὶ δικαίων φροντὶς ἦν οὐδεμία, παρακρουσθὲν ὑπὸ σαννίτου τινὸς (1), εἰς τὸ αὐτὸ συνέρχεται· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὄρη τοῖς ὄρεσιν ἀγραυλὸν καὶ πλείονα τὸν βίον εἶχεν· ἐπεὶ δὲ πλεῖον ἤδη καὶ ἀξιόμαχον ἐδόκει γεγονέναι, πόλιν ἐχυρὰν καταλαμβάνεται, ἔνθεν ὁρμώμενον ἐλῃΐζετο πᾶσαν τὴν κύκλῳ χώραν· ἐπὶ τούτους ἐξήγαγον στρατιὰν οἱ ὕπατοι· καὶ οὐ πολλῇ σὺν πραγματείᾳ τὴν πόλιν αἱρησάμενοι, τοὺς μὲν αἰτίους δ' ἀποστάσεως, αἰκισάμενοι ῥάβδοις, ἀπέκτειναν· τοὺς δὲ λοιποὺς ἐλαφυροπώλησαν. Ἔτυχε τῷ πρότερον ἑαυτῷ πεπραμένη μετὰ τῶν ἄλλων δορυκτήτων ἡ γῆ, καὶ τὸ πεσὸν ἀπὸ δ' τιμῆς ἀργύριον διῃρημένον τοῖς πολίταις (2).

tracti e foro in proximum urbi patentem locum, ab avibus canibusque vorabantur.

68. * * Inops turba cui nulla cura inerat iusti et honesti, a quodam samnite decepta in unum coit. Et primum quidem in montibus silvestrem plerumque vitam degebat. Sed mox quum numero crevisset bellandoque apta sibi videretur, urbem munitam occupavit, ex qua factis incursionibus universam circum regionem populabatur. In hos cum exercitu profecti sunt consules, ac sine multo labore, capta urbe, seditionis auctores virgis caesos occiderunt, reliquos sub hasta vendiderunt. Anno ante quam haec gererentur ager hostilis cum aliis manubiis venditus fuerat, argentumque e pretio confectum civibus distributum.

(a) Deest in cod. ᾧ. Et quidem Vicecomes in suis, quas non semel laudavi ad Dionysium meum observationibus addebat ἐν ᾧ. Ego vero malui ᾧ.

(1) Sine dubio Dionysius hoc loco bellum narrat a Lollio samnite excitatum, cuius luculenta memoria extat apud Zonaram VIII. 7; quam narrationem concludit idem Zonaras dicens, eo tempore auctis opibus Romanos drachmas argenteas usurpare coepisse; id quod mox Dionysius quoque noster dicet. Victoriam Romanorum de latronibus samnitibus circa hoc tempus memorat etiam Syncellus in *chron.* ed. paris. p. 275. Tum paucis interiectis addit idem Syncellus: Ἐν Ῥώμῃ πρῶτον ἀργυροῦν ἐκόπη νόμισμα, *nummus argenteus Romae primum cusus.*

(2) His verbis indicare videtur Dionysius argentum primo Romae signatum, quam rem Plinius XXXIII. sect. 13. in annum CDLXXXV. incidisse ait; Dionysius autem ad superiorem refert. Ut discrepantiam tollerem, videbatur mihi legendum τούτῳ pro τῷ, interpretandumque: *hoc primum anno ager hostilis* etc. sed nihil immutare ausus sum. Agrum autem, quem divenditum ait Dionysius, licet fortasse intelligere sabinum, de quo videndi Florus I. 15, Frontinus *strateg.* IV. 3. 12, Orosius III. 22, Hieronymus et Syncellus in *chronicis*. Denique de argenteae monetae circa hoc tempus apud Romanos origine videsis, praeter laudatum superius Zonaram, Livii quoque epitomen libri XV, et Hieronymum in *chronico*.

Dionysius lib. I. 8. promittit se historiam suam perducturum usque ad primi belli punici initium, quod ait incidisse in tertium annum olympiadis CXXVIII. (nempe in urbis annum CDLXXXVIII.) Promissis autem stetisse Dionysium testatur Photius cod. LXXXIII. Nunc eius excerpta desinunt ante inceptum annum CDLXXXVI, immo fortasse ante CDLXXXVII, si forte bellum samniticum narrat Dionysius (secus atque Zonaras) ad annum CDLXXXVI, quoniam anno priore innuit cusum nummum argenteum, cuius originem Plinius, ut diximus, in annum CDLXXXV. diserte confert. Ergo Dionysius in his a me repertis eclogis ad propositum sibi historiae suae terminum proxime accedit.

Digitized by Google

Δ Ι Ω Ν Ο Σ

Ρ Ω Μ Α Ι Κ Η Σ Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α Σ

Α Λ Λ Α Ι Ε Κ Λ Ο Γ Α Ι

Μ Α Λ Ι Σ Τ Α Α Π Ο Τ Ο Υ Β Ι Β Λ Ι Ο Υ Α Ε Ω Σ Λ Ε (1).

α'. Ὅτι Ῥωμύλος ἔτι τοῦ Παλλαντίου τὸ μὲν μέλλουσης ἔσεσθαι Ῥώμης σχῆμα διαγράφων, ταῦρον δ' ἀμάλῃ συνέζευξε· καὶ τὸν μὲν ταῦρον, ἔξω πρὸς τὸ πεδίον νεύοντα· τὴν δ' ἀμάλην, πρὸς τὴν πόλιν· συμβολικῶς δηλῶν τούτων εὐχόμενος, τοὺς μὲν ἄνδρας, φοβεροὺς εἶναι τοῖς ἔξω· τὰς δὲ γυναῖκας, γο- Urbis cond. an. 1.

D I O N I S

H I S T O R I A E R O M A N A E A L I A E X C E R P T A

P R A E S E R T I M

EX PRIORIBUS LIBRIS DEPERDITIS XXXV.

1. Romulus in Palatio futurae Romae figuram describens taurum cum iuvenca iugo subiunxit: et taurum quidem exterius, ita ut agrum respiceret; iuvencam urbem versus collocavit. Atque hoc symbolo optare se significavit, ut viri formidabiles externis fierent; feminae, fecundae essent et fideles matresfamilias.

(1) In duobus vaticanae bibliothecae graecis codicibus syllogen quandam observavi hoc titulo praeditam: Συναγωγὴ συλλεγεῖσα ἀπὸ διαφόρων βιβλίων παρὰ τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ τιμιωτάτου ἐν μοναχοῖς κυροῦ Μαξίμου τοῦ Πλανούδη, πάνυ ὠφέλιμος: *Sylloge ex variis libris collecta ab admodum sapiente, erudito venerandoque monacho Maximo Planude; valde utilis.* Hanc ego cum legerem, sepositis parumper auctoribus aliis, de quibus alio tempore dicturus sum, partem illam curiosius consideravi, quae tota erat romana historia; hancque protinus ex integro olim Dionis opere a Planude fuisse decerptam, et quidem ipsis auctoris retentis verbis, cognovi. Protinus igitur ad describendam hanc syllogen, quatenus ad ineditas partes pertinebat, incubui; ut eam scilicet huic meo graecorum historicorum volumini adderem; quoniam quo tempore Dionem ex palimpsesto edebam, nondum haec planudea additamenta satis consideraveram. His porro Planudae excerptis alia quaedam, pro temporum ordine, immiscebo ex nobilissimo vaticano inedito florilegio, de quo loquar inferius, cum ex eo plures alias Dionis partes separatim proferam, quae omnes genuinae quidem sunt, sed ad certam rationem temporum revocari nequeunt. (Item quaedam ex Suida Zonaraque fragmenta inseram, quae nunc primum Dionis esse cognoscimus.) Porro has codicum vaticanorum copias, Dionis reapse partes esse, multis indubiisque argumentis palam fit. 1. Nomen ipsum Dionis ter scribitur in his excerptis, ut infra suis locis dicam; idque etiam in palimpsesto usuvenire, alibi dixi. 2. Pars horum excerptorum, quae incidit in partem Dionis editam (quaeque a me idcirco praetermittitur) prorsus congruit cum Dionis cognito indubitatoque textu. Quo pariter argumento usus sum ad comprobandam quoque Dionysii excerptorum verita-

Digitized by Google

νίμως τὴν πατρίδας οἰκητορούς· εἶτα βῶλον λαβὼν, ἔξωθεν ἔσω ῥίπτει τῆς πόλεως, εὐχόμενος ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίων τὰ ταύτης αὔξειν (1).

β'. Ὅτι ἐν Ῥώμῃ θεμελίων ὀρυσσομένων ναοῦ, κεφαλὴ νεοσφαγοὺς ἀνθρώπου εὑρέθη λελυθρωμένη· πρὸς ὅπερ τυρρηνὸς μάντις ἔφη τὴν πόλιν κεφαλὴν πολλῶν ἐθνῶν ἔσεσθαι, πλὴν δι' αἵματος καὶ σφαγῶν· κἀντεῦθεν ὁ ταρπήϊος λόφος μετωνομάσθη καπιτωλῖνος (2).

γ'. Ὅτι σημεῖον τὸ μίλιον λέγεται χιλίοις βήμασι μετρούμενον· μίλια γὰρ τὰ χίλια.

An. 245. δ'. Ὅτι δύο τὸν Ῥώμην προεχειρίζοντο ὕπατοι· ὡς εἰ συμβαίη τὸ ἕτερον φαῦλον εἶναι, καταφεύγειν ἔστι τὸ ἕτερον.

ε'. Ὅτι δίβουνος ὁ δήμαρχος λέγεται· ὁ δὲ δικτάτωρ, εἰσηγητής· ὁ δὲ πραίτωρ, στρατηγός· ὁ δὲ κήνσωρ τιμητής· κῆνσος γὰρ ἡ τοῦ πλήθους ἀπαρίθμησις.

An. 263. ς'. Ὅτι Μάρκιός τις τὴν Βολούσκων ἀρισεύσας, ἐφ' ᾧ πολλοῖς μὲν χρή-

Tum glebam sumptam extrinsecus in urbem coniecit, cum precibus ut ab externis populis urbs augeretur.

2. Romae quum templi fundamenta iacerentur, caput apparuit nuper occisi hominis cruento tabo conspersum. Quo viso etruscus vates, ait urbem multarum gentium caput fore, non tamen sine sanguine caedibusque. Atque hinc tarpeius collis dictus deinde fuit capitolinus.

3. Milliare dicitur lapis intra mille passus collocatus. Etenim millia dicunt Latini quod Graeci χίλια.

4. Duo Romae consules deligebantur; ut si alter forte ineptus deprehenderetur, ad alterum liceret confugere.

5. Tribunus dicitur a Romanis qui a Graecis δήμαρχος; dictator, εἰσηγητὴς; praetor, στρατηγὸς; censor, τιμητὴς: census enim est populi numeratio.

6. Marcius quidam re praeclare adversus Volscos gesta, pecunia multa mul-

tem. Dionysii enim excerptorum pars prior quae incidebat in partem editam, mera putaque dionysiana erat; ergo etiam illa posterior, quae in lacunam incidebat: Dionis contra pars prior inedita est; quia, ut Dionysius parte ultima, ita Dio parte prima multatus fuit, quod nemo ignorat. 3. Excerpta planudea congruunt interdum cum palimpsesto vaticano a me edito, cum Suida, cum Antonii Melissae et Arsenii florilegiis editis, cum florilegio vaticano inedito; qui auctores ipsum nomen Dionis ponunt. 4. Zonaram Dionis adsectam, immo descriptorem, fuisse tum alii dixerant, tum ego ipse in superioribus excerptis late demonstravi. Iamvero haec quoque posteriora excerpta a Zonara fuisse in opere integro lecta, identidem apparet.

(1) Dionis hoc fragmentum imitatur sive expilat Zonaras annal. VII 3.

(2) Confer Zonaram VII. 10, qui sine dubio ad hunc Dionis locum respicit.

Digitized by Google

μασι πολλοῖς ἢ σώμασιν αἰχμαλώτοις πρὸς τ ὑπάτη (a) τιμώμενον, τὰ μὲν ἄλλα διωθήσατο, ἠρκέσθη ἢ στεφάνῳ καὶ ἵππῳ πολεμιστηρίῳ, καὶ αἰχμαλώτων ἕνα τ αὐτοῦ φίλων αἰτήσας, ἀφῆκεν ἐλεύθερον (1).

ζ'. Ὅτι συνεχέσιν ἀτυχήμασι Ῥωμαῖοι χρησάμενοι, καὶ δαιμονικὸν τοῦτο νομίσαντες, μίαν τ ἐξ ἁπάντων τὰ πάτρια ζῶσαν κατορύττουσιν, ὡς αἰτίαν γινομένην δ θεοβλαβείας, διὰ τ προεῖσθαι τ παρθενίαν, μιαίνει τὶ μίξει ἀθεμίτῳ τὰ ἱερά (2). An. 275.

η'. Ὅτι τῶν Ῥωμαίων ἁλούσης ὑπὸ Γαλατῶν δ πόλεως εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνατρεψασμένων, ὁ Κάμιλλος φυγὰς ὢν, εἰσπέμπει πρὸς αὐτοὺς ὡς ἀπιθάσθαι βούλεται τοῖς Γαλάταις· ὡς ἢ διακομίζων τὰ γράμματα εἰς τὸ φρούριον ἀφίκετο, οἱ βάρβαροι τὰ ἴχνη διεσημαίνοντο· καὶ μικροῦ δεῖν καὶ τὸ καταφύγιον ἔλαβον, εἰ μὴ ἱεροὶ χῆνες βοσκόμενοι, τ τῶν βαρβάρων ἴφοδον διεθρύλλησαν, καὶ οὕτω ἔνδον Ῥωμαίους ἀνεγείραντες, τοῖς ὅπλοις παρέστησαν. An. 364.

θ'. [Οἱ ἢ Γαλάται καταπλαγέντες, ὡς ὑπερμαζώντων αὐτόχρημα τῶν Ῥωμαίων, καὶ διὰ τὸ τρυφὴν ῥιπτούντων οὕτω ἄρτους, ἐσπείσαντο. *Suidas* voc. ὑπερμαζᾷ (3).]

tisque captivorum corporibus a consule donatus fuit; quae tamen pleraque omnia ipse recusavit, corona contentus et bellatore equo: tum etiam e captivis unum sibi postulavit amicum suum, quem in libertatem vindicavit.

7. Romani adsiduis adversitatibus conflictantes, quum has divinitus sibi accidere reputarent, Vestalem unam patrio ritu vivam defoderunt; ceu si causa divinae vindictae foret, quoniam abiecta virginitate, scelesto concubitu sacras caerimonias polluerat.

8. Quum Romani, capta a Gallis urbe, Capitolio se conclusissent, Camillus eo tempore exul, nuncium ad illos misit significans se Gallos armis adgressurum. Cumque epistulae lator in munimentum conscendisset; barbari, observatis vestigiis, parum abfuit quin illud asylum caperent; nisi sacri qui ibi alebantur anseres barbarorum ascenscionem clangore palam fecissent, excitatosque somno Romanos ad arma convocavissent.

9. [Galli autem admiratione perculsi, quasi reapse Romani rerum copia abundarent, luxusque causa panes iactarent, pacem composuerunt.]

(a) Codices μοναρχου, manifesto mendo pro ὑπάτου vel Ποστουμίου.

(1) Confer Dionysium VI. 94.

(2) Lege Dionysium VIII. 89.

(3) Iam dixi ad Dionysii excerpta mea cap. XXIII, magnopere me arbitrari, locum hunc apud Suidam anonymum pertinere vel ad Dionem vel ad Dionysium. Quare cum ibi omiserim, heic inscribendum putavi.

Digitized by Google

ι'. Ὅτι Σιβύλλης χρησμὸς ἐφάσκετο Καπιτώλιον κεφάλαιον ἔσεσθ' ἂν οἰκουμένης μέχρι τῆς κόσμου καταλύσεως (1).

An. 365. ια'. Ὅτι Φευρουάριος (2) φθονήσας Καμίλλῳ, μελέτῃ τυραννίδος αὐτοῦ κατηγόρησε· τούτου δὲ διωχθέντος, καὶ αὖθις καθόδου τυχόντος, ὡς (a) πολιορκουμένῃ τῇ πατρίδι καὶ τὴν φυγὴν ἐβοήθησεν, εἰς ἐξέτασιν Φευρουάριος ἄγεται καὶ δίωκεται· Κάμιλλος δὲ καὶ τὸν ἐπώνυμον αὐτοῦ μῆνα ὀλίγα τοῖς ἄλλοις ἐκλέβωσεν.

An. 390. ιβ'. Ὁ Μάλλιος τῷ βασιλεῖ μονομαχήσας Κελτῶν, καὶ τοῦτον καταβαλὼν, τὴν νεκρὸν ἐσκύλευσε· καὶ τὸν ὀλίγον ἀπὸ τοῦ τραχήλου σκεπτὸν ἀνελόμενος, ὃς ἐπιχωρίοις ὅσι Κελτοῖς κόσμος, αὐτὸς περιέθετο· καὶ ἀπὸ τοῦδε Τορκουᾶτος πρὸς τοῦ πολίτου ἐπεκλήθη, ὅπερ ἂν εἴη σκεπτοφόρος· καὶ τὴν ἐπίκλησιν ταύτην τοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ κατέλιπε, μνημεῖον τῆς ἀρετῆς.

ιγ'. [Ἀντικαθιζομένων ἀλλήλοις τῶν στρατοπέδων, Μάλλιος τὸν ἀπὸ βουλῆς ἐπιφανῆς τὸν βασιλέα τῶν Κελτῶν τά τε ἄλλα μεγαληγορούμενον, καὶ προσιέναι οἱ τὸν ἄνδρα τῶν Ῥωμαίων ἐς ἰδιάζουσαν συμπλοκὴν προκαλούμενον ὑποσὰς, ἐπικαιρίῳ καταβάλλει τραύματι· σκυλεύσας τε τὴν νεκρὸν καὶ τὸν ὀλίγον σκεπτὸν ἀνελόμενος, ὃς ἐπιχώριός ἐστι κόσμος Κελτοῖς, αὐτὸς περιέθετο· καὶ ἀπὸ τοῦ-

10. Sibyllae oraculum erat, Capitolium orbis caput fore usque ad mundi dissolutionem.

11. Februarius Camillo invidens, de adfectata tyrannide hunc accusavit: quo expulso et mox revocato, quoniam obsessae urbi, exul licet, suppetias tulerat; Februarius in quaestionem raptatus est, iudicioque damnatus. Camillus autem homonymum quoque huic homini mensem ceteris breviorem fecit.

12. Manlius ad singulare certamen cum Gallorum rege egressus, hunc prostratum extinctumque spoliavit: colloque detractum, quem ille pro gentili Gallorum ornatu torquem gerebat, ipse sibi circumposuit. Atque hinc Torquatus a civibus appellatus fuit, id est monili ornatus: idque cognomen posteris suis reliquit, praeclari facinoris monumentum.

13. [Cum castra castris opposita essent, Manlius senator illustris cum Gallorum rege, qui cum alia multa magnifice iactabat, tum etiam Romanorum quemque fortissimum ad singulare certamen provocabat, ausus congredi, eum lethali vulnere prostravit, et cadavere spoliato, detractum hostili collo torquem (qui gentilis est Gallorum ornatus) sibi circumdedit. Quam ob rem ci-

(a) Codd. οἷς.

(1) Non ignorabant ethnici mundum aliquando consumptum iri. Ovidius metam. I. 256.

(2) Februarium hunc gallicanarum partium fuisse studiosum narrat Hamartolus ineditus in vat. cod. p. 15; quem adamussim exscribit Cedrenus ed. paris. tom. I. p. 150. Hamartolus ergo ipse Dionem exscripserat? Nequaquam id plane adfirmo; quoniam nec in omni hac narratione consentit, et pro Camillo ponit Manlium Februarii adversarium.

Digitized by Google

δὲ πρὸς τῶν πολιτῶν Τορκουάτου ἐπικληθῆ, ὅπερ ἂν εἴη στρεπτοφόρου· μνημεῖον δὲ τῆς ἀσιτείας τὴν ἐπίκλησιν ταύτην τοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ καταλέλοιπε.

Ex Suida voc. Τορκουάτος (1).]

ιδ'. Ὅτι σεισμοῦ τοῦ τὴν Ῥώμην συμβάντος (2) καὶ χάσματος ἐν τῇ ἀγορᾷ γενομένης, σιβύλλειον λόγιον ἦν συνελθεῖν τὸ χάσμα, τὸ τιμιώτατα ἐν ἀνθρώποις ἐμβληθέντος ἐν αὐτῷ· πολλῶν δὴ πολλὰ τῶν τιμίων ἐκεῖσε ῥιπτόντων, καὶ τοῦ χάσματος μηδαμῶς συνιόντος, Κούρτιός τις ᾧ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἄριστος ἔφη συνιέναι βέλτιον τῶν ἄλλων τὸ σιβυλλεῖον· τιμιώτατον γὰρ εἶναι χρῆμα πόλει ἀνδρὸς ἀρετήν· καὶ τά τε ὅπλα ᾠήθετο, καὶ τὸ πολεμικὸν ἵππον ἀνέβη, καὶ ἀζέπτῳ προσώπῳ ἐλαύνῃ κατὰ τοῦ χάσματος, καὶ συνῆλθεν ἡ γῆ· ὁ δὴ ἡρωϊκὰς καρποῦται τιμάς. An. 392.

ιε'. [Ὑπατεύοντος Κοΐντου τοῦ Σερβιλίου χάσμα κατὰ μέσην ἀγορὰν διαχάσης τῆς γῆς γέγονε. γνόντες δὴ οἱ Ῥωμαῖοι ἐκ τῶν Σιβύλλης λογίων, ὅτι σωτηρίσεται ἡ γῆ, ἢν τὸ τιμιώτατον ἐν ἀνθρώποις ἐμβληθείη τῷ χάσματι, ἐπέφερον οἱ μὲν χρυσὸν, οἱ δὲ ἄργυρον, οἱ δὲ καρπούς, οἱ δέ ὅ τι μάλιστα τιμιώτατον, καὶ συμβαίνειν τοῦτο ὑπὸ τῶν λεγομένων ἱερῶν ὑπελάμβανον· μένοντος δ' οὐδέν τι μεῖον τοῦ χάσματος, Κούρτιος ἀνὴρ, ὀφθῆναί τε κάλλιστος, καὶ τὴν ψυχὴν ἄριστος,

ves eum sui Torquatum appellaverunt, id est torque ornatum : idque cognomen, fortitudinis suae monumentum, posteris reliquit.]

14. Romae cum terrae motus accidisset, atque in foro vorago subsedisset, sibyllinum oraculum editum est, tunc hiatum terrae coiturum, cum res inter homines pretiosissima illuc coniiceretur. Multa igitur pretiosa multis illuc iacientibus, neque tamen coeunte voragine ; Curtius quidam, corporis dotibus animique praestans, ait se melius, quam ceteros, sibyllinum effatum intelligere : nimirum rem in urbe pretiosissimam esse viri virtutem. Armis itaque sibi circumpositis, bellatore equo conscenso, recto constantique vultu in specum saltu desiliit ; continuoque terra naturalem suam aequabilitatem recuperavit. Curtius autem heroicos honores adsecutus est.

15. [Quum in consulatu Quinti Servilii terra ingenti hiatu medio in foro discessisset, Romani ex oraculis sibyllinis cognoverunt, terram esse coituram, si, quod inter homines pretiosissimum esset, in hiatum illum coniiceretur. Quare alii quidem aurum, alii vero argentum, alii fruges, alii aliud, quod quisque pretiosissimum duceret, eo iniecerunt ; existimantes, id menti oraculi esse consentaneum. Sed nihilominus permanente voragine, Curtius, vir et egregia corporis specie, et insigni animi fortitudine praeditus, dixit se melius quam ceteros

(1) Hunc, et subsequentes duos, de Torquato, Curtio, et Corvino locos, apud Suidam anonymos, nunc primum comparatis planudeis excerptis, evidenter Dionis esse agnoscimus, eique restituimus.

(2) Immo Zonaras VII. 25. negat voraginem ob terrae motum subsedisse. Nihilominus a Zonara expilatum Dionem, indubitate mox constabit.

ἔφη σωιέναι βέλτιον τῆ ἄλλων ἢ σιβυλλείω· τιμιώτατον γὰρ εἶναι χρῆμα πόλει ἀνδρὸς ἀρετὴ, καὶ ταύτην ζητεῖν τὰ ἐκ τῆ λογίων δηλούμενα· καὶ ταῦτα εἰπὼν, τά τε ὅπλα ἐνεδύσατο, καὶ εἰς τὸ πολεμικὸν ἵππον ἀνέβη· πάντων δὲ θαυμαζόντων τὸ δρώμενον, ἀτρέπτως ἐλαύνει κὴ τὸ χάσματο· συνελθούσης δὲ τῆς γῆς, ἡρωϊκὰς τιμὰς τῷ ἀνδρὶ κὴ μέσην ἀγορὰν Ῥωμαῖοι ἀνὰ πᾶν ἔτο δρᾶν διήγνωσαν, τόν τε τόπον Λίβερνον ἐκάλεσαν, βωμὸν οἰκοδομήσαντες· ἐξ οὗ δὴ κὴ Βιργίλιο τὴ ἀρχὴν ἐποιήσατο (1). *Ex Suida voc.* Λίβερνος.]

ις'. Οὐκ ἔστιν οὐδὲν ζῷον θνητὸν οὐδ' ἄμεινον οὐδ' ἰσχυρότερον ἀνθρώπου· ἢ οὐχ ὁρᾶτε ὅτι τὰ μὲν ἄλλα πάντα κάτω κέκυφε κὴ εἰς τὴ γῆν ἀεὶ βλέπῃ; πράττει τε οὐδὲν ὃ μὴ ζοφῆς κὴ ἀφροδισίων ἔχεται; οὕτω κὴ ὑπ' αὐτῆς φύσεως ἐς ταῦτα κατακέκριται· μόνοι δὲ ἡμεῖς ἄνω τε ὁρῶμεν κὴ τῷ οὐρανῷ αὐτῷ ὁμιλοῦμεν, κὴ τὰ μὲν ἔπι τ' γῆς ὑπερφρονοῦμεν, τοῖς δὲ δὴ θεοῖς αὐτοῖς ὡς κὴ ὁμοίοις οὖσιν ἡμῖν σύνεσμεν, ἅτε κὴ φυτὰ κὴ ποιήματα αὐτῶν οὐ γήϊνα ἀλλ' οὐράνια ὄντες· ὑφ' οὗ κὴ αὐτοῦ ἐκεῖνος πρὸς τὰ ἡμέ-

mentem oraculi sibyllini intelligere. Rem enim in civitate pretiosissimam esse virtutem viri, eamque ab oraculo requiri. Iis dictis, arma induit, et equum bellicum conscendit; omnibusque factum eius admirantibus, intrepido vultu sese cum equo in voraginem immisit. Cum igitur terra postea coiisset, Romani heroicos honores viro illi in medio foro quotannis habendos esse decreverunt, locumque illum vocarunt Libernum: in quo aram exstruxerunt, unde etiam Virgilius initium fecit.]

16. Nullum mortale animal vel melius vel validius homine est. Nonne cernitis, ut bruta omnia prona sunt terramque despiciunt? nihilque curant praeter nutrimentum et rem veneream? adeo naturae ipsius imperio ad haec destinantur! Soli autem nos superna spectamus, et cum ipso caelo communicamus; terrestria contemnimus, cumque diis ceu naturae nostrae similibus conversamur; quippe qui horum propago creaturaeque sumus, neque terreni sed caelestes. Hinc

(1) Quaenam sit haec Liberni appellatio, et quomodo aut quo in carmine Virgilius ab ea initium sumpserit, nescire omnino se ait Kusterus in scholiis suis ad Suidam. Ego vero hac super re cogitans, sic mihi videor Dionis, ut nunc comperimus, locum posse explicari. Dicit hoc Dio Libernum vocatum esse locum ubi fuerat curtia vorago. Quis ergo non agnoscit, curtium lacum dici a Dione, qui fuit in medio foro? praesertim cum idem addat, ibi aram deinde fuisse constitutam; de qua utraque re canit Ovidius fast. VI. 403.

Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,
Nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit.

Confer etiam Livium VII. 6, Plinium XV. sect. 20, Varronem LL. IV. ed. plant. p. 35. Iamvero apud Virgilium ecl. VII. pastorum cantus atque certamen incipit ab infrascripto versu, quem recitat pastor Corydon, sub cuius persona observante Servio latet ipse Virgilius: *nymphae noster amor libethrides.* Porro, ut Servius interpretatur, *libethrides* dicuntur nymphae seu musae a Libethro fonte Boeotiae; et quidem sic generatim vocantur, quia docente Varrone una de tribus musis ex aquae nascitur. Ergo vel Dio legebat apud Virgilium *libernides*, vel apud Dionem legendum a nobis est *libethros*. Aut fortasse Dio graecus homo falsa interpretatione usus est, dum graecam fabulam ad romanam incautus transtulit; ita ut Virgilium non de *Libethro* sed de *Liberno* romano loqui iudicaverit. Utcumque se res habet, ego quidem has meas coniecturas iudicio eruditorum coarguendas probandasve, prout visum fuerit, libenter permitto.

Digitized by Google

τερα εἴδη καὶ γράφομεν καὶ πλάττομεν · εἰ γὰρ δεῖ δή τι καὶ θρασυνόμενον εἰπεῖν, οὔτ' ἄνθρωπῳ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ θεὸς σῶμα θνητὸν ἔχων · οὔτε θεὸς ἀλλ' ὅ τι ἢ ἀνθρώπῳ ἀσώματῳ · καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀθάνατῳ · ταῦτά τοι καὶ συμπάντων ἄλλων ζώων προφέρομεν · καὶ οὔτέ τι πεζὸν ἐστὶν ὃ μὴ τάχει καταληφθὲν, ἢ ἰσχύι δαμασθὲν, ἢ καὶ τεχναις τισὶ συλληφθὲν, δικαλούμεθα· οὔτ' ἔνυδρον, οὔτ' ἀεροπόρον · ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνα τὰ μὲν ἐκ τῆ βυθοῦ μηδὲ ὁρῶντες ἀνέλκομεν, τὰ δὲ καὶ ἐκ τῆ οὐρανοῦ, μὴ δὲ ἐξικνοῦμενοι κατασύρομεν (1). *Ex florilegio inedito vaticano p.* 211.

ιζ'. [Μάρκος δὲ Κούρτιος, ἀνὴρ εὐπατρίδης, νέος τῆ ἡλικίαν, ὡραιότατος τῆ μορφὴν, ῥωμαλεώτατος τῆ ἰσχὺν, ἀνδρειότατῳ τῆ ψυχὴν, φρονήσει διαπρεπὴς, τῆ νοῦν συνεὶς τῆ χρησμοῦ, περιελθὼν εἰς μέσον ἐδημηγόρησε, λέγων· τί τῆ λογίων ἀσάφειαν, ὦ Ῥωμαῖοι, ἢ ἀμαθίαν ἡμῶν αὐτῶν καστα-ψηφιζόμεθα; ἡμεῖς ἐσμὲν τοῦτο δὴ τὸ ζητούμενόν τε καὶ ἀπορούμενον · οὐ γάρ τι ἄψυχον ἐμψύχου λογισθήσεται βέλτιον, οὐδὲ τῆ ἔννε καὶ ἔμφρονος καὶ λόγῳ κεκοσμημένε, τὸ ἄνευ ἄλογόν τε καὶ ἄφρον προτιμηθήσεται · τί γὰρ ἄν τις ἀνθρώπε προκρίνοιεν, ἵνα τοῦτο ἐς τῆ τῆς γῆς βαλόντες διάστασιν, αὖτ συναγάγοιμεν; οὐκ ἐστὶν οὐδὲν ζῷον θνητὸν οὐδ' ἄμεινον, οὐδ' ἰσχυρότερον ἀνθρώπε · εἰ γάρ τι δεῖ καὶ θρασυνόμενον εἰπεῖν, οὔτ' ἄνθρωπος οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ θεὸς σῶμα θνητὸν ἔχων · οὔτε θεὸς ἄλλό τι, ἢ ἄνθρωπος ἀσώματος, κἀντεῦθεν ἀθάνα-

eos ipsos ad imaginem nostram pingimus fingimusque. Quod si paulo audacius loqui licet, nihil aliud homo est nisi deus mortali corpore indutus; nihilque vicissim deus, nisi homo incorporeus; ideoque etiam immortalis. Tantopere autem ceteris animantibus antestamur, ut nihil pedestre sit quod celeritate praeventum, nihil forte quod viribus domitum vel certe artificio irretitum, nobis non subiiciamus. Rursus nihil aquatile aut aereum; nam et pisces ex abysso, invisibiles licet, educimus; et aves caelo sine ulla persecutione detrahimus.

17. [Marcus vero Curtius, vir patricius, aetate iuvenili, forma pulcherrima, viribus maximis, animo fortissimo, prudentia ornatissimus, oraculo intellecto, pro concione dixit: cur obscuritatem oraculi, Quirites, aut tarditatem ingeniorum nostrorum accusamus? Nos ipsi id sumus quod quaeritur, quodque omnesque suspensos tenet. Neque enim inanima praeferenda sunt animatis; neque ea quae mente et intelligentia praedita sunt et sermone ornata, brutis rationis et prudentiae expertibus postponenda. Quam enim rem homini anteponemus, qua iniecta hiatum hunc telluris contrahamus? Nullum mortale animans praestantius homine aut fortius. Quod si adhuc audacius loquendum est, quid est homo, nisi deus corpore mortali circumseptus? aut quid deus est, nisi homo incorporeus, et idcirco

(1) Cum ego hunc locum ex Dione citatum in vaticano florilegio legerem, numquam divinavissem Curtii hanc orationem esse morituri, nisi me Zonaras admonuisset, qui verba eadem, tacito auctore, scribit. Rursus qui Zonaram legunt numquam, credo, divinavissent, verba haec mera puta esse Dionis, nisi nunc vaticanum florilegium rem insperato patefaceret.

Digitized by Google

τος · καὶ οὐ πόρρω τῆς θείας δυνάμεως ἀπηρτήμεθα · ταῦτα ἐγὼ μὲν οὕτω φρονῶ, ἀξιῶ δὲ καὶ ὑμᾶς τῇ γνώμῃ προσθέσθαι ταύτῃ · καὶ μή τις οἰήσαιτο, ὅτι κλῆρον ποιήσομαι, ἢ κόρην κελεύσω θανεῖν, ἢ μειράκιον (1)· αὐτὸς γὰρ ἐγὼ ἐκὼν ἐμαυτὸν ὑμῖν ἐπιδίδωμι, ἵνα σήμερον αὐτίκα κήρυκα πέμψητέ με καὶ πρεσβευτὴν τοῖς χθονίοις θεοῖς, ἐσόμενον ἀεὶ ὑμῶν προστάτην καὶ σύμμαχον · ταῦτα εἰπὼν ὁ Κούρτιος κ. τ. λ. *E Zonara annal. VII.* 25.]

An. 405. ιη'. Ὅτι Βαλλερίῳ μέλλοντι ἡγεμόνι τῶν Κελτῶν μονομαχεῖν, κόραξ προσιζάνει τῷ δεξιῷ τούτου βραχίονι, καὶ ἀντιπρόσωπος τῷ Κελτῷ · τοῖς τε ὄνυξιν ἀμύττων τὸ πρόσωπον, καὶ τῇ πτέρυξι καλύπτων αὐτοῦ ὀφθαλμούς, ἀφύλακτον αὐτὸν τῷ Βαλλερίῳ παρέδωκε · καὶ ὁ Βαλλέριος Κορβῖνος ἐπεκλήθη · κόρβος γὰρ ὁ κόραξ.

ιθ'. [Ποτὲ μὲν τοῖς ὄνυξιν ἀμύττων τὰς παρειάς· ποτὲ δὲ τῷ ῥύγχει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔκοπτεν· ἐπεὶ δὲ προῆλθε τοῦ οἰκείου τάγματος, κόραξ ἐφιζάνει τῷ δεξιῷ τοῦ ἀνδρὸς βραχίονι, ἀντιπρόσωπος τῷ Κελτῷ καὶ τὸν ἀγῶνα φερόμενος, καὶ τοῖς τε ὄνυξιν ἀμύττων τὸ πρόσωπον, καὶ τῇ πτέρυξιν ἐπικαλύπτων αὐτοῦ ὀφθαλμούς, ἀφύλακτον τῷ Βαλερίῳ τὸν πολέμιον παρεδίδωκε, τήν τε νίκην καὶ ἐπωνυμίαν χαρισάμενος· Κόρβιος γὰρ ἐντεῦθεν ἐκλήθη. *Ex Suida voc.* ἀμύσσων.]

κ'. Ὅτι Ῥωμαίων Λατίνοις πολεμούντων, καὶ τῆς μάντεως εἰπόντος Ῥωμαίους νικᾶν, εἰ ὁ ἕτερος τῶν ὑπάτων χθονίοις ἑαυτὸν ὑπὲρ δήμου δοίη σφαγαῖς, Δέκιος ὁ ὕπατος τὴν πολεμικὴν σκευὴν ἀποθέμενος καὶ τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα (2) ἀνα-

immortalis? Neque nos longe a divina virtute absumus. Haec mea sententia est; idemque vobis etiam persuasum esse velim. Neque vero quisquam existimet, me sortem ducturum, aut virginem, puerumve immolari iussurum. Nam ego ipse me pro vobis devoveo, ut me hodie statim caduceatorem et oratorem ad deos inferos ablegetis, patronum semper vestrum adiutoremque futurum. His dictis Curtius *etc.*]

18. Quo tempore Valerius singulare certamen adversus Gallorum ducem susceperat, corvus in eius dextero brachio insedit, rostro adversus Gallum converso; cuius modo faciem unguibus lacerans, modo oculos alis operiens, effecit ad extremum ut improvidus hostis Valerii ictibus pateret. Hinc Valerius dictus fuit Corvinus: corvus enim Romanis est qui Graecis κόραξ.

19. [Nunc unguibus genas lacerans, nunc oculos rostro tundens. Cum autem *Valerius* ex acie sua prodiisset, corvus in dextro eius brachio consedit, qui in Gallum pugnantem adversa fronte involans, unguibusque faciem eius lanians, et alis oculos obtegens, hostem impune feriendum Valerio praebuit, eique cum victoria cognomen etiam dedit. Inde enim Corvinus appellatus est.]

20. Bello Romanorum adversus Latinos, vate victoriam spondente Romanis, si alter consulum diis inferis semet devoveret; Decius consul armis depositis, religiosoque vestimento assumpto, in confertissimum validissimumque hostium cuneum

(1) Respicit ad fabulas graecas; puta Iphigeniae et Minotauri.

(2) Religiosas vestes initiatorum mysteriis memorat Svetonius in *Tiberio* cap. XXXVI.

Digitized by Google

λαβὼν, καὶ τὸ καρτερικώτατον εἰσελαύνῃ τῶν πολεμίων· ᾧ ὁ μὲν πανταχόθεν βαλλόμενος θνήσκῃ, Ῥωμαίοις δὲ πρὸς τὸ εὐτυχὲς ὁ ἀγὼν ἐτελεύτα.

κα'. Ὅτι Μάλλιος ὁ ὕπατος τὸν ἑαυτοῦ παῖδα μονομαχήσαντα Πον- An. 414.
τίῳ τῷ λατίνῳ, καὶ καταβαλόντα τοῦτον, ὡς μὲν ἀρίστευσε ἐστεφάνωσεν, ὡς δὲ ὑπερβάντα τὰ ἐξ αὐτοῦ τεταγμένα ἐπελέκισεν (1)· ὁ δὴ σὺν ὠμότητι πραχθὲν εὐπειθεστάτους τοῖς ἄρχουσι Ῥωμαίους κατέστησεν.

κβ'. Ὅτι Σαμνῖται Ῥωμαίους αὐλῶσι στενοῖς ἀπολαβόντες, εἰς δμωλαγὰς An. 433.
ἐλθεῖν αἰσχρὰς ἠνάγκασαν, γυμνοὺς ὅπλων ζυγῷ καθ' ἕκαστον ὑποδυομένους ἀφέντες· ἡ δὲ πόλις τὰς μὲν τοιαύτας σπονδὰς διέλυσε, τοὺς δὲ ταύτας ποιησαμένους ὑπάτους τοῖς πολεμίοις ἐκδίδωσιν, εἰς ἐκείνους τὸ τῆς ἀσπονδήσεως ἄγος ἀποζιβομένη.

κγ'. Αἱ εὐεργεσίαι ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον προαιρέσει εἰσὶ, καὶ οὐθ' ὑπ' ἀγνοίας, οὐκ ὀργῆς, οὐκ ἀπάτης, οὐκ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων γίνονται· ἀλλ' αὐθαίρετοι παρ' ἐκουσίας καὶ προθύμου ψυχῆς ἐκτελοῦνται· καὶ διὰ ταῦτα χρὴ τοὺς μὲν πλημμεληκότας τι, ἐλεεῖν, νουθετεῖν, παιδεύειν, φιλεῖν, ἀμείβεσθαι· καὶ ὅταν γε ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἕκάτερον γίνηται, πολύ που μᾶλλον τοῖς ἤθεσιν ἡμῶν προσήκῃ τῶν ἀμεινόνων μνημονεύειν ἢ τῶν ἀτοπωτέρων (2).

Ex florilegio vat. p. 46.

se coniecit. Is ergo undique armis adpetitus interiit; Romanis autem fortunatum proelium evasit.

21. Manlius consul filium suum, qui conserta cum Pontio latino manu, hunc postraverat; quatenus victor fuerat, eum coronavit; quatenus autem mandatum eius violaverat, securi percussit. Id porro crudele facinus obedientissimos magistratibus Romanos effecit.

22. A Samnitibus Romani angustis convallibus interclusi ad turpes pacis conditiones adacti fuerunt; singuli videlicet nonnisi armis nudati sub iugum missi evaserunt. Sed enim romana civitas foedus huiusmodi ratum non habuit; immo eos qui id pepigerant consules hostibus dedidit; ipsosque rupti foederis piaculum esse voluit.

23. Recte facta ab hominum voluntate proficiscuntur; et neque a necessitate neque inscitia neque iracundia neque fraude neque alia re huiusmodi progignuntur; sed libera sunt, atque a spontaneo alacrique animi motu procedunt. Quamobrem si quando aliquis peccat, indulgendum ei est, admonitione, institutione, benivolis officiis, certandum est. Et quoniam ab hominibus modo bene modo secus fit; multo magis decet moribus nostris, ut recte factorum quam ut maleficiorum memores simus.

(1) Codex utriusque excerptorum habet ἐπελέκεσε. Sed lectionem aliam sequor, quam dat Diodorus siculus XIX. 101; qui auctor nomen quoque novum πελεκισμός a verbo πελεκίζω in vaticanis excerptis p. 95. nobis nuper exhibuit.

(2) Hoc et sequentia fragmenta duo, quae vati-

Digitized by Google

κδ'. Μέγα μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ τῷ σῷ ἀδικήσαντάς τι ἀμύνασθαι, δεῖ φρονεῖν· μείζω δ' ὁ λόξαν ἐπὶ τῷ σῷ εὐεργετήσαντάς τι ἀμείβεσθαι ἔχειν. *Indidem.*

κε'. Πεφύκασι γὰρ πάντες ἄνθρωποι πλέον ἀλγεῖν ὧ ἂν ἀτιμασθῶσιν, ἢ χαίρειν ἐφ' οἷς ἂν εὐεργετηθῶσι· καὶ ῥᾷον γε ἐπεξέρχονται τοῖς λυπήσασί τι σφᾶς, ἢ ἀνθυπουργοῦσι τοῖς εὖ ποιήσασιν. *Indidem.*

An. 471. κς'. Ὅτι ἡ Δολοβέλλα περαιωμένους ἐπὶ Τίβεριν ὑπεθεμένα τοῖς Τυρρηνοῖς, ὁ ποταμὸς αἵματός τε καὶ σωμάτων ἐπληρώθη· ὡς τοῖς κατὰ τὴν πόλιν Ῥωμαίοις ἐπὶ ὄψιν τοῦ ποταμίου ῥεύματος σημᾶναι τὸ πέρας τῆς μάχης πρὶν ἀφικέσθαι τὸ ἄγγελον (1).

κζ'. Ὅτι ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν Τιβέρεως μέχρι Ῥώμης στάδιοι ναυσίπορόι εἰσι (2).

An. 473. κη'. Αἱ εὐπραγίαι ἐπιφανὲς ἔξω τοῦ συμμέτρου τισὶ γίνωνται, συμφορῶν σφίσιν αἰτίαι καθίστανται· προάγουσαι γὰρ αὐτοὺς εἰς τὸ ἄκρον (οὐδὲ γὰρ ἐθέλει τὸ σῶφρον τῷ χαύνῳ συνεῖναι) τὰ μέγιστα σφάλλουσιν (3).

Ex florilegio vat. p. 103.

24. Iniuria ipsa non sine multo mentis iudicio vindicanda est. Longe vero graviore cura utendum est, cum de rependendo beneficio agitur.

25. Natura comparatum est ut omnes homines maiorem dolorem ex iniuria quam laetitiam ex beneficio percipiant. Quare promptius molestos sibi ulciscuntur, quam beneficos remunerantur.

26. Quo tempore Dolabella Etruscos in Tiberis transitu armis adgressus est, flumen adeo sanguine et cadaveribus redundavit, ut qui in urbe erant Romani ex amnis ante fluento quam ex nuncio pugnae exitum cognoverint.

27. A tiberinis ostiis Romam usque navigatio stadiorum XVIII est.

28. Quae modum excedit felicitas, ea malorum causa fit. Nam postquam homines insano tumore extulit (neque enim sobrietas cum vesania habitat) maximopere eos decipit.

canum florilegium ex Dione sumpta habet, heic ego inserui quia videbantur particulae illarum orationum, quae apud caudinas furculas recitatae fuerunt, et de quibus dixi ad Dionysii halic. nova excerpta p. 499. Ceterroquin in harum particularum collocatione non semel fortasse errabo; atque ab aliis cupio meliorem curari. Veritas enim prae omnibus mihi placet.

(1) Lege in hoc volumine Dionysii excerpta cap. XLVIII. p. 510. cum nota 3.

(2) Ergo Dio *stadium* ponit hoc loco pro milliario.

(3) Fragmentum hoc iam editum a me est in prioribus Dionis excerptis cap. XLIIII. p. 168. ex palimpsesto, sed mendosum et mutilum verbis aliquot, quae reapse desunt in palimpsesto. Nunc a florilegio confirmatur fragmentum et persanatur.

Hoc autem commode loco lectores admoneo, caput XLV. priorum excerptorum, quod ego aegerrime ex oblitterata palimpsesti pagina eruebam, occurrere etiam prope ad verbum in valesianis excerptis Reimar. cap. CXLV; de qua re tunc non cogitavi; ibique scribi ἀνάπαυστα, uti est etiam in vaticano palimpsesto.

Digitized by Google

κθ'. Ἀδύνατον γάρ ἐστι μήτε ἐν τοῖς αὐτοῖς ἤθεσι τεθραμμένους τινὰς, μήτε τὰ αὐτὰ αἰσχρὰ καὶ καλὰ νομίζοντας εἶναι, φίλους ποτὲ ἀλλήλοις γενέσθαι.

Ex florilegio vat. p. 34.

λ'. Ἡ φιλοτιμία καὶ ἡ ἀπιστία, ἀεὶ τοῖς τυράννοις σύνεστιν· ἐξ ὧν ἀνάγκη μηδένα ἀκριβῆ φίλον ἔχειν(1). *Indidem.*

λα'. Ἀπιστούμενόν τις καὶ φθονούμενός τις, οὐδένα ἂν καθαρῶς ἀγαπήσειε. *Indidem.*

λβ'. Ἡ τῶν τρόπων ὁμοιότης, ἥ τε τοῦ βίου ἰσότης, καὶ τὸ τὰ αὐτὰ τισὶ σφαλερὰ καὶ σωτήρια εἶναι, καὶ ἀληθεῖς καὶ βεβαίας φιλίας, μόνα ποιεῖ· ὅπου δ' ἂν τούτων τί ἐνδέηται, προσποιητὸν μὲν σχῆμα ἑταιρίας ὄψεται, ἕρμα δ' οὐδὲν αὐτῆς ἐχέγγυον εὑρήσεται. *Indidem.*

λγ'. Ὅτι Πόπλιον Βαλλέριον ἄνδρας δύο κατασκοπεῖν πρὸς Πύρρον σταλέντας ἐχειρώσατο, οὓς περιοδεῦσαι κελεύσας τὸ στρατόπεδον, ἀφῆκεν ἀπα- An. 474.

29. Fieri nequit ut homines qui diversis moribus innutriti sunt, quique discordibus studiis tenentur, neque in turpitudinis honestique definitione consentiunt, ii amicitiam inter se colant.

30. Ambitio atque perfidia numquam tyrannorum non sunt comites. Quare nec ullum sincerum amicum habere eos necesse est.

31. Is, cui non creditur vel invidetur, neminem vicissim sincere amabit.

32. Morum similitudo vitaeque paritas, et bonorum periculorumque communio, veras firmasque amicitias pariunt. Ubi autem ex his aliquod desideratur, simulatam quidem amicitiae speciem videbis, nullum tamen tutum eius fundamentum invenies.

33. Publius Valerius missos a Pyrrho speculatores cepit; quumque eos exercitum suum perlustrare iussisset, dimisit incolumes; nimirum ut Pyrrho et prae-

(1) Hoc et sequentia duo fragmenta iam ego protuli ex palimpsesto vaticano in hoc volumine p. 170. Nunc quia occurrunt etiam in florilegio, alter codex ex alterius auctoritate egregie confirmatur: praetereaque sedem quoque fragmentorum cognoscimus, quae in florilegio quidem incerta est, quoniam omnia per titulos morales dissipantur; verum in palimpsesto numquam partes auctorum perturbantur. Ergo haec fragmenta pertinent ad Pyrrhi in Italiam transmittentis historiam; et quidem videntur particulae orationis apud Tarentinos recitatae cum de Pyrrho advocando deliberabatur, contradicente Metone. (Dionys. p. 505.) Iam vero fragmentum quoque superius ἀδύνατον γὰρ etc. quoniam in florilegio ponitur ante illud quod incipit ἡ φιλοτιμία, suo in loco retinendum mihi fuit.

Digitized by Google

θεῖς, ἀπαγγελοῦντας τῷ Πύῤῥῳ τόν τε κόσμον τῆς στρατιᾶς, καὶ πρὸς οἵους καὶ ὅπως ἠσκημένους ἄνδρας ἀγωνιεῖται (1).

λδ'. Ὅτι Πύῤῥῳ τῶν καὶ τὴν μάχλιν πεπτωκότας Ῥωμαίους ὁπιμελῶς ἐθαψε· καὶ θαυμάζων τὸ φοβερὸν τῆς εἴδους τῶν ἀνδρῶν ἔτι διασωζόμενον, καὶ ὅπως ἐναντία πάντες ἔφερον τραύματα, λέγεται ἀνατείνας εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας τοιούτους εὔχεσθαι οἱ γενέσθαι συμμάχους· ῥᾳδίως γὰρ ἂν κρατήσαι τῆς οἰκουμένης.

λε'. Ὅτι Κινέας ὁ ῥήτωρ πρεσβευτὴς εἰς Ῥώμην ἦλθε· Πύῤῥῳ δὲ παλεὶς, ὡς ἐπανῆλθεν, ἐρωτώμενος παρ' αὐτοῦ περὶ τῆς Ῥώμης κόσμου καὶ τῶν ἄλλων, ἀπεκρίνατο, πολλῶν πατρίδα βασιλέων ἑωρακέναι· δηλῶν τῷ λόγῳ τοιούτους ἅπαντας εἶναι Ῥωμαίους, οἷος αὐτὸς ἦν τοῖς Ἕλλησι τὰ εἰς ἀρετὴν ὑπείληπται.

λς'. Ἐλλόγιμόν με ὡς ἀληθῶς νομίζεις ἄνδρα εἶναι, ἢ οὔ; εἰ μὲν γὰρ φαῦλον εἰμὶ, πῶς με δῶρων κρίνεις ἄξιον; εἰ δὲ χρηστὸς, πῶς με λαβεῖν αὐτὰ κελεύεις (2). *Ex florilegio vat. p. 75.*

λζ'. Ὅτι ἀντικαθιζομένων μὲν στρατευμάτων ἀλλήλοις Φαυρικίου καὶ Πύῤῥου, ἀνήρ τις τῶν περὶ θεραπείαν τοῦ βασιλέως, ὡς τὸν Φαυρίκιον ἀφίκετο δηλητηρίοις φαρμάκοις ἀνελεῖν τὸν Πύῤῥον ὑφισάμενος, εἰ οἱ τις δοθείη παρ'

claram romani exercitus speciem nunciarent, ac porro eum edocerent quibus cum viris et qua disciplina instructis certaturus esset.

34. Pyrrhus extinctos in proelio Romanos sedulo sepeliendos curavit: admiratusque truces hominum vultus qui in cadaveribus adhuc erant, et quomodo vulnera nemo non adversa excepisset, fertur in caelum sublatis manibus tales sibi exoptasse belli socios: sic enim se universo orbe facile potiturum.

35. Cineas rhetor Romam missus a Pyrrho legatus; postquam reversus est, rogatus a rege de romanae urbis ornatu seu disciplina aliisque rebus, patriam se vidisse multorum regum dixit: quo verbo significabat, tales esse Romanos omnes, qualis ipse inter Graecos Pyrrhus virtute excellere credebatur.

36. Frugi ne me hominem existimas, nec ne? Nam si certe improbus sum, cur me donis dignaris? sin bonus, cur me dona recipere vis?

37. Quum Fabricii Pyrrhique exercitus castra adversa posuissent, vir quidam ex iis qui regii corporis curam gerebant, venit ad Fabricium cum promissis daturum se operam ut Pyrrhum veneno extingueret, siquidem idoneam pecuniae

(1) Confer Dionysii excerpta p. 508.

(2) Haec sententia cum Dionis nomine in florilegio occurrens, iam edita a me fuit p. 175. ex palimpsesto, quo etiam duce utor ut heic eandem collocem. Alioqui numquam divinassem, eam esse particulam orationis Fabricii ad Pyrrhum. Porro citato in loco corrige μὲ pro τέ.

Digitized by Google

αὐτοῦ χρημάτων ὠφέλησα· ὃν ὁ Φαυρίκιος ἀποσυγήσας, ἀποπέμπει τῷ Πύρρῳ δῆσμιον· ὁ δὲ Πύρρος ἀγασθεὶς, ἀναβοῆσαι λέγεται· οὗτός ἐστι κοὐκ ἄλλος Φαυρίκιος, ὃν δυσχερέστερον ἄν τις ἀποσείσαιτο τῆς οἰκείας ἀρετῆς, ἢ τῆς συνήθους πορείας τὸν ἥλιον.

λη'. Συμβαίνει γὰρ ὡς ἐπὶ πλήθει τοῖς μὲν ἐκ λογισμοῦ τί δεδιόσιν (a), ὀρθοῦ- An. 495.
σθαι διὰ προφυλακὴν αὐτοῦ· τοῖς δ' ἀπρονοήτως θρασυνομένοις φθείρεσθαι δι' ἀφυλαξίαν. *Ex florilegio vat. p.* 165.

λθ'. Τὸ μὲν σωφρονοῦν καὶ κτᾶται τὰς νίκας καὶ γενομένας φυλάττει· τὸ δ' ἀσελγαῖνον οὔτε περιγίνεται τινός· κἂν ἄρα εὐτυχήσῃ ποτὲ ἔν τινι, ῥᾷστα αὐτὰ ἀπόλλυσι· κἂν μὲν διασώσῃ τί, χεῖρον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος λόγον εὐπραγῆσαι γενόμενον, οὐχ ὅσον οὐκ ἐκείνῳ τί ὀνίναται, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ προσδιαφθείρεται· ἡ γὰρ πᾶν τὸ πρᾶγμα λόγον θρασυνόμενον, καὶ δεδιέναι ἀλόγως πέφυκεν· ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς τήν τε γνώμην τῇ προνοίᾳ βεβαίαν, καὶ τὴν ἐλπίδα πιστὴν ἐκ τοῦ ἰσχεγνύειν αὐτῆς ἔχων, οὔτε καταπτήσσειν τινὰ, οὐδ' ὑπερφρονεῖν (b) ἐᾷ· ἡ δ' ἀλόγιστος ἐμπληξία πολλοὺς ἔν τε εὐπραγίαις ἐξαίρει, καὶ ἐν ταῖς συμφοραῖς ταπεινοῖ, οἷα μηδὲν ἔρυμα ἔχουσα, ἀλλ' ἀεὶ τῷ συμπίπτοντι ἐξομοιουμένη (1). *Indidem.*

mercedem impetraret. Fabricius hominem detestatus, vinctum ad Pyrrhum remisit: quam rem admiratus Pyrrhus, exclamasse dicitur; hic est sine dubio Fabricius, quem aegrius quispiam a sua virtute quam solem a consueto cursu detorserit.

38. Plerumque accidit ut qui re considerata metuunt, cavendo evadant periculum: qui autem temere audent, ii propter inconsiderantiam suam pereant.

39. Prudentia victorias adipiscitur easque conservat. Protervitas neque quicquam adquirit umquam; et si forte aliquo successu utitur, facillime eundemmet evertit. Quod si aliquando imprudens homo naufragium evaserit, is repentina felicitate factus deterior, exitium indidem contrahit, nedum ullam utilitatem refert. Natura quippe comparatum est, ut qui absurde audet, idem sine causa formidet. Consideratio enim animum providentiâ confirmat, spemque firmam ex ipsius providentiae viribus contrahens, neminem neque fiduciam despondere neque superbia efferri sinit. At insana stoliditas multos in laetis casibus extollit, in adversis deprimit: quippe quae nullo fundamento nititur, sed pro re nata nunc bene nunc male adficitur.

(a) Cod. δεδιῶσιν. (b) Cod. ὑπερφρονέειν. At palimpsestus ὑπερρρονεῖν.

(1) Fragmentum hoc vaticani florilegii extat partim, et quidem ad litteram, in prioribus Dionis excerptis cap. LXI. p. 181, quae mihi palimpsestus item vaticanus suppeditavit: quo in loco syllabam ων pronominis τινῶν video perperam me supplevisse pro α id est τινὰ, uti nunc demonstrat florilegium nondum illo tempore mihi cognitum. Igitur e palimpsesti serie cognoscimus sermonem hoc

Digitized by Google

An. 499. μ'. Ὅτι συμμαχίας ἐκ Λακεδαίμονος τοῖς Καρχηδονίοις ἀφικομένης, Ξάνθος (1) σπαρτιάτης ἀνὴρ τοὺς στρατηγοὺς τῶν ἐγχωρίων κατεμέμφετο, ὅτι δὴ στρατιὰν ἔν τε τοῖς ἱππόταις καὶ τοῖς θηρίοις τὸ κῦρος ἔχουσαν, ὄρεσί τε καὶ δυσχωρίαις ὑποστέλλουσι· αὐθαλαβὼν δὲ τὴν στρατιὰν αὐτὸς, καὶ τάξας τοὺς Καρχηδονίους, παντελῶς μικροῦ τὸ τῶν Ῥωμαίων φθεῖρε στρατόπεδον (2).

An. 504. μα'. Ἠγεῖτο δεῖν ἢ τί δι' ἀπορρήτων πρᾶξαι βουλόμενον, μηδενὶ αὐτὸ τὸ παράπαν ἐμφαίνειν· οὐδένα γὰρ οὕτως ἰσχυρόφρονα εἶναι, ὡς ἀκούσαντά τι, παρατερῆσαι καὶ σιωπῆσαι αὐτὸ ἐθελῆσαι· ἀλλὰ καὶ πάνυ τοὐναντίον, ὅσῳ ἂν ἀπορρηθῇ τινὶ μὴ εἰπεῖν τί, τόσῳ μᾶλλον αὐτὸν ἐπιθυμεῖν αὐτὸ ἐκλαλῆσαι· καὶ οὕτως ἕτερον παρ' ἑτέρου τὸ ἀπόρρητον ὡς καὶ μόνον μανθάνοντα φημίζειν (3). *Ex florilegio vat. p.* 116.

μβ'. Ὅτι Καρχηδόνιοι πολεμούμενοι ὑπὸ Ῥωμαίων ὅπλα τε ἐκ ξιήρεις δι' ὀλίγου ἐποιήσαντο· τοὺς μὲν ἀνδριάντας πρὸς τὴν τοῦ χαλκοῦ χρῆσιν συγχωνεύσαντες· καὶ τὴν ξύλωσιν τῶν τε ἰδίων καὶ δημοσίων ἔργων πρὸς τὰς ξιήρεις καὶ τὰς μηχανὰς μετενεγκάμενοι, ἵς τε τὰ σχοινία ταῖς τῶν γυναικῶν κόμαις ἀποκειραμέναις χρησάμενοι (4).

40. Lacedaemone Carthaginiensibus copias auxiliares suppeditante, Xanthus spartanus vir punicos duces reprehendebat, qui quum exercitum equitatu et elephantis praecipue validum haberent, in montibus asperisque locis se continerent. Delato autem ad ipsum copiarum imperio, is aciem Carthaginiensium arbitratu suo disposuit, ac romanum exercitum prope universum delevit.

41. Existimabat, nemini omnino id esse dicendum quod secreto peragere vellet: nullum quippe esse hominem tam loquelae suae continentem, qui rem aliquam auditam possit velitque silentio apud se premere. Immo vero quanto quis vehementius praecipit ne cui res pateſiat, tanto magis is qui audit ecfererendi eam propalam cupiditate incenditur. Atque ita alius alii secretum impertiens, tamquam solus ea notitia fruatur, rem diffamat.

42. Carthaginienses a Romanis oppugnati, arma et triremes brevissimo tempore comparaverunt: statuis enim conflatis pro aere usi sunt; ligna e privatis publicisque aedificiis ad triremes et machinas contulerunt; funes denique, tonsis mulieribus, ex crinibus effecerunt.

esse de Poenorum inconsulta audacia bello primo quod cum Romanis in Sicilia gesserunt. Iam superius quoque fragmentum quod in florilegio proxime praecedit, eandemque sententiam habet, sedem heic propriam habere, exploratum est.

(1) Ita codices planudei; quamquam vulgo scribitur Ξάνθιππος.

(2) Lege Polybium lib. I. 32-34.

(3) Similis fere sententia de arcano conservando extat apud Diodorum in vaticanis excerptis p. 52; eaque dicitur de Hamilcare Barca circa urbis annum DIV. Quare apud Dionem, quem florilegus vaticanus laudat, heic fere locum postulare sibi videtur. Quamquam coniectura mea satis fragilis est levisque suspicio.

(4) Haec evenisse tertio bello punico narrat Appianus pun. cap. XCIII, non primo ut Dio; nisi forte in planudeis excerptis translatitium hoc fragmentum est; quod ceteroqui numquam fere fieri vidi neque in his planudeis neque in palimpsesto.

Digitized by Google

μγ'. Ὅτι Ῥηγοῦλον τὸν στρατηγὸν Ῥωμαίων ἁλόντες Καρχηδόνιοι, πρέσ- An. 504.
βεσιν ἅμα οἰκείοις πρὸς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμπον (1), οἰόμενοι μεγίαν τινὰ τοῦ πολέμου εὕρησιν κατάθεσιν καὶ τῶν αἰχμαλώτων ἀντίδοσιν τῇ συμπράξει τοῦ ἀνδρός· ὁ δ' ἐλθὼν, τὰς μὲν συνήθεις τοῖς ὑπατικοῖς τιμὰς ἐδίωσατο, οὐ μετεῖναι δὲ πολιτείας αὐτῷ λέγων, ἀφ' οὗπερ ἡ τύχη δεσπότας αὐτῷ Καρχηδονίους ἐπέστησε· παρήνει τε τὰς ἐλλαγὰς ἀπείπασθαι, εἰς τὸ ἀνέλπιστον ἤδη ἀφιγμένων τῶν πολεμίων· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀγασθέντες αὐτὸν, τὸν μὲν πρέσβεις ἀποπέμπουσιν, αὐτὸν δὲ κατέχειν ἠβούλοντο· ὁ δὲ οὐ μενετέον αὐτῷ φήσας ἐν πόλει, ἐν ᾗ δὲ ἴσης οὐ μεθέξει καὶ τὸν πατρίους θεσμοὺς πολιτείας, πολέμου νόμῳ δουλεύειν ἑτέροις ἀναγκασμένῳ, εἵπετο τοῖς Καρχηδονίοις ἑκούσιος· ἔνθα πολλαῖς καὶ δειναῖς αἰκίαις καταναλωθεὶς ἐτελεύτησεν.

μδ'. Ὅτι ἐπὶ Μάρκου Κλαυδίου καὶ Τίτου Σεμπρωνίου ὑπάτων μόνῳ τῷ An. 514.
πατρὸς ἐπωνυμίας τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων μετέσχον Ῥωμαῖοι παρεκελεύσαντο (2).

με'. Ὁ μὲν πόλεμος τὰ οἰκεῖα τισὶ σώζει, καὶ τὰ ἀλλότρια προσκτᾶται. An. 535.
ἡ δὲ εἰρήνη οὐχ ὅπως τὰ πορισθέντα δι' ἐκεῖνον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὴν προσαπόλλυσιν (3). *Ex florilegio vat. p.* 157.

43. Regulum imperatorem Romanorum captum Carthaginienses, Romam cum legatis suis dimiserunt, sperantes fore ut huius viri intercessione commodam nanciscerentur belli compositionem, et captivorum restitutionem. Ille urbem ingressus consuetos consularium virorum honores recusavit; haud se participem romanae civitatis dictitans, postquam ei fortuna Carthaginienses dominos imposuerat: hortabatur autem ne pacem hostibus concederent, qui de rebus suis desperabant. Romani Regulum admirati, remissis legatis, ipsum retinere volebant. Is tamen manendum sibi in urbe negavit, in qua iam aequo iure pro patriis reip. moribus non esset usurus: ideoque belli lege servire aliis coactus, Carthaginem legatos sponte secutus est; ubi multis dirisque poenis excruciatus interiit.

44. Marco Claudio et Tito Sempronio coss., decretum Romae fuit ut filiorum tantummodo natu maximus patris cognomine uteretur.

45. Bellum et propria quandoque tuetur, et aliena adquirit. Pax autem adeo belli manubias non conservat, ut se ipsam quoque perditum eat.

(1) Historia haec partim extat apud Reimarum fragm. CXLIX; sed tamen aliis verbis ab eclogario valesiano conformata.

(2) Considerabunt hunc locum philologi homines, ac romanarum antiquitatum rituumque studiosi. Et quidem scribendum videtur C. Claudio et M. Sempronio consulibus, qui reapse occurrunt in fastis anno urbis DXIV.

(3) Fragmentum hoc orationis Lentuli iam editum a me fuit p. 188. ex palimpsesto; pertinetque ad deliberationem in senatu romano habitam de suscipiendo bello adversus Poenos secundo. Appianus autem pun. cap. LXII. introducit Lentulum perorantem in curia adversus Scipionis sententiam, nolentemque pacem concedi Poenis post bellatum bellum secundum. Adeo traditio historica a dissidentibus auctoribus variisque monumentis permisceri saepe solet!

Digitized by Google

μς'. Συχνοὺς γὰρ αἱ συμφοραὶ διορθοῦσι, καὶ πολλοὶ καλῶς αὐταῖς χρησαμένοι, κρεῖττον ἀπαλλάσσουσι τῶν εὖ καὶ τελείως πραττόντων, ἃ δι' αὐτὸ καὶ ὑβρίζόντων· δοκεῖ γάρ πως ἡ κακοπραγία μέρος οὐκ ἐλάχιστον ἔχειν ὠφελείας, ὅτι μήτε ἐκφρονεῖν ἐᾷ ἀνθρώπους, μήτε ἐξυβρίζειν ἐᾷ· κράτιστον μὲν γάρ ἐστι φύσει πρὸς πάντα τὰ ἀμείνονα τετράφθαι, καὶ τῆς ἐπιθυμίας μέτρον μὴ τὴν ἐξουσίαν, ἀλλὰ τὸν λογισμὸν ποιεῖσθαι· ἂν δέ τις ἀδυνατῇ στέργειν τὸ κρεῖττον, λυσιτελεῖ αὐτῷ καὶ ἄκοντι σωφρονεῖν· ὥστε ἐν εὐδαιμονίᾳ καὶ τὸ μὴ πάντα εὖ πράττειν τίθεσθαι. *Ex florilegio vat. p.* 103.

μζ'. Φυλάξασθαι χρὴ μὴ καὶ αὖθις τί τῷ ὁμοίων παθεῖν· ὥσπέρ που καὶ μόνον ἄν τις ἐκ τῶν συμφορῶν ὠφεληθείη· αἱ μὲν γὰρ εὐπραγίαι σφάλλουσιν ἐστὶν ὅτε οὐκ ἀπειρισκέπτως τί δι' αὐτὰς ἐλπίσαντας, ὡς καὶ αὖθις κρατήσοντας (1)· τὰ δὲ παίσματα ἀναγκάζει πάντα τινὰ ἐξ αὐτῶν ὧν πεπείραται (a), καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ἀσφαλῶς προορᾶσθαι (2). *Indidem.*

An. 557. μη'. Ἔγκλημα γ[ὰρ πά]σχω (b) οὐχ ὅτι προπετῶς εἰς τὰς μάχας χωρῶ, οὐδ' ὅτι διὰ κινδύνων στρατηγῶ, ἵνα πολλοὺς μὲν τῶν στρατιωτῶν ἀποβαλὼν, πολλοὺς δὲ καὶ τῶν πολεμίων ἀποκτείνας, αὐτοκράτωρ τε ὀνομασθῶ, καὶ τὰ

46. Multi adversis casibus emendantur: multi his sapienter utentes, meliores evadunt iis hominibus, quos quia perfecta prosperitas comitata est, idcirco superbe se efferunt. Etenim haud minima calamitatis utilitas est, quod illa homines neque insanire patitur neque superbo fastidio extolli. Profecto praestantissimum foret ad meliora quaeque naturaliter nos esse instructos, ita ut cupiditatibus nostris non potentia sed ratio limites constitueret: sed quoniam nonnulli meliora sectari sponte nesciunt, expedit illis ut saltem inviti sapiant. Quamobrem aliquot fortunae offensiones lucro et felicitati apponendae sunt.

47. Cavendum est ne in eandem calamitatem bis incidamus: quae sane cautela unicum adversorum casuum emolumentum est. Nam prosperitates quidem eos interdum decipiunt, qui postquam semel rem bene gesserunt, aeque iterum se gesturos sperant. Verumtamen adversitates, expertum cogunt in futurum tempus securitati prospicere.

48. Ego accusor, non quia is sim qui temere pugnas conseram, vel qui periculosa imperem, vel qui multis meis amissis militibus multis item hostibus

(a) Male p. 189. πεπείρασαι. (b) Vel ἴχω. Est enim dubia lectio propter erosam membranam.

(1) Haec sententia, sed aliis verbis concepta, utitur etiam Appianus pun. cap. LXXXVIII.

(2) Hi quatuor versus extant ad litteram in fragmentis fabianae orationis adversus Lentulum editis a me ex palimpsesto p. 189. Confirmatur ergo Dio auctor, testimonio florilegii: tum ab eodem florilegio docemur de propria fragmenti sede. Iam et praecedens fragmentum συγγνοὺς etc. quoniam in eadem codicis pagina est, eandemque sententiam continet, heic erat illo ordine collocandum quem in ipso florilegio tenet.

Digitized by Google

ἐπινίκια πέμψω, ἀλλ' ὅτι βραδύνω καὶ ὅτι μέλλω, καὶ ὅτι τῆς σωτηρίας ὑμῶν ἰσχυρῶς ἀεὶ προορῶμαι (1). *Ex florilegio vat. p. 157.*

μδ'. Ὅσα ἐλαττωθέντες ποτὲ ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐπάθομεν, ταῦτα νικήσαντες αὐτοὺς ἀποδράσομεν· εὖ γὰρ ἴστε, κρατήσαντες μὲν, πάντων ὧν λέγω τευξόμεθα· κρατηθέντες δὲ οὐδὲ τὴν διαφυγὴν ἀσφαλῆ σχήσομεν· τοῦ τε γὰρ κρατήσαντος τὸ πᾶν ὠφελιμώτατον φίλιόν ἐστι, κἂν μισοῦν αὐτὸ τυγχάνῃ· καὶ τὸ νικηθὲν οὐδεὶς οὐδὲ τῷ οἰκείων ἐπιθεραπεύει (2). *Indidem.*

ν'. Πῶς μὲν γὰρ οὐκ ἄτοπον τά τε ἔξω καὶ τὰ πόρρω πραττόμενα προθυμεῖσθαι ἡμᾶς κατορθῶσαι, πρὸ τοῦ τὴν πόλιν αὐτὴν ἐπανορθῶσαι; πῶς δ' οὐ σχέτλιον τῶν πολεμίων σπουδάζειν κρατῆσαι, πρὸ τοῦ τὰ σφέτερα εὖ θέσθαι (3); *Indidem.*

να'. Εὖ οἶδ' ὅτι καὶ τραχέως δοκῶ ὑμῖν διαλέγεσθαι· ἀλλὰ πρῶτον μὲν λογίσασθε ὅτι καὶ οἱ ἰατροὶ συχνοὺς καὶ καίοντες καὶ τέμνοντες, ὅτ' ἂν μὴ δύνωνται ἄλλως πῶς ὑγιεῖς γενέσθαι, θεραπεύουσιν· ἔπειθ' ὅτι οὔτε ἑκὼν οὔθ' ἡδέως αὐτὰ λέγω· ὥστε ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς τοῦθ' ὑμῖν ἐγκαλῶ, ὅτι με εἰς τούτους τοὺς λόγους προηγάγετε· ὑμεῖς δὲ εἴπερ ἄχθεσθε τοῖς εἰρημένοις, μὴ

occisis imperator appellari velim et tropaea in urbem mittere; sed quia cunctor et differo, et quia diligentem salutis vestrae curam gero.

49. Quantum mali victis nobis hostes intulerunt, tantumdem nos victores iisdem rependemus. Certum etenim hoc habetote; si vicerimus, omnia quae dixi nos adsecuturos: sin victi fuerimus, ne fugam quidem tutam nobismet fore. Etenim victori omnes confestim amici fiunt, etiamsi antea inimici extiterint: victum nemo, ne necessarius quidem, officio ullo prosequitur.

50. Quid ni sit absurdum externa et longinqua velle nos emendare, ante quam ipsam civitatem corrigamus? Quid ni rursus arduum sit ad domandos hostes conniti, priusquam res bene nostras composuerimus?

51. Equidem sentio, videri me vobis aspere loqui. Verumtamen primo quidem reputetis velim, multos quoque a medicis urendo caedendoque curari, quando aliter ad sanitatem revocari nequeunt. Deinde aio, me neque sponte mea neque libenter haec dicere. Etenim ego vos obiurgo, quia me ad orationem huiusmodi compulistis: vos autem, si quidem dicta mea gravate perfertis, ne id

(1) Hanc esse particulam ex oratione Fabii cunctatoris sive apud exercitum sive in urbe habitam, nemo dubitabit. Confer Livium XXII. 15.

(2) Haec item particula est vel fabianiae orationis vel potius Minucii magistri equitum, qui pugnae cupidus, Fabio dictatori obloquebatur.

(3) Haec sine dubio particula orationis est in urbe ad populum senatumve dictae.

Digitized by Google

ποιεῖτε ταῦτα ἐφ' οἷς ἀναγκαίως κακῶς ἀκούετε· εἰ γὰρ δὴ δάκνει τινὰς ὑμῶν τὰ ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενα, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον κἀμὲ κἀμοῦ ἄλλους πάντας τὰ ὑφ' ὑμῶν πραττόμενα (1); *Ex florilegio vat. p.* 91.

νβ'. Ἔχει γάρ πικρὸν ὁ τῆς ἀληθείας λόγος, ἐπειδ' ἄν τις ἀκράτῳ παρρησίᾳ χρώμενος, μεγάλων ἀγαθῶν προσδοκίαν ἀφαιρῆται· τὰ δὲ πρόσηνὴ κἀψευδῆ πείθει σοὺς ἀκούοντας. *Indidem p.* 152.

νγ'. Τοῦ υἱοῦ Φαβίου τῷ πατρὶ εἰπόντος, συμμίξωμεν τῷ Ἀννίβᾳ, κἀκατὸν πάντως οὐκ ἀποβαλοῦμαι, ἔφη αὐτῷ· ἐβούλου δὲ σὺ τοῦτ' ἑκατὸν εἶναι (2); *Indidem.*

An. 538. νδ'. Ὅτι Ἀννίβας τὰς Ῥωμαίων συμφορὰς ὑπ' ὄψιν ἀγαγεῖν τοῖς οἰκοι Καρχηδονίοις μηχανώμενος, ξεῖς μεδίμνους ἀττικοὺς πλήρεις χρυσῶν δακτυλίων εἰς τὸν λιμένα ἀπέπεμπεν, οὓς τοῖς ἱππικοῖς τε καὶ βουλευτικοῖς ἀνδράσι κατὰ τὸ πάτριον νόμον φορουμένοις, σκυλεύσας τὰ σώματα τῶν πεπτωκότων ἀνήρητο.

νε'. Ὅτι Πτολεμαῖος Αἰγύπτου βασιλεὺς, στάσεως γενομένης, ὀλίγου μὲν

oro agatis cuius causa male audire cogimini. Profecto si vestrum nonnullis oratio mea molesta est, quid ni mihi ceterisque omnibus facta vestra molestiora sint?

52. Oratio veritatis ore prolata habet quandam acerbitatem, quotiescumque aliquis magnorum bonorum spe deiicitur, ad quae inflammato studio rapiebatur. Blanda autem et mendax oratio audientium adsensum elicit.

53. Cum Fabii filius parenti diceret: adgrediamur Hannibalem; neque enim plus centum hominibus amittemus; tu vero, inquit pater, in hoc centenario numero esse velles?

54. Hannibal ut impactam Romanis cladem ostentaret Carthaginis civibus, tres modios atticos in portum misit anulorum aureorum plenos, quos equitibus ac senatoriis viris, more patrio hos gestantibus, inter spolianda cadavera detraxerat.

55. Ptolemaeus Aegypti rex, seditionem passus, parum abfuit quin regno excideret.

(1) Fragmentum hoc, itemque sequens, heic collocandum putavi, quia videbatur fortasse petitum ex aliqua oratione quam Fabius dictator in urbe habuerit adversus instituti sui obtrectatores, qui civitatem prope seditiose permiscebant, ita ut denique magistrum equitum Minucium dictatoris imperio aequaverint. Sane Livius XXII. 25. ait Fabium abstinuisse concionibus, quia in oratione minime popularis erat; nec in senatu quidem satis aequis auribus audiebatur. Sed tamen hinc certe arguimus, Fabium in senatu verba fecisse. Tum fortasse Dio, traditiones alias secutus, in concione quoque populari loquentem Fabium fecerat. Haec sunt, benigne lector, coniecturae meae; incertae tamen ac tumultuariae. Fieri enim potest, ut a re vera prorsus aberrem; immo etiam ut aliquando fragmenta alicubi iam edita, ponam; praesertim cum amplum cassianae historiae corpus vix cursim inspicere potuerim dum haec fragmenta prelo supponerem. Quare vereor, ne lectorum saepe venia sublevandus sim.

(2) Occurrit hoc fragmentum etiam in palimpsesto; idque a me editum est p. 193.

τινῶν ἐξέπεσεν· ἐπαναλαβὼν δ' αὖθις δυναῖς αἰκίαις τὸν δῆμον ἐτιμωρήσατο, ἐψῶν τε καὶ παροπτῶν τὰ τῶν κρατηθέντων σώματα· δίκας τε μετ' οὐ πολὺ τῆς ὠμότητος ὑποσὰς, νόσῳ χαλεπῇ μεταλλάττει τὸν βίον (1).

νς'. [Ὅτι ὅτε Πτολεμαίου τοῦ ἐπιφανοῦς Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιρὰχ Ἰουδαίοις τὸν πανάρετον σοφίαν ἐξέθετο (2).]

νζ'. Ὅτι Σκηπίων χρηστότητι τρόπων οὐδὲν μεῖον ἢ τοῖς ὅπλοις, ἀθρόον ἀποκλῖναι πρὸς αὐτὸν ἅπασιν σχεδὸν τὴν Ἰβηρίαν παρεσκεύασεν (3).

νη'. Ὅτι ὁ τῆς Ἰβήρων βασιλεὺς ἁλοὺς ὑπὸ Σκηπίωνος, τὰ Ῥωμαίων εἵλετο, ἑαυτόν τε καὶ τὴν οἰκείαν ἐπικράτειαν δι' αὐτοῦ· ὁμήρους τε παρέχειν ἑτοι- An. 544.

Verumtamen resumptis viribus, diras a populo poenas repoposcit, elixa scilicet atque assa devictorum corpora exhibens. Cuius saevitiae paulo post poenam ipse luit, diro morbi genere absumptus.

56. [Ptolemaeo epiphane regnante, Iesus Sirachi filius plenum omni virtute librum sapientiae Iudaeis composuit.]

57. Scipio haud minus praestantia morum quam armis, ut universa propemodum Hispania brevi tempore ad se transiret, effecit.

58. Hispanorum rex a Scipione captus romanas partes amplexus est, seque cum omni ditione sua transdidit, atque obsides etiam spondebat. Scipio homi-

(1) Ut hunc Ptolemaeum esse epiphanem existimarem, suadebat mihi Polybii locus a me ipso recitatus p. 412. Sed enim ea quae sequuntur de Scipione maiore in Hispania belligerante, quod tempus incidit in Philopatoris regnum, impellunt me ut de hoc potius rege cogitem; cuius civilia cum Aegyptiis bella memorat Polybius V. 107. XIV. 12, in quibus hunc impurissimum regem atrocibus suppliciis indulsisse, credibile est. Et quidem eiusdem adversus quoque Iudaeos saevitia immanis, immo et adversus reginam sororem coniugemque suam, nec non Cleomenis regis familiam, notissima est. Porro dirum Philopatoris, quem Dio dicit, morbum nemo mirabitur qui foedissimos regis huius mores in historia legerit.

(2) Quamquam sacrae divini huius libri criticae non parum prodesset testimonium Dionis ethnici; nihilominus valde suspicor obreptitiam esse hanc particulam; ideoque et uncis eam inclusi; quia scilicet a Planude eclogario fortasse appicta est. Eius fere generis aliam interpolationem ego ipse coarguí in prioribus Dionis excerptis cap. XCIV. p. 212. n. 1. (quam interpolationem, *Pauli* scilicet pro *Plauti*, refutant etiam planudea excerpta.) Haec autem de Siracide particula sumpta videtur a chronico vel paschali vel Eusebii; et quidem postremi huius videsis editionem meam medio lanensem p. 353, cum graeco paschalis chronici textu a me ibidem subiecto, in quo occurrit hoc ipsum epitheton πανάρετος. Illud in planudeo fragmento notabile est, quod is liber dicitur compositus sub Ptolemaeo epiphane; cum tamen vulgo, et quidem ab ipso Eusebio, origo eius ponatur sub evergete Ptolemaeo.

(3) Confer Dionis valesianum excerptum LIX.

Digitized by Google

μῶν ὧν · ὁ ᾗ Σκηπίων πρὸ συμμαχίαν τ̃ ἀνδρὸς ἀποδιεξάμενος, ὑμήρων οὐκ ἔφη δεῖσθαι · τὸ γάρ τοι πιστὸν ἐν τοῖς οἰκείοις ἔχειν ὅπλοις (1).

An. 586. νθ'. Ὅτι Περσεὺς, ὕστατος βασιλεὺς Μακεδονίας, καταλιμπανόμενος ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους πολέμῳ ὑπὸ τ̃ οἰκείων, ἀπογνοὺς, φέρων ἐνεχείρησεν ἑαυτὸν Αἰμιλίῳ Παύλῳ · ὁ ᾗ πεσεῖν βεληθέντα πρὸς τοῖς γόνασιν αὐτοῦ, ἀνασήσας καὶ ἐπιπλὼν, ἄνθρωπε, τί μου καθαιρεῖς τὸ κατόρθωμα, ἐπί τινος βασιλικοῦ θρόνου παρεδρον αὐτῷ κατεσήσατο (2).

ξ'. Ὅτι Περσεὺς ναῦν τἄλλα τε μεγαλοπρεπῶς, καὶ πέρα τ̃ συνήθους ἐξήσκησε, τ̃ εἰρεσίαν ὅπη' ἐκκαίδεκα σίχες ποιήσας (3).

ξα'. Ὅτι Σκηπίων νέος (4) δ' ὢν κ' ἐτῶν ἐστρατήγησεν.

ξβ'. Τίς γάρ ποτε καὶ ὅρος ἡλικίας τοῖς γε ἅπαξ ἐκ μειρακίων ἐξελθοῦσι πρὸς τὸ τὰ δέοντα φρονεῖν ἔπεσι; τίς ἀριθμὸς ἐτῶν πρὸς τὸ τὰ προσήκοντα πράττειν ἀποδέδεκται; οὐχ ὅσοι μὲν ἂν τῇ τε φύσει καὶ τῇ τύχῃ χρησῇ χρήσονται, πάντα ἀπ' ἀρχῆς εὐθὺς ἃ δεῖ καὶ φρονοῦσι καὶ πράττουσιν; οἱ ᾗ ἐν

nis societatem admisit; ceteroquin obsidibus opus esse negavit, ab armis propriis habere se cautelam dicens.

59. Perseus Macedonum rex postremus, bello adversus Romanos desertus a suis, desperata fortuna, sponte se Aemilio Paulo dedidit: qui sibi ad genua procumbentem allevans, cur ait, o homo, victoriam meam destruis? Itaque illum in regali throno adsidere sibi mandavit.

60. Perseus navim, cum aliunde magnificam, tum insolitae magnitudinis effecit, cui scilicet remorum ordines sexdecim attribuit.

61. Scipio adulescens, anno aetatis suae quarto supra vigesimum, exercitum ductandum suscepit.

62. Quis aetatis constitutus est terminus (simul ac aliquis e pueris excessit) ad concipiendas dignas ollicio cogitationes? quis annorum numerus designatus est ad laudabilia facta expromenda? Nonne qui bona indole fortunaque comite utuntur, in cunctis statim convenienter et sapiunt et agunt? Qui

(1) Lege valesianum excerptum LVIII, ubi dicuntur fecisse sui deditionem Mandonius et Indibilis hispani reguli. Lege item Polybium X. 34, apud quem se tradit Edeco.

(2) Consentiunt Plutarchus in *Aemilio* cap. XXVI; Zonaras IX. 23.

(3) Iuiusmodi alia navigia memorat etiam Polybius XVIII. 27. XXXVI. 3.

(4) Codices planudei ὁ νέος; quare explicandum esset *Scipio minor*, intelligendusque *Aemilianus*. Atqui sine dubio heic agitur de maiore Scipione, teste Livio XXVI. 18: *P. Cornelius, Publii qui in Hispania ceciderat filius, quatuor et viginti fere annos natus, professus se petere* etc. *P. Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt*. Ea vero res anno urbis contigit DXLIII. Quare vel Dio erravit, scribens eam post bellum Persei, tribuensque Scipioni minori (nam que hos duos Scipiones saepe ab historicis fuisse confusos valde exploratum est;) vel hoc certe loco planudea excerpta sunt perturbata, interpolatumque fuit ὁ νέος pro νέος.

Digitized by Google

τῇδε τῇ ἡλικίᾳ βραχὺν νοῦν ἔχοντες, οὐδ' ἂν αὖθις ποτὲ, οὐδ' εἰ πολλὰ ἔτη διέλθοι, φρονιμώτεροι γένοιντο· ἀμείνων μὲν γὰρ ἄν τις αὐτὸς ἑαυτοῦ προϊούσης τῆς ἡλικίας ὑπάρξαι· ἔννους δ' ἐξ ἀνοήτου, καὶ ἔμφρων ἐξ ἄφρονος οὐδ' ἂν εἷς ἐκβαίη (1). *Ex florilegio vat. p.* 168.

ξγ'. Μὴ μέν τοι σοῦ νέους εἰς ἀθυμίαν, ὡς καὶ κατεγνωσμένους τῷ μηδὲν τῶν δεόντων πράττειν δύνασθαι, ἐμβάλητε· πᾶν γὰρ τοὐναντίον προτρέπεσθαι αὐτοῦ ὀφείλετε, πάντα τὰ προσήκοντα αὐτοῖς προθύμως ποιεῖν ἀσκεῖν, ὡς καὶ τιμὰς καὶ ἀρχὰς καὶ πρὸ τοῦ γήρως ληψομένους· ἐκ γὰρ τούτου καὶ σοῦ πρεσβυτέρους βελτίους ποιήσετε· πρῶτον μὲν ἀνταγωνιστὰς πολλοὺς ἀποδείξαντες· ἔπειτ' ἐπιδεικνύμενοι ὡς σὲ τἆλλα πάντα καὶ τὰς ἡγεμονίας μάλιστα οὐκ ἐξ ἀριθμοῦ ἐτῶν, ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς ἑκάστῳ πᾶσι τοῖς πολίταις δώσετε. *Iidem p.* 169.

ξδ'. Ὅτι Σκηπίωνος μαχομένου τοῖς Ἴβηρσιν, οἱ βάρβαροι τοῦτον δείσαντες, ἀποκτείνυσι τὸν αὐτῶν βασιλέα Βοριάνθον (a)· ὧν ἀφικόμενοί τινες πρὸς Σκηπίωνα, ἆθλα παρ' αὐτοῦ τῶν πεπραγμένων λαβεῖν ἠξίουν· ὁ δὲ ἀποκρίνεται, μηδαμῶς εἶναι Ῥωμαίοις ἔννομον, ἐν ἐπαίνῳ ποιεῖσθαι τὰς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν τοῖς ἀρχομένοις ἐπιχειρουμένας ἐπιβουλάς (2). An. 614.

vero iuvenili aetate exiguam mentem gerunt, ii ne postea quidem, etiamsi anni permulti effluant, prudentiores evadent. Profecto fieri potest ut aliquis procedente aetate meliorem vitam efficiat: verum enimvero cordatus e vecorde, sapiens ex insipiente, nunquam quispiam exsistet.

63. Ne igitur adulescentibus fiduciam eripiatis quasi ab iis quicquam commendabile fieri posse desperetis. Immo vero magnopere eos cohortari debetis, ut omnia officia alacriter conentur exsequi, ceu si honores atque magistratus ante etiam senectutem consecuturi sint. Sic enim senes quoque meliores efficietis; primo, quia multos competitores ipsis exhibebitis; iterum, quia demonstrabitis, vos cum alia bona tum etiam imperia, non pro annorum numero sed pro insita cuique homini virtute, cunctis indiscretim civibus fore attributuros.

64. Bello Scipionis adversus Hispanos, barbari hunc timentes, regem suum Viriathum interfecerunt: nonnulliqne caedis auctores ad Scipionem accedentes, mercedem operis ab eo postulabant. Is vero respondit, nequaquam in romanis moribus esse positum, ut insidias a militibus contra duces structas collaudarent.

(a) Ita scribit etiam Suidas. Quare iam non est cur nomen Βοριάνθους portentum videatur Schweighaeuscro in scholiis ad Polybium.

(1) Hoc et sequens Dionis fragmentum in florilegio a me repertum hoc loco posui, quia nullus plane dubito quin ad orationem ipsius Scipionis pertineant, quam Livius ab eo ad populum habitam ait, quo die illi adulescentulo imperium militare fuerat commissum. Sic enim Livius loc. cit. *Ceterum post rem actam, ut iam resederat impetus animorum ardorque, silentium subito ortum* etc. *aetatis maxime paenitebat* etc. *Scipio advocata concione, ita de aetate sua imperioque mandato* etc. *disseruit, ut ardorem eum qui resederat excitaret rursus novaretque.*

(2) Gratulemur eclogario nostro Planudae, a quo cognoscimus non solum hoc fragmentum esse Dionis, verum etiam sequens, eadem de re, sed copiosius, a Suida sine auctoris nomine relatum.

Digitized by Google

ξε', [Ὅτι βάρβαροί τινες κτείνωσι Βοριάνθον τυραννήσαντα, ταύτῃ προσάγεσθαι τὴν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν ἡγούμενοι εἰς εὔνοιαν· καὶ δὴ ἀφικόμενοι τῶν τοῦ Βοριάνθου αὐθεντῶν τινες, ἆθλα τῶν ᾠδε᾽ τὰ ἄνδρα πεπραγμένων ἠξίουν ᾠδὰ᾽ Σκηπίωνα κομίζεσθαι· ὁ δὲ Σκηπίων ἀποκρίνεται, μηδαμῶς εἶναι Ῥωμαίοις ἔννομον, ἐν ἐπαίνῳ ποιεῖσθαι τὰς κατὰ τῶν στρατηγῶν τοῖς ἀρχομένοις ἐπιχειρουμένας ὑπὲβουλάς (1). *Ex Suida voc.* Βοριάνθος *et voc.* ἐπιβουλή.]

An. 655. ξς'. Ὅτι τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ Ῥώμης συνοικισμὸν ἑξακοσιοστὸν ἑβδομηκοστὸν πέμπτον ἔτος, ὀλυμπιὰς δὲ ἑκατοστὴ ἑξηκοστὴ τετάρτη ἦν ὀλυμπιάς.

An. 663. ξζ'. Ὅτι μέλλοντος ἐν Ῥώμῃ τὴν ἐμφυλίου ἐγείρεσθαι πολέμου, ἄλλά τε πολλὰ λίβιος καὶ Διόδωρος ἱστόρησαν (2), καὶ ὡς ἀνεφέλου τοῦ ἀέρος καὶ αἰθρίας πολλῆς ἦχον ἀκουσθῆναι σάλπιγγος, ὀξὺν ἀποκτυπούσης καὶ θρηνώδη τὸ φθόγγον· καὶ οὓς μὲν ἀκούσαντας ἅπαντας, ἔκφρονας ὑπὸ τοῦ δείους γενέσθαι· οὓς δὲ τυῤῥηνῶν μάντεις μεταβολὴν τοῦ γένους καὶ μετακόσμησιν ἀποφήνασθαι σημαίνειν τὸ τέρας· εἶναι μὲν γὰρ ἀνθρώπων ὀκτὼ γένη, διαφερόντων τοῖς ἤθεσιν ἀλλήλων· ἑκάστῳ δὲ ἀφωρίσθαι χρόνον ὑπὸ τοῦ θεοῦ· συμπεραινόμενον ἐνιαυτοῦ μεγάλου κύκλῳ. καὶ δὴ οὖν πρότερας κύκλου τελευτώσης, καὶ ἑτέρας ἀνισα-

65. [Barbari quidam Viriatho tyranno interficiendo existimabant gratiam se inituros apud Romanorum imperatorem. Itaque percussorum nonnulli Scipione adito, praemium patrati facinoris sibi deposcebant. Quibus Scipio respondit, non solere Romanos laudare insidias quas milites adversus duces suos moliti fuissent.]

66. Anno post urbem conditam trigesimo quinto supra sexcentesimum, olympias centesima et sexagesima quarta agebatur.

67. Qua tempestate civile bellum Romae exarsit; inter alia prodigia multa, quae Livius Diodorusque in historiis suis retulerunt, dicitur etiam caelo innubo, serenitate maxima, tubae cantus personuisse, acute admodum lugubriterque clangentis: quem qui exaudiverunt, terrore omnes attoniti fuere. At enim etrusci vates mutationem generis humani statusque conversionem eo prodigio significari dixerunt. Esse enim octo humanae naturae status, vitae genere moribusque diversos: atque his suum cuique tempus a Deo esse adtributum; id quod anni magni periodo concludatur. Nunc ergo absoluta prima periodo, atque altera iam incipiente, mirum commoveri sive tellure sive caelo signum: vel certe rerum

(1) Fragmenti huius partem posteriorem sumptam ex Suida voc. ἐπιβουλὴ transtulerat falso ad Polybium Casaubonus. Partem vero priorem observaverat Gronovius apud eundem Suidam voc. Βοριάνθος. Denique Schweighaeuserus retulerat inter historica Polybii fragmenta tom. V. p. 74. monens tamen lectores tum in adnotationibus tum in indice, non videri id Polybii scriptum. Mihi nunc denique contigit, ut Dionem fragmenti auctorem sine dubitatione detegerem.

(2) Non extant, quantum memini, haec prodigia apud Livium ac Diodorum, quae legebat Dio. Nec mirum; quia neutrius historiae pars superstes ad belli socialis civilisque tempora pertingit. Sed tubae certe invisibilis sonitum Romae auditum memorat Zonaras X. 19. ante pugnam philippicam.

Digitized by Google

μένης κινεῖσθαί τι σημεῖον ἐκ γῆς ἢ οὐρανοῦ θαυμάσιον· ἢ δ' ἥλιον εὐθὺς τοῖς τὰ αὐτὰ σοφοῖς γίνεσθαι, ὅτι καὶ τρόποις ἄλλοις καὶ βίοις ἄνθρωποι γεγόνατι χρώμενοι καὶ θεοῖς ἧττον τῶν προτέρων μέλλοντες.

ξη'. Ὅτι οὖν Ἀθηναίους τὰ Μιθριδάτου φρονήσαντας Σύλλας πολιορκίᾳ συνεστράμμενος, πᾶσαν εἶδεσε μικροῦ παντελεθρίᾳ διαφθεῖραι τὴν πόλιν, διὰ τὰς εἰς αὐτὸν ἐν τῷ τῆς πολιορκίας χρόνῳ γινομένας ὑπ' αὐτῶν ὕβρεις· εἰ μή τινες Ἀθηναίων φυγάδες καὶ οἱ συστρατευόμενοι Ῥωμαίων ἔπεισαν αὐτὸν σῶσαι τὸν φόνον· καὶ ὡς ἐγκώμιόν τι τῆς πάλαι Ἀθηναίων ἀνεξελθὼν, ἐκείνοις ἔφη χαρίζεσθαι, πολλοῖς μὲν ὀλίγους, ζῶντας δὲ τεθνηκόσιν (1). An. 668.

ξθ'. Ὅτι Ῥωμαῖοι πρὸς τὸν Μιθριδάτου στρατιὰν μάχῃ εἰς φυγὴν ἐτράπησαν· ὁ δὲ Σύλλας ἀποβὰς τοῦ ἵππου καὶ σημεῖον στρατιωτικὸν ἁρπάσας, ὠθεῖτο διὰ τῶν φευγόντων εἰς αὐτοὺς πολεμίους βοῶν, ὡς ἐγὼ μὲν ἄπειμι, ζωῆς ἐπονειδίστου καὶ φυγῆς εὐκλεοῦς θάνατον ἀλλαξάμενος· ὑμεῖς δ', ὦ συστρατιῶται, ἂν ἔρηταί τις ποῦ τὸν Σύλλαν ἀπολελοίπατε, φράζειν μεμνημένοι (a) ἐν Ὀρχομενῷ (2)· τούτου ῥηθέντος ἀνέστρεψαν μετ' αἰδοῦς καὶ τοῦ εἰς τὸ στρατηγὸν εὐλαβείας, καὶ τῶν πολεμίων ἐκράτησαν. An. 668.

harum intelligentibus palam ilico fieri, nunc iam exsistere homines aliis moribus alioque vitae genere utentes, et qui deorum tutela minore quam veteres usuri essent.

68. Postquam Athenienses mithridaticarum partium studiosos Sylla oppugnando vicit, parum abfuit quin urbem universam summo excidio deleret, propter coniecta adversus eum per obsidionis tempus convicia. Sed enim Athenienses quidam transfugae, tum etiam qui in Syllae exercitu versabantur Romani, persuaserunt ei ut caedium finem faceret. Ipse autem non sine aliqua Atheniensium veterum laude, dixit se priscis illis hos largiri, multis paucos, viventes mortuis.

69. Romani proelio adversus Mithridatem commisso, fugati sunt. Tum vero Sylla equo desiliens, signumque militare manu corripiens, per medios suos fugientes adversus hostem cucurrit clamans, ire se ad commutandam cum nobili morte vitam fugamque turpissimam. Vos vero, commilitones, siquis vos rogaverit ubinam Syllam reliqueritis; ut Orchomeni dicatis, vos admoneo. Illi hoc audito conversi sunt; tum pudore, tum ducis sui reverentia; deque hostibus victoriam retulerunt.

(a) Codices videntur omnino habere *μεμνημένους*.

(1) Plutarchus in *Sylla* cap. XIV. Apud Orchomenum scilicet urbem proelium illud peragebatur. Dicet aliquis; haec et sequentia aliquot nonne e Plutarcho potius, quam e Dione eclogarius sumpsit? Sed plane inficias ire licet; tum quia vel unica cum palimpsesto vaticano comparatio Dionem nos habere in planudeis excerptis demonstrat; tum quia iam e valesianis ipsis ursinianisque excerptis satis constat a Dione expilatum fuisse Plutarchi praesertim Syllam. Lege Reimarum praef. ff. 12. sqq.

(2) Idem cap. XXI.

Digitized by Google

ο'. Ὅτι Σύλλας ἑαυτὸν εὐτυχῆ προσαγορεύειν διεκελεύετο· καί ποτε θέας οὔσης, τὴν Ὁρτησίου φασί τὴν ῥήτορος ἀδελφὴν Βαλλερίαν ἐξόπισθεν τοῦ Σύλλου πορευομένην, ἐπιβαλεῖν τὴν χεῖρα τῷ κροκίδος τοῦ ἱματίου σπάσαι· τὴν δὲ ἐπισταφέντος, οὐδὲν δεινόν, εἰπεῖν, αὐτοκράτορ· ἀλλὰ βούλομαι κἀγὼ μικρὸν εὐτυχίας μεταλαβεῖν (1)· τὴν δ' ὑπερησθῆναί τε τῷ ῥηθέντι, καὶ μὴ μικρὸν ἀγάγεσθαι τὴν γυναῖκα πρὸς γάμον, ἣν δὴ Μετέλλης ἤδη τεθνηκυίας.

οα'. Ὅτι Σύλλου καὶ Μαρίου στασιασάντων, καὶ τυραννικώτερον τῶν πραγμάτων ἁπτομένων, μὴ τοῦ τοῦ Μαρίου τελευτὴν, ἐς ἣν ἐπέζησε Σύλλας τοῖς ἀντιστασιώταις· ὡς τοῦ Μαρίου τελευτὴν, οὐκ ἀπαλλαγὴν ἀλλὰ μεταβολὴν τυραννίδος νομισθῆναι· πάσῃ γὰρ εἰς αὐστηρὸν ὠμότητι χρώμενος, τελευτῶν ἔσιν οὓς χρημάτων ἢ κτημάτων ἕνεκα, ἐπ' ὠφελίᾳ τῶν ἑαυτοῦ φίλων ἐτιμωρεῖτο· λέγεται γοῦν Κόϊντον ἄνδρα ἐπιφανῆ ἐπιεικῆ τε καὶ σώφρονα, οὐδετέρας μὲν γεγονότα στάσεως, ἀδοκήτως δ' ἐν τοῖς προγεγραμμένοις θεασάμενον ἑαυτὸν, οἴμοι τάλας εἰπεῖν, διώκει με τὸ ἐν Ἀλβανοῖς χωρίον (2).

An. 676. οβ'. Ὅτι ἀποδειχθέντος ὑπάτου τοῦ Λεπίδου χαίροντα Σύλλας τῷ γεγονότι Πομπήϊον ἰδὼν, εὖ γε, ἔφη, σπουδῇς ὦ νεανία, ὅτι Κατούλου πρότερον ἀνηγόρευσας Λέπιδον τῶν πάντων ἀρίστου πολιτῶν· ὥρα μέν τοι σοι σκοπεῖν, ὅπως ἰσχυρὸν γεγονότα καταγωνίσῃ τὸν ἀντίπαλον(3)· τοῦτο μὲν ὁ Σύλλας ὥσπερ

70. Sylla se felicem appellari mandaverat. Die vero quadam quum ludorum spectaculum esset, aiunt Valeriam Hortensii oratoris sororem, post tergum Syllae praetereuntem, manu iniecta floccum ex eius veste carpsisse. Quo vultum convertente; nihil est, inquit illa, o imperator; nisi quod ego quoque particula felicitatis tuae frui volo. Delectavit magnopere id dictum Syllam; qui paulo post eam sibi uxorem conciliavit, quandoquidem iam Metella mortem cum vita commutaverat.

71. Post Syllae Mariique seditionem, qui tyrannice remp. administrarunt; mortuo iam Mario, Sylla adversarios suos totis viribus persecutus est. Quamobrem Marii interitu non sublata sed mutata tyrannis visa est. Sylla enim omne genus crudelitatis expromens, eo devenit ut pecuniae fundorumque gratia atque ut amicis suis prodesset, inimicos ulcisceretur. Aiunt ergo Quintum hominem nobilem mansuetum atque frugi, qui neutri parti seditiosorum adhaeserat, quum praeter expectationem suam se in proscriptorum albo vidisset, heu me miserum, dixisse! fundus albanus perdit me.

72. Consulatum ineunte Lepido, quum elatum gaudio Pompeium Sylla videret; bene tibi vertat, inquit, o adulescens, studium tuum, qui Lepidum primo loco consulem renunciandum curaveris, prae optimo civium omnium Catulo. Nunc vero fac animum intendas ad propulsandum quem ipse corroborasti adversarium. Id

(1) Plutarchus in *Sylla* cap. XXXV.
(2) Idem cap. XXXI.
(3) Idem cap. XXXIV.

Digitized by Google

ἀπεθέσπισε· μετ' ὀλίγον γὰρ ἐξυβρίσας εἰς τ' ἀρχὴν ὁ Λέπιδος, πολέμιος τοῖς περὶ τὸν Πομπήιον.

ογ'. Ὅτι κεραυνοῦ ἐπὶ τὸ Καπιτώλιον ἐνεχθέντος, ἄλλά τε πολλὰ καὶ αἱ τῆς σιβυλλείων χρησμοὶ διεφθάρησαν (1). An. 671.

οδ'. Ὅτι Λούκουλλος ἔλεγεν, ὡς ἕνα βούλοιτο ἂν ἐξελέσθαι κινδύνου Ῥωμαίων, ἢ πάντα τὰ τῆς πολεμίων ἀμαχεὶ λαβεῖν (2).

οε'. Ὅτι Λουκούλλου τὰ Τιγρανόκερτα πολιορκοῦντος, Τιγράνης τοσαύτη χειρὶ κατ' αὐτοῦ ἤλασεν, ὥστε καὶ τῆς ἐκεῖ Ῥωμαίων καταγελάσαι καὶ εἰπεῖν ὡς εἰ μὲν πολεμήσοντες ἥκοιεν, ὀλίγοι· εἰ δὲ πρεσβεύσοντες, πολλοὶ παρεῖεν (3).

ος'. Ὅτι Πομπηίου τ' ἀρχὴν ἐπιπλάσως ἀξιωτικῶς, Ῥώσκιός τις (4) τ' τῶν An. 687.
δήμου σπουδὴν ἔλιπεν, φθεγξασθαι μὲν οὐδὲν ἐτόλμησε, τὴν δὲ χεῖρα ἀνατείνων, δύο ἄνδρας ἐκέλευε σφᾶς ἑλέσθαι, ὅπως ἔν γε τούτῳ, τῆς δυναστείας τί τῷ Πομπηίου ἀξιώτερον. ταῦτα οὖν αὐτοῦ χειρονομοῦντος, ὁ ὅμιλος μέγα καὶ ἀπειλητικὸν ἀνέκραγε, ὥστε κορακά τινα ὑπερπετόμενον σφῶν ἐκπλαγῆναι καὶ

autem Sylla ceu vaticinans dixit. Paulo enim post superbe se gerens in magistratu Lepidus, cum Pompeio inimicitias gerere coepit.

73. Fulmine in Capitolium illapso, inter alia plura sibyllini quoque libri conflagraverunt.

74. Lucullus aiebat, malle se unum civem romanum periculo eripere, quam universas hostium opes vel sine proelio adipisci.

75. Lucullo Tigranocerta obsidente, Tigranes tanta militum manu adversus eum irruit ut Romanos ibi deprehensos irrideret; paucos dicens, si bellaturi venerant; multos, si legatione functuri.

76. Quum Pompeius simulata modestia *maris* imperium ad se delatum recusaret, Roscius quidam populi erga eum inflammata studia observans, fari quidem nihil audebat; verumtamen manu gesticulans suadebat, ut viros duos ad id munus deligerent; ut hac saltem ratione de Pompeii potentia aliquid detereret. Haec dum Roscius gestu suaderet, turba vehementer minaciterque in tantum clamare coepit, ut corvus qui forte concioni supervolitabat, attonitus deciderit.

(1) Lege Hieronymum in chronico ad olymp. CLXXIV. Dionysius autem halic. IV. 63. latius loquitur, cum sibyllinos ait incensos post olympiadem CLXX.

(2) Plutarchus in *Lucullo* cap. VIII.

(3) Extat hic locus e Xiphilino apud Reimarum Dion. tom. I. p. 76. Dictum idem refert etiam Plutarchus in Lucullo cap. XXVII; unde credibiliter hausit Dio.

(4) Roscius hic plebis tribunus erat. Lege Dionem XXXVI. 25, Livium epitom. lib. IC.

Digitized by Google

πεσεῖν ὥσπερ ἐμβρόντητον (1). Κατούλου δέ τινος (2) τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν εἰρηκότος, ἐὰν ἐπὶ ταῦτα ἐκπεμφθεὶς σφαλῇ, οἷα ἐν τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, τίνα ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ πρὸς τὰ ἀναγκαιότερα εὑρήσετε; ὁ ὅμιλος σύμπας, ὥσπερ ἀπὸ συγκειμένου τινὸς, ἀνεβόησεν εἰπών, σέ (3). καὶ οὕτως ὁ Πομπήιος τὴν ἡγεμονίαν ἔσχε τῆς θαλάσσης.

οζ'. Ὅτι Καῖσαρ μὲν τὸν δῆμον ἐξ ἀρχῆς ἐθεράπευε, Κικέρων δὲ ἐπημφοτέριζε τὰ πολλά· καὶ ποτὲ μὲν τῷ δήμῳ, ποτὲ δὲ τῇ γερουσίᾳ προσετίθετο· καὶ διὰ τοῦτο αὐτόμολος ὠνομάζετο.

Tum etiam Catulo, ex optimatibus uno, dicente; quid si Pompeius ad hoc bellum missus humanum aliquid, ut in his fieri solet, passus fuerit; quemnam alium ad necessitates reip. pro eo nanciscemini? populus universus, veluti ex condicto quodam, exclamavit: te, inquam, Catule. Atque ita Pompeius imperium maris recepit.

77. Caesar initio populo adsentabatur; Cicero autem saepe ancipitem se praebebat: ac modo populi modo senatus partes sectabatur. Quare et transfugam eum appellabant.

Exin partes Dionis editae sunt pleraeque omnes, uti ego diligenter codices planudeos cum textu vulgato conferens deprehendi. Sunt autem in codicibus duobus (nam tertius alius planudeus pauciora Dionis fragmenta habet) excerpta edita haec: lib. XXXVI. 33. XXXVII. 18. 19. 22. XXXVIII. 3. 11. 12. XL. 17–19. 27. 15. 63. XLI. 7. sqq. 46. 49. 63. XLII. 5. 49, 58. XLIII. 20. 26. 46. XLIV. 2. (4). 11. 12. 18. 34. 52. XLV. 1. XLVI. 43. XLVII. 8. 10. 49. XLVIII. 33. 34. 38. 39. 42. 44. 51. XLIX. 4. 30. LI. 12. 14. 16. LIII. 2. 12. 13. 16. 19. 24. LIV. 6. 9. 10. 15. 16. 17. 19. 21. 23. LV. 2. 4. 5. 6. 7. 10. 14—22. LVI. 16. 29. 30. 33. 43. 45. 46. LVII. 1. 5. 10. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23. LVIII. 1. 2. 3. 5. 19. 22. 23. 24. 28. LIX. 4. 5. 8. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 22. 25. 26. 27. 28. 30. LX. 6. 14. 17. 22. 29. 30. 33. (5) 35. LXI. 1. 2. 4. 5. 7. 9, 11. 12. 13. 14. 15. 16. 18. LXII. 4. 5. 14. 16. 18. 24. 26. 28. LXIII. 6. 9. 10. 15. 18. 23. 26. 27. 29. LXIV. 2. 3. 7. 13. LXV. 1. 2. 21. LXVI. 1. 2. 8—19. LXVII. 2. 16. 19. LXVIII. 3. 5. 13. 14. 16. LXIX. 3—6. 11. 14. 17—20. 22. 23. LXX. 2. 3. 4. LXXI. 1. 3. 6. 22. 34. LXXII. 12. 20. 23 (6). LXXIII. 2. 8. 10. 14. 17. LXXIV. 12. 14. LXXV. 4 (7). 14. LXXVI. 6. 7. 9. 10. 15. 16. 17. LXXVII. 3. 7. 10. 14. 21. LXXVIII. 3. 8. 36. LXXIX. 12. 9. 14.

(1) Hactenus extat editum fragmentum de Pompeii electione in reliquiis Dionis lib. XXXVI. 13. Reliqua pars erat inedita; demersa scilicet in lacunam post Catuli abruptam orationem cap. XIX.

(2) Scilicet Catulus a Pompeio laesus, ut dicitur in fragm. 72, nunc vicissim Pompeio adversabatur.

(3) Cicero de lege manilia cap. XX.

(4) In hoc fragmento nominatim appellatur Dio, ὅτι Δίων etc. Sic prorsus in palimpsesto incerta ratione ac prope casu aliquoties sparsimque scribitur: ὅτι Δίων, ὅτι Πολύβιος, ὅτι Διόδωρος, ὅτι Εὐνάπιος, ὅτι Μένανδρος.

(5) Codices planudei in hoc excerpto habent Ἰουδαίῳ Γαλλῷ, ut Xiphilinus, aliique Dionis codices; non Ἰουλίῳ Γαλλῷ, ut recentiores critici emendaverunt.

(6) Heic iterum scribitur in codicibus ὅτι φησὶ Δίων.

(7) Tertio scribitur in codd. ὅτι Δίων.

Digitized by Google

Inter vulgata haec, quae idcirco omisi, nonnulla inedita delitescebant, quae libenter admodum heic subicio. (Scripta enim Dionis facile prae ceteris augeri possunt, consultis codicibus, propter crebras editi textus lacunas. Itaque non solum mihi, sed Morellio quoque veneto bibliothecario, Dionem aliquantulum augere ope codicis bessarionei ante hos annos contigit.)

οη'. (*Lib. LIV. inter cap.* 21. *et* 23.) Ὅτι Κορνηλίῳ τινὸς (1) αἰτίαν παρὰ τοῦ Καίσαρος (Αὐγούστου) ἐπὶ τῷ τῆς γυναικὸς βίῳ σχόντος, καὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ εἰπόντος, ὅτι καὶ εἰδότος καὶ συμβουλεύσαντος αὐτοῦ ἠγάγετο αὐτὴν, ἀθυμότερός τε ἐγένετο, καὶ εἶπε μὲν οὐδὲν οὔτε ἔπραξε δεινόν· ἐκπηδήσας δὲ ἐκ τοῦ βουλευτηρίου, ἔπειτα μετ' ὀλίγον ἐπανελθεῖν ἐλόμενος ὡς πρὸς τοὺς φίλους ἔφη, τοῦτο μᾶλλον, καίπερ οὐκ ὀρθῶς ἔχον, ποιῆσαι, ἢ κατὰ χώραν μένων (a) ἀναγκασθῆναί τι κακὸν δρᾶσαι.

οθ'. (*Lib. LVI. inter cap.* 43 *et* 45.) Ὅτι Ἀθηνόδωρος (2) μέλλων πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην ἀπαλλάττεσθαι, ἐπείπερ ἤδη ὁ Καίσαρα, ταχέως μὲν ἀναπτόμενον ἀπὸ θυμοῦ, καὶ θανατηφόρους ψήφους ἐκφέροντα, ταχέως δὲ πάλιν τὸν θυμὸν σβεννύντα καὶ φιλανθρωπευόμενον, κύψας αὐτοῦ πρὸς τὸ οὖς, ὡς δὴ φιλήσων, ὦ Καῖσαρ, ἔφη, μὴ πρότερον ψῆφον κατά τινος ἐξενέγκῃς πρὶν ἂν κατὰ σαυτὸν τὰ κδ' γράμματα διέλθῃς· ὁ δὲ στενάξας, ἔτι σου χρήζω, φησί, καὶ συνέσῃ μοι καὶ αὖθις.

π'. (*Lib. LVIII. inter cap.* 5 *et* 10.) Ὅτι Τιβέριος οὐκ εὐχερῶς παρέλυε τῆς ἡγεμονίας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ προβαλλομένους· καὶ πρὸς τοὺς τοῦτο μεμφο-

78. Quidam Cornelius quum apud Caesarem Augustum expostularetur de uxoris moribus; isque in senatu diceret se, conscio et auctore Caesare, illam duxisse; etsi Caesari bilis commota est, nihil is tamen acerbum dixit aut egit: sed curia egressus, paulo post eôdem rediit, ac familiaribus dixit; maluisse se, intempestive licet, exire, quam in curia subsistentem mali aliquid necessario patrare.

79. Athenodorus in patriam reversurus, quoniam noverat Caesarem Augustum celeriter ira incalescere ac tum capitales sententias ferre; rursusque celeriter extincta ira, ad clementiam deflectere; demittens se ad eius aurem tamquam osculaturus; o Caesar, inquit, haud ante in quemquam sententiam dicas, quam XXIV litterarum elementa tecum ipse percurreris. Ille autem ingemiscens, adhuc tui, inquit, indigeo; quare mecum diutius manebis.

80. Tiberius magistratus a se creatos haud facile removebat. Iis autem qui huiusmodi morem reprehendebant, hanc narrabat fabulam. Homo quidam pedibus

(a) In alio codice μένων, fortasse pro μένοντα.

(1) Num est ille Cornelius, qui adversus Augustum postea coniuravit, uti narrat Dio noster LV. 14?

(2) Athenodori apud Augustum gratia florentis meminit Dio LII. 36. LVI. 43.

Digitized by Google

μένες, ἔλεγε τοιάνδε παραβολήν. Ἄνθρωπός τις ἦν τοὺς πόδας ἔχων ἡλκωμένης· τῇ ᾗ μυῶν ἐπικαθημένων αὐτοῖς καὶ κεντούντων τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἀπεσόβει ταύτας· ὡς δέ τις τοῦτο ποιεῖν ἐπεχείρησεν, ἄνθρωπε ἀνεβόησεν, ἄφες αὐτάς, μήπως τούτων ἐπείπερ ἐκορέσθησαν διωχθεισῶν, ἕτεραι ἀντεπέλθωσι λιμώττουσαι, καὶ μείζως μοι προξενήσωσι τὰς ὀδύνας· τοῦτο ᾗ ἔλεγε περὶ τῶν ἡγεμόνων, ὅτι χρονίζοντες καὶ κορεννύμενοι, πραότερον τοῖς ἀρχομένοις προσφέρονται.

πα'. (*Lib. eod. inter cap.* 11 *et* 13.) Ὅτι ὑπατικὸν ἄνδρα τινὰ ἀνεῖλε Τιβέριος, ἐγκαλέσας αὐτῷ, ὅτι τὸ τοῦ αὐτοῦ μορφὴν φέρον νόμισμα φέρων ἐν κόλποις, εἰς ἄφοδον ἀπεχώρησεν (1).

πβ'. (*Lib. LVIII.* 2.) Ὅτι ἡ Λιβία γυμνοὺς ποτὲ ἄνδρας ἀπαντήσαντας αὐτῇ, καὶ μέλλοντας δι' τοῦτο θανατωθήσεσθαι, ἔσωσεν εἰποῦσα, ὅτι οὐδὲν ἀνδριάντων ταῖς σωφρονούσαις οἱ τοιοῦτοι διαφέρουσι (2).

πγ'. (*Lib. LIX. inter cap.* 28. *et* 30.) Ὅτι Γάιος ἀδελφῇ γνησίᾳ συνῆν· ἐξ οὗ καὶ μάλιστα αὐτῷ φύεσθαι ᾠήθη· τοῖς πολίταις ἤρξατο τὸ μῖσος· ἔργον ᾗ μέγα ἢ βασίλειον οὐδὲν αὐτῷ πεπραγμένον· αἴτιον ᾗ ἦν ἡ ᾠδὴ τὰ ἀχρεῖα σπουδή· ῥήτωρ ᾗ ἦν ἄριστος, καὶ γλώσσῃ τῇ ἑλλάδι καὶ τῇ Ῥωμαίοις πατρίῳ σφόδρα ἠσκημένος.

πδ'. (*Lib. LXVI. post cap.* 19.) Ὅτι κοινὸν ἔρωτα τὸν Τῖτον ὠνόμασαν.

exulceratis erat: quibus cum muscae insisterent hominemque compungerent, ipse tamen eas non abigebat. Atque alio id volente facere; o homo, exclamavit, has missas facito; ne si forte iam saturatas expuleris, famelicae aliae superveniant, quae maiorem mihi molestiam creent. Haec Tiberius de magistratibus dicebat, qui tum temporis lapsu tum satietate victi, mitius deinceps cum populis sibi subditis agere solent.

81. Consularem hominem interfecit Tiberius, causatus illum, quod numisma, cui sua imago erat insculpta, in sinu gestans ad latrinas secessisset.

82. Livia viros quosdam, qui sibi nudi occurrerant, propterea occidendi erant, incolumes esse iussit; dicens, apud quidem honestas feminas nihil hos differre statuis.

83. Caius Caesar cum sorore germana consuetudinem stupri habebat; eaque praecipua causa fuit cur in civium odium incurreret. Nullum vero regale eius magnumque facinus extabat, propterea quod inepta studia consectabatur. Ceteroquin egregius orator erat, atque in graeca patriaque Romanorum lingua magnopere versatus. .

84. Titum delicias et amorem generis humani appellabant.

(1) Simile quid etiam de Caracalla narrat Dio LXXVII. 16.

(2) Fragmentum hoc iam ego edidi in prioribus Dionis excerptis p. 199; nunc tamen repetere id placuit ex planudeis codicibus, tum ob lectionis varietatem, tum ad eius auctorem Dionem confirmandum duorum insuper codicum testimonio.

Digitized by Google

πε'. Ὅτι καὶ τραγῳδίαν ὁ Τῖτος ἑλλάδι φωνῇ ἐξέθηκεν (1).

πς'. Ὅτι τὸ φιλόδωρον αὐτοῦ τοσοῦτο ἦν, ὥστε αὐτῷ τινὰς εὐκολίαν ἐγκαλεῖν· ἢ ἃ ἀπολυόμενον ἢ κατηγορίαν εἰπεῖν, μηδένα χρῆναι συγγνοτέραν ἔχειν ἀπὸ βασιλέως ἢ ἀναχώρησιν.

πζ'. Ὅτι δίπνων ποτὲ, καὶ λογισάμενος ὡς οὐδὲν οὐδεὶς ἐκείνην εὖ πάθοι ἢ ἡμέραν, σχετλιάσας καθάπερ αὐτῷ τινὰς ἡμέρας ἀπολωλυίας, εἶπεν, οὐκ ἐβασίλευσα ἢ σήμερον ἡμέραν, οὐδεὶς γὰρ ἐξ ἐμοῦ εὖ πέπονθε σήμερον.

πη'. Ὅτι μόνος ὁ Τῖτος θανὼν, ἐκ πάντων πλείως ἐδέξατο θαραπείας ἐκ λόγων, ἢ ζῶντες ἕτεροι (2).

πθ'. (*Lib. LXXI.* 3.) Ὅτι Μάρκος τοὺς Κελτοὺς νικήσας, καὶ ὥστε τοὺς στρατιωτῶν αἰτηθεὶς χρήματα *etc. ut in ed. Sed tamen in editis nulla mentio est devictorum Gallorum (seu potius Germanorum. Nam Celtae Graecis sunt etiam Germani.)*

ϙ'. (*Lib. LXXVII.* 10.) Ὅτι οὕτως Ἀντωνῖνος πᾶσαν τὴν ὑπήκοον αὐτῷ ἐπόρθησεν, ὥστέ ποτε τοὺς Ῥωμαίους συμβοῆσαι, τοὺς ζῶντας ἀπεμπολοῦμεν (3) ἵνα τοὺς τεθνεῶτας θάψωμεν.

85. Titus tragoediam quoque graeca lingua edidit.

86. Idem tantopere gratificando studebat, ut eius nimiam facilitatem nonnulli reprehenderent. Ipse vero criminationi occurrens aiebat, neminem oportere a principe tristem discedere.

87. Idem aliquando inter caenandum reputans, quod neminem illo die beneficio adfecisset; diem amissam conquestus est; dixitque, hodie non regnavi, quandoquidem nemo hodie beneficio meo usus est.

88. Unus Titus plura tulit extinctus laudum praeconia, quam viventes ceteri.

89. Marcus post devictos Germanos, petentibus pecuniam militibus *etc.*

90. Antoninus (Caracalla) subiectum sibi orbem tantopere expilabat, ut aliquando Romani exclamaverint: vendamus vivos, ut mortuos sepeliamus.

(1) Confer Sveton. *Tit.* cap. III.

(2) Paulo aliter Sveton. *Tit.* fin.

(3) Vulgatum erat hoc fragmentum tum in Dionis editionibus, tum etiam in hoc nostro volumine p. 229. Nusquam tamen comparuerat praeclarissima haec emendatio, neque eam quisquam divinaverat, videlicet ἀπεμπολοῦμεν *vendimus*, seu *vendamus*, pro ἀπολοῦμεν *perdimus*, cuius mendosae lectionis nullus neque sanus neque probabilis sensus erat.

Digitized by Google

DIONIS EXCERPTA

INCERTAE SEDIS EX FLORILEGIO VATICANO (1).

ρα'. Οὐ γὰρ αἱ ἐπικλήσεις καὶ οὗτοι τρόποι τῶν ἀνθρώπων μεταβάλλουσιν, ἀλλ' ὅπως ἄν τις τὰ πράγματα μεταχειρίζηται, τοιαῦτα καὶ ἐκεῖνα δοκεῖν εἶναι ποιεῖ· καὶ πολλοὶ μὲν μοναρχοῦντες, ἀγαθῶν αἴτιοι τοῖς ἀρχομένοις γίνονται· διὸ καὶ βασιλεία τὸ τοιοῦτον ὀνομάζεται (2)· πολλοὶ δ' ἐν δημοκρατουμένοις μυρία κακὰ αὐτοῖς ἐργάζονται. P. 49.

ρβ'. Οὐδὲν γὰρ οὕτω στράτευμα, καὶ τἆλλα πάντα ὅσα ἀρχῆς τινὸς δεῖται, οὔτε ἐπὶ τὸ χεῖρον οὔτε ἐπὶ τὸ κρεῖττον προάγει, ὡς ὅ τε τρόπος καὶ ἡ δίαιτα τοῦ ἐπιστατοῦντος αὐτῶν (3)· πρὸς γὰρ τὰς γνώμας τάς τε πράξεις τῶν ἡγουμένων σφίσιν οἱ πολλοὶ ἐξομοιοῦνται· καὶ ὁποῖα ἂν ἐκείνους δρῶντας ἴδωσι, τοιαῦτα καὶ αὐτοί, οἱ μὲν ὡς ἀληθῶς, οἱ δὲ καὶ προσποιούμενοι, πράττουσιν. P. 49.

ργ'. Ὥσπερ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν νόσος τὴν ὅρασιν συγχέασα κωλύει τὰ καὶ ἐμ-

91. Tituli non immutant hominum mores : verum prout quisque negotia administrat, ita opiniones variare contingit. Profecto multi monarchicam potestatem adepti, subditorum populorum felicitati consuluerunt. Atque hoc reapse regnum appellatur. Multi vero in libera republica versantes, mala innumera civibus suis pepererunt.

92. Nihil aeque ad malam bonamve frugem impellit sive exercitum, sive aliud quodcumque imperio regitur, quam mos eius victusque qui praeest. Plerique enim ad sententiam atque ad facta ducum semet conformant : et quaecumque ab his agi cernunt, ea ipsi quoque seu sincere seu simulate peragunt.

93. Ac veluti oculorum morbus visum conturbans, haud sinit ea quae coram

(1) Vaticanum florilegium iam p. 527. n. 1. commemoravi, in quo permulta Dionis excerpta inedita delitescere agnovi. Extat id florilegium in pervetusto dice saeculi prope decimi; praetereaque in duobus aliis, qui tamen et paulo recentioris aetatis sunt et multo pauciores Dionis opes continent. Igitur praestantissimo et copiosissimo vetere semper usus sum. Iam fragmenta in florilegio nullum servant primigenium Dionis ordinem, quoniam ad certos titulos moralium doctrinarum revocata fuerunt. Ego tamen quaecumque excerpta, vel historia rerum duce, vel palimpsesto meo vaticano admonente, vel quovis alio indicio coniectura aut suscipione, in seriem cogi posse iudicavi, ea cum eclogis planudeis immiscui. Nunc vero superest, ut partes reliquas vagas atque disiectas ita subtexam ut in ipso codice occurrunt. Ceteroquin partes illas, quas apud editum Dionem extare vidi, more meo praetermisi; nempe cod. p. 8. 34. 46. 49. 50. 51. 129. 198. 205. 206. 208. 227, quibus referuntur edita fragmenta ex libb. XLV. 34. LII. 26. 33. 34. 38. LIII. 10. LV. 15. 16. 17. 19. 21. 34. Reliquas partes, quia cursim Dione inspecto editas non comperi, heic adscribo; valde tamen suspicans ex his quoque nonnullas in historia edita occurrere, quas diligentior atque otiosior Dionis lectio palam faciet. Dionis locos aliquot in mediceo codice parallelorum Damasceni, animadvertit etiam Bandinius cod. gr. tom. I. p. 370. Hi num congruant cum meis vaticanis, ii viderint homines quibus mediceus codex ad manus est.

(2) Confer Ciceronem de rep. I. 35.

(3) Cicer. de rep. I. 31.

Digitized by Google

ποδῶν κείμενα θεωρεῖν, οὕτως ἀδίκῳ παρισθύνων λόγῳ εἰς τὰς τῶν δικαίων γνώμας, οὐκ ἐᾷ δι' ὀργὴν συνορᾶν τ' ἀλήθειαν τῇ ψυχῇ προσομιλεῖν. P. 61.

ϙδ'. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἕλοιτο σώφρων ὤν, ἐν τοῖς κόλποις τῆς πόλεως ἀποθανὼν κεῖσθαι μᾶλλον, ἢ πορθουμένην ταύτην ἐπιδεῖν (1); P. 154.

ϙε'. Εἰ μέν τις σοι κατεσκεύαζεν οἰκίας, ἵνα μὴ ἔμελλες μένειν, ζημίαν τὸ πρᾶγμα ἐνόμισας ἄν· νῦν ᾗ ἐνταῦθα βούλῃ πλουτεῖν, ὅθεν κἀ πρὸ τῆς ἑσπέρας πολλάκις μέλλεις ἀποδημεῖν; P. 154.

ϙϛ'. Οὐκ οἶδας ὅτι ἐπ' ἀλλοτρίας διατρίβομεν καθάπερ ξένοι κἀ πάροικοι; οὐκ οἶδας ὅτι παροίκων ἐστὶν ἐκβάλλεσθαι ὅτε μὴ προσδοκῶσι μὴ ᾗ ἐλπίζουσιν; ὅπερ κἀ ἡμεῖς πάσχομεν. P. 154.

ϙζ'. Τίς μὲν γὰρ οὐκ ἂν ἕλοιτο ἀπὸ μιᾶς πληγῆς, κἀ ταύτης μηδὲν ἢ βραχύτατόν τι λυπησάσης, ἀποθανεῖν μᾶλλον, ἢ νοσήσας; τίς δ' οὐκ ἂν εὔξαιτο ἀκεραίᾳ τοῦ σώματος ἀκεραίῳ τῇ ψυχῇ ἀπαλλαγῆναι μᾶλλον, ἢ φθόῃ τινὶ κἀ ὑδέρῳ σαπῆναι, ἢ λιμῷ μαρανθῆναι (2); P. 154.

ϙη'. Εἰ ᾗ πάντως ἀποθανὼν συμβαλοῦμαί τι πρὸς τ' κοινὴν σωτηρίαν, ἑτοίμως ἔχω τελευτᾶν· κτήσασθαι γὰρ ἰδίῳ θανάτῳ τ' δημοσίαν εὔνοιαν, καλόν.

sunt videre; ita improbus sermo in boni hominis mentem se insinuans, haud patitur ut is ob iracundiam discernat veritatem.

94. Quis homo frugi haud malit in urbis sinu extinctum se sepeliri, quam hanc vastatam videre?

95. Siquis tibi domum ibi appararet, ubi nequaquam mansurus esses, perditam operam existimares. Nunc hoc loco vis ditescere, unde ante vesperum demigrandi multae tibi occasiones subnasci queunt?

96. Nescis in aliena regione nos versari advenas atque inquilinos? Nescis solere inquilinos praeter suam expectationem spemque expelli? id quod reapse nobis contingit.

97. Quis uno ictu, qui brevi tempore molestus sit, haud malit extingui, quam morbo? Quis non optet integro potius corpore integroque spiritu vitam amittere, quam phthysi aut hydrope marcescere, vel fame consumi?

98. Quod si omnino moriens communi saluti profuturus sum, ultro necem adpeto. Nam publicam benivolentiam propria morte adipisci praeclarum est.

(1) Pertinet fortasse ad Camilli orationem respondentis Caedicio Romanorum legato. Confer Dionysii excerpta mea cap. XX.

(2) Hoc et sequens fragmentum coeunne admodum in Curtii oratione quam p. 533. scripsi ponerentur; vel cum Decii historia p. 535. copularetur. Meam igitur conqueror ὑστεροβουλίαν.

Digitized by Google

ηθ Φιλεῖ πῶς λυπεῖν μᾶλλον τινὰς τ̃ μὴ προσδοκηθέντων ἀρχὴν, ὅσα ἂν ἐν ἐλπίδι γενόμενα διαπέσῃ· τὰ μὲν γὰρ πόρρω σφῶν νομίζοντες εἶναι, ἧττον αὐτῶν ὡς ἀλλοτρίων ἐφίενται· τ̃ῦ δ' ἐγγὺς ἐλθόντες, ἄχθονται ὡς οἰκείων στερούμενοι. P. 160.

ρ'. Οἱ φιλόμουσι τ̃ βασιλέων, πολλοὺς μουσικοὺς ποιοῦσιν· οἱ φιλόλογοι, λογίους· οἱ φιλαθληταὶ, γυμναστικούς· οὕτως ἀνὴρ φιλοσώματ⊖, καλλωπίστριαν γυναῖκα ποιεῖ· φιλήδον⊖, ἑταιρικὴν κ̀ ἀκόλαστον· φιλάγαθ⊖ κ̀ φιλόκαλ⊖, σώφρονα κ̀ κοσμίαν. P. 162.

ρα'. Τοῖς περὶ τ̃ Κῦρον Ἕλλησιν οἱ στρατηγοὶ παρήγγειλαν, τοὺς πολεμίους ἐὰν μὲν βοῶντες ἐπίωσι, δέχεσθαι μετὰ σιωπῆς· ἂν δ̀ ἐκεῖνοι σιωπῶσιν, αὐτοὺς μετὰ βοῆς ἀντεξελαύνειν· αἱ δ̀ νοῦν ἔχουσαι γυναῖκες, ἐν ταῖς ὀργαῖς τ̃ῦ ἀνδρῶν κεκραγότων μὲν, ἡσυχάζουσιν· σιωπώντων δ̀, προσλαλοῦσαι κ̀ θωπευθούμεναι καταπραΰνουσιν. P. 162.

ρϛ'. Ἐνόμιζε γὰρ χρῆναι τ̃ ἄνδρα τ̃ ἀγαθὸν, τ̃ μὲν πολεμίῳ παντὶ τρόπῳ κρατεῖν πειρᾶσθαι, τ̃ δ' οἰκείῳ ἑκόντα ἡττᾶσθαι. P. 189.

ργ'. Ἀνθρώπινόν ὄζει τὸ ἁμαρτάνειν· τὸ δ' ἀμύνασθαι τοὺς ἀδικήσαντας, οὐκ ἀνθρώπινον, ὅτι πολλὰ ἄκοντες πολλοὶ πλημμελοῦσιν· οὐκοῦν οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ κ̀ ἄκοντες κολασθήσονται, ὅτι πολλὰ πολλοὺς ἀδικεῖν ἀναπείθει, ἵν' ἐξ ἑνός γε τ̃ τρόπου πάντες οἱ λοιποὶ τὰ προσήκοντα ποιεῖν ἐθέλωσιν. P. 201.

99. Quaecumque sperata fallunt homines, ea magis tristitiam adferre solent, quam quae numquam in votis fuerunt. Haec enim utpote a se remota, ac veluti aliena, minus adpetunt: illa, quia propiore spe devoraverant, non sine maerore, tamquam propriis spoliati, amittunt.

100. Reges philomusi multos musicos faciunt; philologi, litteratos: athleticae studiosi, gymnasticos. Ita vir delicatus, pompaticam uxorem efficit: voluptuosus, meretriciam et impudicam; boni honestique amans, temperantem atque pudicam.

101. Iis qui sub Cyro militabant Graecis mandarunt duces, ut si hostes cum clamore irruerent, eos taciti exciperent; sin illi silerent, ipsi non sine clamore adversus irent. Sic prudentes feminae, cum irati mariti clamitant, ipsae tacent; cum illi muti sunt, alloquendo eos consolandoque deleniunt.

102. Iudicabat enim, oportere ut vir bonus inimico suo superior conetur evadere; a familiari autem sponte se vinci sinat.

103. Peccare humanum est: sed tamen de offensore poenas reposcere, praeter humanam naturam est: multi enim incauti delinquunt. Neque tamen mirum est, si qui involuntarii etiam peccarunt, puniuntur: nam cum multa multos ad peccandum impellant, unius exemplo ceteri omnes ad officium compellendi sunt.

Digitized by Google

ρδ'. Δύο τὰ διάγοντα ἡμᾶς ὅτι, φύσις καὶ νόμος· κρατεῖ δὲ μὴ τὸν νόμον ἡ φύσις (1)· ἐκείνη μὲν γὰρ πάντα τοῖς σώμασιν ἡμῶν προσήκοντα, καὶ ὧν χωρὶς οὐκ ἔστι βιῶναι, καὶ ζητεῖ καὶ ἀπαιτεῖ, βορὴν λέγω, ποτὸν, ὕπνον, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα· ὁ δὲ μὴ νόμος ἅτε χρὴ πράττειν, καὶ ἃ μὴ διατάττεται. P. 208.

ρε'. Οὐδὲν τὸ παράπαν οὔθ' ἡδονὴν οὔτε λύπην αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ φέρει· ἀλλ' ὅπως ἄν τις αὐτῷ προσφέρηται, καὶ ὅντινα ἄν τις τρόπον αὐτὸ ἐκδέχηται, τοιοῦτον καὶ ἐκεῖνο δοκεῖ εἶναι (2)· ἀμέλει πολλοὶ μὲν ὅτι τοῖς ἀμείνοσιν ἀλγοῦσι, πολλοὶ δὲ καὶ ὅτι τοῖς χείροσι χαίρουσι· πόσοι μὲν γὰρ πλουτοῦντες ἄχθονται; πόσοι δὲ πενόμενοι ἥδονται; ἄλλους κάλλος καὶ ἰσχὺς ἔβλαψεν, ἄλλους αἶσχος καὶ ἀσθένεια ὠφέλησεν· ἕτεροι τὴν εἰρήνην πρὸ τοῦ πολέμου τιμῶσιν· ἕτεροι πολεμεῖν μᾶλλον ἢ εἰρηνεύειν (a) ἐθέλουσι· τί δ' οὐ καὶ (b) τυραννοῦντες τινὲς ὀλοφύρονται; καὶ τὸ μέγιστον, πλεῖστοι μὲν ὅσοι ἀνδρῶς ζῶσι, πλεῖστοι δὲ ἡδέως ἀποθνήσκουσιν. P. 225.

104. Duabus rebus homo regitur, natura et lege: vincit autem legem natura. Etenim natura res omnes corpori convenientes, sine quibus vita non constat, exquirit et exigit, cibum dico potumque, somnum et cetera huiusmodi. Lex quid faciendum sit, quidve secus, praescribit.

105. Nihil omnino vel voluptatem vel maerorem per se ipsum adfert; verum ut quisque erga aliquid adficitur, proque ea ratione qua idemmet excipit, ita delectatur vel dolet. Ecce enim multi rebus praestantibus maerent, multi deterioribus gaudent. Quot enim divites dolent! quot egeni hilares sunt! Aliis formositas fortitudoque nocuit; aliis deformitas infirmitasque profuit. Alii pacem bello anteferunt; alii bellum gerere, quam pacem agitare, malunt. Quid? nonne aliqui principatum quoque gerentes de conditione sua conqueruntur? Quodque caput est, plurimi gravate vivunt, plurimi contra suaviter moriuntur.

(a) Minus recte Melissa εἰρήνην. (b) Melissa pro οὐ καὶ habet οὐκ ἀεί.

(1) Confer Dionem lib. LII. 34.

(2) Hinc usque ad ἀποθνήσκουσιν legitur fragmentum sub Dionis nomine etiam apud A. Melissam ed. Tigur. p. 71.

DIONIS FRAGMENTUM

EX GEORGIDII COLLECTIONE INEDITA VATICANA.

ρς'. Ὁπόσους γὰρ ἄν τις ἢ κεκτημένος ἑταίρους τοσούτοις μὲν ὀφθαλμοῖς ἃ βούλεται ὁρᾷ (1), τοσαύταις δὲ ἀκοαῖς ἃ μὴ ἀκούει, τοσαύταις δὲ διανοίαις διανοεῖται ὠφελεῖ τὸν συμφερόντων· διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἢ εἰ τῷ θεὸς ἓν σῶμα ἔχοντι πολλὰς ἢ ψυχὰς ἔδωκεν, ἁπάσας ὑπὲρ ἐκείνου προνοουμένας. P. 51.

106. Quotquot homo amicos habet, totidem oculis quae vult observat, totidem auribus quae opus est audit, totidem denique mentibus quae utilia sibi sunt excogitat. Prorsusque idem est, ac si Deus alicui unum corpus habenti multas animas insereret, quae omnes pro eo vigilarent.

(1) Confer fragmentum 108.

Digitized by Google

DIONIS FRAGMENTA

EX ANTONIO MELISSA EDITO (1).

ρζ'. Κινδύνων ἐλπὶς, ἄνευ κινδύνων τίθησι τὴ ἐλπίζοντα, τῷ προνοσφαλίζ τὴ δυσχερῶν τῇ δοκήσει τὰ πραγματα (2). *Edit. Tigur. p.* 8.

ρη'. Διὰ μὲν τῶ ὀφθαλμῶν μόλις ὁρᾶν ἔξι τὰ ἐμποδών· δι' ἃ δὲ τῶν φίλων καὶ τὰ ἔτι γῆς πέρα θεάσαθαι. P. 28.

ρθ'. Πασῶν γὰ ὡς ἔπος εἰπεῖν τὴ κακιῶν αἰσχίστω ἂν τις εὕροι τὼ κολακείαν. P. 59.

ρι'. Ταυτόν ἐστιν ἐπὶ εὐτυχίᾳ μέγα φρονεῖν, καὶ ἐπὶ ὀλισθηρᾶς ὁδοῦ σταδιοδρομεῖν. P. 71.

ρια'. Πέφυκεν ὡς ἀεὶ πρὸς τὰς γνώμας τῶν ἀρχόντων τυποῦσθαι καὶ τὸ ὑποχείριον. P. 78.

107. Periculorum expectatio tutum a periculis expectantem efficit; propter ea quod is malorum praevisione res suas iam praemuniverit.

108. Oculis quidem vix ea videre licet quae ante pedes sunt: per amicos autem etiam longius remota conspiciuntur.

109. Omnium enim fere vitiorum turpissima deprehenditur adsentatio.

110. Qui in prosperis rebus superbe se iactat, idem facit currenti in lubrica via.

111. Talis semper est quaeque respublica, qualis eius aut natura aut voluntas qui illam regit.

(1) Antonium Melissam florilegii cuiusdam auctorem diversi a nostro vaticano, non semel uti Dionis historia exploratum est. Atqui Reimarus doctissimus neque Melissam neque alium florilegum Arsenium (de quo mox) quamquam utrumque editum, in sua Dionis editione ad partes vocavit. Adeo nemo omnia scit! Ego vero Melissae excerpta heic colloco, omissis nonnullis in Dionis editione obviis.

(2) Confer fragmentum 38. p. 539.

DIONIS FRAGMENTA

EX ANTHOLOGIA SENTENTIARUM GRAECE EDITA AB ARSENIO MONEMBASIAE EPISCOPO (1).

ριβ'. Δίων ὁ ῥωμαῖος (2), καταγελάστους εἶναι ἔλεγε τοὺς σπουδάζοντας περὶ τὸ πλοῦτον, ὃν ἡ τύχη μὲν παρέχει, ἀνελευθερία δὲ φυλάττει, χρηστότης δὲ ἀφαιρεῖ.

112. DIO romanus ridiculos esse aiebat, qui divitiarum studio tenentur; quas quidem fortuna suppeditat, illiberalitas servat, bonitas evacuat.

(1) Quoniam Reimarus ne hoc quidem florilegium consuluit, particulas Dionis in eo libello p. 92-93 occurrentes mihi vindicabo.

(2) Dio historicus in florilegiis epitheto *romani* constanter donatur.

Digitized by Google

ριγ'. Ὁ αὐτὸς ἔφη, πῶς οὐ δῆνον τοῖς μὲν θεοῖς ἐνοχλεῖν, αὐτοῦ δὲ μὴ βούλεσθαι πράττειν, ἃ γε ἐφ' ἡμῖν εἶναι δοκεῖ τοῖς θεοῖς;

ριδ'. Ὁ αὐτὸς ἔφη, αἱ μὲν ἡδοναὶ τοὺς ἀεὶ σιτουμένους τά τε ἄλλα λυμαίνονται, καὶ ταχὺ ποιοῦσιν ἀδυνάτους πρὸς αὐτάς· οἱ δὲ πόνοι τά τε ἄλλα ὠφελοῦντες ἀεὶ, μᾶλλον παρέχουσι δυναμένους πονεῖν.

ριε'. Ὁ αὐτὸς εἶπε, τὸ πλεῖστον ἔοικε τοῦ ἀνθρωπίνου πρὸς μὲν τὸ ἀνθιστάμενον, καὶ σῶζειν τὸ συμφέρον φιλονεικεῖν· τοῖς δ' ὑπείκουσι, καὶ σῶζειν δύναμιν ἀνθυπουργεῖν (1).

ρις'. Ὁ αὐτὸς ἔφη, πολλῷ κρεῖττόν ἐστι κατορθώσαντάς τι ζηλοτυπηθῆναι, ἢ πταίσαντας ἐλεηθῆναι.

ριζ'. Ὁ αὐτὸς εἶπε, δεῖ τοὺς κειμένους νόμους ἰσχυρῶς φυλάττειν, καὶ μηδένα αὐτῶν μεταβάλλειν· τὰ γὰρ ἐν ταυτῷ μένοντα, κἂν χείρω ᾖ, συμφερώτερα τῶν ἀεὶ καινοτομηθέντων, κἂν βελτίω εἶναι δοκῇ, ἐστὶν (2).

ριη'. Ὁ αὐτὸς ἔφη, μηδέποτε μάτην τὰ χρήματα σπουδάζειν ἀναλίσκειν· ἐξ ὧν(a)

113. Idem ait, quid ni iniquum sit deos precibus a nobi fatigari, si quidem ea facere nolumus, quae in nostro arbitrio esse posita dii sciunt?

114. Voluptates perpetuis cultoribus suis cum aliunde nocent, tum etiam eos impotentes ad fruendum diutius reddunt. Labores contra inter alias utilitates hanc quoque praebent, quod homines ad perferendum laborem aptiores efficiunt.

115. Plerique homines eos qui resistunt, vel cum suo detrimento oppugnant: cedentibus autem, obliti etiam virium suarum favent.

116. Praestat rem bene gerentibus invideri nobis, quam nosmet calamitosos misericordiam alienam consequi.

117. Conditae semel leges custodiendae constanter sunt, nihilque in iis immutandum. Res enim constans, etiamsi forte deterior sit, nihilominus magis prodest, quam quae semper innovatur, etiamsi haec forte melior esse videatur.

118. Opes ne temere effundas: nulla enim hinc consequitur gloria. Magnae au-

(a) Videtur scribendum ἐξ οὗ, referendumque ad ἀναλίσκειν.

(1) Fragmentum hoc occurrit etiam in palimpsesto vaticano editionis meae p. 151, nec non florilegio item vaticano pagina codicis 189. b. Ergo tribus testimoniis Dioni attribuitur.

(2) Extat fragmentum in edd. lib. LIII 10. Similis fere sententia est etiam in palimpsesto apud meam editionem p. 140.

Digitized by Google

οὐδεμία προσγίνεται ἔνκλεια· πλῆτος γὰρ ἀκριβὴς, οὐχ οὕτως ἐκ τοῦ πολλὰ λαμβάνειν, ὡς ἐκ τοῦ μὴ πολλὰ ἀναλίσκειν ἀθροίζεται (1).

ριθ'. Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, πονηρίαν μὲν ἀρχομένην, κωλύσαι τάχ' ἄν τις κολάζων συνηθείη· ἐγκαταζεγηρακυῖαν δὲ, καὶ γεγενημένην (2) τοῖς εἰθισμένων τιμωριῶν, ἀδύνατον εἶναι ἔλεγεν (2).

ρκ'. Ὁ αὐτὸς ἔφη, ἀδύνατόν ὄζι τἀναντία τινὰ τοῖς ὀρθῶς ἔχουσι πράττοντα, ἀγαθοῦ τινὸς ἀπ' αὐτῶν ἀπολαῦσαι (3).

tem opes, non tam multa accipiendo quam non multa impendendo, conge-runtur.

119. Vitium incipiens poenâ fortasse corrigere poteris: inveteratum autem atque adversus consuetas poenas obduratum, non emendabis.

120. Fieri nequit, ut siquis iis contraria facit quae recte se habent, is boni aliquid ab opere suo consequatur.

(2) Arbitror scribendum περιγεγενημένην.

(1) Hoc quoque fragmentum ocurrit cum Dionis nomine in vaticano florilegio cod. p. 215. b; nec non apud Antonium Melissam ed. Tigur. p. 49. Cicero paradox. VI. 3: *non intelligunt homines quam magnum vectigal sit parsimonia.*

(2) Extat item in vat. florilegio cod. p. 217.

(3) Est item in vat. florilegio cod. p. 7.

FRAGMENTA APUD SUIDAM ANONYMA

QUAE NUNC PRIMUM DIONIS ESSE COGNOSCIMUS.

Quum in Dionis edendis illustrandisque, quae apud Planudem inveni, excerptis non semel cognovissem quaedam extare apud Suidam fragmenta anonyma, quorum auctorem nunc primum mihi apparebat esse Dionem; rem non vanam, immo plane necessariam, me facturum putavi si universum Suidam tumultuaria saltem festinataque lectione (quod in edendo item Eunapio feceram) perlustrarem; novasque opes Dionis, siquae essent criticis nondum observatae, colligerem. Nec mea me spes fefellit: nonnullos enim inveni locos, quos instituta cum excerptis meis collatione, Dionis foetum esse meridiana luce luculentius apparuit: alios item observavi, quos parentem habere Dionem haud aeque in confesso est, sed tamen verisimile. Certa igitur fragmenta ad litteram heic subiiciam; incertiora postea p. 565 indicabo.

U. C. An. 365. ρκα'. Ἥνικα τὸν Θρίαμβον τὸν ἀπὸ τῆς Τυρρηνῶν κατήγαγεν ὁ Καμιλλος, ἱππότευσας ὁ Φεβρουάριος ὕπατος, τοῦ γένους ὑπάρχων τῆς Γάλλων, ἐπὶ τοῦ βήματος ἐβόα, μὴ γεγονέναι τὸν Κάμιλλον αἴτιον τῆς νίκης, ἀλλὰ τὴν τύχην Ῥωμαίων· συνέπλαττε δὲ καὶ γράμματα καὶ ψευδομαρτυρίας

κατ' αὐτοῦ ὡς τυραννίδα μελετῶντος· ἐντεῦθεν δὲ τὸν δῆμον ἐπαναστήσας ἀπελαύνει τοῦτον τῆς πόλεως· ὡς οὖν μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ῥώμης ἐπανῆλθεν ὁ Κάμιλλος καὶ ὑπάτου τοῦ πρώτου βαρβάρους ἀνεῖλεν, εἰς κρίσιν ἀγαγὼν τὴν ὑπόθεσιν, ἀπέδειξε πάντων γεγονέναι τῶν πεπραγμένων αἴτιον τὸν Φεβρουάριον· καὶ δίκαι τοῦτο γυμνωθέντα αὐτὸν τῆς ἐσθῆτος, καὶ θρυΐνῃ φλιβληθέντα μάθῃ, ὑπὸ τῶν ὑπηρετούντων τῷ δημάρχῳ, τῇ καλουμένῃ βεργάκλῳ, τυπτόμενον νεύροις τῆς πόλεως ἀπεδίωξε· καὶ τὸ ἐπώνυμον αὐτῷ μῆνα πᾶσι δοῦναι ἄλλοις ἐκολόβωσε (1).

Suidas voc. Φεβρουάριος *et voc.* Βρῆννος.

ρκβ'. Ἀντικαθεζομένων τῇ στρατοπέδων ἀλλήλοις, νύκτα (a) φυλάξας Ann. 471.
ἀνήρ τις, εἴ τε ἰατρὸς εἴ τε ἕτερος τῇ φύσει, τῷ τράπεζαν τοῦ βασιλέως τεταγμένων, ὡς τὸ Φαβρίκιον ἀφικνεῖται, δηλητηρίοις φαρμάκοις (b) ἀνελεῖν τὸν Πύρρον ὑφιστάμενος, ἣν οἵ τις (c) δοθείη πρὸς αὐτοῦ χρημάτων ὠφέλεια· ὃν ὁ Φαβρίκιος ἀποστυγήσας τῆς ἐπιχειρήσεως (d) ἀποπέμπει τῷ Πύρρῳ δέσμιον· ἀγασθεὶς οὖν (e) τὸ πραχθὲν ὁ Πύρρος, ἀναβοῆσαι λέγεται· οὗτός ὅτι ποτὲ οὐκ ἄλλος Φαβρίκιος, ὃν δυσχερέστερον ἄν τις μετατρέψοι τῆς οἰκείας ἀρετῆς, ἢ τῆς συνήθους πορείας τὸν ἥλιον (2). Ὁ δὲ Πύρρος τὸν φύσει τοῦ παντὸς ἀναρρίψας κύβον, τοῖς ὅλοις ἐσφάλη (3). *Idem voc.* ἀποστυγοῦντες, *et voc.* Φαβρίκιος.

ρκγ'. Ὅτι ἐπὶ τοῦ Σύλλα τοῦ ὑπάτου ὁ ἐμφύλιος Ῥωμαίων ἀνήφθη πό- An. 666. (*)
λεμος· ἐπισημῆναι δὲ τῷ μὲλλόντων κακῶν φορὰν Λίβιός φησι, καὶ Διόδωρος (4), ἐξ ἀνεφέλου τὸ ἄστρον καὶ αἰθρίας πολλῆς ἦχον ἀκουσθῆναι σάλπιγγος, ὀξὺν ἀποτεινούσης (f) καὶ θρηνώδη φθόγγον· καὶ ὄψιν μὲν ἀκούσαντας ἅπαντας ἔκφρονας ὑπὸ δέους γένεσθαι· ὄψιν δὲ Τυρρηνῶν μάντεις μεταβολὴν τοῦ γένους καὶ μετακόσμησιν ἀποφήνασθαι σημαίνειν τὸ τέρας· εἶναι μὲν γὰρ ἀνθρώπων ὀκτὼ γένη, διαφέροντα τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἤθεσιν ἀλλήλων· ἑκάστῳ δὲ

(a) Al. νυκτός. (b) Al. δηλητηρίῳ φαρμάκῳ. (c) Al. τί. (d) Al. ἐγχειρήσεως. (e) Al. δέ. (f) Melior lectio, quam planudea ἀποκτεινούσης.

(1) Congruit cum fragmento undecimo a me edito p. 530. Nugax porro videtur Kustero Suidae editori historia haec; et mihi ipsi non secus. Atqui Corvini corvus et Curtii in voraginem saltus haud sunt oppido credibiliores; et tamen a gravibus narrantur auctoribus. Iam quod Suidas ὑπατον dicit Februarium, id neminem movebit, qui adnotationem meam ad Dionysii excerpta p. 478 legerit, quo loco demonstravi Camillum quoque dictum *consulem* pro *tribuno consulari potestate praedito*. Differt autem aliquantulum ab Hamartolo Suidas, quia hic dicit Februarium stirpe gallicanum, apud Hamartolum autem is dicitur gallicanarum partium studiosus. Cum Hamartoli autem Cedrenique narratione congruit Io. Malela chron. lib. VII. ed. ven. p. 78—79.

(2) Idem est excerptum quod ego ex Planude edidi sub. num. 37. p. 538.

(3) Deest apud Planudem postrema haec sententia: *Pyrrhus autem cum de rerum summa aleam iecisset, bello penitus victus est.*

(4) Ergo reapse Dio heic loquitur, non Plutarchus *Syll.* cap. VII. Nam Plutarchus neque Livium neque Diodorum appellat.

(*) Ita potius scribendum est quam 663, quod feci p. 548.

Digitized by Google

ἀφωρίσθαι χρόνον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, συμπεραινόμενον ἐνιαυτοῦ μεγάλου τελειόδρομον· τῆς γοῦν προτέρας τελειόδρομου τελευτώσης, καὶ ἑτέρας ἐνισταμένης, κινεῖσθαί τι σεμεῖον ἐκ γῆς ἢ οὐρανοῦ θαυμάσιον, ὃ (a) δῆλον εὐθὺς τοῖς τὰ τοιαῦτα σοφοῖς γίνεσθαι, ὅτι καὶ τρόποις ἄλλοις καὶ βίοις ἀνθρωποι χρώμενοι γεγόνασι, καὶ θεοῖς ἧττον ἢ πρότερον μέλονται (1)· ταῦτα μὲν οὖν εἴτε οὕτως, εἴτε ἄλλως πως ἔχει, σκοπεῖν παρίημι. *Idem voc.* Σύλλας.

An. 668. ρκδ'. Ὁ δὲ Σύλλας (b) πορθήσας τὰς Ἀθήνας ἐδέησε μικροῦ διαφθεῖραι τὴν πόλιν θυμῷ, διὰ τὰ σκώμματα· ἃ δὴ πολλὰ κατ' αὐτοῦ γεφυρίζων καὶ ἐπικερτομῶν ὁ Ἀρίστων παρ' ὅλην ἀπέρριπτε τὴν πολιορκίαν (2). *Idem voc.* γεφυρίζων.

An. 671. ρκε'. Ὅτι Σύλλας ὁ ὑπατος ἀπάρας ἐξ' Ἐφέσου, προσχών τε ταῖς Ἀθήναις, ἐνδιέτριψε τῇ πόλει χρόνον τινὰ, καὶ τὰ τοῦ Ἀπελλικῶντος (c) τὰ τοῦ τηίου καταλαβὼν ἐνταῦθα βιβλιοθήκην, ἀνείλετο· ἐν ᾗ πλεῖστα δὴ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλίων ἦν, οὔποτε τοῖς πολλοῖς, ὡς φησι Πλούταρχος (3), γνωριζόμενα, ἀλλ' ἐντεῦθεν εἰς τὰ δὴ ἀνθρώπων ἐκφοιτήσαντα γνῶσιν. *Idem voc.* Σύλλας.

ρκς'. Σύλλας ὁ ὑπατος, ὑπολογισμὸν δὴ ἑαυτοῦ πράξεων ποιήσας, εὐτυχῆ ἑαυτὸν ἐκάλει καὶ ἔγραφε· καί ποτε Λαβερία, ῥωμαία γυνὴ οὐκ ἀφανὴς, ἐξόπισθεν τοῦ Σύλλου πορευομένη, ὑπεβάλλει τὰ χεῖρα, καὶ κροκίδα τοῦ ἱματίου σπᾷ· τοῦ δὲ ὑπερραφέντος, οὐδὲν δεινὸν, εἰπεῖν, αὐτοκράτορ· ἀλλὰ βούλομαι κἀγὼ τῆς σῆς μικρὸν εὐτυχίας μεταλαβεῖν· τὸν δὲ ὑπερησθῆναι τε τῷ ῥηθέντι, καὶ μὴ μικρὸν ἀγαγέσθαι ταύτην γυναῖκα, ἣ Μετέλλης ἤδη τεθνηκυίας (4). *Idem ibidem.*

ρκζ'. ΔΙΩΝ ὁ συγγραφεὺς ἐν ῥωμαϊκῶν τρισκαιδεκάτῳ. Καί τοι πέφυκεν, ὡς πλήθει, τὸ μὲν βέβαιον, ἐκ βραδύτητος· τὸ δ' ὀξύρροπον, ἐκ τάχους δόξαν ὑπάρχειν (5). *Idem voc.* ὡς ἐπίπαν.

(a) Neque haec lectio δ, neque planulea ἢ, recte se habent, sed plutarcheae ὡς, ad quam latina quoque interpretatio exigenda est. (b) Suid. Σύλας, quam scripturam vidi interdum etiam apud Planudem. (c) Plutarchus Ἀπελλικῶνες.

(1) Congruit cum excerpto planudeo 67; in quo emendandum est *μέλονται* pro *μέλλοντας*.

(2) Congruit cum planudeo excerpto 68. Errat autem Suidas (nisi id potius amanuensium mendum est) qui Polybio hoc fragmentum tribuit; atque hunc errorem facile coarguebat Casaubonus, quoniam Syllas, de quo sermo fit, post aetatem Polybii vixit. Mihi porro feliciter contigit, ut verum fragmenti auctorem nanciscerer Dionem.

(3) In *Sylla* cap. XXVI. Iam Dionis hunc esse locum vix dubitare queo. Et quidem alibi iam dixi, Dionem magnopere in Syllae rebus scribendis adhaesisse Plutarcho. Loci interpretatio haec est: *Sylla consul profectus Epheso Athenas venit, ibique tempore aliquanto commoratus Apellicontis teii deprehensam bibliothecam abstulit; in qua erant plurimi Aristotelis ac Theophrasti libri, nondum vulgo, ut ait Plutarchus, cogniti; qui tum demum in hominum notitiam venerunt.*

(4) Congruit cum planudeo excerpto 70.

(5) Fragmentum hoc adnotavit ex Suida Rei-

Digitized by Google

Hactenus indubia Dionis fragmenta lectoribus meis apud Suidam extantia recitavi. Nunc alia intento digito demonstrabo, quorum item auctorem suspicor esse Dionem. Voc. ἀγαστὰς *fortasse Cineas Romae versans intelligitur. Confer planud. fragm.* 35. *Voc.* ἀδικοδοξία *fortasse Fabius, cui obtrectabatur. Confer planud. fragm.* 48. 51. *Voc.* ἀκραιφνὲς *confer cum palimpsesto vat. p.* 194. 195. *Voc.* ἀμυνόμενοι *conf. cum palimpsesto vat. p.* 189. *Voc.* ἀτοσοβεῖ *sermo esse videtur de corvo; ideoque frustum inserendum planudeo fragmento* 18 *vel* 19. *Voc.* ἄσυλον *fortasse sermo est de legatis romanis ad Tarentinos, quae historia occurrit in Dionis excerptis meis. Voc.* ἄτιγκτος *fortasse dicitur de Coriolano, cuius item historia in his excerptis est. Voc.* δίξης *quoniam fragmentum de Fabio loquitur, et quoniam aliud, quod Dionis sine dubio est, praeponitur, videtur Dioni adscribendum. Voc.* ἐδικαίωσαν *et voc.* ἐμπρόνιμος *fragmentum de Saturnino Dionis videtur ob praedictam causam, potius quam Appiani ut putabat Kusterus. Voc.* ἐκκαλεύμενοι *de Coriolano verba fiunt, quod fortasse fragmentum in Dionis excerptis meis p.* 148. *ante Veturiae legationem ponendum est. Voc.* ἐνδίχοντο *rursus fragmentum de Cinea Romam veniente. Voc.* ἐξοθυμότας *fragmentum de fame Romanorum, fortasse copulandum cum alio a me relato p.* 529. *num.* 9; *ita ut Galli Romanos fame oppressos putaverint; hi autem, ut cibariorum copiam simularent, panem extra murum iactaverint. (Vereor tamen ne telas aranearum his conjecturis meis texam, quae levi flatu solvantur.) Voc.* οἰωνίζοντο *fortasse loquitur anonymus auctor de Manlio Torquato, quem ob filium adulescentem severe interfectum laudabant senes, oderant iuvenes, teste Livio. VIII.* 12. T. Manlius Romam rediit, cui venienti seniores tantum obviam exisse constat; iuventutem et tunc et omni vita deinde aversatam eum execratamque. *Prorsus ut in suideo excerpto:* τὸν δὲ ἡ μὲν νεότης ἐμίσουν τὲ ἐξ οἰωνίζοντο· οἱ δὲ πρεσβύτεροι κατεπάζοντο ἐξ ἐπαίνουν. *Iam Dionem hoc loco respexisse ad Livium idcirco etiam arbitror quia planudeum excerptum* 21, *itemque constantinianum p.* 157, *de eodem Manlio tractantia, mirabiliter cum Livio VIII.* 7. 8. *congruunt.* Manliana imperia non in praesentia solum horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum fuerunt. Fecit atrocitas poenae obedientiorem duci militem.

In Photii lexico nuper edito quatuor sunt Dionis loci. Voc. ἄγαλλιν *ed. Reimar. tom. I. p.* 25. *fragm. LVI. ex Suida. Voc.* ῥαστώνη *pertinens ad ed. lib. XXXVIII.* 39. *Voc.* στάδιον *pertinens ad lib. XXXIX.* 43. *Quartus locus voc.* ἰσάλνιν *utrum editus sit nec ne, eruditi per otium viderint. Est autem hic.*

marus tom. II. p. 1521, posuitque in tomo primo p. 7. frag. XIX. Mihi vero id suppeditat multiplicem commoditatem, atque auro pretiosius est. Etenim in hoc excerptorum volumine p. 187. video nunc me edidisse ex palimpsesto hoc ipsum frustum, sed imperfectum ob legendi difficultatem. Suidas igitur et lacunam meam explet, et Dionem auctorem, nomine appellato, confirmat, et sedem etiam fragmenti docet, dum ait pertinere ad XIII. librum: quo praeclaro indicio cognoscimus, materiam omnem Dionis ante paginam 187, pertinere ad priores Dionis libros tredecim. Vaticanus vicissim palimpsestus nunc ostendit citata a Suida verba desumpta esse ex Hannibalis laudatione, quam Dio in historia sub initiis belli punici secundi scripserat. Fragmenti igitur interpretatio p. 187 ponenda est haec: *quamquam constantia plerumque a tarditate; levitas autem ab ingenii celeritate oriri solet.*

Digitized by Google

ρκη'. ΔΙΩΝ ἐν ῥωμαϊκοῖς. Ὀλίγα μὲν γὰρ καὶ κουφότατα τῶν πλοίων πρὸς τῇ γῇ ὥρμει· τὰ δὲ δὴ πλείω καὶ μείζω, μετέωρα διὰ τὰ τενάγη ἀπεσάλευεν.

128. DIO in romana historia. Pauca et quae levissima erant navigia litus tenuerunt: maior autem eorum numerus, et quae vastiore mole erant, mediis vadis se continebant.

Dionis augendi cupidus ne lexicon quidem sub Zonarae nomine his annis editum negligendum putavi. Sed enim, quamquam Zonaras in historia sua simius Dionis fuit, nihil ille tamen ex huius historia habet in lexico, quod ex Suidae potius promptuario sumptum non videatur. Quamobrem vel lexici auctor non est Zonaras, vel is certe ante lectum Dionem lexicographus fuit. Illud sum miratus, quod voc. ἰζημίωσι locum anonymum, in quo de Aureliano imperatore sermo fit, zonariani lexici editor cl. Titmannus ad Dionem putat esse referendum; quem tamen historicum multo ante Aureliani imperium opus suum conclusisse scimus.

Honorificam in hoc volumine p. 231. n. 2. iam feci mentionem famosi atque antiquissimi vaticani codicis MCCLXXXVIII, ex quo primus Fulvius Ursinus partes insignes librorum LXXVIII et LXXIX edidit (eclog. p. 416-447) deinde Carminius Falco particulas alias extudit ab Ursino omissas propter vel lectionem difficilem vel lacunas laterculorum, quorum tertium quodque diffissum est dimidiaque parte mutilatum. Falco igitur his edendis minoribus hiantibusque fragmentis gloriam aliquam consecutus est; quam tamen postea corrupit cum libros Dionis priores XXXVI. primum se edere gloriatus est; quum reapse in curata ab eo neapolitana editione nihil occurrat nisi fragmenta Dionis iam cognita, et praeterea consarcinatae ex diversis auctoribus miscellae opes, quas veluti genuinas ac proprias Dionis Falco venditavit. Atque ego quidem vaticanum codicem considerans, facile agnovi, rationem eius rursus habendam esse cum nova universi Dionis editio adornabitur: neque enim Falco tantam legendi (nedum supplendi) quanta opus erat, peritiam habuit. Falconis tamen neque sphalmata emendari possunt neque defectus suppleri, nisi totus codex denuo ad litteram divulgetur; id quod mei instituti in praesentia non est. Ceteroqui ne sine causa videar Falconem obiurgavisse, primos heic scribam codicis vaticani versus, prout eos Falco in suo libro (Romae anno MDCCXXIV) p. 4. edidit, quem etiam Reimarus hamburgensis necessario sectatus est. Sic ergo mendose prorsus imperfecteque Falco:

. . μ . . δηθεσαν . . ϰὴ τῷ βιβλίῳ τῷ ϖϵι᾽ αὐτοῦ γραφέντι οἱ, ἐνέτυχον· οὕτω γάρ ϖου πρὸς πάντας ϵ̃ὖ βουλευτὰς διακείμϑ᾽ συνήδει, ὥστε μηδὲ . . μένων τῷ ὄλλωντι τούς τε δούλους ϰὴ ϵ̃ὖ ἐξελευθέρους τούς τε φίλης αὐτῶν ϵ̃ὖ πάνυ συλλαμβάνεσθαί τε ὑπ᾽ αὐτοῦ ϰὴ διὰ ϖᾶσαν ἢ ἐρω . . ορας δεῖνά με φιλεῖ, ἢ δεῖνά με μισεῖ etc.

Ego vero in codice sic lego.

ρϰϑ'. . . . μα ἀλήϑεια· ϰὴ γὸ τῷ βιβλίῳ τῷ ϖϵι᾽ αὐτοῦ γραφέντι οἱ, ἐνέτυχον· οὕτω γάρ ϖου πρὸς ϖάντας ϵ̃ὖ βουλευτὰς διά-

Digitized by Google

κειμένῳ συμῆδει, ὥστε μηδὲ ἐγκαλουμένων τι πολλῶν τούς τε δούλους ἐκ δοῦ ἐξελευθέρους τούς τε φίλους αὐτῷ δοῦ πάνυ συλλαμβάνεσθαί τε ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὅμα βασάνων ἐρωτᾶσθαι εἰ ἄρα ὁ δεῖνά με φιλεῖ ἢ ἄρα ὁ δεῖνά με μισεῖ etc.

Libro LXXIX. praefigitur in dicto codice titulus ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΟΘ. *Ergo recte sic edidit Ursinus, deterius vero Reimarus qui dedit* ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

Scripturae codicis antiquissimae copiosum specimen sibi Roma submissum Reimarus edidit. Ego vero, ne mea haec editio tali specimine prorsus careret, usus sum eius codicis formis ad exprimenda historicorum a me nunc editorum nomina in ornamentaria tabella quam huic voluimini praeposui.

Hactenus Dionem auxi planudeorum excerptorum, et florilegii vaticani, ac Melissae atque Arsenii Suidaeque eclogariorum ope. Illud mihi superest dicendum, quod nempe Planudes continuationem quoque Dionis ab anonymo auctore curatam, aeque ac constantianus eclogarius (recole p. 234.) legebat. Itaque post extremum Dionis excerptum, quod ex libro LXXIX. 14. petitum dixi p. 552, Planudes eclogarius additamenta tria subtexit.

POST DIONEM EXCERPTA TRIA EX ANONYMO HISTORICO.

α'. Ὅτι πρῶτος Μαξιμιανὸς ἰμπεράτωρ ἐκλήθη (1), ὃ νῦν μὲν τὸ βασιλέων ὄνομα ἐστί, τότε δὲ ἦν ἥρμοττε τοῖς ἄριστα στρατηγοῦσιν.

β'. Ὅτι Κωνσταντῖνος (a) ὁ Χλωρὸς ἔλεγεν, ὡς ἄμεινον εἴη τοῖς ἰδιώταις τὸ τῆς βασιλέως εὐπορίαν εἶναι, ἢ μικρῷ φραγμῷ περικεκλεῖσθαι χωρίῳ.

γ'. Ὅτι γυναικὸς προσελθούσης τῷ Γρατιανῷ καὶ κατηπούσης πρὸς αὐτὸν τὸ ἀνδρὸς, ὡς πληγὰς αὐτῇ συχνὰς ἐντείνοι· οὐδὲν εἶπεν, ὦ γύναι, πρὸς

1. Primus Maximianus imperator vocitatus est; qui nunc titulus pro rege dicitur, olim autem iis tribuebatur qui exercitum praeclara cum laude ductaverant.

2. Constantius Chlorus aiebat, melius esse ut regis divitiae inter privatos homines versentur, quam ut exiguo septo (id est regio fisco) concludantur.

3. Quum ad Gratianum femina quaedam accessisset, seque a viro saepe vapulare dixisset; nihil hoc, inquit, o mulier, ad me adtinet. Quumque illa

(a) Corrige Κωνστάντιος.

(1) Immo vero is titulus perpetuus primo omnium C. Iulio Caesari dictatori attributus fuit, teste Dione nostro XLIII. 44.

Digitized by Google

ἐμὲ τοῦτο· ὃ δ' ἂν αὖθις ὑπουργῶν, ἀλλὰ καὶ κατὰ σοῦ βεβούλευται· οὐδὲν, εἶπε, τοῦτο πρὸς σέ (1).

addidisset, atqui vir meus adversus te quoque coniurat; nihil hoc, inquit Gratianus, pertinet ad te.

(1) Num hoc dictum posuerat etiam Eunapius in historia sua, quo loco (p. 280) vaticanus palimpsestus Gratiani dicta vel facta nescio quae narrata fuisse ab Eunapio innuit?

DIODORI SICULI

FRAGMENTA EX FLORILEGIO VATICANO.

Vaticanum florilegium quo maiores mihi Dionis opes suppeditavit, eo Diodori pauciores, cum per se, tum quia saltem nonnullae de citatis in eo particulis in libris Diodori superstitibus iam occurrebant. Sic in florilegio p. 8. legitur fragmentum quod iam extabat lib. I. 2. Diodori, nec non in s. Maximi sententiis editis ed. Tigur. p. 164. Rursus florileg. vat. p. 10. congruit cum A. Melissa ed. Tigur. p. 12, nec non cum Georgidio vat. cod. p. 42; similisque fere sententia occurrit apud Diodorum lib. V. 31: rursusque alius locus congruit cum Diodoro edito I. 1. — Florileg. vat. p. 27. occurrit illa narratio de Phintia et Damone, quam habent eclogae ed. Wessel. tom. II. p. 554. — Florileg. vat. p. 53. congruit cum Diodoro ed. I. 70, et cum A. Melissa p. 79. — Florileg. vat. p. 75. incidit in Diodorum ed. lib. XVI. 54. — Denique in florileg. vat. p. 72. citantur ex Diodoro versiculi quinque de auri laudibus, quorum duo priores tantummodo in vaticanis excerptis meis p. 123. apparuerant. Sunt autem iidem quinque, qui apud Stobaeum aliosque leguntur, ut citato in loco adnotavi. Sed tamen in florilegio v. 2. pro τοίας est τοιάσδ'; v. 3. pro οὐ est οὐδὲ; v. 4. pro εἰ δ' est οὐδ', pro ὁρᾷ est ὁρᾶν; v. 5. pro οὐ θαῦμ' est οὕτως, pro τρίφιν est τρίφι. Reliqua sunt in florilegio sub Diodori nomine excerpta quatuor, quae ego in hoc meo volumine copiis eiusdem Diodori iam refertо libenter collocabo.

α'. Χρὴ οὐκ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων κρίνειν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλ' ἐκ τῆς προαιρέσεως· τὸ μὲν γὰρ τύχη κυρία, τὸ δ' ἡ προαίρεσις δοκιμάζεται (1). *Ex florilegio vat. p. 104.*

1. Non ex eventu sed ex mentis proposito de virorum virtute ferendum iudicium est. Namque eventus in arbitrio fortunae est; ex mentis autem proposito, quis quisque sit declaratur.

(1) Pertinet hoc fragmentum ad Diodori locum e vaticano palimpsesto a me vulgatum p. 49; cuius loci clausula fuit haec sententia, quam ibi constantinianus eclogarius omittebat; sed tamen apud Diodorum legebat non solum florilegus vaticanus, verum etiam Dio Cassius, ut excerpta mea p. 182. demonstrant.

Digitized by Google

β'. Τὰ μὲν ἐν τοῖς ὅπλοις πλεονεκτήματα τύχῃ καὶ καιρῷ κρίνεται πολλάκις· ἡ δ' ἐν τῇ εὐπραξίαις ἡμερότης ἴδιόν ἐστι σημεῖον τῶν εὐτυχούντων ἀρετῆς (1). *Indidem p. 75.*

γ'. Αἱ τῶν πόλεων πολιορκίαι καὶ διατάξεις καὶ τἆλλα τὰ τοῦ πόλεμον πρότερήματα τὰ πλείονα διὰ τύχην ἢ δι' ἀρετὴν ἐπιτυγχάνεται· ὁ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις πρὸς τοὺς ἐπιταικότας ἔλεος μειζόμενος, διὰ μόνης τῆς φρονήσεως γίνεται· οἱ πλεῖστοι γὰρ διὰ τὸ εὐτυχίαν ἐπαίρονται μὲν τῇ εὐπραξίαις· ὑπερήφανοι δ' ἐν τῇ εὐτυχίαις γινόμενοι, τῆς ἀνθρωπίνης καὶ κοινῆς ἀσθενείας ἐπιλανθάνονται· διὸ νῦν καὶ τοὺς πλείστους ὁρᾶν ἔστι τὴν εὐτυχίαν ὥσπερ βαρὺ φορτίον φέρειν ἀδυνατοῦντας. *Indidem p. 75.*

δ'. Ταῖς εὐτυχίαις εἴωθεν ὡς ἐπίπαν ἀκολουθεῖν ῥαθυμία καὶ καταφρόνησις· διόπερ ἔνιοι προσηκόντως ὑπολαμβάνουσιν, εὐχερέστερον ὑπάρχειν συμφορὰς ὑπενεγκεῖν ὑπὸ δεξίως, ἢ τὰς εὐμεγέθεις εὐημερίας ἐμφρόνως· αἱ μὲν γὰρ διὰ τὸ ἐπὶ τῷ μέλλοντι φόβον συναναγκάζουσιν ὑπομελεῖσθαι, αἱ δὲ διὰ τὸ προγεγονὸς προτρέπονται καταφρονεῖν πάντων. *Indidem p. 75.*

2. Armorum victorias fortuna sibi saepe atque opportunitas vindicant; verum clementia in rebus prosperis, felicium virtutem demonstrat.

3. Urbium expugnationes debellationesque atque alii bellorum successus fortuna saepius quam virtute eveniunt: sed enim misericordia a potente miseris impertita, nonnisi a sapientia procedit. Interim plurimi felicitate victoriisque efferuntur; atque ita superbia inflati, infirmitatis, quae humanam naturam comitatur, obliviscuntur. Quare nunc plurimos videre est, qui felicitatem suam gravis instar ponderis perferre nequeunt.

4. Prosperitates subsequitur plerumque ignavia atque contemptus. Quare nonnulli haud absurde iudicant, adversitates potius dextre perferri, quam summas sapienter felicitates, posse. Illae enim ob futuri temporis metum ad vigilantiam cogunt homines; hae vero ob praeteritum laetum casum ad curae omnis neglectum impellunt.

(1) Confer Ciceronem pro Marcello cap. II. III.

Digitized by Google

ALIUD FRAGMENTUM EX SUIDA

QUOD NUNC PRIMUM DIODORI ESSE COGNOSCITUR.

Πεισίστρατος ὁ τύραννος δεκάτην τῶν γεωργουμένων ἀπῄτει τοὺς Ἀθηναίους· παριὼν δέ ποτε, καὶ ἰδὼν πρεσβύτην πέτρας ἐργαζόμενον καὶ τόπους λιθώδεις, ἤρετο τὸν πρεσβύτην, τίνας ἐκ τῶν τόπων κομίζοιτο τοὺς καρπούς· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὀδύνας καὶ σφακέλους, καὶ τούτων δεκάτην Πεισίστρατος φέρει· θαυμάσας δὲ ὁ Πεισίστρατος τὴν παῤῥησίαν αὐτοῦ, τῆς δεκάτης ἀτέλειαν ἔδωκε· καὶ ἐκ τούτου οἱ Ἀθηναῖοι τῇ παροιμίᾳ ἐχρήσαντο, καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν (1). *Suidas voc.* σφακελισμὸς *et voc.* καὶ σφάκελοι.

Pisistratus tyrannus frugum decimas ab Atheniensibus exigebat. Is autem cum aliquando praeteriens senem quendam rupes et loca lapidosa excolentem vidisset, ex eo quaesivit, quosnam fructus inde referret. Cui ille respondit: dolores et sideratione; et horum decimas Pisistratus accipit. Admiratus igitur tyrannus hominis in dicendo libertatem, decimarum immunitatem ei concessit: unde Athenienses proverbio hoc uti coeperunti: etiam siderationes immunitatem impetrant.

Locus anonymus apud Suidae Zonaraeque lexica voc. ἐκμιλὲς, *videtur mihi addendus fragmentis Menandri a me collectis; praesertim si conferatur p.* 361. *En locum.*

Ὁ δὲ δὴ Βῶνος οὐκ εἰς τὸ ἐκμιλὲς αὐτῷ οὐδὲ εἰς τὸ ῥᾳθυμώτερον ἐτράπη ὁ νοῦς, ἀλλὰ συντόνῳ τῷ τάχει πρὸς τὴν σωτηρίαν ἐχρῆτο.

At enim Bonus animum haud ad negligentiam socordiamve convertit, verum summa celeritate saluti consuluit.

(1) Hic locus iam editus a me est, etsi paulo contractior, e vaticano palimpsesto p. 28-29. Palimpsestus ergo restituit Diodoro fragmentum quod apud Suidam erat κάτωθεν.

Digitized by Google

DE FRAGMENTIS POLITICIS

PETRI, UT VIDETUR, MAGISTRI OFFICIORUM.

Quamquam ego graeci operis de politica scientia *reliquias eodem prope tempore, quo latinas Tullii, in vaticanis palimpsestis detexi; nihilominus neque eas coniungendas cum tulliana editione tunc putavi (nec enim Cicero socium patitur) neque postea de iis vulgandis magnopere laboravi; seu quia res ipsa haud summi momenti erat, seu quia molestissimas rescripti codicis difficultates perhorrescebam, quae multas mihi reliquiarum harum partes vel omnino eripiebant, vel incertas saepenumero hiantesque efficiebant. Nunc tamen id scriptum cum eruditis hominibus communicabo, tum ut hac cura me denique liberem, tum ut graecis meis historicis de re politica saepe tractantibus non incommodum comitem in hoc volumine addam. Cogitanti autem mihi de his reliquiis res duas magnopere persuasi; unam, ut puto, certissimam; nempe quod idem sit opus de quo loquitur Photius cod. XXXVII: alteram valde probabilem, nempe quod auctor operis Petrus ille sit, qui in aula byzantina officiorum magister, Iustiniano imperante, claruit. Atque ut primum opinionis meae caput adseram, Photii textus recitandus est.*

Ἀνεγνώσθη ϖϵι᾽ πολιτικῆς, ὡς ἐν διαλόγῳ Μενᾶν (1) παζίκιον ϰ᾽ Θωμᾶν (2) ῥεφερενδάριον, τὰ διαλεγόμϐα εἰσάγων ϖρόσωϖα· ϖεριέχει δὲ ἡ ϖραγματεία λόγους ἓξ, ἐν οἷς ϰ᾽ ἕτερον εἶδος ϖολιτείας ϖᾶϛα᾽ τὰ τοῖς ϖαλαιοῖς εἰρημένα εἰσάγει, ὃ ϰ᾽ καλεῖ δικαιαρχικόν (3)· ἐϖιμέμφεται δὲ ϖ Πλάτωνος δικαίως ϖο-

(1) Iustinianus imperator const. de cod. sec. ed. codici iuridico emendando iterumque edendo destinat inter alios *Mennam virum eloquentissimum, togatum fori amplissimae sedis*. Idem Mennas const. I. et II. de confirm. digest. dicitur ad adornanda quoque digesta operam suam contulisse; et quidem in II. const. adnumeratur *viris prudentissimis, rhetoribus praefectorum sacrorum palatiorum, qui gloriam laudemque apud omnes prudentiae iuste habent*. Nihil autem dico de Menna patriarcha constantinopolitano, qui sub eodem Iustiniano vitae partem traduxit.

(2) De hoc homine Iustinianus imp. const. de novo codice faciendo sic loquitur: *ad hoc opus efficiendum eleginus* (cum aliis) *Thomam virum gloriosissimum, quaestorem sacri nostri palatii et exconsule*. Iisdem titulis decorat Thomam idem Iustinianus in constitutione etiam de codice confirmando. Quare cum tantus vir fuerit Thomas, haud dubito quin in politico opere vaticani palimpsesti partes quoque suas didascalicas egerit, non autem tantummodo auditoris atque adprobatoris, uti nunc in reliquiis mutilis leginus. Quod si forte auditor tantum fuit Thomas, equidem tunc cogitaverim de Thoma iuniore, Thomae illius senioris fortasse filio. De iuniore autem Thoma sic Coripp. laud. Iust. v. 18. sqq.

Et Thomas libycae nutantis destina terrae,
Qui lapsam statuit, vitae spem reddidit Afris,
Pacem composuit, bellum sine milite pressit,
Vicit consiliis quos nullus vicerat armis.

(3) Cicero ad Att. II. 16: *magna controversia est Dicaearcho cum Theophrasto, ut ille τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν*. Id confirmat Cicero ad eundem Att. VII. 3. Porro sententiam hanc suam de practico politiae genere exposuerat, ut puto, Dicaearchus vel in Spartanorum rep., vel in Pelleniorum, aut Atheniensium Corinthiorumve item rebuspub. quas ipse scripsit. Cicero adhuc ad Att. II. 2: *magnum acervum Dicaearchi mihi ante pedes extruxeram. O magnum hominem! et a quo multo plura didiceris, quam a Procilio* etc.

Digitized by Google

λιτείας· ἣν δ' αὐτοὶ πολιτείαν εἰσάγουσιν, ἐκ τ῀ τριῶν εἰδῶν τ῀ πολιτείας, δέον αὐτὴν συγκεῖσθαι φασὶ, βασιλικοῦ τε καὶ ἀριστοκρατικοῦ καὶ δημοκρατικοῦ· τὸ εἰλικρινὲς αὐτῆ ἑκάστης πολιτείας συνεισαγούσης, καὶ ἐκείνῳ τ῀ ὡς ἀληθῶς ἀρίστῳ πολιτείαν ἀποτελούσης.

Lectum est de republica volumen, in quo Menas Patricius et Thomas referendarius per dialogum loquentes introducuntur. Continet opus hoc libros sex, quibus δικαιαρχικὴν, ut heic appellatur, novum politiae genus, diversum ab iis, quae veteres prodiderunt, proponitur: ac Platonis respublica non immerito reprehenditur. Quam vero personae illae politiam adferunt, eam ex tribus politiae speciebus, regia nimirum, et optimatium, ac popularium, componi oportere aiunt: ut cum earum quaelibet, quod purum atque sincerum habet, huc contulerit, haec tandem vere optima reipublicae forma evadat.

Age vero vaticanum opus congruit cum Photii testimonio, primum quidem titulo, qui est περὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης; *iterum quia dialogo utitur; tertio quia duo (non plures) loquuntur Menodorus et Thomas. Namque Menam eundem esse ac Menodorum, eruditi homines facile mihi concedent, qui norunt huiusmodi propriorum nominum compendii causa fieri solitas deminutiones. Quis enim nescit v. gr. Alexam idem esse apud Graecos nomen atque Alexandrum? Hodierni autem in Italia Etrusci nullum prope hominis nomen non breviant. Neque item sobrius quispiam dubitabit* Thomam *Photii, idem esse nomen atque* Thomasium *vaticani codicis. Et quidem hodiernis Italis* Thomas *est* Tomaso. *Iam quod Photius legebat libros sex, en in nostro scilicet codice quarti quintique reliquiae remanent. Siquis vero negaret sextum extitisse; is eodem ratiocinio inficias iret, Ciceronis quoque de rep. nullum fuisse sextum librum, quandoquidem in vaticano palimpsesto nuper a me vulgato, nihil eius operis ultra quintum librum apparuit. Dicit Photius, politicos operis a se lecti canones ab iis discrepuisse, quos apud alios auctores legimus: noster vero auctor in libri quinti sectione nona, profitetur reapse differentes a politicis ceteris doctrinas se tradere. Reprehensum in illo opere Platonem ait Photius; id quod revera noster auctor facit in praedicta libri quinti sectione. Denique quod Photius ait politiam a se lectam, ex tribus generibus regio, optimatium, et populari, fuisse concretam; id videlicet Ciceronis exemplo factitatum fuit, cui (de rep. I. 35) praestare videtur illud genus quod est aequatum et temperatum ex tribus optimis rerum publicarum modis. Vaticanus autem auctor sedulum se Ciceronis lectorem demonstrat: quin adeo Ciceronis remp. cum platonica comparavit. Numerus quoque librorum sex ad Ciceronis imitationem definitus fuit. Nonne vero Cicero in quinto libro de rectore reip. deque legibus egit? Atqui graecus auctor in quinto pariter libro de rege legibusque totus disserit. Vix autem dubito quin politicus vaticanus sextum quoque librum ad normam fere tullianam exegerit, futuramque apud cae-*

Digitized by Google

lestes vitam bonorumque praemia commemoraverit ; praesertim quum christianus ipse fuerit , et beatae spei mentionem in quinto libro (cap. XIII.) nullam non fecerit. Genus politicum anonymi auctoris sui dicaearchicum fuisse dicit Photius ; quod cuiusmodi extiterit , nuper nos in scholio patefecimus. Ergo politicus vaticanus dum Platonem vituperavit, cum eoque Ciceronem contendit , is sine dubio praetulit genus politiae practicum quod fuit dicaearchicum et tullianum generi theoretico quod Plato maluit , sed ipse Cicero se deseruisse (de rep. II. 11.) his verbis tradit : Plato civitatem extruxit arbitratu suo ; praeclaram illam quidem , sed a vita hominum abhorrentem et a moribus. *Prorsus , ut puto , vaticanus politicus iudicium de utroque tulit quale Macrobius comm. ad somn. I. 1. concinne expressit :* inter Platonis , et Ciceronis libros , quos de rep. utrumque constituisse constat , hoc interesse prima fronte perspeximus , quod ille remp. ordinavit , hic retulit ; alter qualis esse deberet , alter qualis esset a maioribus instituta disseruit. *Praeterea certum mihi est vituperatas fuisse a christiano politico morum illas pravitates , quas tamquam maculas institutis platonicis inhaerentes Cicero ipse castigavit in quarto libro. Atque hactenus de codicis photiani cum vaticano similitudine. Satis enim haec superque sunt , ut merito existimemus , opus illud politicum quod Photius legebat , nunc denique in rescriptis bibliothecae vaticanae membranis , mutilum quidem graviterque vitiatum , verissime tamen apparuisse.*

Sequitur ut lectoribus meis suadeam , conditorem operis Petrum videri τὸν πάνυ , qui legationibus ad plures reges , dignitatibus aulicis , scriptis historiis , laude rhetorica , et politica denique scientia , iustinianeo aevo floruit. Auctor mihi sententiae praecipuus Suidas est , qui ait Petrum non solum historias verum etiam περὶ πολιτικῆς καταστάσεως scripsisse. Nam titulum de statu politico *quis non videt eôdem recidere , quô ille codicis nostri* de scientia politica ? *Nota eruditis est mira varietas qua appellari prisca opera solent ; cuius rei exemplum ego olim protuli (praef. ad chron. Euseb.) in varietate tituli chronicorum Eusebii. Quid? nonne politicum Tullii ipsius opus diversis appellationibus vocitatur in testimoniis de illo opere a me ipso collectis ? Dicitur enim* de rep. , de optima rep. , de reip. statu , de optimo reip. statu , de optimo statu civitatis et de optimo cive , libri politici , πολιτικὰ , πολιτεία. *Satis igitur favet operis titulus , ut , Suida teste , scriptum vaticanum Petro adscribamus. Atqui favet etiam scripti aetas : personae enim , quae in opere dialogum faciunt , familiares Iustiniano fuerunt : ergo opus illa aetate non est antiquius. Reapse ne stilus quidem vetustiora saecula redolet , neque ab illo cognito Petri in editis legationibus videtur abludere. Neque porro res in libro narratae ad sequiora post Iustinianum tempora deprimi possunt : nam vigebat , auctore nostro scribente , Persarum imperium , quod subsequente certe saeculo Saraceni deleverunt. Iam vero quum aetate iustinianea nullus politicus scriptor Petro magistro saltem celebrior*

Digitized by Google

extitisse tradatur ; sequitur ut huic homini suffragante praesertim Suida , vaticanum scriptum non temere vindicemus. Utinam vero ipse Photius studium aliquod impendisset ad vestigandum anonymi sui nomen ! Nae ille molesta nos sollicitudine liberavisset ! qui curiosiores quidem homines sumus , sed ad veritatem adsequendam , tot interpositis saeculis , impediliores. Et Petri quidem magistri notitiam suppeditabunt veterum testimonia , quae postea scribam. Ad discernendum autem operis , quantum fieri potest , auctorem , tum certe ad civilis scientiae studium eiusque historiam , nihil , ut spero , non proderit scriptorum veterum de re politica catologus (nam recentiorum politicorum qualemcumque notitiam a Naudaeo habemus; veterum , quod ego sciam a nemine) quem ego catalogum usui meo privato congesseram , nunc autem lectoribus , pro re nata , rudem licet imperfectumque , ante Petri reliquias , exhibebo.

Sed enim haud tam nocet politico huic operi , quod incerto parente sit , quam quod in palimpsesto parte sui maxima decurtatum fuerit ; quodque tam aegre legitur , tam crebris lacunis lectionibusque dubiis laborat , ut vix luci typorum committendum videretur. Neque porro ego ipse huic ferendo labori alacer eram , seu propter fructus mediocritatem , seu quia iam oculos legendo nuper historico palimpsesto diu obtuderam , et laboris lentissimi patientiam prope abieceram. Habeant igitur lectores mei impolitum sane et lacerum scriptum , quod ego fortasse per otium postea retractabo , et si pretium operae erit , meliore conditione ut sit curabo . Interim certe graeci textus , quas dixi , graviores solito imperfectiones et ambiguitates valde mihi suaserunt ut ab interpretatione facienda abstinerem. Attamen ut , more meo , graece quoque nescientibus utilitatem aliquam edendo opusculo adferam ,praecipuarum rerum his reliquiis contentarum summarium latinum scribam.

FRAGMENTORUM POLITICORUM SUMMARIUM.

Operis fuerunt libri sex : verumtamen , ceteris omnibus amissis , quarti quintique tantummodo reliquiae supersunt. Ceteroquin tertii libri mentio semel fieri videtur (lib. IV. 4) ; ex eaque mentione intelligimus sermonem in eo partim saltem fuisse de nobilitate. Quasnam primus secundusque liber politicae scientiae partes complexi fuerint , prorsus latet. Ergo ut reliquias superstites summatim praelibemus , —

Lib. IV. cap. I. agitur de umbratili militum exercitatione , quae ternas ex auctoris sententia aut etiam quaternas in die horas occupare debet: qua peracta iubet auctor ut copiarum dux , audito tribunorum consilio ,praemiis poenisve milites , prout bene vel secus armis luserint , statim adficiat. Praemia sunto , laudes , honores , donaria : poenae autem , plagae , calvitium , expunctio a militia. Haec in umbratili simulatoque ; at in vero bello , —

Cap. II. Adhibito item militari consilio et crimine palam facto , poenae sunto ; membrorum mutilatio , vel supremum supplicium. Mandat auctor

Digitized by Google

praeterea ut in cuiusque militis patria laus eius vel infamia ad ceterorum exemplum nuncianda curetur. Praeclare vero concluditur praemiorum poenarumque doctrina hoc memorabili effato, nempe quod unica causa sit recte domi bellique vivèndi, si boni praemio, pravi poena, adficiantur.

Cap. III. Demonstrat auctor, quanto bellicis usibus commodior sit peditatus quam equitatus. Id probat exemplis Romanorum atque Persarum; Lacedaemoniorum quoque veterum et Atheniensium, quorum pedestres copiae saepe vicerunt, equestres vero non item. Nobile quoque addit Gallorum exemplum, apud quos ait esse firmissimam usque ad sua tempora legem, nequis ad bellum eques procederet, praeter unum regem: atque hunc ipsum albo equo vehi solitum, ut magis conspicuus hostibus fieret. Physica deinde argumenta cumulat, nempe quod vir pedester se ipsum regat, non ab alio animante circumferatur etc. Concludit peditatus laudes testimonio Firmini (seu potius, ut suspicor, Frontini) etrusci, qui rite instructum peditatum vocat murum inexpugnabilem, murum viventem, murum ambulantem, murum mente praeditum, murum ferreum, murum qui non unam urbem sed universam remp. protegit: ita ut nihil omnino gravioris momenti absque opera peditatus effici possit.

Cap. IIII. Ne tamen omnem laudem equitatui detrahat auctor, prudenter addit nullum non esse equitum usum, ad inopinos puta casus, ad explorationes, ad velitationes, ad locorum praeoccupationes, ad pabulandum, ad aquandum, ad persequendum. Quamobrem equitatui quandoque salutem debere pedestrem militem. Ceteroquin ab equo saepius fortasse invitari ad fugam equitem; quod cum accidit, peditum quoque prosternuntur animi. Ait ergo auctor se iam adfirmavisse in priore vel libro vel dictione, opus esse ut equites nobilitate generis atque animorum excelsitate ceteris antecellant. Dicit etiam oportere ut equitum sicciora sint corpora, neque vasta aut gravia, tum armorum impositorum causa, tum ut equi facilius circumagi possint nec graviore pondere opprimantur.

Cap. V. Regreditur iam vaticanus politicus ad commendandos, auctore Cicerone, Romanorum veterum pedites, qui gravissimorum armorum ferendo ponderi, non secus quam vestimentis adsueverant: quique praeterea quinque dierum cibaria circumferebant: idque adeo diuturna consuetudine, tamquam lege, sancitum ait, ut ne si iumenta quidem forte adessent, impunis militi esset oneris detrectatio. Subinde loquitur auctor de vallo fossaque, quibus ut castra semper muniantur, seu pax seu bellum sit, hortatur; eique operi aerumnoso ac molesto duces ipsos laboris proprii symbolam impendere, ad exemplum militum, vult.

Cap. VI. Leve quid se adiungere ait auctor, quod tamen inutile non comperietur; militarium scilicet corporum peculiarem quemdam ornatum esse debere; ita ut neque comae neque barbae neque vestis militaris

Digitized by Google

formam imitari populo liceat. Atque hunc militis ornatum, pro cuiusque gradu varium, vult esse quotidianum atque perpetuum; ob declarandam, ut ait, animi in suscepto instituto constantiam.

Cap. VII. Superest, inquit auctor, dicendum de mansuetudine innocua deque iustitia, qua milites inter cives versari debent: quod quum plurimis verbis propter rei gravitatem tractandum foret, ipse tamen uno tantum proposito exemplo satis argumento facturum se putat. Est autem exemplum hoc. Persarum rex Perozes quum ad bellum proficiscens per ditionem suam iter faceret, miles quidam equo suo infirmo, non sine decurionis consensu, spicas virides ex agro sumptas vorandas obtulit. Sed cum spicarum dominus vim sibi fieri clamitaret; re intellecta rex sisti sibi imperavit rusticum et militem cum decurione. Tum crimine deprehenso, advocato ducum consilio; siquis, inquit rex, genus id armorum nobis eripere conguereturr, quo nos hostibus nostris, ceteroqui validioribus, superiores esse possemus; quanam, rogo vos, poena dignus homo videretur? Quibus respondentibus, supplicium acerbissimum tum huic tum huius liberis totique generi esse irrogandum; Romanorum quidem, inquit rex, validiora nostris esse corpora et equos et arcus et tela et lanceas, in confesso est. Nos autem quum iustitiae unico telo utamur, eoque ab hostibus nosmet tueamur; nempe dum populos nobis obnoxios mansuete amanterque regimus; quumque hoc telum manibus nostris excutere conati sint tum qui spicas diripuit miles tum qui adsensum praebuit decurio . . . (Exin pagina oblitterata legi non potest; sed plane ex instituta quaestione cognoscimus Perozem regem capitale supplicium utrique sonti decrevisse; ut eo nimirum terrore militares copias innocuas civibus redderet iustitiamque doceret; id quod sibi hoc loco demonstrandum auctor proposuerat.

Cap. VIII. Iam si armati milites cum inermibus civibus aequitatem servare debent; vicissim a ducibus atque a rege universaque rep. militibus iusta merces retribuenda est: cibaria scilicet et stipendia aliaeque remunerationes, pro cuiusque merito, tum viventibus tum etiam, quatenus fieri potest, defunctis: item congrua senectuti illorum solatia; parvisque extinctorum liberis, tum praecipue parentibus senibus, alimenta de publico. Haec si fiant, cum ipsa per se laudabilia atque aequa sunt, tum militibus, inquit auctor, adiiciunt stimulos ut strenuo alacrique animo pugnas ineant, vitamque pro patria prodigant. Atque ita liber quartus concluditur.

Iam quinti libri quinam tractatus atque ordo materiae fuerit, belle nos docet sectionum superstes in codice indiculus, qui ad litteram huiusmodi est.

Digitized by Google

QUINTUS LIBER DE SCIENTIA POLITICA CONTINET HAEC.

1. De regno. — Scientia regnandi quid habeat commune cum aliis scientiis, et quomodo ab iisdem differat.

2. Quisnam sit regni scopus. Regnum indigere propriis legibus, dogmatibus et disciplinis seu moribus.

3. De propriis regni legibus.

4. De dogmatibus.

5. De disciplinis seu moribus.

6. Regni quaenam sint propria; et quatenus ars regnandi ceteris artibus scientiisque antecellat.

7. Oportere eum qui vere sit rex, humanas res ad Dei divinarumque rerum imitationem moderari.

8. Quonam pacto rex se ipsum noscet ac Deum divinasque res. Postquam vero noverit, quodnam ad exemplar resp. ab eo gubernanda sit.

9. De republica traduntur doctrinae diversae ab iis quas ceteri auctores scripserunt. Fit etiam invectio adversus aliquot Platonis sententias.

10. Doctrinarum de republica Platonis ac Ciceronis comparatio instituitur. Universa insuper Platonis atque Aristotelis philosophia inter se contenditur.

Hoc indiculo summariove praeposito, sic auctor ingreditur in librum quintum.

Menodorus. De reip. custodibus, o Thoma, et de militari scientia, quamquam haud satis prolixo sermone, tamen pro viribus dictum fuit. Nunc superest ut ipsum regnum consideremus: nam siqua est imitandi Dei ratio, haec profecto regnandi arte continetur *etc.*

Tum paucis interpositis, pergit scribere auctor primam libri sectionem, quae tamen tota propemodum desideratur. In secunda autem tertiaque libri sectione leges regi proponi videntur; quarum prima ponitur, regis creatio. Secunda lex, senatus constitutio regimenque est. Tertia est sacrorum antistitum electio. Quarta supremorum magistratuum designatio. Quinto loco definiuntur statuta civilia eorumque custodia. In capite, ut a me scribitur, sexto sectio quinta tractari videtur, quae fuit περὶ ἐπιτηδευμάτων. *Exin ingens lacuna est; namque in capitulo, prout a me distributa fragmenta sunt, septimo sequentibusque iam septima scribitur libri sectio, quae est de regia gubernatione ad imitationem Dei dirigenda: cuius gubernationis caput esse dicitur, ut rex bonitatem Dei bene faciendo hominibus imitetur.*

Cap. X. Regis propriae dotes recensentur. 1. *virtus intima et exemplaris.* 2. *sapientia in deliberando.* 3. *audacia ad res adgrediendas.* 4. *fortitudo in periculis. Quintam denique dotem apprime politicam dicit auctor et validissimam, nempe si rex effecerit et cum subditi populi ament ac metuant.*

Digitized by Google

Cap. XIII. Proponi videtur doctrina pulcherrima et christianae reip. maxime digna, si quidem in codice superstes foret. Deus videlicet dicitur post praevisum innocentis hominis lapsum beataeque naturaliter vitae iacturam, dedisse operam ut sic homo in hac tristiore terra mores suos moderaretur, ut redeundi ad felices sedes dignus fieret. Attamen haud adfirmaverim hanc esse novam illam doctrinam, priscis politicis id est ethnicis ignotam, quam apud anonymum suum, nunc vaticanum nostrum, legebat Photius: nam et Plato et Cicero sic fere politias suas concludere videntur.

randi animi sui studioso, praesto sunt adversus omnes delicias atque illecebras, praeclarae admonitiones atque hortamenta historiarum, sine quibus ne vivere quidem praeclarum videtur. Etenim homo quum sit totus intelligens, actuosus sit oportet, mentemque ducem se habere demonstret. Rationis igitur lumen regem ornet, ita ut cunctis exemplo luceat. Sit autem praecipuum eius ornamentum veritas: hac enim fastigium regis collustratum si fuerit, vicissim ipse fit clarus atque conspicuus, mortalesque omnes ad se contrahit, ceu magnetis quaedam, veritatis cogente vi. Quod si forte rex a mendacio non abhorreat, seque huius tenebris circumtegat, quî licet hunc gloria praeditum dicere? Immo vero is exsecrabilis est atque invisus, et bonorum comparatione damnatur, ceu solaribus coram radiis ingens nebula. Ergo falsitas procul esto, acuto veritatis ense praecisa; nullusque ei sit liber aditus, sed ad reorum carcerem relegetur. Triumphet veritas, et sponsionibus atque promissis anteeat, tum etiam ad finem usque prosequatur. Nam si fidem liberare vel parum differas, id paenitentiam animi exilitatemve demonstrat. Is autem hoc esse habitu mentis cognoscitur, qui non statim promissa facit, verum differt atque procrastinat, ceu philosophus ille Pyrrhon, qui propterea ephecticus, id est adsensum sustinens, appellatus fuit.

(a) Codd. Πύῤῥος.

τούτῳ ἀληθῶς δείκνυται, ὡς δίχα σεσηπότος ὄντι καὶ σαθροῦ τοῦ λογισμοῦ ὑπὸ θεμέλιος· τοῦτο δὲ ἀπρεπές ὄντι βασιλέως καὶ πάντη ἀνάξιον· οὐδὲ γὰρ ἀνάγκῃ ἔχει βιαζομένῳ, ὥστε ἀπατηλὰ καὶ ψευδῆ λέγειν· πῶς γάρ; ᾧ πολὺ τὸ κράτος καὶ τῶν πάντων ἡ δύναμις· εἰ γὰρ μὴ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων οὗτος τιμᾷ τὴν ἀλήθειαν, πόθεν ἕξει τὸ ἀξιόπιστον; ἢ πόθεν τὸ ἀρχόμενον καὶ ὑπήκοον ἐκπαιδευθείη τῶν λόγων ἀσφάλειαν; ἔσονται γὰρ πρὸς ἀλλήλους ἐν ὑποψίᾳ, ὅ τε ἄρχων καὶ ὁ ἀρχόμενος, καὶ συγχύσεως τὰ πάντα μέλλουσιν εἶναι μεστὰ, καθ' ἣν τὴν Ἐμπεδοκλέους δόξαν, ὃς ἐδόξαζεν, ὅτι τὰ ἐν κόσμῳ πάντα πράγματα ἦσαν ἐν συγχύσει καὶ ἀναμεμιγμένα, πρὸ τοῦ τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν διαχωρίσαι αὐτὰ, καὶ ἕκαστον πρὸς τὸ οἰκεῖον καὶ συγγενὲς καταστῆσαι· ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ δόγματα τοῦ τε Ἡρακλείτου καὶ Δημοκρίτου, καὶ Ζήνωνος τοῦ ἀκινήτου, περὶ μίξεως καὶ ἐναντιουμένων ἀλλήλοις· ἁρμοδιώτατος ἄρα καλλωπισμὸς ἡ ἀλήθεια τῷ βασιλεῖ, καὶ τὸ πρὸς τὰς εὐλόγους τῶν δεομένων αἰτήσεις ἀποπληρωτικὸν ἐν συντόμῳ καὶ μὴ ἐν ἀναβολαῖς τε καὶ ὑπερθέσεσιν· οὐ χρὴ γὰρ ἐπιλιμπάνειν σὸν ἱκετεύοντας ἀνιᾶσθαι καὶ ἐκπίζεσθαι ἀπὸ τῆς ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἀποδεχόμενον, καὶ μὴ ἀποπληροῦν τὰς δεήσεις αὐτῶν· τοῦτο γὰρ πόρρω κηδεμονίας βασιλικῆς.

ιη'. Χρὴ δὲ καὶ σὸν στρατιώτας διεγείρειν πρὸς τὰ γυμνάσια, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν βασιλέα καὶ εἰς τοῦτο ἀλείπτην καὶ παιδευτήν· τὸ γὰρ ἀγύμναστον ἀμαθές

Qui vero promissorum omnino fidem fallit, is hinc satis demonstrat mentis suae fundamentum prorsus esse putridum atque quassatum: quae res regi apprime indecora est eodemque indigna. Nulla quippe eum necessitas cogit ad falso fraudulenterque loquendum. Quî enim id homini accidat, cui rerum potestas omnium arbitriumque commissum est? Nisi autem hic prae ceteris veritatem coluerit, quomodo fidem deinceps nanciscetur? Rursus quomodo subditi homines ad constantiam orationis erudientur? Immo invicem suspecti erunt princeps ac subditus, atque omnia perturbatione laborabunt, secundum Empedoclis opinionem, qui existimabat elementa omnia mundana fuisse permixta, priusquam ea dissociarent rixa et sympathia, et suo quodque elementum adfini adhaeresceret: quae eadem fere dogmata fuerunt Heracliti quoque et Democriti et Zenonis cognomento immoti, de copula rerum et de repugnantia. Igitur nullum convenientius regi ornamentum est quam veritas; et precum supplicum, quae quidem iustae sunt, compendiosa exauditio nullis dilationibus prorogata. Non enim sinendum est ut supplices tristitia adficiantur, et diem de die prospectantes angantur, dum suas preces irritas cernunt. Id enim a regali providentia longe recedit.

VIII. Age vero milites quoque ad exercitia excitandi sunt, eiusque rei regem oportet esse incentorem atque magistrum. Inexercitatus enim miles, rudis est et

Rex milites exerceat.

τε καὶ ἀκαρτέρητον· πᾶσα γὰρ τέχνη καὶ πρᾶξις, διὰ μελέτης καὶ ἐπιμελείας βελτιοῦται καὶ καλῶς συνίσταται, ἢ ἡρμοσμένως πάντως καὶ προσφυῶς ὡς ἄλλη φύσις ἡ συνήθεια ὀνομάζεται· καὶ γὰρ οἱ συνηθισμένοι τοῖς πόνοις καὶ ταῖς κακοπαθείαις, κἂν ἀσθενεῖς ὦσι καὶ γηραιοὶ, ἰσχυρώτεροι ἢ καρτερικώτεροι φαίνονται τῶν νέων καὶ δυνατῶν, ἀσυνήθων ὄντων· καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν διενεργούντων τὰς οἰκοδομὰς καὶ τὰς κτίσεις, καὶ ἀπὸ ἐργαζομένων τὴν γῆν σκαπανέων καὶ φυτικόμων καὶ τῶν βαστάζοντων ἐν τοῖς ὤμοις βάρη δυσβάστακτα· ὡς ἔργον γὰρ ἔχοντες τὰ τοιαῦτα, καὶ ὑπὸ μακρᾶς συνηθείας γεγυμνατμένοι, μετ' εὐκολίας ἐπιτηδεύουσι καὶ ἀνύουσι· πρὸς ταῦτα δὲ οἱ καταπολὺ ἀνδρικώτατοι, ἀδύνατοι ἢ ἀδόκιμοι φαίνονται· ὡσαύτως οἱ προεθίζοντες ἑαυτοὺς εἰς ἵππων ἐποχήσεις καὶ ὁπλοφορίας καὶ ξιφῶν καὶ δοράτων μεταχειρίσεις, ἐν καιροῖς πολέμου φαίνονται χρήσιμοι, καὶ νικῶσι πολλοὺς δυνατωτέρους, διὰ τὴν ἐλείνων ἀπειρίαν· ἀγνοῶ δὲ καὶ κῶς τί δοκεῖ λυσιτελὲς καὶ ὠφέλιμον, τὸ καταγίνεσθαι εἰς παίγνια, καὶ μεταχειρίζεσθαι ποτὲ μὲν ἐν τῇ δεξιᾷ, ποτὲ δὲ ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἐν τῷ μετεωρίζειν εἰς ὕψος διὰ τοῦ δίνου τὴν σφαῖραν, ὃ δὴ κοινῶς ὀνομάζεται τζυκάνιον (1)· ὁμοίως καὶ τὰ ἄλλα τὴν παιγνίων εἰς ἃ κεχήνασι πολλοὶ καὶ σπουδάζουσιν· οὐδὲν πάντως λυσιτελοῦσιν ἢ συμβάλλονται εἰς ἀντιπαράταξεις πολεμικὰς καὶ μονομαχίας ἀνθρώπων ἰσχυρῶν καὶ μαχίμων· ἂν δέ τις εὐλογεῖν θέλῃ, καὶ λέγῃ ὅτι διὰ τοιαύτης γυμνασίας γίνονται οἱ ἄνθρωποι εὔτροφοι καὶ εὐκίνητοι· οὕτως ἂν

laboris intolerans: omnis autem ars resque gerenda, meditatione et cura melior fit et bene constituitur: quare apte omnino, et secundum rei veritatem, consuetudo dicitur altera natura. Namque adsueti laboribus atque molestiis, etiamsi infirmi sint et senes, attamen validiores patientioresque videntur iuvenilibus atque robustis sed usu expertibus. Spectare id licet in tignariis fabris, in fossoribus, vinitoribus, atque baiulis: hi enim quotidiana haec opera, propter diuturnum usum, facile exercent: cum interim vel fortissimos alios ad ea ineptos videmus. Similiter qui equitando et gerendis armis et gladiis lanceisque tractandis semet exercuerunt, belli tempore utiles sunt, et fortioribus sed minus exercitatis praevalent. Nescio autem cur utilis videatur ludorum exercitatio, nempe quum modo dextra modo sinistra manu iacitur in sublime rotante turbine sphaera: idemque aio de aliis ludis quos multi valde mirantur et adpetunt: siquidem hi nihil prosunt usibus bellicis neque conferunt ad pugnacium hominum dimicationes. Quod si moderate loquendum est, sane licet dicere homines hoc exer-

(1) Vocabulum hoc explicatur *ludus pilae in equo* a Cangio, qui de eo dissertationem se instituisse adfirmat. Citat autem Cangius hunc ipsum auctoris nostri locum ex MS.; sed incautius dicit esse vocabulum Blemmydae; est enim paraphrastae; Blemmyda autem in genuino scripto id non habet. Nimirum Cangius ignoravit, scriptum Blemmydae a Galesiota fuisse interpolatum seu potius refectum.

ὁ μάγειρος καὶ τὸ χυτρίδιον διὰ τὸ ἀκίνητον ἀξιώσει μετακινεῖν τε καὶ στρέφειν, ἢ καὶ ἐπάνω ἀσκοῦ ἑνὶ ποδὶ ἅλλεσθαι καὶ σκιρτᾶν, καὶ τοιαῦτα ἕτερα ποιεῖν καταγνώσεως ἔργα, τῇ προφάσει δὲ γυμνάζεσθαι εὐκίνητος· ὁπότε ἢ κατανεύσει τίς εἶναί τινα καὶ ἐκ τούτων ἴσως ὠφέλειαν, ἀλλ' ὡς εἰπομὶ καταπολύ ὅτι κάλλιον τὸ στρατιωτικῶς ἐγγυμνάζεσθαι, εἴ γε μὴ δι' εὐκινησίας κατεπείκεινα ἔχει καὶ ταῦτα· οὐ δὲ τοῦτό ὅτιν ἐπαινετὸν καταπολὺ τὸ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ λίθον ἔχοντα τινὰ περικλονεῖν τὸ ἴδιον σῶμα καὶ οὕτω σκιρτᾶν; μᾶλλον μὲν οὖν ὅτι κάλλιον τὸ μετ' ὅπλων ξίφη τινά, ἢ καὶ πάλιν ἀσκεῖν καὶ ἀκοντισμούς, τὸ βάρος τε ὅπλων εἰς πᾶσαν γυμνασίαν εἰ δυνατὸν περιφέροντα, καὶ μεγάλην δόξαν ἐκ τούτου κερδαίνοντα· ἐκύκλωσαν ποτὲ βάρβαροι Ῥωμαίους· οἱ δὲ ἐκ πλαγίου ἔνεδραν καὶ λόχον ποιήσαντες, ἐξαίφνης σὺν κυκλοῦντας ἐκύκλωσαν, καὶ διὰ δοράτων ἀπέκτειναν· ἦσαν γὰρ ἀκριβῶς πρότερον παιδευθέντες ἀκοντίζειν, καὶ μετ' ὅπλων ἱππάζεσθαι καὶ ταχυδρομεῖν, καὶ πῶς χρὴ πολεμίους κυκλῶσαι, καὶ πῶς ὑπὸ τούτων κυκλωθέντας ἀποφυγεῖν· ἡ γὰρ μελέτη πᾶν πρᾶγμα βελτιοῖ καὶ αὐξάνει (1)· διὰ τοῦτο σφόδρα ὅτι καὶ ἀναγκαῖον προγυμνάζεσθαι εἰς πάντα τὰ συμβαλλόμενα καὶ πόλεμον, καὶ μὴ ἐν τῷ καιρῷ τὰ πολέμια ζητεῖν ἢ αὐτῶν ὑπομένουσιν (2).

citio fieri agiles et expeditos. Sic enim etiam coquo, ne quietus degat, ollam circumagere licet, super utre uno pede insistere vel saltare, atque alios huiusmodi ridendos motus actitare, dum agilitatis adquirendae studium simulat. Sed fac esse aliquam horum fortasse ludorum utilitatem; nihilominus, ut diximus, multo honestius est militariter se exercere, quandoquidem praeter agilitatem alios quoque fructus consequemur. Dicet aliquis; nonne saltem laudabile est saxum utraque manu tenentem circumagere corpus et saltare? Atqui, aio, multo est praeclarius armatum decurrere, et luctam vel iaculationem frequentare, armorumque pondus in omni, si fieri potest, exercitio gestare; atque hinc laudem insignem referre. Romanos olim circumdederant barbari; verum illi ex obliquo insidiis structis obsessores suos repente obsederunt et lanceis confoderunt. Erant enim antea ad iaculandum accurate exerciti, ad equitandum cum armis decurrendumque, ad circumveniendos hostes, ad effugium ex obsessione captandum. Quippe exercitatio meliora omnia facit et auget. Ergo magnopere necesse est cuncta quae ad bellum pertinent exercitio praecoccupare: non autem, instante bello, tum demum de iis cogitare.

(1) Est illud sapientis Periandri effatum μελέτη τὸ πᾶν, *in exercitatione sunt omnia.*

(2) Legesis Ciceronem de rep. I. 6.

θ'. Εἰ δὲ καὶ τὴν περὶ θάλασσαν εὐδοκιμήσεως ἐπιτυγχάνειν καιρὸς, οὐ δὲ ταύτῃ χρὴ ῥᾳθυμεῖν· λίαν γὰρ ὄφελος εἰς τὸ ναυμαχεῖν· ποιεῖ γὰρ τὸν ὁπλίτην ἐδραίως καὶ στεῤῥέως ἑστάναι ὅπερ ἐπὶ πέτρας τινὸς, καθὼς ἱστοροῦσι τὸν Εὔφημον (1) ἐκεῖνον, μηδὲν δεινὸν ἀπὸ τοῦ πλοίου θαλάττης κλύδωνος ὑφιστάμενον· ὁ δὲ μὴ δόκιμος πείρας προπαιδευθεὶς, ἐκ πρώτης προσβολῆς καταπίπτει, εἰ καὶ ἄλλως ῥωμαλέος ὄφελος καὶ δυσκαταγώνιστος· οὐ δὲ γὰρ ἂν δύναιτο πρὸς τοὺς κατὰ θάλασσαν πολεμίους ἀντιμάχεσθαι, τοῦ νηὸς σαλευομένης, αὐτὸς πρὸς ἐμέτους τρεπόμενος, καὶ ταρασσόμενος καὶ ἰλιγγιῶν, καὶ τῷ τῆς ποδῶν βάσιν ἴσχειν ἀσφαλοῦς. ἐπαινῶ τοὺς Ἀθηναίους ἐκείνους μερίσαντας τὸν ἑαυτῶν βίον εἰς λόγους καὶ νόμους, καὶ πεζομαχίας καὶ ναυμαχίας· ἐκ μὲν γὰρ τῆς τῶν λόγων μελέτης καὶ νοῦν καὶ γλῶτταν ἐπαίδευσαν· ἐκ δὲ τῆς νόμων δικαιοσύνῃ ἐξήσκησαν, ἐλευθερίαν ἐφύλαξαν, καὶ νίκαις καὶ ἀριστείαις πολλαῖς ἐκοσμήθησάν τε καὶ ἐδοξάσθησαν· πρότερον μὲν γὰρ Δαρεῖον τὸν Ξέρξου πατέρα κατήσχυναν κατατροπωσάμενοι καὶ καταλύσαντες εἰς Μαραθῶνα τὰς ἑκατὸν μυριάδας, ἃς Δάτις καὶ Ἀρταφέρνης οἱ στρατηγοὶ ἐπεφέροντο, ἔχοντες στρατεύματα χιλιάδας ἑπτὰ, καὶ Πλαταιέων χιλίους συμμάχους· στρατηγούντων μὲν Μιλτιάδου τε καὶ Στησίλεω (2), πολεμαρχούντων δὲ Καλλιμάχου καὶ Κυναιγύρου· ὕστερον δὲ οἱ αὐτοὶ Ἀθηναῖοι, συμμαχούσης καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, καὶ τὸν Ξέρξην κατηγωνίσαντο· καὶ ὁ πρὶν ἄμεμπτα

flex scientiam maritimae rei militaris haud negligat.

IX. Quod si opportunitas ferat maris quoque peritiam adipiscendi, ne hanc quidem negligere oportet; multum enim ea interest, siquando maritimo bello opus fuerit. Sic enim miles firmiter in navi constanterque veluti in petra stare consuescit (qualem narrant Euphemum illum) nihilque a maris fluctuatione patitur. Qui autem haud exercitio se praemuniverit, primo statim progressu labitur, quantumlibet robustus pugnaxque sit. Non enim potest maritimis hostibus resistere, dum navis fluctuat, dum ipse vomitu et vertigine quatitur, neque pedem firmiter figere potest. Laudo Athenienses veteres, qui vitam suam eloquentia, iuris prudentia, bellis terrestribus ac maritimis, exercebant: siquidem eloquentia mentem linguamque erudiebant; iure, iustitiam condiscebant; [armis] libertatem tuebantur, victoriasque plurimas et trophaea gloriosa sibi comparabant. Nam primo quidem Darium Xerxis patrem turpiter fugere coëgerunt, deletis apud Marathonem trecentis militum millibus, quos Datis atque Artaphernes ducebant; quum ipsi Athenienses haud plus novem mille numero essent, praeter Plataeensium mille auxiliares: imperatoribus nimirum Miltiade et Stesilao, polemarchis autem Callimacho et Cynegyro. Iidem postea Athenienses, suppetias ferente universa Graecia, Xerxem

(1) Ab Euphemo Argo navem, defuncto Tiphy, fuisse gubernatam exploratum est.

(2) Stesilaus ergo unus erat e decem praetorum numero, qui marathoniam pugnam rexerunt. (Nep. in Milt. cap. 6.) Nomen Stesilai Thrasylao geniti prodit etiam Herodotus VI. 114, eumque in dicta pugna occubuisse dicit.

κομπάζων, καὶ στοιχεῖα μετακινῶν, καὶ τὴν μὲν ξηρὰν ποιῶν θάλασσαν, τὴν δὲ θάλασσαν, ξηράν, καὶ ἀγανακτοῦντα μαστιγῶν· καὶ δὴ τὸ τοῦ στρατεύματος πλῆθος καὶ ἀριθμὸν σχεδὸν ὑπερβαίνων, ἀντὶ μοδίου τινὸς κάστρων χώμβους πρὸς τὴν μέτρησιν· καὶ ποταμοὺς ἀποξηραίνων πινόντων ἅμα ἵππων, ὡς ἐν Φρυγίᾳ μὲν τὸν Σκάμανδρον, ἐν Θετταλίᾳ δὲ τὸν Πηνειὸν, ἐν Ἀττικῇ δὲ τὸν Ἰλισσόν· τὸν δὲ ἅλιον ἀποκρύπτων δηλονότι τοξευμάτων τὴν στρατιᾶς· ἐκεῖνος ὁ δοκῶν πολὺς εἶναι καὶ μέγας, μόλις ἐν μιᾷ νηὶ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Στρυμόνος διεσώζετο, μὴ πολλῆς ἀγωνίας καὶ φόβου τὰς Ἀθηναίων χεῖρας διαφυγών· καὶ ταῦτα τῶν πάντων Ἑλλήνων διακοσίας ἑβδομήκοντα καὶ μίαν νῆας ἐχόντων εἰς Σαλαμῖνα· ἐκεῖνος δισχιλίας διακοσίας ἴσως ἐπαγόμενος νῆας κατεναυμαχήθη· καὶ δὴ τὴν ξηρὰν ὕστερον, πεντακοσίων (a) μυριάδων ἀνδρῶν μαχίμων διαφθαρεισῶν, τὸν μὲν πολέμῳ, τὸν δὲ ὑπὸ λιμοῦ καὶ κρίους ἐν τῷ φεύγειν ὀπτικρὺς· οὐκ οἶδα τίνες ὑπολειφθέντες τὰ Περσίδα κατέλαβον γῆν· τοιαύτας ἀρετὰς καὶ τρόπαια ποιοῦσιν οἱ τὰ καλὰ ἔργα προπαιδεύόμενοι, καὶ τούτοις μὴ ἀπαδὴς προεθίζοντες ἑαυτοὺς, τὴν λόγῳ κοσμοῦντος καὶ διδόντος τὰ τρόπαια.

ι'. Ὃ δὲ μέγιστον ἐστὶν ἔργον ἐν πάσαις πράξεσι καὶ ἀνυσιμώτατον, τὸ μὴ βραδύνειν τὸν καιρὸν ἐν τῇ παρασκευῇ τούτων· κατὰ τὸν Χαρινάδην (1) ἐκεῖνον, ὃς ἀμελῶς καὶ ῥᾳθύμως ἐν τῷ πράττειν διέ-

quoque debellaverunt. Ergo is qui pridem sine modo superbiebat, elementa pervertebat, mare in tellurem, tellurem in mare, convertens; qui etiam mare saeviens virgis castigaverat; qui exercitum multitudine innumerabilem, meta castrorum tamquam modio quodam dimetiebatur: cuius equitatus fluvios exsiccabat, veluti in Phrygia Scamandrum, in Thessalia Peneum, in Attica Ilissum; qui denique solem multitudine sagittarum obscurabat; hic, inquam magnus et immensus, vix una navi ex ostiis Strymonis fluvii evadens saluti consuluit, aegre admodum nec sine terrore ingenti manibus Atheniensium elapsus. Tanta autem victoria patrata est, quum Graeciae universae nonnisi naves ducentae septuaginta et una ad Salaminam starent; ipse autem Xerxes bis mille et ducentas septem naves secum duceret. Deinde terrâ quoque infinitum bellatorum numerum amisit, partim acie partim fame et frigore in fuga consumptorum: atque haud scio an vix aliqui Persidem reviserint. Has nimirum victorias haec trophaea referunt, qui se ad praeclara opera exercitio diligentique meditatione comparaverunt. Eruditio enim trophaea confert et ornat.

Rex ne sit cunctator, et captandae occasioni invigilet.

X. Cuiusvis autem negotii caput est et robur, ne rex in praedictarum rerum apparatu cunctator sit aut occasionem praetervehi sinat: more illius Charinadae, quem agendi socordia et ignavia celebrem reddidit. Immo vero ab ap-

(a) Scribe πεντήκοντα.

(1) Est hoc nomen tardissimi et socordis senis apud Aristophanem vesp. v. 232, et pac. 1155.

Digitized by Google

κειτο· ἀλλὰ προδυτρεπίζεσθαι χὴ μή τινος ἀνάγκης προσδοκωμένης πολέμου· ὡς ἂν προσδασκευασμένας τὰς ψυχὰς ἔχοντες, ἐὰν ἴσως χὴ ἀπροσδοκήτως ἐπέλθῃ τίς πόλεμος, ὠφελήσωσι μὲν ἑαυτοὺς, τοὺς δὲ ἀντιμάχους κατατροπώσωνται· ὁ γὰρ χρόνος ταχύτατος, χὴ οὐδένα παρεμένει τῶν ῥαθυμούντων, οὐδὲ δυνήσεταί τις φθάσαι αὐτὸν κατόπισθεν ζέχων· οὐ δὲ ἐὰν παδαπλήσιος ᾖ τὴν ταχύτητα τοῖς τοῦ Βορέου πτερωτῶν υἱῶν, ὡς οἱ Ἕλληνες μυθολογοῦσι τόν τε Ζῆν (a) τὸν δὲ Κάλαϊ· λέγουσί τινες ὅτι χὴ Λύσιππος ὁ ζωγράφος (1) ἐκεῖνος ὁ Σικυωνίοις βουληθεὶς ζωγραφῆσαι χὴ ὡς ἐν παδείγματι δεῖξαι ὁποίαν ἔχει ἡ φυγὴν ὁ χρόνος, ἐποίησε τοῦτον κωφὸν, ὀπισθοφάλακρον, πτερόποδα, καὶ ἐπάνω τοῦ τροχοῦ ἑστηκότα, μάχαιραν δεδόντα κάτωθεν ἰσαμένῳ τινί· κωφὸν μὲν, ὡς πρὸς οὓς αὐτὸν φωνοῦντας, μηδαμῶς αἰσθανόμενον· φαλακρὸν ἢ τὰ ὄπισθεν, ὡς ἀδυνάτου ὄντος ὄπισθεν διώκοντα τινὰ κρατῆσαι αὐτόν· πῶς δέ τις αὐτὸν παδραμόντα φθάσαι ἰσχύσειε πτερόποδα ὄντα χὴ ἐπὶ σφαίρας ἱσάμενον; δεδόντα ἢ ξίφος, διότι οἱ μήτε δυναμένοι δι' κόμης κρατῆσαι, μή τε φθάσαι φεύγοντα, τιτρώσκονται τῷ βέλει δι' λύπης ὡς τῆς ζημίας ἐπαισθανόμενοι· Ἀννίβας ὁ τῆς Σικελίας χὴ Ἀφρικῆς στρατηγὸς, τῶν Ῥωμαίων ποτὲ βουληθέντων ἐπιστρατεῦσαι κατὰ τῆς Σικελίας, προλαμβάνει δ' ἔφοδον· χὴ τὰ δύσβατα τῶν ἀλπίων ὀρέων διακαθάρας, δι' αὐτῶν πρὸς Ἰταλίαν χωρεῖ· χὴ διά-

paratu non est desinendum, etiamsi nullum expectetur bellum. Sic enim comparati militum animi, siquod improvisum existat bellum, patriae utiles erunt, hostesque propulsabunt. Volucre tempus est; neque id quisquam a tergo persequens consequi poterit; nemo inquam, ne si alatos quidem Boreae filios, ut Graeci fabulantur, Zetin et Calain pernicitate sua aemuletur. Aiunt Lysippum pictorem inclytum, dum Sicyoniis tempus eiusque celerem fugam exprimere vellet, repraesentasse illud surdum, occipitio calvo, pedibus alatis, rotae insidens, ensemque cuidam inferne adstanti porrigens. Surdum quidem, quia neminem a quo vocetur exaudit: retro calvum, quia nemo illud praeteritum retinere potest: Quis enim cursum adaequet alipedis et praeterlapsi rotaeque insistentis? Denique gladium porrigens, quandoquidem hi qui neque capillo retinere, neque cursu aequiperare potuerunt, maeroris telo figuntur, quia suum detrimentum sentiunt. Hannibal per Siciliam et Africam creatus imperator, quum in Siciliam Romani expeditionem molirentur, transitum ipse anticipavit, viaque sibi per alpinos montes patefacta, in Italiam irrupit; Romanos diversis proeliis pulsatos

(a) Ita codd.

(1) Atqui Lysippum sicyonium dicit statuarium Plinius lib. XXXIV. sect. XIX. Consentit autem in oratione genuina Nicephorus qui nec pictorem vocat; et immo statuarium se agnoscere demonstrat verbo ἠγαλμάτωσεν.

φέρως αὐτὸν πολεμήσας, πολυτρόπως αὐτὸν ἐνίκα· τέλος ἦ πάλιν εἰς πολὺ πλῆθος συναχθεῖσιν ἐπιτεθεὶς εἰς Καλαβρίαν (1), παράδοξον τινὰ ἐπάγει τὸν ὄλεθρον· λέγουσι γὰρ αὐτὸν χρυσοῦς δακτυλίους τῶν πεφονευμένων στρατιωτῶν, μοδίῳ μετρῆσαι τὸ μὴ διαμερίσασθαι τὰς γυναῖκας ῥωμαίας διὰ τοιαύτην τῶν ἀνδρῶν συμφοράν· ἀνδραποδίσεις μὴ βαρβάροις συζεύγνυσθαι· ἀλλ' ὁ τοσοῦτος νικητὴς, ἐκεῖνος Ἀννίβας ἐπάρσει μὴ τρυφῇ καταχαυνωθεὶς, μὴ διὰ τοῦτο ἀμελήσας τέλος ἄκιστον ἐπιθῆναι ταῖς τοιαύταις πράξεσιν, ἕως ἐπορθῆσαι τὴν Ῥώμην μὴ κατασκάψαι, ὕστερον ὑπὸ Σκιπίωνος τοῦ στρατηγοῦ Ῥωμαίων κατεδιώκετο, μὴ φεύγων τὴν Βιθυνίαν κατέλαβε, μὴ δηλητήριον φάρμακον πιὼν, πικρῶς ἀπώλεσε τὴν ζωήν· ὡσαύτως μὴ ἄλλως ἄλλοτε κατὰ διαφόρους καιροὺς ἀμελήσαντες, τὰ ὅμοια ἔπαθον· ἐπιμελητέον τοίνυν ἁρπάζειν τὸν ἁρμοδιώτατον ἐλθόντα καιρὸν, μὴ μὲν ἀδιαχωρεῖν αὐτὸν μὲν παρέρχεσθαι, εἰς τὸ μέλλον ἦ ἐλπίζειν ἀδήλως τὸν λυσιτελούντων ἐπιτυχεῖν, ἢ τὴν τύχην ἀναμένειν τὰ σωτείνοντα ἐκτελέσαι· ἀλλὰ μὴ προπαιδευτικὴν ἐπιστήμην ἔχειν κατορθοῦσαν πάντα τὰ χρήσιμα· μὴ κυβερνήτης γὰρ ἄκιστος ἐκεῖνος ἐστὶν ὃς ἂν εὐδίαις εὐθέτῳ καιρῷ μὴ γαλήνῃ, σπουδάζει μὴ λογισμὸν ἔχει μὴ μέριμναν, εὐξυπίζειν ἅπαντα τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν τῆς νηός· μὴ ἐπιμελεῖται ἵνα ἐπιτήδεια ὦσι τά τε πηδάλια μὴ ἄρμενα μὴ σχοινία· ὡς ἂν ποτὲ ζυκυμίας μὴ κλύδωνος ἐπιλθόντος, ἀβλαβῆ μὴ ἀκίνδυνον εἰς λιμένα διασώσῃ τὸν ναῦν· ὁ δὲ τὰ ἀναγκαίων

fregit; novissime vero magnam illorum multitudinem denuo contractam incredibili clade in Calabria profligavit. Fertur enim Hannibal occisorum Romanorum aureos anulos modio metitus distribuisse: romanas autem matronas fama est, penuria civium, servis et barbaris nupsisse. Sed enim tantus hic Hannibal superbia deliciisque inflatus, quum neglexisset praeclarum terminum facinoribus suis imponere, ita ut Romam obsideret atque exscinderet; postea a Romanorum duce Scipione fugatus est; atque ita exsul in Bithyniam delatus, veneno epoto, amarum vitae finem nactus est. Similiter alii aliter diversis temporibus pari negligentia utentes pares adversitates experti sunt. Studiose igitur curandum est, ut opportunissimum quodque tempus captemus, neque id sinamus elabi, caeca spe lusi fore ut quod utile est nanciscamur, dum fortunam ipsam quae nobis expediunt curaturam arbitramur, etiamsi nos ea minime scientia instructi simus, quae quidquid frugi est operatur. Profecto ille optimus gubernator est, qui sereno tranquilloque tempore, studium omne, cogitationem, et curam collocat in apparandis quaecumque ad istruendam navem pertinent: quique consulit ut aptus sit malus, et vela, et funes, ita ut cum decumanus fluctus tempestasque surrexerit, navim incolumem in portum referat. Secus vero qui necessaria navis instrumenta

(1) Leviter errare videtur Nicephorus, geographiae ceteroquin, de qua etiam scripsit, non ignarus, dum Calabriam dicit pro finitima Apulia, in qua provincia sunt Cannae.

δ' νηὸς χρειωδῶν ἀμελῶν, καὶ τὸ εὐδιεινὸν δ' εὐπλοίας καιρὸν ὑπὸ μαθυμίας καταλιμπάνων, καὶ πρὸς τὸ ἔργον δυσκίνητος ὢν, καταποντισθὴς μᾶλλον ἢ κυβερνήτης δίκαιος ὀνομάζεσθαι· καὶ ἐὰν κλύδωνος ὑπηνεμόεντα ἡ ναῦς ἀπὸ τ' κυμάτων ἀβλαβὴς διαφυλαχθείη, τοῦτο δ' τύχης ἔργον εἴποι τις εἶναι· ὅσον γὲ τὸ ἀπὸ δ' ἀμελείας ἐκείνη, πάντως ἂν, ἡ ναῦς ἐκινδύνευσε καταποντισθεῖσα· οὐ χρὴ τοίνυν οὐ δὲ τ' στρατηγὸν ἀπαρασκεύαστον εἶναι καὶ ἀμελῆ, ἀλλὰ κατηρτισμένον καὶ τέλειον εἶναι ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις τῆς ἀρχῆς, ἤγουν ταχὺν εἶναι, εὐδαίμονα, πτερωτὸν εἰ δυνατὸν εἰς τε τὴν δι' οἰκείων φυλακὴν καὶ συντήρησιν, εἴς τε δι' ἐναντίων θήραν καὶ πρόσληψιν· καὶ μὴ ὅμοιον εἶναι τοῖς ἀμαθέσι τ' ἰατρῶν, οἵ τινες οὐ παρασκευάζουσιν ἔχειν τὰ τοῖς νοσοῦσι προσήκοντα φάρμακα, ἀλλὰ κατ' αὐτὸν δ' ἀνάγκης καιρὸν ζητοῦσι πορίζεσθαι· καὶ μὴ δυνηθέντες εὑρεῖν, τερατολογοῦσι καὶ ἐγκαυχῶνται ὡς εἴπερ εἶχον φάρμακα τὰ χρειώδη, ταχέως ἂν τ' νόσον ἀπήλασαν, πλεῖστα θεοὶ δ' τ' φαρμάκων δυνάμεως φυσιολογοῦντες· τινὲς δὲ τ' τοιούτων ἰατρῶν τ' ἑαυτῶν ἀδυναμίαν τῇ φύσει ἀνατιθέασι, φόρτος μόνον κενὸς τοῖς ἀῤῥώστοις φαινόμενοι· καὶ εἴτις αὐτοῖς ὀφθείη μεμφόμενος, φύσεως μόνης ὑπουργοὶ λέγεσιν εἶναι, τὰς ἀπὸ τ' βιβλίων ὑπομνήμας παραιτησάμενοι· ἐῶ γὲ λέγειν, ὅτι πολλάκις καὶ αὐτῇ τῇ φύσει ἐναντιοῦνται, θεραπευταὶ μὲν οὐκ ὄντες, ὀλετολοιγοὶ δὲ μάλιστα καὶ φθορεῖς· ἀλλὰ μιμεῖσθαι οὖν τ' ἰατρῶν ὑπομνήμονας ἐ φρονίμους, οἱ τ' καιρὸν εἰ-

negligit, idoneumque prospere navigando serenum tempus socorditer omittit, neque ad laborem alacriter incumbit, is navifragus potius quam gubernator appellari debet. Quamquam enim e tempestate navis aliquando incolumis redeat, id fortunae imputandum erit; nam per gubernatoris quidem incuriam non stetit, quominus ea fluctibus absorberetur. Pari ergo ratione ne ducem quidem imparatum esse oportet vel negligentem, sed bene potius eruditum, arte sua exactum, atque in omni sui muneris parte perfectum, celerem, navum; alis in summa, si fieri potest, instructum sive ad suorum tutelam et conservationem, sive ad hostes venandos praeoccupandosque. Et sane is caveat ne similis sit inscitis medicis, qui congrua aegrotis pharmaca haud ante sibi comparant, sed necessitatis demum tempore ea requirunt; quae tunc si forte haud nanciscuntur, mira dicunt et iactant, ilico nimirum a se morbum pulsum iri, siquidem idonea pharmaca non desiderarent: atque interim plurimum de pharmacorum virtute blaterant. Nonnulli contra ex his medicis impotentiam suam naturae imputant; atque ita nonnisi oneri aegrotantibus sunt. Siquis vero eos reprehendit, naturae tantummodo se ministros esse aiunt, librorumque doctrinas conspuunt. Mitto quod hi saepenumero naturae ipsi adversantur, neque medici sunt, sed pestes et homicidae. Imitandi sunt igitur docti potius prudentesque medici, qui gnari quam volucre tempus sit, artem suam cum

δότες ὀξύτατον, μὴ πάσης ἴσανται δ' ἀπαθῆς, τῇ πρώτῃ κινήσει τ' νοσήματος ἀνθιστάμβοι, ἵνα ὡς ἐν συντόμῳ τὸ δ' ὑγείας καλὸν διασώσωσιν.

ια'. Ὃ δ' ἀναγκαιότατόν ὄστι τῷ βασιλεῖ πάντων μάλιστα τὸ εἰς ἅπασαν τ' ὑπ' αὐτὸν ἀρχὴν δικαστὰς ἐγκατεστῆσαι· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ κ' ἐν ἀγοραῖς ὀπαμιλητὰς, οὐκ ἀνθρωπίνας σάρκας ὀπιθυμοῦντας ἐσθίειν (καθὼς ὁ μῦθος λέγει τ' Προμηθέα παθεῖν ἐν τῷ ὄρει Καυκάσῳ προσηλωμένον, ἀετοῦ τὸ ἧπαρ αὐτοῦ κατεσθίοντος·) ἀλλὰ φιλ' πλείστου ποιουμένους τὰ δίκαια, πλεονεξίας ἀπεχομένους, κ' ἀπὸ τ' ἄλλων ταύτῃ ἀποδιώκοντας, εὐτυχίαν οἰκονομοῦντας παῤῥησιάζεσθ'· οὐ πρὸς συλλογὴν χρημάτων παράνομον ἀποβλέποντας, κ' ληστρικῶς διακειμένους τῇ πολιτείᾳ, ἀλλὰ μετὰ λελογισμένης συνέσεως τὸ νόμιμον ὅπ' πᾶσι κ' διορθωτικὸν συνησφέροντας, κ' διαφέροντας τ' ἄλλων πολλῇ τῇ φρονήσει· μὴ φθαπλησίους δὲ Κοροίβῳ, Μαργίτῃ τε, κ' τῷ Μελιτίδῃ (1)· ὧν, ὁ μὲν φιλ' τοῦ αἰγιαλοὺς βαδίζων, ἐμέτρει τὰ κύματα, κ' μέχρι τριῶν προβαίνων, ἴστατο ὅπ' πλέον μὴ δυνάμενος προχωρεῖν· ὁ δὲ διαπορῶν ἠρώτα, ὁπότερος τ' γονέων αὐτὸν ἐγέννησεν· ὁ δ' ἕτερος οὐκ ἠθέλησε συμμιγῆναι τῇ αὐτοῦ γυναικὶ, οὐ παρθενίαν τιμῶν, οὐδὲ ἁγνείαν βιλόμενος, ἀλλὰ λίγων φοβεῖσθαι μή ποτε κόλασιν εὕρῃ φθαρ' δ' πενθερᾶς αὐτοῦ, χάριν δ' συνεσίας· ἀφελεῖς ὄντες παντελῶς κ' ἀνόητοι· μηδὲ πάλιν φιλέργους κ' κακοζόπους κ' ὀπυοντικοὺς εἰς τὸ πονηρεύεσθ'·

omni sedulitate expromunt, primis morbi motibus adversantes, ut quam ocissime valetudinis integritatem restituant.

XI. Age vero nihil magis a rege fieri necessarium est, quam iudicum in universa ditione sua constitutionem; itemque in foris mercatoriis, curatorum; qui sane haud aveant humanis carnibus vesci (id quod Prometheo contingere fabulae narrant, cui adfixo in Caucasi rupibus iecur depascitur aquila) sed qui apprime studiosi iustitiae sint, qui avaritiam et ipsi a se repellant et in aliis persequantur, qui tutam aequabilitatem conservent, neque pecuniae per scelus colligendae inhient, publicamque rem compilent, verum prudenti consilio ius ubique aequitatemque prae se ferant, atque a ceteris mortalibus longe differant. Neque tamen hi similes Corocbo vel Margitae vel etiam Melitidae sint: quorum primus in littore stans fluctus numerabat; ita tamen ut post tertium subsisteret, maiorem numerum percensere nesciens. Alter dubitans rogabat, uter parentum suorum se genuisset. Tertius denique uxoris consortium vitabat, haud caelibatus puriorisque vitae desiderans, sed a socru sua vapulare metuens, si forte uxorem attingeret. Quos omnes consilii expertes atque dementes fuisse nemo non videt. Rursus populorum iudices ne sint astuti ac perversi, neque ad ma-

Rex dignos magistratus eligat.

(1) Priores duos memorat Polybius in vaticanis excerptis p. 381; tertium Aristophanes ran. v. 1022, et Lucianus in amoribus haud procul fine.

ὁποῖοι ἦσαν ὅ τε Κάκος, ὁ Αὐτόλυκος, καὶ ὁ Εὐρυβάτης (1), τὰ ἀλλότρια κλέπτοντες ζῷα, καὶ εἰς τὰς οἰκείας αὐτῶν ἀντιστρόφως εἰσάγοντες καταδύσεις καὶ μάνδρας· ὥστε οὐδὲ συνεργαζομένους τὰ τῶν ποδῶν αὐτῶν ἴχνη ἐν τῇ εἰσελεύσει τῶν καταδύσεων τῶν κλεπτῶν, ὑπολαμβάνειν ὅτι μᾶλλον ἐξῆλθον τὰ ζῷα· οὐ τοῦτο μόνον ἐποίουν, ἀλλὰ καὶ μετήμειβον ταῦτα, καὶ μετεχρωμάτιζον, καὶ παντοίαις μηχαναῖς τε καὶ τέχναις τοὺς ἔχοντας αὐτὰ παρεκρούοντο· καὶ οὐδὲ φυλαττομένους λανθάνοντες διέφευγον, δίκην καπνοῦ κρημνὸς διερχόμενοι, καὶ τοίχους ὑπερπηδῶντες, καὶ ποικίλως ἑαυτοὺς ἀλλασσόμενοι· ὡς ὁ Νηρεὺς ἐκεῖνος, καὶ Περικλύμενος (2), καὶ Πρωτεὺς ὁ αἰγύπτιος σοφιστής· ὃν λέγουσιν ἀπὸ Παλλήνης τῆς Θρακικῆς ὑποστρέψαι ποτὲ εἰς Αἴγυπτον ἐν μυχοῖς καὶ χάσμασιν ἀδύτοις τε καὶ ἀγνώστοις· ἀλλὰ χρὴ ἐκλέγεσθαι πόλεων ἐπισάτας καὶ δημαγωγοὺς, οἵ τινες ὁμοίως καὶ ἀφίλαυτον ἐξέφυγον, καὶ φρονήσει καὶ δικαιοσύνῃ κεκόσμηνται· τοιούτων γὰρ ὄντων αὐτῶν, τό τε πλῆθος εὔκοσμον ἔσται σὺν εὐταξίᾳ, καὶ ὁ βασιλεὺς ἕξει δόξαν καὶ κλέος τοιούτου βασιλεύων λαοῦ· ἵνα δὲ καὶ πρὸς ἀρίστους ἄνδρας τὸν λόγον ἐπαναγάγωμεν, τοιούτους εἶναι δεῖ τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοῦ λαοῦ δεσπότας καὶ ἐφόρους, οἷος ἦν ὁ ἄρα ἐκεῖνος Γυνεὺς, Κέφαλος ὁ ἐξ Ἰταλῶν πολιτογραφηθεὶς εἰς Ἀθήνας, Ἀριστείδης τε καὶ Ἀριστοφῶν, συνήθους ὄντες τῶν Ἀθηναίων· ὁ μὲν γὰρ Γυνεὺς εὐνομώτατος ὢν δικαστὴς καὶ πλεονεξίαν πᾶσαν μισῶν, καὶ τοὺς πλεονέκτας κολά-

leficia sollertes: quales erant Cacus, Autolycus, et Eurybates, qui aliena armenta furantes ad suas caulas atque latebras aversis corporibus pertrahebant; ita ut qui pedum vestigia in latronum vestibulis observarent, illinc potius armenta egressa existimarent. Neque id solum latrones faciebant, verum etiam fucatis coloribus armenta transfigurabant, et sexcentis dolis atque artificiis iustos dominos fallebant: nam et illorum custodes latebant per inaccessa, fumi instar, obrependo, muros transiliendo, varias formas induendo: veluti Nereus ille, et Periclymenus, et Proteus sophista aegyptius; quem aiunt e Pallene thracica migravisse in Aegyptum, ibique in antris quibusdam adytisque incognitis habitavisse. Oportet igitur eligere urbium praefectos populique rectores, qui inscitia non minus quam improbitate careant, quique prudentia et iustitia praediti sint. His enim ita se habentibus et populus bene moratus erit, et rex inclytam gloriam referet tali populo praesidens. Iam ut ad viros quoque optimates orationem nostram convertamus, plane opus est ut duces et populi compositores et ephori eiusmodi sint, qualis ille arabs Guneus, et Cephalus italus qui ad Atheniensium civitatem transiit; qualis item Aristides et Aristophon qui Atheniensium consuetudine et patria utebantur. Guneus quidem iudex aequissimus, in-

(1) Sunt hi latrones in fabulis famosi.

(2) De hoc lege Apollodorum L. 9. Reliqui notissimi.

Digitized by Google

ζων, Βαβυλωνίων καὶ Φοινίκων στασιασάντων ποτὲ, ἦκε πρὸς αὐτοὺς κελεύσας ὁ Σεμιράμιδος· ὁ δὲ καὶ μόνον ὀφθεὶς διήλυσε τὰ στάσιν· καὶ πρὸς φιλίαν συνάπτει τὰ γένη, τῷ ζόπῳ καὶ τῇ ἀρετῇ αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν ἐμβαλὼν εἰς αὐτούς. Ἀριστείδης ἐπὶ τοσοῦτον ἐφίλει τὸ δίκαιον, ὥστε καὶ ἐξορίαν διὰ τοῦτο καταδικάσθη, τῶν πλειόνων δύσχρηστον αὐτὸν ἡγουμένων· ὥσπερ ἐν Ῥώμῃ ποτὲ λέγουσι Μάρκιον τὸν στρατηγὸν διὰ δικαιοσύνην ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐξελαυνόμενον τῆς πατρίδος· καὶ τῶν ἐχθρόνων πενθούντων αὐτὸν, ἐκεῖνος πρὸς οὐδὲν ἐκαυνώθη, ἀλλὰ τῷ γνώμῃ εἶχε στερεὰν καὶ ἀκλόνητον· Κέφαλος δὲ σχεδὸν παντελῶς ἀνέγκλητος ἔμενεν ἄν, εἰ μὴ συκοφαντίᾳ τινὸς ἀπροβούλευτον ψήφισμα γέγονε κατ' αὐτοῦ, καίτοι γε ἀναίτιος ὄντος παντάπασιν· Ἀριστοφῶν δὲ κατηγορούμενος διὰ πάσης αὐτοῦ τῆς ζωῆς, ἐπειδὴ μισοπόνηρος ἦν καὶ τοὺς κακοὺς ἀμυνόμενος, ὅμως ἅπαν κατηγορίας δικαστήριον ἐξενίκησεν· εἰ δὲ λίγοι τίς δυσχερὲς εἶναι τοιούτους ἄνδρας νῦν εὑρεθῆναι, ἀλλ' οὐκ ἄλλοθεν ἐστὶ τὸ αἴτιον, ἢ ὅτι ἀφρονοῦνται μὲν οἱ καλοὶ, καὶ ἐν οὐδεμιᾷ βελτίσῃ κρίνονται μοίρᾳ· οἱ πονηροὶ δὲ προκρινόμενοι ἐπιδιδόασι καὶ αὐξάνουσι· πᾶν γὰρ τὸ ζητούμενον, αὐξάνει τε καὶ παῤῥησιάζεται· τὸ δ' ἀμελούμενον, ἐλαττοῦται καὶ ἀποκρύπτεται· πόθεν γὰρ ἄλλοθεν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς τούτοις χρόνοις ἐσπάνισεν τὰ τῶν λόγων καὶ μαθημάτων καὶ ἀπεσβέσθη, καὶ ἡ τῶν ἠθῶν κοσμιότης ἐφθάρη; ἢ πάντως ὅτι παρώδοκιμοῦνται μὲν οἱ τοῦ καλοῦ καὶ τῶν λόγων, καὶ ἐν οὐδενὶ λόγῳ

iustitiae omnis osor atque vindex, bello inter Babylonios Phoenicasque coorto, iubente Semiramide ad eos venit; vixque ab his visus, bellum extinxit, suaque virtute discordes gentes composuit, reverentiam iis et pudorem incutiens. Aristides autem tantopere iustitiae tenax erat, ut exilium quoque ob eandem sit passus, quoniam eius causa in multorum offensionem incurrit. Veluti Romae Marcius dux propter suam iustitiam a populo pulsus patria fuit: quo tempore cordatis hominibus casum eius deflentibus, ipse tamen animo non est fractus, sed suam sententiam firmam imperturbatamque retinuit. Cephalus autem omni fere criminatione liber fuisset, nisi ob calumniam nescio cuius, improvidâ sententiâ, quamquam plane innocens, percussus fuisset. Aristophon denique in omni vita calumniis adpetitus, quia improbitatis atque improborum hostis erat, in cunctis tamen iudiciis superior discessit. Porro si quis dicat, homines huiusmodi aegre his temporibus inveniri; causa rei quidem haud alia est, quam quia boni contemnuntur, neque praeclarum aliquem fructum consequuntur; scelesti autem bonis praelati subvehuntur altius honoribusque mactantur. Nam res cuius usus expetitur, facile crescit atque emergit; quae vero negligitur, ea minuitur latebrasque petit. Cur enim aetate nostra disciplinae ac literae periarae vel extinctae sunt, cur morum quoque honestas defloruit, nisi quia docti honestique

τάττονται· ἐκλέγονται δὲ καὶ προτιμῶνται οἱ φαῦλοι, ἔν τε τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀξιώμασι, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς πολιτικοῖς· καὶ οὐδὲ κρίνεται, πόσον εἰς εὐδοξίαν καὶ ἔπαινον, ἢ ἀδοξίαν καὶ ψόγον, συμβάλλεται εἰς τὴν πρώτην καὶ μεγίστην ἀρχὴν, τὸ, ἢ τοὺς καλοὺς, ἢ τοὺς κακοὺς ἐκλέγεσθαι, καὶ καθιστᾶν ἱεράρχας καὶ πολιτάρχας, πραίτωράς τε καὶ στρατηγοὺς καὶ ἑτέρους προβιβασμούς· καὶ πόσον τὸ ὠφέλιμον ἢ τὸ ἐπιβλαβὲς ἀπογίνεται ἀπὸ τούτων, οὐ μόνον εἰς τὸ τοῦ λαοῦ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτοὺς τοὺς ἐν ἀξιώμασιν ὄντας· ἐν οἷς γὰρ ἀνθρώποις οὐκ ἔστιν ὁ κοσμήτωρ τῆς ψυχῆς λόγος, ἐν τούτοις ἐπικρατεῖ ἀλογία καὶ ἀπαιδευσία, καὶ ἡ τῶν φαύλων ἐπιτήδευσις ἔργων· ἐν οἷς δὲ πάλιν οὐ πάρεστι τὸ τῆς ἀρετῆς καλὸν, ἐξ ἀνάγκης ἀνερυθριάστως καὶ ἀναιδῶς τὰ τῆς κακίας αἴσχιστα ἔργα πράττεται καὶ σπουδάζεται· τί οὖν ἄλλο ἢ βασιλέα μέγιστον καὶ ἐπιφανῆ καὶ περίβλεπτον καὶ ὑπὸ πάσης γλώττης εὐφημούμενον, καὶ ἐπευφημούμενον καὶ ἀγαπώμενον ἀπεργάζεται, ἢ τὸ ὑπὲρ τιμῆς καὶ εὐμοιρίας ἄγειν καὶ ἐπὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τὸν λογιότητι καὶ ἀρετῇ καὶ συνέσει κεκοσμημένους; τί δ' ἄλλο ἐκ τοῦ ἐναντίου πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτῷ προξενεῖ, ἢ τὸ οἰκειοῦσθαι καὶ ἀναδέχεσθαι καὶ τιμᾶν τοὺς ἀτάκτους καὶ ἀλόγους καὶ ἀσελγεῖς; τὸ γὰρ ἐπιφρονεῖν μὲν καὶ ἀτιμάζειν τὸν λόγῳ καὶ συνέσει πεπαιδευμένους, ἀναδέχεσθαι δὲ καὶ τιμᾶν τὸν κατεγνωσμένους καὶ μακρὰν ὄντας τῆς καλοῦ καὶ τῆς εὐτάκτου διαγωγῆς, δεῖγμα σαφὲς ἔχειν, ὅτι κακίαν μὲν αἱρεῖται καὶ ἀνύει, ἀρετὴν δὲ ἀποβέβληται καὶ μισεῖ· ἢ θαυμάζει μὲν ἀλογίαν, τὸν δὲ λόγους

viri praetermittuntur, nulloque in pretio habentur; pravus autem quisque deligitur et antefertur, tum in ecclesiasticis dignitatibus tum etiam civilibus? Neque pensi habetur, quam laudabile gloriosumque, item quam turpe atque infame, summae ipsi potestati sit, prout boni vel mali deliguntur, fiuntque pontifices, praefecti urbium, praetores, duces, vel alii huiusmodi magistratus. Neque item disquiritur, quanta utilitas, vel secus quantum damnum, non solum ad populum sed etiam ad reges ipsos, a quibus electio fit, redundet. Nam quibus hominibus haud inest animae rectrix ratio, in his dementia inscitia et pravorum operum studium dominatur. Rursus ubi honesta virtutis forma non est, ibi impudenter versari et debacchari vitia necesse est. Quid ergo aliud regem maximum, inlustrem, gloriosum, ab omnium linguis collaudatum celebratumque reddit, nisi quod is honore benivolentia omnique reverentiae officio prosequitur homines eruditione, virtute, prudentia, ornatos? Quid e contrario aliud malam regi famam conciliat, nisi quod familiares habet, complectitur, atque honorat incompositis moribus homines, insipientes, atque lascivos? Quippe cum rex aspernatur despicitque homines litteris et consilio instructos; habet autem in aere perditum quemvis et ab honestate modestiaque alienum; id hercle documento est, magnificari ab eo vitium, odio haberi spernique virtutem; in pretio

ἐνελύττεται· τὸ δ' οὕτω κεκινόμενον, ὁμολογουμένως μὴ τὴ πλήθους ὄξει καὶ τῆ αὐτοῦ συμφωνίας καὶ γνώμης· διὰ ταῦτα πρέπον ὄξει καὶ ἀναγκαιότατον, ἐνδόξους καὶ ἐντίμους ποιεῖν τοὺς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας· ἵνα ὁ τοῦτο ποιῶν βασιλεὺς εὐδοκιμήσῃ μὲν αὐξάνεσθαι τῶν καλούς, οἰκονομῇ δὲ εἰς ἑαυτὸν εὖ διὰ πάντων ἄφθαρτον δόξαν καὶ κλέος.

ιβ'. Κεφαλὴ δὲ πάντων τῶν ἀγαθῶν πρέπει τὸν βασιλέα ἐλέπειν διὰ παντὸς πρὸς θεόν, καὶ κατὰ πᾶσαν ἰσχύν τε καὶ δύναμιν συντηρεῖν καὶ φυλάσσειν τὰ τῶν θεοφόρων πατέρων ὅρι εὐσεβείας ὅσια καὶ θεσπίσματα παντελῶς ἀπαράβατα καὶ ἀμεταχίνητα, καὶ μὴ κατά τινα τρόπον τούτων καταμελεῖν· καὶ οὕτως ἐνδέχεσθαι διὰ τὸ ἐλεοῦντος θεοῦ τὴ τούτων συντήρησιν καὶ κατόρθωσιν· καὶ διὰ τὸ πρὸς αὐτὸν τὴ θεὸν ἀδιαλείπτως καὶ καθαρᾶς ἐλπίδος μὴ τὸ ἀποπληροῦν σπουδαίως πάντα τὰ εἰρημένα, μέλλουσι κατευθύνεσθαι τὰ ἔργα καὶ οἱ κόποι αὐτοῦ· καὶ οἱ ἀντίμαχοι αὐτοῦ καὶ πολέμιοι καταπίπτειν καὶ καταβάλλεσθαι· οὕτω δὲ ὁ βασιλεὺς Ἐζεκίας ἐποίησεν, ὁπότε ὁ Σενναχαρεὶμ στρατιὰν κὸ τὸ Ἱερουσαλὴμ ἤγειρεν (1)· ἀπὸ μὲν γὰρ τῆ ἐκτὸς τὸ πόλεως χωρίων, ἀφῃρεῖτο μὲν τὰς τροφὰς, ἔφραττε δὲ τὰς πηγὰς, ἐξωρυττε δὲ τάφρους εἰς βάθος, κατησφαλίζετο δὲ τὴ πόλιν οἰκοδομήμασι προτειχισμάτων· ἐντὸς δὲ τὸ τοιαύτης πόλεως, ἀπέταττε φύλακας, τοξότας καθωπλίζειν· ἔτι τε πελταστὰς καὶ δορυφόρους καὶ σφενδονήτας, καὶ τοὺς ἐκ χειρῶν

esse apud eum inscitiam, litteras conspui. Iam qui hac mente est, is sine dubio cum imperiti vulgi sententia animisque conspirat. Ergo decet atque apprime necessarium est, bonos honestosque viros honoribus et gloria ornare. Sic enim rex efficiet, ut et bonorum numerus augeatur, et sibi immortale nomen atque ab omnibus laus contingat.

XII. Sed enim omnis rei bonae caput est, et in primis decet, regem in quovis opere Deum spectare, atque omni nisu viribusque curare, ut a sanctis patribus definitos in re religiosa terminos conservet atque retineat, ab eorumque firmis decretis numquam discedat; neque ea ullo modo negligat; atque ita a Deo miserante impetret incolumitatem eorumdem perpetuam et custodiam. His a rege diligenter peractis, non sine constanti puraque erga Deum spe, res curaeque eius laetum exitum nanciscentur, adversarii hostesque profligabuntur et corruent. Ita se gessit Ezecias rex, quo tempore Senacherimus adversus Hierosolyma copias adduxit. Etenim agrum suburbanum longe lateque cibariis spoliavit, puteos excaecavit, fossas ingentes perduxit, urbem externis operis circumvallavit; intra ipsam vero vigiles constituit; sagittarios, scutatos, hastatos, funditores, armavit, nec non alios qui manibus aut machinis lapides iacularentur. Cum his collocavit delectos optimates qui vigilibus praecessent ac moderarentur, alios

Rex apprime sit religiosus.

(1) II. paralip. XXXII.

Digitized by Google

καὶ μηχανημάτων περιπομπούς· σὺν τούτοις ἐξελίγετο θεὸν ἀρίστης τῶν φρουρούντων ἐπιστάτας καὶ ἄρχοντας, καὶ θεὸν εἰς διαζοχὴν τεταγμένους, καὶ πᾶσαν ἀσφάλειαν ἐμηχανᾶτο καὶ κατοχύρωσιν· ὅμως καὶ ταῦτα πάντα ποιῶν, ἀπὸ μόνης τῆς ὑψίστης θεοῦ ἤλπιζε καὶ προσεδόκα τὴν ἀπολύτρωσιν· καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν ἐν συντριβῇ καρδίας ἐζήτει καὶ παρεκάλει τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν δεινῶν· διὰ τοῦτο, οὐδὲ τῶν ἐλπίδων ἀπέτυχεν· ὁ γὰρ Σεναχειρεὶμ ὁ θρασὺς καὶ ὑπέρογκος ἅμα τῷ προσβαλεῖν τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων, ὑπὸ δειλίας μετάμελος γεγονὼς, ἤρξατο φεύγειν· θεὸν δὲ στρατηγοὺς αὐτοῦ μὴ πολλοῦ στρατεύματος ἐκεῖσε κατέλιπε τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἀναθέμενος· ἀπέστειλε δὲ τῷ βασιλεῖ Ἐζεκίᾳ γράμματα βλασφημίας καὶ ὀνειδισμοὺς ἔχοντα, ἅπερ ὁ σοφὸς βασιλεὺς ἀναγνοὺς καὶ τὴν καρδίαν πληγεὶς, μὴ πλείστης λύπης καὶ στεναγμοῦ καταλαμβάνει πρὸς τὸν ναόν· καὶ ἀναγνοὺς ἐν τῷ ἱερῷ τὴν ἐπιστολὴν, τὸν θεὸν προκαλεῖ ζητεῖν τῶν βλασφημιμένων ἐκδικητὴν, ἱκετεύων τοιαῦτα (1)· Ἴδε κύριε σαβαὼθ ὅσα Σεναχειρεὶμ ὠξ ἀπονοίας καὶ ἐπάρσεως ὠνείδισεν εἰς τὸ ἅγιον· σῶσον ἡμᾶς ἐκ χειρὸς αὐτοῦ, δέσποτα· γνῶτω ὅτι σὺ εἶ μόνος θεός· τί οὖν; ὁ τοῖς στεναγμοῖς τῶν εἰς αὐτὸν ἐλπικότων ἕτοιμος, ὁ συντρίβων πολέμους, ὁ καταβάλλων ὑπερηφάνους, ὁ θανατῶν ἀσεβεῖς, ὁ εἰς ᾅδου κατάγων ἁμαρτωλοὺς, δεκαοκτὼ μυριάδας τῶν πολεμίων, ἀλλὰ καὶ χιλιάδας αὐτῶν πέντε, ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀναιρεῖ· καὶ οἱ τὴν τοῦ θεοῦ πόλιν ἐν συντόμῳ ἐγκαυχώμενοι καταβαλεῖν, ἀθλίως καὶ παρ' ἐλπίδα ἀποβάλλουσι τὴν ζωὴν, καὶ ἐν μιᾷ ῥοπῇ αἰχμαλωτίζονται τὰς ψυχάς· μόλις δὲ ὁ

denique qui circum operas discurrerent; nihilque praetermisit, quod tutelae munitionique conferret. Et tamen his actis, ab uno Deo altissimo salutem expectabat; et diu noctuque cum cordis sui contritione propulsationem malorum implorabat. Quare neque spes eius lusa fuit. Etenim audax ille et superbus Senacherimus simul ac Iudaeorum regionem attigit, timore resipuit fugamque capessivit; duces tamen suos ibidem reliquit, quibus belli summam mandavit. Tum ad regem Ezeciam litteras blasphemiis conviciisque plenas misit; quibus rex catus lectis, corde ingemiscens, multo cum maerore atque eiulatu ad templum contendit; ibique iterum lecta epistula Deum, ut blasphemiarum ultor fieret, his verbis rogavit. Respice, Domine exercituum, quae convicia Senacherimus dementia fastuque elatus adversus tuum sanctuarium coniecerit. Serva nos de manu eius, Domine. Sentiat ille Deum te esse. Quid ergo egit ille qui sperantium gemitus sine morv exaudit; qui bella confringit, superbos deprimit, impios interimit, peccatores ad inferos detrahit? Hostium octoginta quinque millia una nocte occidit. Atque ita qui Dei civitatem brevi se capturos iactabant, misere atque insperato vitam amiserunt; horaeque momento cum animabus suis in ca-

(1) IV. reg. XIX. Isai. XXXVII.

Λαὺειος τὶωικαῦτα τ̀ ὄλεθρον ἐκφυγὼν, ὅπως ἂν αἴσθησιν λάβοι δ τ̃ βλασφημεμένυ δυνάμεως, ὅπως ἂν αἰσχύνλω ἐνεβάλοιτο ὡς ἔνδυμα, κ̀ ἀτιμίας πληρωθείη τὸ πρόσωπον, κ̀ κατεγνωσμένος τ̀ τ̃ Νινδιτῶν καταλάβοι· ὕστερον ὧδε· τ̃ αὐτοῦ παίδων κατασφάττεται· ἀξίαν τιμωρίαν δοὺς, ὡς μ̓ βλασφημίας ἐκμανεὶς κ̓ τοῦ πεποιηκότος θεοῦ. Βασιλεὺς Ἰυδαίας ἦν ὁ Ἰωσαφάτ (1) πολλῶν κ̀ διαφόρων ἐθνῶν συμφωνησάντων κατ' αὐτοῦ, ἐξ ἀνάγκης κ̀ αὐτὸς μ̓ σπυδῆς ἡτοιμάσθη πρὸς ἀντιμάχησιν, συναθροίσας καὶ καθοπλίσας ὡς ἔπρεπε τ̀ οἰκεῖον λαὸν, κ̀ τὰ δ πολεμικῆς καθόσον ἦν δυνατὸν προδιαθέμυος ἄρισα· πλὴν οὔτε τῷ πλήθει τ̃ πολεμούντων (a) ἐθάῤῥησεν, οὔτε τοῖς ὅπλοις, οὔτε τῇ κ̓ τ̀ πόλεμον ἐμπειρίᾳ· ἀλλὰ εἰς μόνον τ̀ κραταιὸν κ̀ βοηθὸν κ̀ παντοδύναμον θεὸν καταφυγών· κ̀ διὰ νηστείας κ̀ δακρύων ὅ τε βασιλεὺς κ̀ ὁ ὑπ' αὐτὸν ἅπας λαὸς ποιήσαντες εὐμβῆ, οὕτως ἦλθεν εἰς πόλεμον κ̀ ἀντιπαράταξιν δ πολλαχόθεν συναχθείσης ἐκείνης στρατιᾶς· τί τὸ ἐντεῦθεν; ὁ μὲν βασιλεὺς Ἰωσαφὰτ ἐπί τινος ὑψηλοῦ κ̀ μετεώρυ τόπυ συνάγεται· κ̀ τὰ τ̃ ὑπεναντίων στρατεύματα κατ' ἀλλήλων μεθ' ὁρμῆς φέρονται· κ̀ Ἰδυμαῖοι μὲν ὑπὸ Μωαβιτῶν κ̀ Ἀμμανιτῶν φονεύονται πρότερον· πάλιν δὲ μικρὸν ὕστερον ἄμφω ταῦτα τὰ γένη κατακτείνονται ὑπ' ἀλλήλων· κ̀ ὁ βασιλεὺς μ̓ τ̃ ὑπ' αὐτὸν στρατεύματος ἀπὸ

ptivitatem deciderunt. Rex vero assyrius vix tunc exitium vitavit; videlicet ut eius Numinis, quod blasphemiis lacserat, vim agnosceret; ut ignominia tamquam veste obmeretur, et facies eius pudore rubesceret; atque ita ab omnibus exsibilatus Niniven reverteretur. Postremo tamen a suis liberis interficitur, dignas crimine poenas luens, propterea quod blasphemias adversus Deum creatorem furiose eructaverat. Iudaeae rex Iosaphatus, multis diversisque populis adversus eum conspirantibus, ipse quoque necessitate coactus fuit ad parandam sedulo defensionem, populum suum conscribendo armisque instruendo, remque bellicam pro copia et viribus disponendo. Is tamen neque bellatorum numero confidebat, neque armis, neque peritia bellica; verum unice ad fortem et auxiliatorem et omnipotentem Deum confugiebat; ideoque ieiunans et lacrymans tum rex tum cunctus populus ei subiectus, postquam Deum sibi conciliarunt, ad bellum progressi sunt, et collecticiae hostium multitudini occurrerunt. Quid inde? Iosaphatus rex excelso quodam in loco cum suis copiis constitit; Idumaei autem a Moabitis atque Ammanitis caedi coeperunt. Deinde similiter hi duo postremi populi inter se digladiati sunt atque occiderunt. Rex autem cum proprio exer-

(a) Codd. πολεμίων.

(1) II. paralip. XX.

ϖδιωπῆς κὴ ὕψους τ̃ παράταξιν ἔχων, ἔβλεπε μόνον τὰς τ̃ πολεμίων σφαγὰς, παντὸς τοῦ πλήθους τ̃ ἀλλοφύλων ἐν ἡμέραις ζ̃ισὶν αἰχμαλωτισθέντος κὴ φονευθέντος· ὁ δὲ τ̃ θαυμάτων θεὸς, ὁ πάντα μόνῳ τῷ βούλεσθαι οἰκονομῶν, κὴ τ̃ τοσαύτην ζ̃οπαιοχίαν ἐ νίκην ἐπιδοκήσας, μιᾷ γλώττῃ τ̃ βασιλέως κὴ σ̃ στρατιᾶς ἁπάσης τ̃ εὐχαριστίαν ἔλαβε κὴ τ̃ ὕμνον· ἄνευ γὰ πολεμικῆς συμμίξεως τὸ μέγα τοῦτο ζ̃όπαιον ὁ βασιλεὺς ἔστησεν· ὥστε κὴ ὁ ζ̃όπος ἔνθα τὸ θαυμασιώτατον ἔργον ϖεπλήρωται, ἐπληρώσατο τ̃ σ̃ εὐλογίας ἐπωνυμίαν (1)· τοιάυτας ἀριστείας κὴ νίκας ἄνευ πολεμικῆς ποιοῦσιν οἱ βεβαίαν ἐλπίδα κὴ ἀκλινῆ πρὸς τ̃ θεὸν ἔχοντες· ταύτας δὲ προξενεῖ βίος σεμνὸς κὴ θεάρεστος ἀγωγή· ὃν γὰρ εὐφραίνει τίς, κὴ ὑπ' αὐτοῦ πάντως φιλεῖται· ἔχει δὲ κὴ θάρρος πρὸς τ̃ φιλοῦντα· ὁ δὲ οὐκ ἀποζ̃ίφεται, οὐ δὲ λυπῶν ἀποπέμπει· εἴωθεν δὲ τὰ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις συμβαίνειν· διὰ τοῦτο κὴ τῷ Ἰσραὴλ κατορθοῦντι μὲν σὺν θείοις νόμους, ὑπῆρχε τὸ κατορθώματα καὶ νίκας ποιεῖν· ἀθετοῦντι δὲ κὴ ϖαραβαίνοντι τούτους, τὸ καταβάλλεσθαι· ὅτε μὲν γὰρ τ̃ θεὸν ἐξιζήτει, τὰ τούτου σχοινίσματα κὴ τὰ ὅρια ἐπλατύνετο, κατάσχεσις τ̃ῆ ἀλλοτρίων ἐδίδοτο, τείχη κατεβάλοντο ἐξαίφνης, πόλεις ἑτοίμως ἡλίσκοντο, συντάξεις τ̃ῆ ἐθνῶν συνεκόπτοντο, χάλαζα τινασσομένη μ̃ῆ βιαίας ῥύμης τὲ κὴ ὁρμῆς σὺν πολεμίους ἐξεφόβει κὴ συνετάρασσεν· ἥλιος ἵστατο τοῦ δρόμου κὴ τ̃ ἡμέραν ϖαρατείνειν, εἰς παντελῆ ἐξολόθρευσιν κὴ ἀφανισμὸν τ̃ ἐχθρῶν,

eitu in sublimi specula se continens, caedis hostilis otiosus spectator erat, dum universa alienigenarum multitudo partim captivata fuit partim occisa. Tum auctori prodigiorum Deo, qui unica voluntatis vi omnia peragit, quique tantam victoriam triumphumque referendum curaverat, concordi regis universique exercitus voce gratiae persolutae sunt hymnusque dictus: nam sine ullo conflictu bellico tam insigne trophaeum rex constituit; ita ut locus etiam, in quo tam mirabile facinus patratum fuit eucharisticam quandam appellationem adsciverit. Haec egregia facta atque victoriae, absque etiam decertatione, contingunt illis, qui firmam indeficientemque in Deo spem fundaverunt. Hi sunt fructus vitae sanctae Deoque placentis. Quem enim quis delectat, ab eodem vicissim diligitur. Et ille quidem ab amante fidenter petit, hic petentem non respuit neque tristem dimittit. Contrariis contraria accidunt. Igitur Israëli, quamdiu divinae legi parebat, prosperitates victoriaeque obveniebant; peccanti autem, calamitas in promptu erat. Revera quotiescumque Deum pie colebat, ditio eius finesque protelabantur, hostes ei fiebant obnoxii, moenia subito prosternebantur, urbes raptim capiebantur, agmina adversaria concidebantur, grando violenter illapsa hostes exterrebat, sol restitabat diemque producebat, ut hostium internecioni conficiendae

(1) II. paralip. XX. 26: *vocaveruntque locum illum vallem benedictionis usque in praesentem diem.*

Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ στρατηγοῦντος· ἑξακοσίοις ἀνδράσι τοῖς κυνηδὸν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λείχασιν καὶ οἷον μεθ' ἁρπαγῆς ἐκπιοῦσι τὸ ὕδωρ καὶ μὴ τοῦ Γεδεὼν εὑρισκομένοις, καὶ τοσαύταις ὑδρίαις ὡς ἀγγείοις ὀστρακίνοις καὶ λαμπάσι καὶ σάλπιγξι, μυριάδες πολεμίων διεφθείροντο· δυνάμει τε μιᾶς χειρὸς ἐν ποδὶ ἀρότρου, ἑξακόσιοι ἔπιπτον· πάλιν δὲ τῇ τοῦ Σαμψὼν χειρὶ σὺν σιαγόνος καὶ παρειᾶς ὄνου, κατεκτείνοντο χίλιοι· ἀλλὰ τίς ἂν εἰπεῖν δυνηθείη τὰς εὐκολίας τε χρόνων ἐκείνων; τὰς εὐδοξίας, τὰς τῶν νοσημάτων καὶ θανάτων ἀποφυγὰς, τὰς ἐπαυξήσεις καὶ προσθήκας τῶν ἐνιαυτῶν εἰς παράτασιν τῆς ζωῆς; πρόσηλιμένη ἡλίου ἀναστροφῇ, καὶ πλείονι παρουσίᾳ φωτὸς μακροτέρων γινομένων τῶν ἡμερῶν· ἀνακοπὴν ποταμοῦ, τέτραν ὕδωρ ἐκβλύζουσαν ὡς καὶ λίμναν ποιεῖν· ὀρτυγομήτραν οὐρανόθεν καταπεμπομένην ὡς ὑετὸν, καὶ τὸν ἰσραηλιτικὸν λαὸν τρέφουσαν· ἐυθρᾶς θαλάσσης διαίρεσιν, καὶ ἐν τῷ Ἰουδαίων ἀνδρὶ κινδύνου διαπεραίωσιν, ἐν τῷ Αἰγυπτίων διωκόντων καταπόντωσιν· στύλου πυρὸς καὶ νεφέλης προκαθοδήγησιν· Αἰγύπτου πληγὰς καὶ μάστιγας· ἐξ ἀνθρώπων πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἐπίδοσιν καὶ διαδοχὴν μὴ πλήθους τοῦ γένους ὡς εἰς ἑξακοσίας χιλιάδας καὶ ἐπέκεινα προχωρῆσαι αὐτὴν ἐκ τῆς ῥίζης τοῦ Ἰακώβ· καὶ ταῦτα μυρίαις ἐξεκυκλουμένην ἐπιβουλαῖς, ὡς κατὰ μέρος ἡ ἕκαστον αὐτῶν ἱστορία δηλοῖ. Ὄντως αἱ ὧδαι τοῦ βιοῦ εὐεργεσίαι εἰς τοὺς φυλάσσοντας τὰς αὐτοῦ ἐντολὰς νικῶσι καὶ λόγῳ καὶ φύσεως δύναμιν· ὥσπερ πάλιν οἱ ἐκζητούμενοι ἀπὸ τῶν δεσποτικῶν

sufficeret, duce Iesu Navi filio. Praeterea trecenti qui Gedeonem comitabantur viri, quique veluti praelibantes ac more catulorum raptim de flumine lambuerant, totidem lagenis cum lampadibus et tubis instructi multa hostium millia consumpserunt. Item sub una manu aratrique manubrio sexcenti ceciderunt. Rursusque Sampsonis manu asinique maxilla mille homines icti perierunt. Sed enim quis temporum illorum prosperitates narrare queat? quis celebria facta, morborum et mortium depulsiones, incrementaque annorum ad vitae propagationem concessa? manifestum solis regressum, ita ut diuturniore lucis praesentia longiores dies fierent? flumen suspensum, rupem aquas fundentem stagnumque gignentem; coturnices caelitus proiectas, imbrium ritu, ne israëlitica plebs victu careret; erythraeum mare divisum, Iudaeorum absque periculo transitum; Aegyptiorum persequentium naufragium; igneae columnae nubisque ducatum; Aegypti plagas; quinque et septuaginta hominum turbae incrementum tantum, ut in sexcenta animarum millia, atque etiam ultra, Iacobi stirps excreverit; quamquam innumeris adpetita insidiis, ut illorum historia singillatim demonstrat. Profecto Dei beneficia, erga illos qui legi eius obtemperant, vim facundiae naturaeque vincunt. E contrario ii qui herilibus Dei mandatis

